GUNTHERI POETAE CLARISSIMI, LIGURINUS, SEU OPUS DE REBUS...

Gunther : de Pairis, Jakob Spiegel, Riccardo Bartolini




37
38 C
16

GVNTHERI

Poëtæ clarissimi,

LIGVRINVS;

seu Opus De Rebus gestis Imp. Cæsaris FRIDERICI, I. AVG. LIB. X. absolutum.

RICHARDI

Bartholini, Perusini,

AVSTRIADOS

LIB. XII. Maximiliano Augusto dicati,


CVM SCHOLIIS

Iacobi Spiegellij Selest. V. C.

M. D. XXXI.



FRID. I. MAXIMIL. CAROL. V. FERDIN.d





Io. Schottus LECTORI.

Damus tibi, Lector candide, duos Autores heroico spiritu claros, qui duum item clariss. Augg. eorundemque uere Germanorum Principum, Imperatoria gesta, incomparabili uersu complexi sunt: & simul in eosdem conscripta Scholia per eruditum uirum, non uno nomine clarum, Iacobum Spiegellium Selestadiensem, summæ nuper Aulæ ornamentum, Alsatiæ nunc nostræ decus. Quæ ille tandem, tot doctorum efflagitatus precibus, nostro prælo in publicum emittenda communicauit. Certe ut utriusque Poëtæ uena fluit admiranda, ita Spiegellius, si modo nobis quid iudicij est, suis Scholijs (ut est emunctæ naris ueterum Germaniæ Scriptorum indagator) utrumque poëma tam pulcre ornauit, ut ipsissimo nomine, Specillo quopiam, quæ forte in illis obscuriora uidebantur, oculis legentium lucidiora reddiderit, studio nimirum & uigilijs plus quàm sedentarijs. Quare quisquis es Lector, gratulare singulorum monimentis, & læta fronte, illorum deliciare sudoribus, commodo æque tuo, ac inmortali GERMANIAE decori præscriptis. Vale.



M. D. XXXI.

Ad serenissimum & inuictissimum Principem, CAES. FERDINANDVM, Romanorum, Germaniarum, Hungariæ, Boiemiæq; Regem: Archiducem Austriæ: Ducem Burgundiæ, ac plurium Europæ prouinciarum Dominum & Hæredem, Iacobi Spiegel Selestadiensis Epistola.

SEMPER EGO IN EA FVI opinione, serenissime Cæsar, Rexq; ter maxime, utilissimam esse Historiam, & omni hominum generi plane necessariam. Nam quid conducibilius rebus mortalium, q̃ ex præteritis prudentiam comparare, & aliorum sapienter, aut fortiter gesta, strennue æmulari, fugere dedecora? Recensetur uersiculus lepidissimus inter mimos publianos, Ex uicio alterius sapiens emendat suum. Vbi uero id aptius fieri queat, q̃ historijs lecticandis? dũ perpendimus, quid uitatũ profuerit, aut nocuerit admissum. Non igitur inepte illi, qui historiam speculo similem fecere. Reddit enim speculum quicquid opposueris, sed magnitudinem tantum & colorem mentitur. At historia rem tibi totam depingit, etiam animũ ipsum humanum: qui tamen nullo alioqui nisi literario penicillo certius exprimi potest. Quid autem cognitionis esset in hominibus, nisi fidelis memoriæ custos Historia nos doceat? Nihil differret a bestijs uita nostra tali præsidio destituta: adeo perplexa, ambigua, confusa forent omnia, & plusq̃ Cimmerijs tenebris inuoluta. Itaq; qui historiam hominibus ademerit, solẽ ipsum sustulerit e mundo. Sed quum non omnes historię conueniant

omnibus, rerum alijs aliæ: ea cuiq; in manus præcipue sumenda est, quæ legentis conditioni respondeat. Quæ me caussa mouit, illustrissime Rex, ut e magno historiographorum numero, Guntherum istum deligerem, qui carmine non inculto, res FRIDERICI AVG. eius nominis primi, in Italia gestas, complexus est, tuæ maiestati dedicandum. Videbatur autem mihi pulchre conuenire, ut bellicosissimi Imperatoris historia, tibi tot iam bellis exercitatissimo Principi inscriberetur. Nihil habuit Germania Friderico animosius, fortius, constantius. Quoties ille in Italiam ingressus est Imperatorijs iussis rebellem? ex qua una, eademq; posteriore excepta expeditione, nunq̃ non uictor domum redijt. Quoties cum hostibus conflixit? Quoties contumaces obsidione clausit? Sensit in hoc Imperatore plane Martem quendam Italia. Nec uero ex libidine quadam pugnãdi temere mouebat bella, sed magnis tantum de caussis, & non nisi insigniter læsus. Contemptum ferre non poterat. Quæ res illum cum Alexandro Pontifice Romano potissimum commisit, maximo Italię damno. Non negabat ille Pontifici obediendum, nec honorem illi non deferebat, sed Imperatorio se iure spoliari a Sacerdote, id uero uisum illi intoleranda res esse. Equidem si Pontifices sua sorte nonnunquã contenti uiuerent, melius aliquanto cum rebus humanis ageretur. Cæterum huius clarissimi herois claris facinoribus, duos libros dicauit Otho Frisingensis Antistes, filius Leopoldi Marchionis Orientalis, seu ut nũc dicitur, Austriæ tuæ: qui ob maximam eius in pauperes pietatem liberalis, ac ut Ecclesiasticorum utar uocabulo, magnus appellatus est Eleemosynarius: præsenteq; auo tuo MAXIMILIANO AVG. nostra memoria in diuos relatus. Guntherus Poëta carmine celebrandum illum duxit: cui LIGVRINO nomen inditum: quod bella Liguriæ & Insubrium, hoc est, Mediolanensiũ contineat. In id opus nos breues atq; intercisas annotationes, quæ Græcis Scholia dicuntur, conscripsimus: ut Lectorem adiuueremus, qui nisi historiã intelligat, quæ nonnunq̃ innuitur uerius q̃ explicatur, subinde resilit. Multi profecto neui deturpauerant autorem, quos pro uirili nos abstersimus. Nec miretur quisquam, quod hoc honoris autori non quidem recenti, sed tamen mediæ uetustatis habuimus. Nam neutiquam uulgare Carmen est, & quæ medię sunt antiquitatis, obscuriora plærumq; existunt, & ignotiora multo uetustissimis. Nihil autem aliud spectauimus nos in suscipiendo hoc labore & absoluendo, nisi ut tuæ maiestati sic gratificaremur: quam non dubitamus, libentissime cognituram laudatissimi Imperatoris uere Imperatoria gesta, eius inquam Principis, qui familiæ uestræ Habispurgiæ etiam sanguine coniunctus fuit, & primus Austriam tuam Ducali pileo donauit, & regijs plane pręrogatiuis maxime illustrem fecit, cuius Leges

extant Codici Iustinianęo adnexæ: cuius in feudalib. caussis placita sequimur: qui deniq; cum filio Henrico Cæsare Imperator ipse constitutionē, quæ Pacis Constantiæ, uulgo nomē recæpit, ædidit, atq; nō paucis annis regnauit, pro religione Christiana in finibus Armeniæ tandem extinctus. Accipe igitur clementissime Romanorum Rex inter innumeram turbam congratulantium tibi ciuitatum & Principum, muneribusq; læticiam animi sui testantium, quod unanimiter proximis Epiphaniæ ferijs Cæsar sis delectus, præsente fratre tuo Imperatore Augusto Carolo V. accipe inquam & hoc munusculum a cliente tuo Spiegellio: qui ut inter eos, qui tuam Maiestatem colunt opibus et copijs a multis superatur, ita amore & obsequio nulli mortalium est cessurus, quam seruet incolumem CHRISTVS Rex ille immortalis, ponatq; sub scabellū pedū tuor; coniuratos nominis sui inimicos Turcas, neq; in finem peccatis nostris iratus, tribuat eis secundū cor eorum, annos regni tui, cōmisso Teutonum sanguine, cruentos. Ex Selestadio Pridie Calen. Februa. M. D. XXXI.

CENSVRA IAC. SPIEGELLIJ de Autore Carminis LIGVRINI.

TRITEMIVS in ecclesiasticis Scriptoribus refert, Guntherum quendam Cœnobitam carmine, prosaq; disertū, claruisse tempore Henrici Imp. eius nominis Quarti. Sed quum inter eius, quæ ille recenset opera, neq; Solymarij, neq; Ligurini meminerit, conijcio illum a nostro Autore fuisse alium. Hunc Guntherum nonnulli nostræ Germaniæ adserunt. Quisquis tamē ille fuerit, nam nihil ego compertum habeo quod affirmare ausim, id certo cōstat, eum tempora Henrici Sexti attigisse, qui patri Aenobarbo Aug. Imperator successit, & in secularibus literis & diuinis scripturis non infeliciter uersatū: quod uel hoc attestatur Carmen, Romanæ plane æmulum eloquentiæ. In eo nos, supra q̄ credi possit, multa librariorum inscitia deprauata, parumq; hactenus animaduersa, emendauimus. Vocabula nata nuper, uel Ecclesiasticorum more usurpata obiter indicauimus. Quæ ad Iurisprudentiam, placitaq; Feudalia attinent, tum plæraq; alia, quæ in uulgatis Lexicis non habētur, secuti pro-


batiſsimos autores, quorum nobis iuſta copia adfuit, fuſius aliquanto enarrauimus. In afferendis autem, quæ ad hiſtoriam faciunt, teſtimonijs, ne tranſuerſa quidem linea aberrarem, nobis curæ fuit, gratia ueritatis patefaciendæ. Ne multis Poëtam tibi, præcipue uere Germano commendemus, ipſe in cauſsa eſt, qui de ſe ipſo ad finem decimi libri ſic cecinit,

Hoc quoq; me famæ, ſi deſint cætera, ſolum
Conciliare poteſt, quod iam per multa latentes
Secula, nec clauſis prodire penatibus auſas
Pierides, uulgare paro, priſcumq; nitorem
Reddere carminibus, tardosq; citare Poëtas.



¶ Argumentum LIB. PRIMI.

Primus habet primos electi Regis honores.
Sceptra manu, primamq; ſacra ceruice coronam
Geſtat Aquis, merita Traiectum protinus ira
Plectit, & hinc magnas inuiſit Rex puer urbes,
Dat populis leges, & priſtina iura reformat.
Sceptraq; Danorum cognata lite dirempta
Donat habenda Petro, cupiens indicere bellum
Pannonibus, multo procerum fidoq; rogatu
Vincitur, ingentis cauſsam, fomentaq; belli
Excæptum patruo, reddit tibi Saxo, Ducatum.




GVNTHERI Poëtæ clariſsimi, LIGVRINI, ſiue de Geſtis FRIDERICI Primi, Liber Primus.



RDVA SOLLICITO uerſu, memorandaq; ſeclis
Geſta cano: mundoq; tuos FRIDERICE triumphos,
Atq; tibi toties conatam illudere fruſtra
Fortunam, uulgare paro: monſtriq; biformis
Ambiguos uultus, motusq; uolubilis orbem
Frænatum uirtute tua, caſusq; ſiniſtros
Exceptos habitu quo proſpera mentis eodem.
Res oneroſa quidem, nec præſumenda minori.
Ingenio, magnisq; etiam metuenda Poëtis.
Sed tamen exiguas amor & deuotio uires
Supplebit: fragilemq; animi ſpes magna uigorem
Fulciet: affectusq; pios Fortuna iuuabit,
Iamq; adeo, ſi quid ſtudio poſſemus in iſto
Experti, noſterq; legi Solymarius audet,
Atq; etiam fortaſse placet: quem gratulor ante
Regales penetraſse domos, pueriq; potentis
Ingenuas tetigiſse manus: præludia quædam
Illud opus, ceu prima nouæ tentamina Muſæ,
Et munus puerile fuit: nunc altera ſummo
Dona uiro, ſcriptos propria de laude libellos
Offerimus: pariterq; patrem cum prole canentes,
Omnibus iſta ſimul conſorti iure dicamus.

¶ Iacobi Spiegellij Seleſtadienſis, in Primū LIGVRINI Librum Scholia.



Rdua ſollicito uerſu. Propoſitione, qua Poetæ procemij uice uti ſolent, Lectorem ſibi conciliat Guntherus, rerum magnitudinem, quas deſcripturus eſt, paucis comprehendens. Sollicito uerſu. Quo non ioci, ſed Homeri exēplo, quemadmodum Horatius in Arte tradit, ſcribi debēt, Res geſtæ, Regumq;, Ducumq;, & triſtia bella.

Monſtri biformis. Fortunæ: de qua quot, & quanta a ueteribus prodita ſint, nemo eſt qui ignorat. Ambiguos uultus. Duobus uultibus Fortuna pingitur: priori hilari, poſteriori horrēdo, tetroq;, caluo, & capillato. Conſtat tamen Fortunæ ſimulacrū uarie effinxiſſe. Apelles pictor interrogat⁹, quare Fortunam ſedentem pinxiſset? Reſpondit. Quia non ſtat: Orbem Rotam. Marcellinus lib. rerum geſtarum 14. Quiuis beatus, uerſa rota Fortunæ, ante ueſperum poteſt eſſe miſerrimus. Notum eſt, quod Cebes pinxit Fortunam ſtare ſuper rotundo lapide, Virtutem uero ſuper quadrato. Significans, ſtabilia eſſe Imperia, quæ in Virtutem incumbunt: caduca & fluxa, quæ Fortuna ſtulta, & cæca, moderatrice nituntur. Frenatum uirtute tua. Vt ſit uera Iuuenalis Fortunam alloquentis ſententia Nullum numen habes, ſi ſit prudentia, ſed nos Te facinus Fortuna Deam, cœloq; locamus.

Caſusq; ſiniſtros. Ex memorabili Senecæ ſententia depromptum. O magnos, inquit, uiros, qui malignæ Fortunæ ſuccumbere neſciunt, & aduerſas res ſuæ uirtutis experimenta faciunt.

Res oneroſa quidem. Extenuatio Rhetorū, color notus. Spes magna uigorem fulciet. Iuxta illud Naſonis Spes bona dat uires, animū quoq; ſpes bona firmat. Solymarius. Nomen operis, quod ſcripſit, opinor, de rebus per Chriſtianos aduerſus Saracenos & Turcas geſtis in Oriente, a clariſsima urbium ipſius Orientis Hieroſolymis inditum.

Monſtrum biforme, Fortuna.

Fortuna ſedens.

Fortuna ſtans Virtus.

Spes.

Solymarius.

Suſcipe cunctorum regnator maxime Regum,
Suſcipe lux mundi, cui nullum par ue, prius ue

Cunctorum regnator maxime Regum. Vnde primi nominis inter Le-

Officioq; pium deuoto impende fauorem.
Vos quoq; Cæſarei iuuenes. quos inde paterna
Nobilitas ueterum traducta ab origine Regum,
Nunc matris commendat honor, ſeriesq; uetuſti
Sanguinis, & claræ Reinaldus originis auctor,
Annuite, & noſtras pariter magniq; parenteis,
Hoc etenim commune ſacrum eſt, admittite laudes.
Tu primum placatus ades, qui iure paterno
Virtutum, regniq; ſimul ſucceſsor & hæres
Sceptra geris: magniſq; patrem uirtutibus æquas,
Rex puer: & iam nunc Italis, Tuſciſq; timendus,
Erydanum, Tyberimq; premis: fortaſsis & iſta
Indolis acta tuæ, quæq; ipſe ſequentibus annis
Adijcies uirtute tua, modo uiuere detur,
Et ſceptris placuiſse tuis Henrice canemus.
O bene quod talem diuina potentia Regem
Inſtituit: qui ſic ſtudijs imbutus honeſtis,
Nouit ab inſipido doctum ſecernere uulgo.
Iamq; diu mutas, ſolitaſq; ſilere camœnas
Excitat ad ueterem digna mercede laborem.
Tu quoq;, quē patrio reuerendū nomine Rhenus
Et metuenda alijs formidat Sueuia terris,
Dux Friderice ducum, noſtræ munuſcula curæ
Suſcipe: nec parui placidus monimenta laboris,
Porrectaq; manu magno ſub faſce labantem,
Oppreſsumq; metu (ſiquidem potes) erige uatem.

dirigit. Deuoto. Pro dedito. ut & apud Tranquillum in bonam partem. Paterna nobilitas. Nobilitas una, generis eſt: de qua dictū eſt, qui genus iactat ſuum, aliena laudat. Virtutis altera. Tertia ex utraque conſtās. Prima apud uulgus in precio: apud ſapientes poſtremę duæ. Iuxta Ariſtot. Opes pariūt nobilitatem, & non antiquæ ſolum, uerūetiam undecunq; & quandocunq; partæ. Virtutibus æquas. Pro refers. Summa in eo ab exteris etiam ſcriptoribus commendata liberalitas, & facundia. Italis, Tuſciſq; timendus. Præfuit enim Longobardiæ uiuente patre, declaratus Principū conſenſu Germanorū Rex. Poſt mortem patris Auguſtus appellatꝰ eius nominis Sextus, ſecundum Italos Quintus. Expugnauit Neapolim, omneſq; rebelles penitꝰ debellauit, theſauroſq; Siculorū in Germaniā ſecum tranſtulit. Studijs honeſtis. Rara laus, ſi uerum eſt illud Carneadis dictum: qui negauit quicquā recte diſci a Regum filijs, præter artem equitandi. Digna mercede laborem. Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones. Ad uirtutes incitat præmium. Rhenus formidat. Propter loca quædam quæ tunc in Alſatienſibus tenebat. Imperante Henrico Tertio, anno a ſalutifero uirginis partu. M.XLIIII. Hildegardis in CHRISTO, ut habent Annales, pauper, & modica, cum filijs ſuis Friderico, qui primus ex Comitibus ab Hohenſtauffen Sueuorū Dux appellatꝰ eſt, Othone Argentoratē. eccleſiæ Epiſcopo, Ludouico, Vualthero, Chunrado, & filia Adelheida condiderunt, ſacram, ſub Dominici ſepulchri uocabulo, diuæ Fidei ædem in Seleſtadio patria mea, in pago Alſatienſi, & comitatu, ut tum loquebantur, hoc eſt, territorio Kircheimenſi. Poſt ſummum in hac æde altare hi uerſus in feneſtris legūtur.
„ Tempore quo redijt ſuperatis Mediolanis
„ Rex, nos Romanꝰ, iuſsit fieri Fridericus.
Huius noſtri Aenobarbi pater Ducis Alſatiæ & Sueuiæ, ut proditum eſt Annalibus, tulit appellationem. Dux Friderice. Hic patre ab humanis exempto, ob inſignem animi uirtutem declaratur dux exercitus Chriſtiani in Syria, contra Saladinum, Turcarumq; Principes militantis: haud tamen multo poſt febre correptus, cum ſumma rei Chriſtianæ iactura defungitur uita. Ducum. Sunt qui originem Ducum putant, a ducibus exercitus Romani emanaſſe: quos a Principibus donatos eſſe territorijs ueriſimile eſt, ut tamen ab eis recognoſcant. Vnde ſecundum Feudalia placita, proprie dicuntur Capitanei regni. Cæterum Ducis Ducum, hoc eſt, Archiducis appellationem primum Bruno frater Otho-

Deuotus.

Nobilitas triplex.

Henricus Sextus Aug.

Fridericus Sueuorum Dux.

Ducum origo.

Archidux Primus.

nis Cæsaris primi, insolenter assumpsit, ut ait Aemylius Veronensis christianus Tacitus libro Franc. histo. tertio.

Rhodanus.

At tibi cui Rhodanus totus famulatur ab ortu
Vsq; suo, totusq; fluit, dum gurgite fesso
Oceani tumidis tandem se misceat undis,
Hæc placuisse uelim: dubium puer inclyte dici
Rex ne, Comes ne uelis: ueterũ nam regna potenter
Allobrogum materna regis, regniq; decore
Dignus, ab excelso nomen deducis Othone.

Rhodanus. Eius etymum Plinius, & diuus Hieronymus a Rhodiorum Colonia urbe citerioris Hispaniæ uenire uolunt. Dicitur a nonnullis alter Eridanus. Nã una cõmiscentur ex Alpibus fluentes, scissus alia uia in Oceanum, alia in Adriaticum sinum descendit. quod Apollonius in Quarto Argonauticorum pulchre descri bit. Ab ortu Vsq; suo. Cuius pluribus meminit Marcellinus li. decimoquinto. Apud Salassios in agro Sedunensi, ad eas Alpes, quas Vadiano teste, hodie sancti Bernardi cognominãt, caput tollit: ac primum uario decursu, nec unum in cardinem flexus, in occasum tandem conuertitur, & Lemannũ fundit. Tumidis undis. Rapido enim concitus cursu, Tyrrheni æquoris freta scindit, in quo non mediocre fertur nauigãtium periculum, dum inter se maris fluctus, & amnis fluenta decertant. autor Ambrosius lib. Hexameron secũdo. De hoc amne perquam eleganter Sillius lib. tertio, Lucanus lib. primo. Rex ne: Comes ne uelis. Comitum originem non facile inueneris, sed eam dignitatem pro moribus Germanorum fuisse uetustissimam, ex Tacito constat: qui scribit in libello de Germanis moribus receptũ, ut cuilibet Principi, seu Duci exercitus, duodecim Comites assignarentur: ideo dictos, quod eos comitabantur, & a latere Ducum non discedebant. Itaq; Comitum originem Germanis moribus ortam esse, & non Italorum, dictus receptissimus autor testis est. Quapropter Zasius ille magnus uiris sacerdos atq; interpres, in elegantiss. suis in usus Feudales commentarijs, pronunciat: quod in duodecimo libro Iustinianæi Codicis aliqui tituli de Comitibus Largitionum, & cæteris inscribuntur, usurpationem Imperatorum fuisse ex Germanorum usibus. Astipulatur Iac. Vuympfelingus auunculus meus in uita Dietheri Archiepiscopi Moguntini, eius nominis primi. Volens Comites dictos quoq; esse Graues, a maturitate morum, præstatiaq; uirtutum. Vnde & teutonicum deriuatum, & per quintam uocalem, non per primam liquidam uernacula scribendum esse putat. Regna materna Allobrogum. Id est, Burgundionum, ut infra latius dicam. Nam regionem, tractumq; illum omnem eleganter describit in libro quinto. Allobroges ad tractum Lugdunensem olim siti Ptolomæo. Hodie Sabaudienses esse uolunt. Alij potius Delphinatũ, cui præsidet pro tempore Gallorum Regis filius natu maior. Caput gentis Vienna Pomponio Melæ. Excelso Othone. Noti sunt tres Othones Augusti, Auus, Pater, et Nepos, quos nobis Saxonia dedit, Principes clarissimos. Primi meminit Poëta lib. septimo & octauo. Secũdus cognominatus est a nostris scriptoribus, Pallida mors Saracenorum: quod eius opera Calabria, una cum Græcis expulsi sint. Posterior ab eisdem, Mirabilia Mundi appellatur, ob gloriam rerum a se gestarũ. Si Georgius Merula, non inelegans rerum Mediolanensium scriptor, Guntherum nostrum, non contemnendum autorem uidisset, minime negasset, Aenobarbo nostro filium fuisse nomine Othonem, quem cæteri scriptores & exteri & nostri uictum nauali prælio a Venetis, aiunt in caussa fuisse, q pater ex diutina discordia, in Alexandri Papæ gratiam redierit. Quod tamen idem Merula, ceu mendacium, etiamsi eius assertores uiri illustres habeantur, constantissime redarguit, libro tertio.

Comitum origo.

Zasius.

Iac. Vuimpfelingus.

Allobroges.

Delphinatus.

Tres Othones A, A, A.

Lapsus Georgij Merulæ.

Quinq; Chũradi Reges.

Nec tu, regifico Chunradi nomine clarus,
Ac uerus uirtute nepos, cui fœdere certo
Nominis & iuris, succedens Francona rura,
Herbipolimq; regis, primæ cui munera musæ
Obtulimus, scriptos sacra de sede libellos
Prætereundus eris, sed & hic quoq; nomen habere

Regifico Chunradi nomine. In primo eius nominis Rege, & non in Cæs. Ludouico Arnulphi Imp. filio defecit genus diui Caroli Magni. Alter Francorũ Germanorum Dux: qui deterri

Te uolumus, partemq; noui sacramus honoris.

tus oraculo Mediolani obsidionem soluit, Tertius Henrici Quarti filius, quem pater Italiæ, postquam Principum Germaniæ cõsensu Regem declarasset, præfecit. Quartus, patruus Friderici nostri Aenobarbi. Ex cuius familia Germania nostra Quintum uidit Regem & Aug. Filius ille erat Friderici Secundi Aug. ex Sole filia Ioãnis Regis Hierosolymitani, uel ut nonnulli tradunt, ex Constantia regis Castulonensium filia: qui altero post eius aduentum in Italiam anno, naturæ concessit, potionatus fraude Manfuedi occupatoris Siciliæ, relicto impubere filio Chunradino: qui iuuenis cum Friderico Austriæ Duce itidem iuuene magni animi, gloriæq; & nominis cupido, securi percussus est, uetustissima Sueuorum Ducum familia in Chunradino extincta. Lege septimum lib. Pauli Aemilij Veronensis de rebus gestis Francorum. Franconia iura. Franconiæ primũ, deinde Sueuiæ quoq;, fratre in Syria, ut diximus, uita defuncto, p̃fuisse, autore fratre Henrico Aug. a nostris in Annales relatum est. Durlaci ob admissum stuprum, interēptus esse traditur. Refert Sebast. Munsterus, quod quum Thuringi a Sueuis non parum molestarētur, pacificeq; in confinijs uiuere nequirent, inuitati Franci ab ostijs Rheni, uenerunt cum Duce Genebaldo: qui regis Francorũ, nempe Clodomiui, frater fuit: & Mogani pagum, ubi iam est Herbipolis, possidendum & colendum acceperunt. Scribit autem Hunibaldus Francorũ historicus, uenisse cum Duce Genebaldo triginta milia agricultorum, & duo milia. DCLXXX. artificum, una cum uxoribus, familia & iumentis: qui omnes ueluti murus fuerunt inter Thuringos & Sueuos. Contigit autem hæc profectio anno Christi. CCCXXVI. Habuit proinde hæc Francia Orientalis successiue XXI. Duces, & ultimus Hetanus nomine, quũ migrasset sine hærede, Pipinus Franciæ, seu Galliæ Rex donauit Ducatum Burchardo Episcopo, & omnibus suis successoribus, anno scilicet Christi D.CC.LII. Legimus tamen post illud tempus, & alios Duces fuisse in Franconia, inter quos Chunradus quidam appellatus est, qui in Romanorũ Regem electus fuit, ut & a nobis paulo superius relatum est. Non igitur tota prouincia Franconiæ primũ Episcopo data fuit, sed temporis successu ambitiosi Episcopi ditionem suam mirũ in modum ampliauerunt, & præsertim quũ ultimus Dux Voitlandiæ sine uirili decederet prole. Herbipolim. Vuurtzburgum, metropolis est Franconiæ, Mogano fluuio, quo alluitur, & arce iuxta munitissima celebris. Etymũ uocabuli ponit lib. quinto. Ei dñatur hodie præsul, idem & Dux Franconiæ. Vrbemq; petunt, cui nomẽ ab herbis esse putant. Scriptos libellos. Solymariũ, scilicet

Familia Chũradina Sueuorum.

De Ducatu Franconiæ.

Herbipolis.

De sacra Sede.. Hierosolyma: quam ideo sacram appellat, uel quod in ea erat templum Domini: uel quod hic initium nostræ salutis cœpit. Olim dicta est Salem, ut putat Iosephus, unde Melchisedeck dictus est Rex Salem. Deinde Solyma. Demum a Solomone Hierusalem cognominata, ut tradit Eusebius cap. ultimo noni de præparat. Euangel. lib. Sacramus. Dicamus.

Hierosolyma.

Noui honoris. Fœtus, mei scilicet ingenij. Quemadmodum Horatius, ruris honores uocat, quicquid frugum terra producit.

Honores.

Vltima magnifici, sed non minus inclyta proles
Principis, oblatum puerili suscipe dextra
Munus, & his gaudens allude Philippe libellis,
Quod tibi uenturi promittere nomen honoris
Rite queam: Comitẽ ne uocẽ, Regem ne, Ducem ne,
Pontificem ne magis: sic quippe est fama, uerendum
Disposuisse patrem: cuius præsagia nunquam
Fallere fata solent, rerumue incognitus ordo:
Quicquid eris, nobis iam magnus es, atq; uerendus,
Iam te non puerum, sed sacra tempora mitra
Velatum celsa residentem fingo cathedra.
O uere magni proles generosa parentis,
O uere felix dulci de stipite fructus,

Allude Philippe. Dux a patre Ethruriæ, post a fratre Heinrico Aug. qui opera eius (fuit enim animo ad quasuis gerendas res ingenti) usus est in Sicilia & Syria, a quo etiam occiso, ut dictum est, fratre Chũrado, Sueuiæ Ducatum obtinuit: Cui & Imperio, fugato tandẽ aduersario Othone Saxoniæ Duce, & reper Imperij proceres cõ

O uere famoſa domus, cui totus ab ortu
Solis ad occiduas mundus ſubſternitur undas,
Quam qui nouit amat, qui non nouere, uerẽtur.
Cuius in auditu, confuſis mentibus hoſtes
Tabeſcunt, contraq; nihil ſe poſſe fatentnr.
Nam pater in ualido robuſtus & integer æuo
Extimulat, teneram ducitq; per ardua prolem.
Illa uelut patriæ ſectatrix, æmula laudis,
Famoſum. Accelerat: tardumq; putat, damnoq; futurum
Expectare dies, meritisq; superuenit annos.
Quis nam igitur talem, tali cum prole parentem,
Laude ſatis digna poterit celebrare poëta?
Et tamen aggrediar: liceat modo fortia geſta
Eximij memorare uiri: non omnia, ſed quæ
Pulchra magis: quis em̃ (ſi proſequar omnia) codex
Hæc capiet? ſeu quis poterit percurrere lector?
Illa quidem officio magnorum clara uirorum
Sunt ſatis: & metus eſt, ne dum prodeſſe laboro,
Inueniar nocuiſſe magis, rebusq; ſerenis
Arguar inſanus tenebras obducere uates.
Eſt tamen & ratio, quæ forſitan auſa tueri
Noſtrã queat, ueniamq; dare, & detergere culpam.
Qui ſcripſere prius, cupientes ordine certo
Hiſtoriæ ſeruare fidem, non pauca uidentur
Inſeruiſſe ſuis, liceat modo dicere, chartis,
Quæ neq; Cæſareos augent uehementer honores,
Nec contexta rei, ſed tanquam adſuta cohærent.
At nos, ſi quid erit pulchrum minus, eximiumq;,
Vel quod ad egregios non multum Cæſaris actus
Pertineat, ueri nihil adiectura decoris,
Sponte relinquentes, tantum potiora ſecuti
De multis modicam nitemur cudere ſummam,
Claudendumq; manu forma breuiore libellum,
Ad demulcendas conflare legentibus aures,
Ac uelut e pleno decerptis floribus horto,
Principe digna ſuo, breuiter compingere ſerta.
Si quem igitur rerum prolixior ordo, fidesq;
Incorrupta iuuat, doctorum ſcripta uirorum
Conſulat: atq; ipſo latices de fonte petitos

poſita, ſucceſsit. Poſtq; annũ nonum impaſset, occiſus eſt a Comite Palatino de Vuitelsbach, cuiꝰ meminit Otho Antiſtes capit. 20. lib. ſexti. Cõmendatæ in hoc Principe lenitas, & clemẽtia, beneficentia atq; affabilitas. Vide Annales Vrſpergeñ. & Crantium.

Famoſa domus. In bonam partem. Vt apud Suetonium famoſi equites pro notis & celebribus. Et famoſa caſtitas, pro famigerata, celebrataq; apud L. Apul. lib. Aſini aurei nono. Sed apud alios autores frequentius in malam partem.

Rebusq; ſerenis tenebras obducere. Sentẽtia ꝓuerbialis, quę referi & a Plutarcho in cõmentario de dignoſcendo adulatore ab amico. Auſa noſtra. Pro audacia noſtra. M. Tullius autor eſt in Rhetoricis, Vnicuiq; uirtuti finitimũ uitium reperiri: ſic audaciam fidentiæ finitimam eſſe.

Qui ſcripſere prius. Oſtendit, quo cõſilio & ipſe ad res ab Aenobarbo Aug. geſtas, ſcribendum acceſſerit, tametſi a plærisq; iam ſcriptoribus eſſent tractatæ.

Hauriat: at si quis summatim carpere tantum
Rem satis esse putat, nostris apponat ocellum,
Et medio tenuem de gurgite sorbeat undam.
Præterea rerum freti splendore, simulcꝫ
Artifici sermone suo, sensucꝫ profundo,
Materiæ insigni metricas adsciscere leges
Spreuerunt: puduitcꝫ reor, puerilibus illos
Lasciuire iocis, & inanes texere nugas.
Nos autem sermone rudes, animocꝫ pusilli,
Singula sub numerum certa ratione uocantes
Verba, superposito uelabimus inlita fuco.
Vt quem forte parum male cultus sermo mouebit,
Hunc saltem structura pedum, uersuscꝫ canori
Detineant, sitcꝫ hic aliquid laudabile nostrum.
Nunc age, præmissis quæ uel res ipsa monebat,
Vel uatis studiosus amor, solamine tuti
Principis ac iuuenum, de re quod restat agamus.
Atque adeo præsens ex illo tempore textus
Incipiat, quo prima sacra Friderice tulisti
Sceptra manu: licet ante quidem non pauca relatu
Digna, uel a tenero gessisti fortiter æuo.
Nam necꝫ prima tuæ nobis monimenta iuuentæ
Percensere uacat: nec quæ crescentibus annis
Sub patre, uel patruo cunctis memoranda tulisti.
Illa suis speciosa locis, nos regia tantum
Gesta leui calamo, quadam breuitate sequemur.

Præsens textus. Opus, poema, siue cōpositio. Per translationem enim texere historiã, pro scribere usurpamus. Sub patre. Qui in Germania aduersus Imp. Lothariū Saxoniæ Ducem egregias res gesserat. erat eñ ei Cæs. inimicus, quod ex genere Henrici Aug. Quinti, superer at, quod extinctum uolebat. — Textus.

Vel patruo. Chunrado Augusto in Syria.

Cunctis memorāda. Otho Antistes cū quædam per eum gesta retulisset, Hæc & alia, inquit, tam ardua in ipsa puerili ætate gessit negocia: ut non immerito cum multorū stupore de ipso dici posset illud Euangelij. Quis putas puer iste erit?

Illa suis speciosa locis. Vt apud eundem Othonem Antistitem Frisingensem grauem autorē, ætatecꝫ ea clarissimū uirum, tum ob eruditionem, tum uitæ sanctimoniam: qui natus ex nobilissima illa Francorū Orientaliū Leopoldina familia, quæ Marchiæ Orientali (quæ & Austria) dominabatur, necessarius fuit Aenobarbi. Præterea, quæ gesta sunt per eum antequam Aquisgrani regium conscenderet solium, non prætérijt silentio autor ille, quisquis fuit: qui exorsus a fine Vrspergensis, Annales eosdem continuauit uscꝫ ad tempora Henrici Augusti. VI.

Annus ab Vrbe noua millesimus, utcꝫ notetur
Res, qua uoce potest, octingentesimus ibat:
Vel magis, ut Christi, qui tempora condidit ortu
Tempora distinguas, millenis, adijce centum,
Mox quinquagenis, subnectens quatuor annis,
Temporis hæc series effluxerat, orbacꝫ regni
Teutonici sedes Chunradi morte uacabat.
Acturi sacræ de successore coronæ
Conueniunt Proceres, totius uiscera regni,
Sede satis nota, rapido quæ proxima Mogo

Annus. Sumpsit principium narrationis, quæ hic incipit, ex arte, hoc est, non a remoto, sed legitimo loco. Ab urbe noua. Hoc est, condita. De prima urbis Romæ conditione non una est autorum sententia. Qui hæc fuse uolet cognoscere, petat a Dionysio, Solino, Plutarcho, & alijs permultis. Vtcꝫ notetur Res, qua uoce po-

Clara situ, populoq; frequens, murisq; decora est,
Sed rude nomen habet: nam Teutonus incola dixit
Franconefurt: nobis liceat sermone latino
Francorum dixisse uadum, quia Carolus illic
Saxonas indomita nimium feritate rebelles,
Oppugnans, rapidi latissima flumina Mogi,
Ignoto fregisse uado, mediumq; per amnem
Transmisisse suas neglecto ponte cohortes
Creditur, inde locis mansurum nomen inhæsit.
Huc sacri, celebresq; uiri, quos laude serena
Infula, uel gladius mundo facit esse uerendos,
Ex omni regione fluunt, ad publica regni
Commoda, de summis agere, ac disponere rebus
Exacta ratione parant, æque omnibus unum,
Qui modo sit tanto succedere dignus honori,
Præfecisse sibi celeri pietate laborant.

est. Vnde danda Poetæ uenia, quam sibi libro secundo Manlius depreca tur, ita canēs. Ornari res ipsa negat, contenta doceri, Et si qua externa referūtur nomina lingua, Hoc operis, non uatis erit, non oīa flecti Possunt, & propria melius sub uoce notantur.

Tēpora condidit. Hoc est, uniuersam huius mūdi durationē: quā Theologi octo punctis, seu euentibus metiunt: nempe Creatione, Diluuio, Vocatione, Legislatione, Regno, Regeneratione, Conciliatiōe, Consummatiōe. Christi ortu. A quo sextū mundi, seu temporū interuallum felix suscepit initium. Nam octo puncta, siue euentus iam dicti, in septem interualla, seu spacia sunt diuisi. Vulgus ætates mundi appellat. Tempora. Annos.

Quatuor annis. Otho Epi. Frising. & Abbas Vrspergeñ. decessum Chunradi Aug. & mox secutam Friderici electionem incidisse in annum post M. LII. autores sunt. Externi Chronographi referunt in LIII. quos Nauclerus sequitur: tamen addunt, inquiens, unum nonnulli, quos Guntherus autores habuit. Regni Teutonici. Quæ regna, quæ prouinciæ, qui populi sint Germanici iuris, tradit Io. Tritemius in ea epistola, quam præmisit libro a se de Origine Regum & gentis Francorum inscripto. Morte Chunradi. Huius Principis res, quas tum animi, tum bellica uirtute, & in Germanijs & Gallijs gessit, foris iniquior fortuna obscurauit. Arma etenim cum Gallorum rege infelicibus auspicijs contra Saracenos accæpit, decimo uix milite ex tanta nuper multitudine superstite in Germaniam reuerso. Sed per summū scelus Græci Imperatoris Manuelis, quo nullus infestior in Christianos fuit, nulli inuisiores successus nostrorum fuere. Memorabilem hanc expeditionem explicat copiosius lib. rerum Francicarū quinto Paulus Aemilius Veronensis, quo non alter elegantior ætate nostra res maiorum in literas retulit. Ex nostris Otho Antistes, qui huic expeditioni cum Aenobarbo patruo, tū adolescente mira indole, interfuit. lib. Aenobarbicarū rerum primo, & Vrspergensis. Non autē adeo inglorius Imp. Chunradus decessit, quam a quodam, qui secutus est externū scriptorem, dicitur: qui tamen in referendis principibus nostris non unum, aut alterum tantū errorem admisit. Conueniunt proceres. Vides neq; hic obseruatam sanctionis Gregorianę formulam de eligendo Imperatore latam, a paucis Principibus, cuius Itali, & plærīq; alij externi scriptores meminere; mire interim nostrorum annalibus silentibus. Proinde uel commentum fuit Italorum, ut plæraq; alia. Ioannes Stabius animaduertit, Nuenaris Comes recipit: uel, ut ego puto, non probata tunc a cæteris Principibus Germaniæ, aut saltem non perpetua. Sed & Sabellicus prudens & diligens scriptor, fatetur, se parum compertum habere, fuerint ne tum primum creati, qui Imperatorem legerent: an postea res inducta sit. Dissentit a nobis Munsterus. Verum eorum, qui hodie Electorū nomine censentur, dignitas atq; potestas facta est augustior per Carolum Imp. eius nominis Quartum: qui multa improbando exemplo admisit, maiestate Imperij neglecta: ut qui Boiemiæ suæ, q̄ Germanis consultum mallet. Haud raro Diuus Cæs. Maximilianus solebat diplomata eius, & priuilegia, quæ pater Aug. non prius rata habuisset, damnare silentio. Franconefurt. Nobilissimū iam olim in Germanijs emporium. Francorum dixisse uadum. Sumptū ex Antistitis Frisingensis historia. Mogo. Mela & Tacitus Mœnim nominant: nonnulli Moganum. Oritur in Orientali Francia ex Pinifero monte, Iuxta Mo

Manuel Christianorū persecutor.

Quid sentiāt quidā de Gregoriana formula super eligendo Imperatore.

guntiam Rheno miſcetur. Lege Chunradum Celtem in deſcriptione urbis Norimbergæ, & in ſecundo Amorum lib. Saxonas rebelles. Hos enim ſæpius rebellantes, tricennali tandem bello uicit, & uera pietate imbuit. Lege poſt Eginhartum, & Annales noſtrorum Aemilium Veronenſem. Gentis originem tradunt Vrſpergenſ. & Crantius. Saxones franci nominis hoſtes.

Sic ubi noctiuago ſtellarum lumine puppis
Decurrit pelago, ſi forte nocentibus illam
Qua regitur curſus tenebris premit inuida nubes,
Abrumpitq; uias, alio ſibi ſydere nauta
Quærit iter, clauiq; modum, ueliq; tenorem
Innouat, & radijs accommodat arte carinam.
Sic poſtquam ſedere Duces, dubioq; uolutant
Pectore, cui tanti regni tribuantur honores
Saxones, & quorum Ripuaria nomine tellus,
Vueſtualiæq; urbes, & Norica rura regentes,
Allobrogumq; duces coeunt, Cymbriq; feroces,
Quos perfuſa ſuo pugnax Germania Rheno
Miſit, & a magno tellus ſignata Luthero,
Vindelici, Rethiq; ruunt, quos Sueuia nutrit,
Quosq; Carentinis collimitat Auſtria campis,
Quas Lycus, & tumidis Iſter prælabitur undis,
Quiq; ſuos urbes huc direxere potentes,
Claraq; Teutonici coierunt nomina regni.
Nec minus ex Italis multos, & gente Latina
Traxerat huc rerum miratrix fama nouarum,
Concilium, Regemq; nouum, faciesq; uerendas
Aſpexiſſe Ducum, famoſaq; nomina noſſe
Optabant, populisq; ſuis exacta referre.

Sic ubi noctiuago. Cōparatio mire congrua.

Ripuaria tellus. Clauditur trium fluminum ripis, a quibus nomen ſortitur, Rheni ſcilicet, Moſellæ, & Moſæ, triangulari quaſi forma. Caput ad Confluentes eſt, acies apud Dile, oppidū poſt Nouiomagum, ubi Moſa in Vuahalim influit. Ripuarij qui.

Vueſtualiæq; urbes. Saxones, qui habitabāt trās Viſurgim amnem, qui uulgo Vueſera, Oſtuali, hoc eſt, Orientales appellati ſunt: qui hodie generali gentis nomine cenſent. Obſoleta prorſus Oſtualorum appellatione, citra Viſurgim, habitant Vueſtuali, id eſt, qui occidui nuncupati ſunt, quorū & nomen manſit, & regio hodie q̄ late patet. Saxonicum tamen nomen ceu conuicij et probri notam reſpuunt. Sunt qui apud Plinium Iſteuones interpretant eoſdē qui Vueſtuali. Oſtuali. Vueſtuali.

Horum pertinax rebellio diuum Carolum Aug. mirum in modum exercuit: unde iudices olim in eos, quod ſubinde ad Paganiſum relaberentur, conſtituti ſunt, die Vuiſzner, quos patrum noſtrorum memoria Fridericus Tertius ſuſtulit. Vuiſſzner. Norica rura. Bauarica. Noricorum enim regionē noſtra ætas Bauariam uocat. Mediæ uetuſtatis ſcriptores Boioariam dixere. Norici tamen appellatio longius, q̄ poſt Boioaria, uel Bauaria protendebatur a iugis Tridentinis uſq; ad montem Cecium, Kalenberg, qui īminet urbi Viennæ, metropoli Auſtriæ inferioris. Noricum Bauaria. Kalenberg.

Allobrogumq; Duces. Hoc eſt, proceres Galliæ Lugdunenſis, & regni ſeu prouinciæ Arelatenſis. Cymbriq; feroces. Signat extremos Germaniæ populos in littore Oceani, qui Cymbrorū loca tenent. Quos feroces appellat, reſpiciens ad uetuſtiſſimos illos, quorū Homerū meminiſſe uolunt Cimmeriorū nomine. Virtus eorum prodita eſt a luculentiſſimis ſcriptoribus, Velleio in primis, & Tacito. Gentis originē excutit Crantius lib. Saxoniæ ſuæ ſecundo. Cymbri. Germania pugnax. Quā prompto fuerit olim ad arma, cruoreq; animo, ſatis uel noſtra demonſtrāt tēpora: quæ licet externo admiſſo luxu, moribusq; mutatis, mollior facta ſit, tn̄ priſtinam fortitudinē retinet. Suo Rheno. A fontibus em̄ ad oſtia uſq; a Germanis Rhenus habitat, Danubio in Pannonas & Dacos exeunte: qui ui, curſusq; longitudine, multo Rhenū ſuperat. At ille quia maximis oppidis frequens eſt, & fortiſſimarū gentium terminus cenſet, claritatis quadam prærogatiua pollet. De eo peruetuſtū Germanicum rhythmū inſeruit Vadianus noſter cōmentarijs ſuis in Melā. Rhenus. A magno Luthero. Lotharingiā ſignat, etiamnū Imperij prouinciā, quæ Lotharingia.

Austrasia fuerat antea, tunc ab Lothario nepote Ludouici Pij Aug. Rege suo, pro Lothariana, Lotharingia dici cœpit: cui paulo longior uita dedecus attulir, duobus Episcopis regni sui autoribus, Agrippinensium, et Treuirorũ: quã rem fuse narrat Vrspergensis. Vindelici, Rhætiq; ruunt. &c. Quia alia quã hodie, tenuerunt loca, ideo dicit, quos Sueuia nutrit, scilicet Vindelicos. Non illa Albiana, priscorũ Sueuorum sedes, sed quæ nobis hodie Sueuia est, & quos Austria collimitat, scilicet Rhætos: quorum uocabulo Austrios comprehendi, tradunt autores idonei. Quã late patuerit, arguit uarie ipsa Rhetia nominata, Superior, Inferior, Plana, Alpestris, & Cisalpina. Videbis autẽ & nationum sedes, & regnorũ populorumq; nomina subinde mutata, siue ueteres, siue recentiores rerum temporũq; scriptores euoluas. Sic Alsatia nostra dicitur, quæ olim Alemannia. Sic Austria nunc appellatur, quæ olim Pannoniæ pars erat, quam Teutrichus, Alfridusq;, a Carolo Francorum Rege, eo, qui mox insignia Imperij a Græcis in Germanos intulit, copiarum ductores missi, aliquot secundis prælijs factis, munitionibusq; opportunis locis, & præcipue ad coitiones fluuiorum obiectis, expugnarunt: hostemq; longis, latisq; finibus utentem, submouere ex ea, quæ nunc Austria est, nomine indito ab Austrasia. Carentini antiqui nominis uestigium, cuius Ptolomæus meminit, retinuerunt. Quanquam Carinthiam malunt quidam eum tractum, quem hodie Carinthiani, die Kerner, habitant, a Carnis, uon den Karsster, quorum nomen adhuc durat, appellatum. Carniolamq; hanc nobilissimam regionem cum Stiria, æque clara prouincia, Ludouicus Augustus, cognomento Pius, qui diuo Carolo patri successit in Imperio, Germanis reddidit, abrogato in Stiriam, Carinthiamq; iure Ducatui Foroiuliensi: quod Baldricus Foroiuliensium Dux, Pannonici limitis custos, Bulgaros recentis fœderis immemores, uim facientes, non arcuisset finium ingressu. Lycus. Quo fluuio Sueui a Bauaris nostra ætate seiunguntur. Ister. Supra cataractas Danubius, infra uero Ister dicitur. Prælabitur. Præterlabitur. Apocope. Tumidis undis. A quarum strepitu & sono putant quidam accæpisse nomen uernaculum Donauu. Præterea scribit Althamerus, tanto impetu ferri in Pontum, q; ultra quadraginta milia passuum infra amaras undas, dulcem quærentibus exhibeat haustum. Vrbes autem quas & Lycus, & Danubius alluunt, pete infra ex quarto Austriados libro Bartolini, & octauo libro Germaniæ Exegeseos Irenici. Suos potentes. Optimates, primores. Famosa nomina. Quemadmodum Plinius in Epistolis famosam caussam dixit, claram, & illustrem intelligi uolens.

Rhetia multiplex.

Carentini. Carinthia. Carni. Carniola.

Lycus. Ister.

Ergo ubi tanta patres audire negocia, dignum
Insedere locum, diuerso magna fauore
Pondera librantes, nunc hos, nunc protinus illos
Inspiciunt: uersantq; diu moresq;, genusq;,
Ingenium, famam, fortunæ simplicis usum,
Euentum, finemq; simul, quæ commoda regni
Inde fluant, quæ damna sui: iudex ne seuerus,
An facilis, pius, an ne ferox, largitor honestus,
An ne rapax, pacem portendat, an arma minetur,
Omnia sollicito curarum examine pensant.
Tandem quid peteret regni fortuna, per unum
Dignata est aperire uirum, qui nomine clarus,
Dux comes, an præsul, dubium, formaq; uerendus,
Consilioq; potens, & persuadere peritus,
Surgit: & ut magnis uocem cum corpore rebus
Composuit, facunda pater sic ora resoluens,
Omnia suasibili permulsit pectora uoce.
Francorum Proceres, quos inclyta robora regni,

Fortunæ nomina uaria.

Fortunę simplicis Fortuna diuersis apud Gentiles nominibus appellata est. Mala Fortuna & detestata, Fortuna fortis, Equestris, Parua, Virgo, Primigenia, Obsequens, Priuata, Viscata, Publica, Virilis, Cõuertens, Benesperans, Auertens, Blanda et Dubia, Mammosa, Barbata, & Muliebris: quibus omnibus principium dedit Seruius Tullius: q; a Fortuna ex seruo in regnum esset euectus.

Francorum proceres. Qui Frãcis nostris Asia-

Et ualidas nunquam pudeat dixisse columnas,
Scitis ut e medio dolet heu, sublatus acerbo
Funere Chunradus uitam, regnumq; reliquit:
Nunc igitur (ueluti cum luditur alea) prudens
Si qua male acciderint, ea lusor corrigit arte.
Sic nos humanæ lusit quos alea sortis,
Consilio fati casum properemus iniqui
Corrigere, & tanto solatia ferre dolori.
In manibus uestris regnum est: ea quippe potestas
Ad uos more suo, semper uiduata recurrit,
Regibus est alijs potiundi iure paterno
Certa fides, sceptrumq; patris nouus accipit hæres.
Nos quibus est melior libertas, iure uetusto
Orba suo, quoties uacat inclyta principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.
Ex quo Romanum nostra uirtute redemptum,
Hostibus expulsis, ad nos iustissimus ordo
Transtulit Imperium Romani gloria regni.
Nos penes est, quemcunq; sibi Germania Regem
Præficit, hunc diues submisso uertice Roma
Suscipit, & uerso Tyberim regit ordine Rhenus.
Consulite in medium, tantaq; e plebe potentum,
Vnum, quem tanto deceat succedere Regi,
Eligite, Ausoniam dignum gestare coronam.
Ast ego, si uestra quæ sit sententia mentis,
Pace monere licet, quo nostri pondera uergant
Consilij, uos rem (propius perpendite) promam.

ticam originem tribuerunt, ut fere omnes rerũ mediæ antiquitatis scriptores & Chronographi, in primis Gallici, q̃ ciuitatem illã magnam Sicambriam appellatã, meris construxerũt mendacijs, tota (ut aiunt) ab errarũt uia: quũ eos grauissimi autores Tacitus, & Plinius indigenas fuisse pronũcient. Has nugas fabulosas, satis confutarunt ex recentioribus Comes Nuenarius, Byrcfheymerus, et Crãtius, qui eam, quę prima Francis nomen dedit, Franciã Germaniæ, scribit, per iniuriam appellatam Franconiam, ablato illi uero a Gallis nomine. Seruant tamẽ non nulli scriptores illi prouincię suũ nomen & honorem, ut Franciam uocent oriẽtalem. Sed hoc, inquit, uix patiunt Galli, pro solita gentis elatione, indignati, si dijs placet, q̃ Germãos patres, & regni sui fundatores iubeantur agnoscere. Miror itaq; nõnullos, & in eis perq; excellenti eruditione præstantes, fuisse, qui ex quadam Ciceronis ad Atticum epistola, Franconici nominis antiquitatem, ceu grauissimo testimonio approbarent: cum tamẽ locus ille, si excutiatur diligentius, seipsum prodat deprauatum. Quos inclyta robora regni, Et ualidas nunquã pudeat dixisse columnas. Ex hac enim gente, ut eleganter ait Comes Nuenarius, tanquam ex equo Troiano, totius Germaniæ nobilitas prosilijt. Nec nos mouere debet quorundam stulticia, suam originem ad Romanos referentium: qui si scirent, nullam in Italia nobilitatem esse, quam non Germani eo aduexerint, non haurirent aquam e riuulis, ipso fonte contempto. Ridiculum sane, q̃ Volaterranus diui Maximiliani Aug. progenitores, ait fuisse quosdam, nescio, Perleones Romanos, cum pura puta sit e Francorum sanguine Principibus Austriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, Hollandiæq; origo. Regni. Teutonici. Nomen enim Franciæ Orientalis in Teutonici regni appellationem iampridem abierat. Continebatur autẽ eiusce Franciæ nomine Baioaria, Sueuia, Saxonia, Turingia, Frisia, Lotharingia: ut Frisingensis Præsul refert cap. 11. lib. sexti. Nostra uirtute redemptum, Hostibus expulsis. Hoc est, ut uulgo dicunt, iure belli quæsitum. Quod si, teste Comite Nuenario, uerum dicere uellent, qui finxere ad Germanos uenisse Imperium Stephani Papæ donatione, faterentur utiq; Carolum Magnum Italiæ, a qua per Longobardos eiectus erat, restituisse Stephanum Papam, eius nominis tertium: nec agnoscere donum, quo carebat is quem fingunt donatorem: faterentur per hunc in Italia regnare Pont. Romanum,

Frãcorũ Asiatica origo falso tradita.

Germanicæ nobilitatis origo.

Austriæ domus, nõ Romana, sed Frãcica origo.

Commẽtum de translato Imperatore.

Exarchatus Rauennæ.

non Constantinum : cuius successores usque ad Teutrichi Regis Gothorum tempora, & ipsam Romam, & Italiam totam tenuerunt: faterentur Exarchatum Rauennæ, cum Piceno non fuisse unquam sub potestate Romanæ Ecclesiæ, nisi postquam Stephano Papæ fuit per Pipinum collatus, frustra tunc reclamante Græci Imperatoris Protospatario. Sed præstat externum, Italicꝫ hominis testimonium afferre Georgij Merulæ, qui in fine Primi libri hist. Vicecomitum, de uictoria diui Caroli, in Desyderium loquens, Ex eo, inquit, Pontifex multarum urbium dominus, & qui antea religionis maiestate res tenebat, mox imperio & potentia metuendus fuit: & si quidam historiarum ignari, & temporum nescij, ignorato rerum gestarum ordine, a Constantino, Syluestro Pontifici datum referant. Audiamus & alterum testem itidem Itali generis hominem, Aemilium Veronensem : qui libro Francicarũ rerum tertio scribit, Pontificiã dignitatẽ, euersa tum Italia per Gotthos, Vandalosꝫ, ac alias gẽtes, adeo uexatam, ut non ante Carolũ Marcellũ, diui Caroli auũ, tollere oculos ausa fuerit: illũ Pontificis precibus motũ, ecclesiæ patrociniũ suscepisse, gessisseꝫ: Pipinũ eiusdem Caroli patrẽ, Exarchatũ, Rauennatiũ urbi Romę redonasse, liberalitate, pietateꝫ Carolum Augustũ neꝫ auo, neꝫ patri cessisse. Satis Aemilio cum Nuenario & Merula cõuenit: præterꝙ, ꝙ redonatum dicit Exarchatum. Sed meminisse debes, Veronensem sacerdotio insignẽ, senoluisse grauare odio. Diues

Triplex Roma.

Roma. Comperio triplicem Romam fuisse. Vnam non multũ post captam Troiam. Alteram quindecim ætatibus fere post primam extructam. Tertiam aũt multo his duabus uetustiorem.

Suscipit. Qui plus æquo Pontificum potestati tribuunt, designato Cæsari adimunt rerum administrationem, quamdiu Papæ desit adsensus. Sed quibus Imperij autoritas, uelut a Deo

Roma.11.

tradita, propugnatur, mox ab electione omnis potestas adest.

Est hic eximiæ iuuenis probitatis, & alto
Nomine maiorum clarus, sed clarior actis
Ipse suis, patrij Fridericus nominis hæres,
Sueuus, & a ueterum non longe sanguine Regum,
Quem sibi, dum supera frueretur luce superstes,
Rex patruus, dignum gaudebat habere nepotem,
Multaꝫ cognati mandare negocia regni
Sueuerat, & socium summis adsciscere rebus.
Quid iuuenis de laude loquar? quid fortia primæ
Acta iuuentutis? quid, quod peregrina secutus
Castra Dei, primus tyro famosus in armis
Gessit? & inuicta quantos uirtute labores
Pertulit expediam? timeo ne multa loquendo,
Inueniar dixisse minus. notissima res est,
Quam qui forte negat, nunquam uidisse diurnos
Se Phœbi radios, nec uerno tempore flores,
Aestibus aut medijs audisse tonitrua dicat.
Hunc ego Rectorem fausto clamore cieri,
Incingiꝫ sacro nitidos dyademate crines,
Et moneo, & nunquam, fateor, monuisse pudebit.
Si satis hunc noui, nec me præsagia fallunt,
Nobilitate uiget, claroꝫ hinc sanguine Reges,
Inde Duces contingit auos: facundia dulcis,
Forma nitẽs, animusꝫ sagax, manus impigra, sollers

Guelphi Guibelingi.

Est hic eximię. Oratio non expers artificij, mixto tamẽ genere. Veterum Regum. Fridericus auus Aenobarbi, gener Henrici Quinti Aug. genus suũ ad ueteres Francorũ Reges gentis uocabulo Luituuichũ, gallico Clodoueum, & diuũ Carolum Magnũ referebat. Rex patruus. Cęs. Chunradus Aug. frater patris Aenobarbi, cui & Friderico nomen erat.

Castra dei. Propter militem cruce signatũ in expeditionẽ Syriacam, in quã cũ multis alijs Germanorũ Principibus pia induit arma Chunrad9, monitore diuo Bernardo Clareuallensi: quę tñ infelicẽ, ut diximus, scelere impij Gręcorꝫ Imperatoris, exitũ sortita est.

Inde duces cõtingit auos. Guibelingianos, & Guelphicos, q, ut inqt, Antistes Frisingensis, ut inter uiros magnos, gloriæꝫ auidos assolet fieri, frequenter sese inuil-

Consilijs, belloque ferox, & pace modestus,
Mente senex, aetate puer, prudentia rerum
Certus amor, robusta fides, constantia mentis
Nec frangenda malis, nec sustollenda secundis,
Laudis amans, largitor opum, crudelibus atrox,
Tranquillus placidis, ferus indomitusq; superbis,
Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis,
Fortis ad instantes casus, prudensque futuri
Preteritique memor, socijs bonus, impius hosti.

cem aemulātes, reipublicę quietem multotiens perturbarāt. Quod nō ignorauit Iac. Barcellus, qui tacite Guelforū & Guibelingorum principum recitans factionē, satis confutat quorundā de eiusmodi nominibus opinionem, licet & antea ab alijs exibilata existat. Emendanda est eo loci in Barcello dictio, Helençson, quam miror nostros nō animaduertisse deprauatam. Helepromā enim suspicor scripsisse autorem: ut Italis & Gallis familiare est inflectere externa. Signat autē indubie oppidum imperij etiam celebre Haylprun, quod salutis fontem interpretari possis.

Instantes. Pręsentes. Prudensq; futuri. Singularis prudentia constat praesentium scientia, memoria praeteritorum & futurorum prospicientia.

Haec sunt o Proceres, haec sunt quae regna tueri,
Ac munire solent: his artibus infima crescunt,
Maxima seruantur: ni fallimur, artibus istis,
Seq; suosque reget: neque enim quis hactenus ultro
Et gratis coluit, sumpta mercede relinquet.
Nam quod summa probos mutare potentia mores
Dicitur, ex alia sumptum magis ęstimo caussa:
Si quis forte sibi peruersae conscius artis,
Ingenijque mali, tacitus captator honoris
Tempore dissimulat: cum quod cupiebat adeptus
In uitium, moresque redit: mutasse uidentur,
Inmeritique hominem uiolasse putantur honores,
Quos magis ille malo corrumpit, & inquinat usu.
At cuicumque bonum, & nullo uiolabile casu
Ingenium natura dedit, si lętus honorem
Forte tulit, quo dignus erat, tunc tempore rapto,
Illa latens probitas laeto pubescere fructu
Incipit, & sese uirtutum germina produnt.
Sic puer a tenero castis qui moribus aeuo
Floret, & hunc habitum natura uertit in usum.
Qualis erit? quantus ue putas? quae gloria regni?
Quis decor Imperij, tanto sub Principe surget?
Hunc ipsum uoluisse suis succedere regnis
Et patruum, res ipsa probat, cui sanguine iuncto,
Ac uelut hęredi moriens insignia nuper
Regia, nil parua sperans de prole, reliquit,
Quippe Deus, si regna diu uoluisset in illa

Sumpta mercede. Scilicet honore, pręmio uirtutis, secundū Aristotelem. Notum illud ad qd' allusisse uidetur. Honos alit artes. Nam quod summa probos mutare potentia mores dicitur. Explicat quomodo intelligendum, quod puerbio dicit', Honores mutant mores. Profecto in uita priuata uix satis perspici possunt mores & ingenium hominis. Verum si cōmittas imperium, ut quod libeat idem liceat, tum demum apparere, quo sit animo: ut eleganter dixit Roterodamus in enarrādo Adagio, Magistratus uirum indicat. Captator honoris. Petere honorem, nunquam lege Romanorum prohibitū fuit, sed contra leges de ambitu petere, id demū erat uetitum. Si lętus honorem forte tulit. Nullū Imperio gerendo censet idoneū Plato, nisi qui coactus & inuitus suscipit Imperium. Parua prole. Impubere filio, Friderico nomine, cui tamen maturo ętate Sueuię Dú

Honores mutare mores.

Stare domo, prolem potuit ſeruaſſe priorem,
Quæ iam ſuſcepto conſorti fœdere regno,
Henricus Cæſar. Flebilis indigna præceſſit morte parentem.
Nunc quoniam fatis e fratribus alter iniquis
Occidit, & caſu regnum fraudauit acerbo,
Alter adhuc teneris puer eſt male firmus in annis,
Quis melius patruo (faueat modo ueſtra uoluntas)
Succedat, quam quẽ ſtudijs, & carne propinquum
Ipſe ſibi hęredem, quaſi deſignaſſe uidetur?
Nouerat ille quidem generoſæ robora mentis,
Nouerat, atq; ideo regnum quantum eſſet in ipſo,
Tradidit, & nato uoluit præferre nepotem.
Nec alienus erit: nulla hic tranſlatio regni,
Nulla ſub ignoti redigemur iura tyranni.

catꝰ obueniret, teſte Vrſpergẽ. Prolem ſeruaſſe priorem. Henricũ, quem ipſe adhuc puerũ conſenſu Principum, Regẽ declarauit, & Aquiſgrani inunctum, atque diademate cinctum uidit. Autor Friſingẽ. præſul cap. xxxxiij. lib. hiſt. Aenobarbicæ Primi. Vita priuſquam pater defunctus eſt: quod apertiſsime Guntherus noſter hoc loco prodidit. Vnde mirari nequeo, Crantium ſcripſiſſe, cum patri fuiſſe ſuperſtitem: quod quidem leue eſſet, metu uero Imperialiũ inſignium, quæ pater apud eum ſeruanda reliquerat, euecto ad culmen Imperij Friderico Aenobarbo, paulo poſt e medio ſublatum ueneno. Cum tamen ab hoc ſcelere, quamuis plęriſq; alijs nimium familiari, Germani ſemper alieni fuerint. Otho autẽ Antiſtes Chunrado Aug. & affinitate & familiaritate ſumma coniunctus, ſcribat, ut eius utar uerbo, Regalia, cum unico ſuo Friderico, Ducis Friderici fidei ab eodem commiſſa.

Adde quod antiqua Regum nutritus in aula
Idoneus rerũ gerendarum. Regia, prudenter tractare negocia nouit.
Adde quod & geminas poterit regumq; ducumq;
Hanc patris, hanc claro contingens ſanguine matris,
Conciliare domos, quas ſeditione frequenti
Excitat impatiens ſociæ diſcordia laudis.
Si quis ob inuidiam ſtudijq; latentis amorem
Tot bona ſecreto diſſuaſor inutilis aſtu
Impedit, imprudens, aut perfidus eſſe probatur.

Tractare negocia nouit. Nemo enim ad rem gerendam idoneus eſſe poteſt, niſi qui ſit uſu exercitatꝰ. Cuius filias eſſe Sapientiam, & Experientiam Afranium poetam prudenter & lepide ſcripſiſſe refert Gellius.

Adde quod & geminas. Quoniam ſub Cæſ. Henrico Quinto, Dux Fridericus pater Aenobarbi, genus paternum in ueteres Francorum Reges & Imperatores referens, Henrici Noricorum Ducis filiam uxorem duxit, ex qua Fridericũ .I. Imp. ſuſcepit. Itaq; & Guieblingianam Imperatoriam, & Guelphicam Ducalem familiam contingebat. Hæc una cauſſa Fridericum patruo ſuffecit, ut tandem duæ in proceribus Germanorũ potentiſsimę familiæ, ex diutina æmulatione, qua respub. affligebatur, in gratiam redirent.

Cur præ cęteris Fridericus Cæſar ſit declaratus.

Sic ubi mellifluã, quiſquis fuit ille diſertus,
Voce perorauit, concordi protinus omnes
Aſſenſere ſono: læto clamore cietur
Dux puer in Regem: Friderici curia nomen
Tota canit: moreſq; probos, & fortia facta
Extollunt, dignum ſceptris, ultroq; petendum,
Cogendumq; ferunt: alij famoſa priorum
Nomina, permixtumq; genus, regumq;, ducumq;
Commemorant: alij ſtudium, magniq; uigorem

Dux puer. Fridericus iuuenis, ſed qui iã & domi & foris æditis claris facinoribus, quæ ſtudioſius Otho ꝓſecutus eſt, effloruerat. Ariſtoteles iuueni non concedit gubernationẽ: quod rudis ſit earum rerum quæ in uita uerſantur. Tenero, inquit Claudianus, tractari pectore neſcit Pu-

Pectoris,& placidos,sed nō sine pondere mores:
Pars operum titulos iactant,æuique minoris
Vix æquanda uiris,annisq; ualentibus acta.
Hanc ergo rem penitus,quam dicere pauca,silere
Tutius esse puto:non est mihi carminis inde
Tanta fides,pleno scribens ut cuncta relatu
Exæquare uelim,magnum res ista poetam
Exigit,in minimis nobis audacia rebus.
Mox ubi rite suam proceres iuramine sacro
Astrinxere fidem,cunctis,quæ postulat ordo
Expletis,paucisq; nouo cum Rege relictis,
Discedunt:lætiq; suas referuntur ad urbes.
Sic ubi mundanis dominantia sydera rebus
(Si modo uera canunt,qui talia tradere gaudent
Dogmata) propitio post sæcula plurima signo
Conueniunt,aliquemq; boni maioris in orbe
Prouentum,pacem terris,hominumue salutem,
Temperiemue poli,fidosue colentibus agros,
Aut simile his aliquid concordi fœdere iurant,
Inde suis iterum uicibus,uersoque relapsu
Discedunt,soluuntq; chorum,repetuntq; penates,
Non nisi post longos iterum coitura labores.

blica maiestas. Cæsar Carolus quartus, legitimā in Romanum principē eligendi ætatem, octo et decem annos pronunciauit.

In minimis nobis audacia rebꝰ. Iuxta præceptum Horatianum. Sumite materiā uestris qui scribitis æquā Viribus,& uersate diu, quid ferre recusent, Quid ualeant humeri.

Sic ubi mūdanis. Simile perquā apte adductū.

Dominantia sydera. Signat Planetas, qui a ueteribus uelut quidam mundi principes intellecti sunt. Horum alij diuini,alij nocturni sunt.

Qui talia tradere gaudent. Disciplinam cœlestium rerum,quam Græci Astrologiam, Syderalem e Latinis quidā uocauere, primitꝰ inuenisse, filios Sethi:qui fuit primi parentis nostri Adæ, Iosephus scribit cap. iiij. Primi Antiquitatum. Propitio signo. Habent enim & suas qualitates signa: de quibus Pontanus copiostus ceu ex professo tractat,in libris de rebus cœlestibus,dignis lectu, uel ob Romani sermonis puritatem. Vrania,cæteraq; eius poemata,recepta iam sunt calculo omnium eruditorum, maxime in Italia, ut accipio, quæ cum antiquitate certare possint. Post plurima secula conueniunt. Periti Astrorum eiusmodi conuentum uulgo uocant, magnam Coniunctionem. Ioannes Picus ille magnus, cuius conclusiones a magnis olim Theologis apud Italos damnatæ fuerunt,ut impiæ & hereticæ, nunc ut christianæ, piæq; leguntur omnibus, non sine applausu Theologorum,ostendit euidenter cap. v. lib. aduersus Astrologos Quinti, Planetas magnis coniunctionibus iunctos, non plus posse, quam diuisos: magnasq; istas Coniunctiones nouum esse inuentum,de malo Ptolomæi intellectu natum.

Astrologiæ inuentor.

Coniunctiones magnę Planetarum.

At Rex prima mouens,ibi re feliciter acta,
Castra per emensas memorati fluminis undas,
Classe petit celebrem famosi nominis urbem,
Qua Mogus tumido miscet sua flumina Rheno:
Qui licet ipse suum perdat cum gurgite nomen,
Dat tamen egregiæ primordia nominis urbi:
Illaq; maiori cum sit popularior amni,
Negligit,& fluuio dignatur ab hospite dici.
Namq; premens Rhenū (si credimus omnia famæ)

Fluminis. Mœnis,seu ut nunc,Mogoni. Maiori amni. Rheno. Hęc urbs Francorū mediję. Germanicę Franciæ nomen longe lateq; patuit olim, cuius metropolis; eademq; urbs regia Moguntia ab Chronographis nostris appellata ē. Eius situm satis eleganter describit & extollit

Nomen ab infuso recipit Moguntia Mogo.
Hæc urbs Francorum medijs in finibus, agris,
Vitibus, arbustis, populo generosa frequenti,
Hinc statione sua Rhenum contingit, at inde
Extendit rapidam fines procul usque Mosellam,
Quæ non pene minor placidos dum permeat agros,
Frugibus & pomis, & dulci fertilis uua,
Nomen, aquasqꝫ suas, proprio sub iure retentans,
Fluminis ex gemini confluxu nomen habentem,
Seruat adusqꝫ locum: uictor mox Rhenus, utrumque
Eripit, & mixtis dominatur fortior undis.
Turribus hæc eadem quondam, murisque superba,
Pene fuit toto sedes notissima regno.

Obrinca. Mosella.

Otho præsul lib. Aenobarbicæ hist. primo.

Mosellam. Obrinca olim, nobilis Belgicæ, Rheno uicinę, quæ a Ptolomęo in Germanias diuiditur, inferiorem & superiorē, fluuius. Ab eo inferior Germania initium habet, Ausonij poetæ clarissimi carmine illustratus. A Mosa & Sella fluuijs, ex Vogeso monte nascentibus, Philesius dictum cecinit. Et Mosella unum gemino de nomine nomē, Ingreditur Rhenum, pluribus auctus aquis. Quæ non pene minor. Scilicet Mosella, hoc est, tractus Mosellanus & amœnitate & fertilitate uetusta celebris. Placidos dum permeat agros, Frugibus & pomis, & dulci fertilis uua. Vt & Ausonius in eius pręconio mox a principio cecinit. Salue amnis laudate agris, laudate colonis, Dignata Imperio debent cui mœnia Belgæ. Amnis odorifero iuga uitea consita Baccho, Consite gramineas amnis uiridissime ripas. Et paulo ante finem. Salue magne parens frugumqꝫ uirumqꝫ Mosella. & quæ sequuntur. Cor. Tacitus ad finem. xiij. Aug. hist. libri scribit. L. ueterem Ro. ea tempestate exercitus præfectū, Mosellam, atqꝫ Ararim, facta inter utrumqꝫ fossa cōnectere parasse. Fluminis ex gemini cōfluxu nomen habētem, Seruat ad usqꝫ locū. Meminit huius loci Antoninus Imp. in Itinerario, Ammianus lib. rerum gestarum. xvi. his uerbis. Nisi quod apud Confluentes locū ita nominatū, ubi amnis Mosella Rheno confunditur. Regino lib. Chronic. ij. Hic, ut Otho refert, Chunradus Aug. Heinrico Quinto suffectus est. Paret hodie Archiepiscopo Treuerensi. Est & alter Confluens Mosæ & Rheni. Hæc eadem. Moguntia.

Mosellæ celebritas.

Donec ob infandum, detestandumque furorem
Strata, luit meritas occiso Præsule pœnas,
Inde ruinosis deformis, & horrida muris,
Testatur iustas offensi principis iras.

Donec ob infandum. Otho pontifex, & Radeuicus, memorabilē huiꝰ historiæ partem silentio prætererūt, Vrspergensis item, & Nauclerus. Crantius paucis uerbis attigit in fine cap. 18. Saxonic. rerum lib. Sexto. Legimus apud Othonem pont. Moguntiam, sub eo Henrico Augusto, cui Lotharius Saxo successit, & tum pręerat Adalbertus primus, omnium illius temporis, ut idem ait, regni principum uersutissimus & locupletissimus, obsessam a Frid. Sueuorum duce bellicosissimo patre Aenobarbi, de illoqꝫ Archiepiscopo & populo Moguntino retulisse triumphum. Communicauit autem mihi Rhenanus noster ueterem libellum, quo quidam Chunradus ea tempestate, uel paulo post, ut apparet, Episcopus, simplici dictione, plane fidem rebus adferente, quas ille ad posteritatis noticiam transmittere studuit, complexus est quædam, quæ sunt gesta sub Aenobarbo nostro, Henrico VI. eius filio, Philippo rege, & Friderico secundo. Nec reperiuntur in uulgatis Chronicis. Vnde haud grauabor, quamuis prolixa Episcopi illius uerba adscribere, quibus candide prosequitur cędem Arnoldi pontificis, & quæ illam secuta est urbis Moguntinę calamitatem, tum alia haud quaquā scitu indigna. Igitur de Henrico Archiepiscopo Moguntino, cui Arnoldus successit, autor ille loquens. Nam quia, inquit, semper ei erat cordi, ut clerus honore debito gauderet, populus iusticia regeretur, terra pace publica exultaret, ecce accusatur apud Papam, quod somnolentus & inutilis haberetur. Quod uir uenerabilis ut cognouit, solennes nūcios pro sua excusatione ad summum Pontificem decreuit protinus destinare. Misit ergo omnium suorum secretissimum cognitorem quendam Arnoldum clericum, quem ipse Archiepiscopus ad præposituram maiorem promouerat iam recenter, tanquam eum qui

Henricus archiepiscopus Mogunt. accusatur apud Pont. Rom.

non posset esse immemor beneficij tam nouiter consecuti. Præterea eidem Præposituram S. Petri etiam contulerat. Insuper & Camerarium constituit ciuitatis Moguntinæ. Erat autem idem Arnoldus miri ingenij & facundiæ, atque congestor pecuniæ infinitæ. Is itaque ueniens ad Curiam Romanam, pontificatumque ambiens Moguntinum, primum sibi Cardinales pecunia fauorabiles acquisiuit. Deinde duos specialiter certificans, qualiter de sua propria promotione ageret, & postmodum consummaret, cum illis familiarius pertractabat. Tandem ab illis instructus, & de se certificatus, cœpit in suum dominum accusationis iacula dirigere, quem uenerat excusare. Breuiter, tantum in sua processit audacia, & effecit, ut duos Legatos destinari peteret huius rei cognitores & iudices. Obtinuitque eosdem duos quos certificauerat. Tandem tractu temporis multa interuenerunt facta, quæ, sicut scribentibus esset onerosum referre, ita legentibus tædiosum. Veniunt ergo Legati Vuormatiam: Henricus Episcopus citatus comparet: nihil prætendere poterat pro se, quod admittere uellent iudices, siue Legati supradicti. Præsidentes autem iudicio, in loco qui Neuhusen uocatur, Henricum laudabilem uirum, ab episcopatu amouent Moguntino: Arnoldum substituunt. Dicebatur autem, quod Fridericus Imperator huic negocio assensum præbuerit, sed occultum. Venerabilis uir Henricus tam manifesta peruersitate turbatus, ipsos peruersos alloquitur in hunc modum. Si ad Sedem Apostolicam appellarem contra uestrum iniquum processum, Papa forsan ipse nihil amplius attentaret, & nihil mihi accresceret, nisi labor corporis, amissio rerum, & afflictio spiritus, & euisceratio mentis, & euacuatio gratiæ. Appello ergo ad Dominum IESVM CHRISTVM, tanquam iudicem iustissimum, uos cito ad eius tribunal: ibi etiam coram summo iudice me responsurum exhibeo. Non enim iuste, nec secundum Deum, sed mercede corrupti, sicut placuit, iudicastis. At illi. Cum præcesseris tu, sequemur nos. Hæc autem ridentes & deridentes dixerunt. Acta sunt hæc anno gratiæ M. C. LVI. Dominus Henricus abijt ad quoddam claustrum Cisterciensis ordinis, non quidem monachus effectus, sed in consueto habitu uitam ducens. Arnoldus uero nullam moram faciens, cum fuisset, ut moris est, ab Imperatore Regalibus inuestitus, Moguntiam uenit, ibique solenniter est susceptus. Post annum fere & dimidium uenerabilis Henricus præsul defunctus, Deo ad quem appellauerat, totum processum lachrymabiliter assignauit. Arnoldus autem primordia sui consecrans præsulatus, purpuram optimam de almaria tollens, sibi fecit uestes, tunicam, sorcotium, & mantellum: ut in Imperatoris curia gloriosior appareret. Sed omnipotens Deus nõ diu sustinuit istud nefas. Orta est enim dissensio ualde grauis inter ipsos ciues Moguntinen. Nam una pars dolebat uehementer, uenerabilem uirum dominum Henricum ab Episcopatu amotum: alia gloriabatur, & superbiebat Arnoldum substitutum. Erat enim oriundus de ipsa parte ciuitatis, quæ Selehofen nominatur. Tam grauis autem crescebat de die in diem inuidia inter ciues, ut tribus diebus in septimana congrederentur, & per plateas cum gladijs & fustibus, ac contis, cuspidibus & lanceis inuicem se mactarent, caderentque hinc & hinc tanquam oues occisionis. Nec Arnoldus se interponere curauit, pro pace & concordia reformanda, sed suos fautores potius contra partem aduersam animauit. Propter quod accidit, ut pars illa de Selehofen, quam fouebat & animauit Arnoldus, maius monasterium occuparet, illo pro castro uterentur contra aduersarios. Durabat hæc dissensio dies multos, & clerus grauiter oppressus contemptui habebatur: quia iam copia maioris ecclesiæ non concedebatur ad diuinum officium exequendum, nisi pro illorum libitu laicorum, qui illud temere occupauerant. Et iam quidem multi uenerabilem Henricum conqueruntur morti debitum exsoluisse. Rem refero fratres, omnibus illius seculi notissimam. Mors uenerab. Henrici multis innotuit. Peruenit etiam ad aures illorum Cardinalium, qui ab Episcopatu eum amouentes, se promiserũt sequuturos, & ludentes ad alterutrum dixerunt: Ecce præcessit, suo tempore nos sequemur. Et ecce transijt tempus breue, & ambo uno die moriuntur. Nam unus sedens in sede naturæ, ut purgaret uentrem, omnia intestina sua in cloacam reiecit, & animam miserabiliter exhalauit. Alius manuum suarum digitos articulatim abmordens, & de ore expuens, deformatis manibus quasi se ipsum deuorans expirauit. Deus ultionum dominus, Deus ultionum libere egit, iustum exercens iudicium: & in his omnibus nõ est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Audita sunt hæc in terra nostra, & fama celebri diuulgata, nec a quoquam aliud dicebatur, quam, Benedictus Dominus, qui uenerabilis Heinrici iuste iniuriam uindicauit. Sic isti dies suos clauserunt. Crescebat autem in malum uehementius odium & pugna ciuium prædictorum. Iamque conducuntur deforis auxiliatores milites ab utraque parte. Peruenitur iam ad maiores. Nam quidam

Appellatio pont. Mogunt. ad Christum.

Caussa dissidij Mogunt. ciuium.

Arnoldus autor dissidij ciuilis.

Cardinales duo, uno die misere moriuntur.

Comites promissionibus attracti, huic prælio se immiscuerunt. Tractatur ab utraque parte de sumptibus acquirendis. Pars, quam fouebat Arnoldus, festinatum consilium inuenerant, & ut mutuo acciperent de Ecclesiæ ornatu habuere tractatum. Iam integritas ipsius ornatus in parte est non modica uulnerata. Et paulo inferius. O Cardinales carpinales, pacem de terra accepistis, & ut homines se interficerent, uos fecistis. Quicquid mali prouenit, quæcunque fuerint homicidia perpetrata, uestra est in causa peruersitas, uestra est iniquitas operata. Vt ueniat super uos omnis sanguis qui effusus est, & deinceps effundetur. Ecce in omni terra non est, qui huic malo uelit occurrere ad sedandum, sed crescit & intumescit mare istud plenum frementium bestiarum, uentis afflantibus, utique ex inferno. Iam se immiscet Arnoldus, qui cum esset Archiepiscopus, loci fautores plurimos acquisiuit, in propriæ ciuitatis interitū & iacturam, nolens parcere (ut quidam ei imponebant) nec sexui, nec ætati. Propter quod consulunt pars aduersa, ut in mortem domini sui armarentur. Longo ergo & secretissimo habito tractatu, in proposito scelere se inuicem adhortantes, se roborant & coniurant, tacent & abscōdunt quidquid pro sua malicia sit perpetrandum. Sed nihil opertum quod non reueletur: per plures enim Arnoldus est præmonitus, ut se cautius obseruaret. Qui fertur suis monitoribus respondisse. Canes Moguntini mordere non norunt, nec aliquid ualent, quam latratibus deterrere. A corde carentibus timeantur. Erat quidam Abbas in claustro Erbach ord. Cistercieñ. qui ipsum Arnoldum pro suis excessibus sæpe literis arguit, & imminentia pericula intimauit. Erat item quædam S. uirgo nomine Hildegardis, quæ per spiritum uidit ipsum Arnoldum citius moriturū, scripsisseque dicitur ei in hæc uerba: Pater, prospice tibi. Sunt enim funes abstracti canibus, qui insequuntur te. Non autem acquieuit monitis aliquorum. Accidit, ut in uigilia Io. Baptistæ post prandium de quodam oppido Bingen ciuitati Moguntineñ. appropinquaret, ac se in claustro monachorum iuxta muros ciuitatis ad sanctū Iacobum in monte specioso (sic enim dicitur) locaret. At ecce Moguntineñ. usque in crastinum sese armant, & conueniunt, ut cum in ipso die Iohannis audita fuerit campana, quilibet sit paratus. Et factum est ita. Venit dies, & maturius solito prandent omnes. Pulsatur campana, & a maximo usque ad minimum uniuersa ciuitas congregatur. Præsul archiepiscopus se iam dederat quieti, & audito campanæ sonitu, ultra quam credi possit, uehementer expauit, & timor irruit super eum, imposque rationis in tanto periculo quid posset facere, ignorabat. Obstruxit autem repagulum, & lapidibus & lignis, quibus poterat, ianuas omnes memorati monasterij. Turba aūt turbata ex aduerso omnes portas & fenestras, ac quoscunque alios exitus obseruabat, ne euaderet quem quærebant. Iam ignem ad officinas admouebant: uix & cum magna difficultate monachi recessum obtinuerunt. Dum monasterium fumo plenum, flammisque per circuitum premeretur, ipse præsul turrim monasterij ascendens, misericordiam deprecatur, & si quem offendisset uerbo uel facto, satisfacturum se suppliciter pollicetur. Sed turba uiso pontifice, conclamare cœpit furiose, nec poterant supplicantis uerba præ tumultu turbatæ turbæ intelligi uel audiri, sed admoto igne ad turrim, in qua stabat, ipsum de ea descendere compellebant. Flamma iam monasterio dominabatur. Videns ergo monachos obtēta securitate abscedere, tentat, si forte & ipse cum eis & inter eos possit euadere. Assumpto itaque habitu monastico, occultare se tentat, ut & ignem, qui inualuerat, & gladiū euaderet, quē timebat. Apertis ecclesiæ ualuis cum monachis fere abscesserat, sed a quodam est cognitus, & detentus. Infelix quidam gladium uibrans, collo Episcopi immersit. Alter in fronte eius percutiens, mucrone ab aure usque ad aurem, superiorem partem capitis ad inferiorem diuisit. Sicque factum est, ut alij contis, alij fustibus, alij gladijs, alij lapidibus mactantes solotenus præcipitabant. Iacentem sic, & uulneribus & sanguine deformatum, uulgus nequam & peruersum, uestibus spoliarunt. Quidam annulos de digitis abstulerunt. Reliquiæ quædam, quas collo pendentes solitus erat ferre, ab alijs ablatæ sunt. Hæc autem circa horam nonam parū ante uesperas sunt peracta. Nec poterant clerici ab ipsis malefactoribus aliquatenus obtinere, ut saltem occisus in loco traderetur debito sepulturæ. Sic ergo iacebat in campo super fossam ciuitatis, ubi canum & luporum transitus habebatur, desyderantes eum ab huiusmodi bestijs deuorari. Tribus diebus sic nudus toto corpore manens, ueniunt aliquæ maledictæ fœminæ, caseorum & ouorum atque olerum uenditrices, mercatrices, meretrices, saxis dentes pontificis contundentes. Aliæ uero stipites ardentes, & titiones fumantes eius gutturi infixerunt, adijcientes linguis ac labijs maledicta. Post diem tertium Canonici S. Mariæ ad Gradus, iam ignoscibilem & fœtentem furtim sublatum, deferunt in ipsam Ecclesiam, lachrymosis suspirijs sepeliendo. Acta sunt hæc

In Cardinales pecunia corruptos.

S. Hildegardis.

Cędes Arnoldi Archiepiscopi.

sunt hæc anno. M. C. LX. O Cardinales, huius rei uos estis initium. Venite ergo, uenite, haurite nunc & ferte Architriclino uestro Diabolo, eiq; offerte, cum ea, quam deglutistis pecunia, etiam uosmetipsos. Perpetrato hoc scelere, aliud sibi curare satagunt. Nullam Clericis (quorum intererat) eligendi potestatem concedentes, assumpto quodam Rudolpho cognomine Clobelouth, fratre Friderici Ducis Zeringiæ, in sedem collocant eum, adhuc occisi præsulis fumigantem. Hoc autem factum est, ut possent ultionem Imperatoriam euitare. Erat enim idem Rudolphus potens, amicus ipsius Imperatoris & consanguineus propinquus. Et infra. Quæ autem uindicta secuta sit mortem Arnoldi, hic credimus non tacendum. Ab Imperatore proscripti perpetuo exilio sunt & damnati, qui manu nefanda ipsum facinus perpetrarunt. Ipsa ciuitas omnibus iuribus & libertatibus ac priuilegijs perpetuo est priuata. Murus, & fossatum, & aliæ turrium munitiones sententialiter condemnatæ, & destructæ funditus, & euersæ, ita ut ciuitas ipsa deinceps lupis, & canibus, furibus, & latronibus pateat peruia, nec unquam reædificandi habeat facultatem. Insuper plebs ipsa perpetuæ infamiæ subiaceat, totius deinceps exsors gratiæ, & honoris. Hactenus Chunradus Episcopus, qui de incomparabili illo, ac supra quam credi potest templi Moguntini thesauro, cuius statim ab initio per nomina diffuse meminit idem Chunradus, ut uera sit uulgatissima illa sententia, Labitur exiguo, quod partum est tempore longo, sic scribit. De thesauro hoc sciatur: quod qui olim affluit, nunc uelocius auolauit. Non omittendum puto, quod, quæ in thesauro illo erat, Crux aurea, Benna uocata, ut testabatur illi inscriptus uersiculus, Auri puri puti sexcentas continebat libras. Libra autem marcas duas. Vnde si marca auri ualeat. LXX. florenos Rhenenses, ut olim, ualuit crux Benna. LXXXIIII. milia florenorum. Si ualeat. LXXV. ut nunc, erit summa ualoris. C. M. &. XVII. milia.

Rodolfus Clobelouch.

Moguntia decreto Frid. ad aratrum damnata.

Crux aurea Benna.

Huic ne præcipuam celebret Germania sedem
Inuidet: atq; locum tenet Agrippina priorem.
Ambæ metropoles: hæc quas præterfluit amnis
Altior ad fontem: modo te Basilea remota,
Aut hinc inde sitas lateraliter aspicit urbes:
Altera quas eadem Rheni procul, aut prope ripa
Possidet, æquoreis donec se misceat undis,
Prisco iure regunt: sic Rhenus partibus æquis
Scinditur, & dominæ solus famulatur utriq;.
Mox quantum libuit, per eundem defluus amnem.
Remige carpit iter: multi, magniq; potentes
Occurrunt, Regemq; nouum, dominumq; salutant.
Vtq; satis uisum est, Rheno, ratibusq; relictis
Flumineos cursus, euectu mutat equorum.

Colonia.

Agrippina. Colonia hodie nomē accæpit ab Agrippina Augusta, q̄d illuc ueteranos deduci iussérit, ubi & genita fuit. Autor Cor. Tacitus lib. Aug. hist. 11. Coloniā aūt ab Childerico Francorū rege, patre Clodouæi, qui primus Francorum regū Christiana recæpit sacra, eiecto ex Agrippina Romanorū præsidio, positoq; suo. Ab Francorū incolatu Coloniā appellatā, Otho Præsul scribit li. prioris hist. quarto: eāq; in septimo eiusdem histo. lib. refert omnibus tum Galliæ, tum Germaniæ urbibus, ex quo Treueris labi cœpit, tam diuitijs, q̄ ædificijs, magnitudine ac decore sui anteponēdam. Hæc. Scilicet Moguntia. Amnis. Rhenus.

Altior ad fontem. Ab ijsdem prope Alpibus, Curiensibus scilicet, decidit, e quarū iugis non adeo magnis interuallis, in meridiem fluens Abdua, Athesis in ortum, in occasum Rhodanus, ipse uero maximus Rhenus in Septentrionem elabuntur. Te Basilea remota. Quod illa inter eas numeratur, quæ sunt a suffragijs metropolitanæ urbis Vesontionum, quæ nunc uocabulo parum deflexo Bisantium appellatur, parum supra Basileam Augusta Rauricorum fuit. Extat hodie amplissimi olim loci uestigium pagus, dictione aliquantisper deluxata, sermone patrio Auxta uocatus. De ratione nominis pluribus diximus in commentarijs, quos in Staurosthycon Pici olim scripsimus. Altera. Scilicet Colonia. Prisco iure. Metropolitico, hoc est, primario. Metropolis enim dicitur præcipua ciuitas regionis, ueluti mater omnium: non a mensura, ut uerbis Isidori dixit Gratianus distin. 21. Alioqui primam breuem natura haberet, cum habeat longam. Melius igitur illud dictum est, Budæo teste, distin. 63. ad Episcopi e-

Origo Rheni.

Basilea.

Vesontium.

Bisantium.

Metropolis.

Matrices urbes. lectionem sufficere Ecclesiæ matricis arbitrium. Matrices enim urbes, latine dicuntur, quas Græci metropoles appellant.

Inde per Ardennæ saltus peruenit ad illum
Vsq; locum, cui nomen Aquis posuere priores.
Quæ ratio facti, uel quæ sit nominis huius
Caussa, requirenti solum hoc opponere possum.
Sunt ibi secreti terræ, cæciq; meatus,
Dissimiliq; modo, tacita tellure latentes
Eiaculantur aquas. alias nam sulfure uiuo
Aquisgranum. Feruentes undante ferunt erumpere fumo.
Ast alij gelido ueluti de fonte liquores
Emanant, tunc ducta cauis cannalibus unda,
Confluit in quandam mira ratione lacunam.
Regia sic calidis miscentur balnea thermis,
Marmoreosq; gradus, ueterum sollertia circum
Artificum posuit, per quos descendat in undam
Quantum quisq; uolet, gelidas hinc inde calentes
Inuenit, arbitrioq; suo sibi temperat undas.
Hos illis secreta locis natura uapores
Addiderit, manuumue labor, quæratur ab illis
Qui loca nota colunt, caussas, secretaq; rerum
Maiores fido possunt audisse relatu.
Hoc ubi prima loco ueluti cunabula regni
Carolus esse uolens, magno cum Francia regi
Vtraq; seruiret, primam gestare coronam
Iussit, & in sacra reges ibi sede locari.
At simul a nostro secessit Gallia regno:
Nos Priscum regni morem seruamus, at illa
Francia duplex. Iure suo gaudet, nostræ iam nescia legis.
Ergo ubi multorum turba præsente potentum,
Non modo Germanis, sed & his q̃s Flandria, quosq;
Miserat auditæ miratrix Gallia famæ,
Imposuit capiti gestamina regia sacro
Arnoldus, quo tunc pastore Colonia diues
Gaudebat, quippe hunc ueteris sibi iuris honorem
Vendicat ille locus, tunc sacra sede locatus,
Conscendit solium ueterum Fridericus auorum.

Ardennæ saltus. Marlianus nobilis huius, atque ingentis totius Belgicæ, hoc est, superioris & inferioris Germaniæ syluę, tractum describit. Cętera uide apud Irenicum, qui hunc locum citat cap. 18. lib. septimi.

Cui nomẽ Aquis. Aquisgranum Ptolomęo, ut uolunt nonnulli, Vigerra. Nugæ sunt, eam a Grano Nerõis fratre, calidarũ illic aquarũ inuentore, dictam. Habet ad læuam Iuliacẽsem, in qua & fere est Aquisgranum, Munstero teste, ubi olim fuit Ardenna: ad dextram uero Montensem regionem.

Eiaculant aquas. Plinius autor est, tales esse aquas, q̃lis terra est per quam fluunt. Vitruuió nulla aqua est natura calida. Qua uero ratione aquarũ natura dignosci queat, tradit Cor. Celsus.

Francia utraq;. Germanica, & Gallica. Vniuersam enim Galliam in Franciæ nomen abijsse, non tantũ Chronographi tradũt, sed & ipsum tempus nostrũ, quo Frãciam appellari uidemus, manifestat: euidẽti argumẽto, Francos Germanos nõ tam uictores Gallorum, q̃ extinctores fuisse. Quod nemo mirabitur: quando fortissima hęc gens, primũ sub Clodoueo rege, Romanis eiectis, Galliam occupauit. Deinde sub diuo Carolo Saxones bellicosissimos, & Romanis uiribus insuperabiles, diuturno bello domuit. Item Hispaniam prius occupatam Saracenis, Pannonias Hunis, Sar-

Franci omniũ Germanorũ fortissimi.

matiam Sclauis, totū Balearicum mare uexatum, Mauris subegit. Primā gestare coronā. Ter Cæsarē redimiri Diademate tradunt enarratores Pontificij iuris. Primū Aquisgrani ferreo, quo Francorum, hodie Germanorū Rex designatur. Deinde Medocij oppido Longobardiæ, seu ut nunc dicunt Lumbardiæ, quæ olim Gallia Cisalpina, in æde diui Io. Baptistæ, magno excitata opere, thesauroq; immodico locupletata Longobardorum Regum munificentia, itidem ferreo diademate, ut Merula & Volaterranus, uel ex palea contexto, ut Sabellicus: quo Longobardorum Rex declaratur. Sed hunc honorem, reclamantibus etiam Medocianis, interpellatū esse ab Henrico septimo, qui Mediolani Longobardorū Rex appellatus sit, in diui Ambrosij templo, redempto post ab eo iure rursus coronandi Regis quinq; milibus aureorū, ut latius narrat idem Merula lib. hist. Vicecomitianæ septimo. Postremo Romæ a Pontifice maximo corona aurea cingi, qua tum demū omnium Christianorum Imperator, & Romanorum Princeps pronunciatur. Quod nec diuus Carolus tertio illo titulo prius ornatus fuerit, q̄ regnum Longobardorum adeptus esset. Sunt tamen qui putant Carolum ipsum appellatum dumtaxat a Pont. populoq; Romano Augustum, usu coronandi postea inducto. Quod non dissimulat Episcoporū doctissimus nostræ ætatis Hieronymus Balbus Gurcensis antistes, in eo quem recens scripsit de Coronatiōe libello. A nostro secessit Gallia regno. Defuncto Carolo Imperatore eius nominis tertio, quem Otho præsul Frisingensis Christianissimum appellat, memorabileq; repræsentat exemplū uicissitudinis rerum: quod ille post Carolum Magnū cæteris Francorū regibus potentia præstās, ante supremū diem ab Arnulpho, qui eo uiuente, hactenusq; nullo exemplo surrogatus erat, panis egens, stipem petierit: a quo etiam paucos, ut ipse ait, fiscos in Alemannia gratanter suscepit, Imperium multis modis, eodem autore, scinditur, singulis prouincijs singulos Reges creare adnitentibus. Non modo Germanis. Idem modo dictus Otho scribit cap. 5. secundi de Gestis Aenobarbicis libri. Etymum uocabuli Germanorum expendunt diligenter Vadianus, & autor Commentarij in libellum Taciti de moribus Germanorum, Irenicus, & nuper Althamerus. Ego a patrio uocabulo, Garman, nuncupatos puto. Flandria. Volaterranus putat nunc Flandrios, Bellocassiorum quæ olim fuerit, regionem tenere. Hæc priscis Germanis Francis regibus parebat, cuius præses Arduennæ Saltuarius dicebatur: quoad Balduinus quidam Caroli Calui Aug. filiam Iudith'am, mortuo marito Adulpho Anglorum Rege, ad patrem transmittentem intercepit, excellentisq; ac nobilissimæ formæ amore captus, & ipse pulcherrimus, nō consulto patre, thoro sibi iunxit: cuius precibus post longam discordiam tandem paternus animus motus, prædonem sanguinis sui generum salutauit, Flandriaq; eum donauit, eandemq; Comitatum instituit, & ex Saltuario, nec tamen ignobili, Comitem fecit. Ex cuius posteris Gallorū Regibus, alij exitio, alij formidolosi fuere.

Ter Cæsar coronatur.

Carolus. III. stipem petit.

Flandria.

Ex Saltuario Comes.

Nec reticere libet, quædam manifesta seueræ
Pignora iusticiæ, strictiq; exempla rigoris.
Quippe ministrorum quidam de plebe suorum,
Dum priuatus adhuc ageret, male sanus atroci
Eximium, clarumq; Ducem, percellere culpa
Ausus erat, iustamq; uiri, quam mouerat iram,
Territus ipse sui fugiebat imagine facti:
Hic quoq; gaudenti ueniæ spe lusus inani,
Intererat populo, uultuq; ignotus aperto,
Ac se dissimulans humili sub ueste latebat.
Ergo ubi Pontifices sacram de more coronam
Imposuere uiro, prostratus corpore toto,
Regiaq; amplectens uestigia, uoce gementi,
Et lachrymis ueniam miserandus poscere cœpit,
Mox omnes, precibusq; pijs instantius orant,

Rigoris. Qui est pertinax studiū in irrogandis reorum pœnis. Quippe ministrorū. Vide Othonem cap. prædicto. Apparet autē eum neq; ignobili loco natū, neq; leuia quædam in Fridericum uelut patronū ad misisse. Nam ea tēpestate Principū beneficiarios uocabant ministeriales. Imagine facti. Conscientia sceleris, quæ uerberat animū. Clienti. Pro eo homine debet accipi hoc uocabulū, qui Principi, uel domino beneficij, siue feudi debet: qui uulgo Vasallus dicitur. Qui sunt a literis boni

Rigor.

Vasallus.

Parcat, & afflicto uelit indulgere clienti.
Ille suum cupiens cunctis sancire timorem,
Et terrere malos, multumq; diuq; rogantes
Exaudire uiros, firmata mente negauit.
Neue graui proceres quaterentur sorte repulsa,
Non odio miseri, sed stricti iuris amore,
Exempliq; loco, sese hoc fecisse patenter
Asseruit, factiq; sui uir prouidus omnem
Sustulit inuidiam, documentaq; fortia sanxit.
Ius strictum. Forsitan hæc alij culpent, ego nobile factum
Laudo uiri, dignumq; uoco gestare potenti
Sceptra manu: qui sic animum pietate repressa
Continuit, cunctisq; sui documenta uigoris
Certa dedit. plus sæpe nocet patientia Regis,
Quam rigor: ille nocet paucis: hæc incitat omnes,
Dum se ferre suos sperant impune reatus.

alieni pro seruitore accipiunt. Sed stricti iuris amore. Quod, ut inquit nobilis ille grãmaticus Donatus, omnia recta et inflexibilia exigit, et non nisi necessitate seruandum ostendit, autoritate Terentij. Verumtamen ex imagine Iusticiæ, quam Gellius refert ex Chrysippi Stoici libro, intelligitur, Regem, Principem, Magistratum, Iudicem ceu Iusticiæ antistitem, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque imisericordem, atque inexorabilem, erectumq;, & arduum & potentem, ui & maiestate æquitatis ueritatisque terrificum. Sustulit inuidiam. Odium, quod conflatur sæuitia, uiolentia, contumelijs, difficultate, morositate. Odium alterum eorum est, quæ subuertunt Imperia. ut in Politicis tradit Aristot. Pietate repressa. Misericordia, & clementia. Vtraq; enim uersantur circa lenitatem in constituendis pœnis. Seneca docet, nullum clementiam ex omnibus magis, q̃ Regem ac Principem decere. Ad eam in primis Theodosius Aug. apud Claudianum Honorium, filium, inter plurima præcepta

Clemẽtia Ludouici Caroli filij. salutaria adhortatus est. Ab hac clementia & lenitate Ludouicus diui Caroli filius, omniũ mortalium mitissimus, cognomentũ Pij tulit. Iam sibi redditus, omnino pristinæ mãsuetudinis nihil remisit in treis filios, qui impie coniurati, in eum arma mouerãt senem, captũq; cũ minimo natu filio, quẽ unice diligebat, custodiæ tradiderant, interim uxore, nouerca eorum, probri falso accersita, in cœnobiũ relegata. Sed tanti sceleris mox patre uita defuncto pœnas luerũt: quippe qui ardentibus animis inter se, dum paterni Imperij diuisionẽ æquo animo non ferunt, infestis signis concurrerunt. Lege Aemiliũ Veronensem. Vigoris Constantiæ. Existimat M. Cicero,

Constantia. nihil esse, quod tam deceat hominẽ, q̃ in omni re gerẽda, consilioq; capiendo, seruare constantiam.

Patientia. Patientia Regis. Lenitas, indulgentia, uenia, remissa, qua in significatione apud Capitolinum accæptũ inuenies, in M. Antonino Aug. cognomẽto Philosopho. quẽ hoc nomine male audisse refert. Dum se ferre suos sperant impune reatus. Iuxta illud Terent. Omnes deteriores sumus licentia.

Reatus. Reatus. Pro criminibus, uulgata opinione, sed teste Budæo, errore miro: cum clara sit huius uocabuli significatio, pro statu & conditione reorum. Vide eum in posterioribus in Pandectas Annotationibus.

Audierat fortasse puer generosus, ut olim
Ille suæ primus regnator Romulus urbis,
Conditor Imperij, teneras infringere leges,
Atq; humiles ausum saltu transmittere fossas,
Iusserat ultrici fratrem succumbere morti,
Dum cupit æterni fundamina ponere regni.
Iamq; sui plenum sortitus culmen honoris
Rex puer ex animo, puerilia quæq; uirili
Propulsare manu, magnisq; intendere rebus

Primus regnator. Id est, Rex Romulus, sub q̃ & cæteris Regibus fuit prima Pop. Ro. ætas, ut Florus ait. Vrbis Conditor. An Roma primo a Romulo condita sit, fides autorũ uariat. Quód tamẽ affirmat Varro autor diligentissimus, ut ait Solinus. Humiles fossas. Ad tutelam enim

Ingenium puerile parat: non inſcius olim
Ipſe ſui, quantumq; oneris comitetur honorem,
Cœperat ex obitu clari ſentire parentis.
Sed nunc ſe ſolito grauiori pondere ſentit
Vrgeri, multumq; ſibi creuiſſe laboris.
Vt cum poſt multos, indefeſſosq; labores
Alcides feſſo ſuccedere iuſſus Atlanti,
Cum tot ſyderibus magnum miratus olympum
Ferret, & inſolito ſudaret pondere preſſus.
Ergo uiros, famoſa quibus prudentia nomen,
Longaq; multarum dedit experientia rerum,
Sæpius archanis ſolitos interſore rebus
Aſciſcens, magno ſecreta negocia regni
Pertractans ſtudio, de cunctis rebus agendis
Conſulit: & pulchrum, iuſtum ne, uel utile quid ſit,
Quid deceat, quid non, ſtudioſa mente requirit.

nouæ urbis, ut idem Florus ſcribit, ſufficere uallum uidebatur. Cuius dũ irridet anguſtias Remus, idq; increpat ſaltu, occiſus eſt, a Fabio Tribuno Celerum Romuli. Et, ut plures quidem uolunt, Romulo imperante. Quod factũ Tullius impium & inhumanum fuiſſe indicat tertio Offici. Fratrem. Remũ: de cuius morte uariant item ſcriptores.

Fundamina. Quæ ut ab exordio omnium fere minima fuere, ita incremẽtis toto orbe non aliud par, ut Eutropius dixit, humana poteſt memoria recordari. Aeterni regni. Sed ut conſtat ueterem Romam, quæ eo auſpicio condita credebatur, ut caput orbis ſemper eſſet, deletam eſſe: ita nonnulli tradunt, Imperium, nomenq; Romanum ante magnum DOMINI diem interiturum. Clari parentis. Atq; adeo quidem propter res egregie, fortiterq; ab eo geſtas: quarũ meminit Antiſtes Friſingenſis lib. poſterioris hiſtor. primo: ut multi Regni proceres, eum Henrico Quinto ſufficiendum cenſerent. Vt cum poſt multos. Notum eſt a Poëtis, uiros præſtrennuos, ac laborum tolerantiſsimos, Hercules appellari, uel ei comparari. Hercules. Indefeſſosq; labores. Hos iuſſu Euriſtæi toleratos, Maro, uel ut quidam putant, Auſonius, breui Epigrãmate complectit. Proſa uero oratione copioſius Diodorus lib. quinto. Alcides. Hercules, ab auo paterno Alceo, Andromades & Perſei filio: eadem ratione qua diciturAmphitryoniades, quũ Iouis fuerit. Feſſo Atlanti. Quia primus inter homines de ratione Spheræ diſſeruit: ideo locum fabulæ prębuit, ſe orbem ſuis humeris ſuſtinere.

Ergo uiros. Boni eſt Principis, prudentium uirorum conſuetudine uti, eorumq; quoties de rebus arduis agendum eſt, conſilium expetere. Sapientes aiunt, tolerabiliorem eſſe Principem malum, ꝙ malos Principis conſiliarios.

Nec mora, legatos ſummo mandata ferentes
Pontifici, properare iubet, cunctasq; per urbes
Auſoniæ uulgare ſuos indicit honores.
Primitias operum Princeps has eſſe ſuorum
Maluit: ut regni manifeſtos protinus hoſtes
Frangeret: & iuſto purgaret ſcandala ferro.
Haud mora, Traiectũ patruo regnante, ſuperba
Abieciſſe iugum ceruice, piumq; recenter
Offendiſſe uirum, factis crudelibus auſum,
Hoſtili feruore petit: murosq; parabat
Inclinare ſolo, captasq; euertere turres,
Suppliciumq; reis, pietas o magna nepotis,
Iudiciumq; uiri, patrueles fortiter iras

Legatos. Hilinum deſignatũ Epiſcopum Treuerenſem, & Eberhardũ Babenbergenſem. Legati dicuntur omnis generis. Oratores uero qui deprecabundi ueniunt. ut apud Maronem. Legati. Oratores.

Pontifici. Eugenio tertio. Haud mora, Traiectum. Paucis ante diebus, ꝙ naturæ concederet Imp. Chunradus, negocium Traiectenſium, Batauorum (ſunt enim & in Leodiẽſibus, qui ſuperiores uulgo uocantur) ut reorum Ma-

Vltrici ſatiare manu, regniq; dolorem.
Sic Auguſtorũ primus ſummusq; monarches,
Eximiusq; nepos, crudelia Cæſaris olim
Hoſtibus extinctis, pius ac fortiſſimus ultor,
Protinus accæpto diademate fata piauit.
Tandem multorum uix eluctante rogatu
Magnorumq; Ducum, multo prius ære redemptis
Parcitur, & iuſti fera Principis ira reſedit.
Nec melius ſtultæ furor atq; ſuperbia plebis
Puniri poterat, quam tanti ut cauſſa tumoris
Eriperentur opes: ut quos opulentia rerum
Fecerat elatos, in ſe reuocaret egeſtas.

Traiectum duplex.

leſtatis compoſuerat: unde apparet eos mox, ut fieri ſolet, ab obitu eius, uiolatis pacis fœderib9, rebus ſtuduiſſe nouis. Traiectum Batauorum, uel ut alij Friſiorum, urbem nobilẽ, Vtrich patria lingua. Superius, ab interfluo amne Moſa, Maſſtrich appellatˀ. Regniq; dolorem. Cõtemptum. Auguſtorũ primus. Octauius ex Accia Iulij Cæſaris Dictatoris nepte: cui ſucceſſit feliciſſimus oĩm, ut inqt Egnatius, ad hanc diẽ. Tamẽ Plinius autor eſt, tãta, & tot in uita eius inueniri aduerſa, ut non ſit facile diſcernere, calamitoſior, an beatior fuerit. Per quatuor aũt & quadraginta annos Imperiũ rexit, urbẽq; Romã optimis inſtitutis ac legib. magnificẽtiſſimisq; opibus ſic excoluit, ut merito parens patriæ primus, atq; Auguſtus diceretˀ. Noti ſunt uerſus, q̃s in eius laudẽ cecinit Maro ſexto Aene. Sũmusq; monarches. Quod ſatis indicãt L. Flori uerba cap. 3. lib. quarti. Nec aliena ab his ſunt, quæ lib. 1. ſcribit Tacitus. Lepidi, ingens, atq; Antonij arma in Auguſtũ ceſſere, q cuncta diſcordijs ciuilib. feſſa, noĩe Principis ſub Imperiũ accępit. Cæſaris. C. Iulij Dictatoris, uiri pacis belliq; artibus, & in primis clemẽtia longe clariſſimi, ſi libertatis aſſertor q̃ inuaſor eſſe maluiſſet. Ab eo familia, & appellatio Cæſarũ deinceps ꝓpagata eſt. Oſtendit tñ Alciatus in Annotat. in Cor. Tacitũ, inter Cæſares, & Impatores, & Auguſtos multũ interfuiſſe. Hoſtibus extinctis. Percuſſoribus Iul. Cęſaris, quorũ fere neq; triẽnio quiſq; amplius ſupuixit, neq; ſua morte defunctus eſt. autor Suetonius. Horũ noĩa lege apud Appianũ ſecũdo bellorũ ciuiliũ: quo loco totã cædis ſeriẽ copioſe explicat. Crudelia fata. Tribus eñ ac uiginti uulneribus interfectus perijt. Sic ille qui terrarũ orbẽ ciuili ſanguine impleuerat, tandẽ ipſe ſuo ſanguine curiam impleuit. Protinus accæpto diademate. Omnium bellorum initium, & cauſſam hinc ſumpſit: nihil conuenientius ducens, q̃ necem auunculi uindicare, tueriq; acta. Suetonius autor. Diademate. Id eſt, principatu, Imperio, monarchia. Ne de corona intelligas. Nullus enim fuit tum coronæ regiæ uſus. Inſignia Regum erant ſceptrum, in quo iuriſiurandi religio inerat: & ſella, cui alteri q̃ Regi inſidere, capitale fuit: & trabea ueſtis auro purpuraq; intertexta. Quæ duo ſummæ uetuſtatis obſeruator uno uerſu amplexus eſt Maro.

Auguſtus monarcha.

Iulius Cæſar.

Sceptrum.

Sella.

Trabæa.

Diadema.

Et ſellam regni, trabeamq; inſignia noſtri.

Eſt autem Diadema, id eſt, faſcia linea, & candida, quæ Regum capita cingebat: inuentũ, ut putant nonnulli, ꝙ Aegypti & Iudeæ Reges inungi ſoliti, tempora oleo delibuta, linteolo uelarent. Opulentia rerum. Videmus & hodie diuitias ijs fere eſſe exitio, qui rerum ſucceſſu inſolentiores facti, priſtinæ conditionis non meminerunt.

Inde gradu uerſo, gaudentibus obuia Rheni
Signa ferens undis, te pulchra Colonia lætam
Lætior ingrediens: ibi digno uir pius illum
Egit honore diem, quo Chriſtus carne reſumpta,
Victor ab infernis rediens nitidiſſimus umbris,
Rettulit eximios ſuperata morte triumphos.
Poſtea Saxoniæ fines ingreſſus, ad illam
Quam Martinopolim uocat incola teutonus urbem,
Concilium procerum toto de corpore regni
Conuocat: ut digno celebretur curia cœtu,

Dies Dominicus.

Quo Chriſtus carne reſumpta. Vnde etiã teſte Bapt. Mantuano lib. Faſtorum primo, cognomen a Domino habet, & eo maxime nomine ab Imper. Conſtantino Magno in ſacros dies relatus eſt. Quanq̃ ex Tertulliano conſtat, & naſcenti eccleſiæ Dominicum diem fuiſſe ſanctũ. Cæterum ex diuo Paulo cõſtat, Chriſtum primũ

Tempore solenni, quo Spiritus almus ab alto
Cum sonitu ueniens in pectora sancta piorum,
Ignea distinctis effudit lumina linguis.

omnium ac solū fuisse, qui se ipsum suscitarit: atq; hoc potissimum argumento liquere, quod fuerit filius Dei: in Christoq; cœptam resurrectionem, spem prębere membris, quod ut capitis, ita & membrorū sit resurrectio. Hoc est unū ex dogmate pietatis, istud credendū, istud tuendū est. Rationem, qua id futurū sit, Deo relinquamus, & subijciamus ceruices nostras iu iugo suauissimi Christi, in obsequiū Dei. Satis est Christiano credere: hoc, aut illud esse, fore, aut fuisse: caussas & rationes omniū illi noscendas dimittat, qui ne in apertissimis quidem, & manifestissimis naturæ rebus uoluit nobis claras & apertas esse. Martnopolim. Mersburgum, a Marte. Locum nobilem fecit Calicis fabula, quem ferunt a diuo Laurentio iniectum libræ, dum penderentur facinora Henrici Aug. eius qui cum coniuge, qua cum cœlibem perpetuo duxerat uitam, diuorum numero adscriptus est. Solenni tempore. Signat festum Pentecostes: quod ut & Paschæ temporibus Apostolorū ignotum fuit: cum quod diuus Paulus tollat omne discrimen dierum: tum quod nō temere inuenias quempiam ueterū interpretum, qui faciat ullā Festorum mentionem. Iudæis alius dies profanus erat, alius sanctus. At Christianis quilibet dies æque sanctus est: nō qd' obseruādi nō sint festi dies, quos deinde sancti Patres instituerūt, quo cōmodius plebs Christiana cōueniret ad cōcionē ecclesiasticā, & cultū diuinū: sed eos ꝑpaucos, nēpe diē Dominicū, Pascha, Pentecosten, & aliquot huiuscemodi, q̃s refert sacer Hieronym⁹. Nunc Festorū dierū neq; finis, neq; modus: quæ cū primitus ad pietatis uocationē pauca sunt instituta, nunc sano quidē pientissimi Eras. Roterodami cōsilio, ad scelerū exclusionē tolli debebant, nisi sacerdotū auaricia suis rebus cōsuleret potius, q̃ ueræ religioni. Cum sonitu ueniēs. Quod est propriū uenti, impetu citato euntis. Lege. 2. cap. Actorū Apost. Ignea distinctis effudit lumina linguis. Indicāte spiritu, Euangeliū nō doctrinā, aut literam nudā futurū, sed potētiā Dei, ministeriū spiritus, & pręconiū amplitudinis gratiæ Dei, omniū gentiū linguis prędicandę. Quidā putāt, quod Apostoli sua lingua locuti fuerint, et miraculo factū esse, ut nemo nō intelligeret, ꝑinde ac si suā quisq; linguā audisset. Quidā uero sic eis linguarū donū obtigisse uoluit, ut ubi inuenerūt congregationē Iudęorū, ibi locuti sint Hebraicę, aut Siriacę: ubi congregationem Cretensiū, aut Asianorū, ibi Graece: ubi cōgregationem Romanorum, ibi latine.

Mersburgū.

Festi dies.

Huc etiam geminos, Petrum simul, atq; Guidonē,
Danorum proceres, quos inter sanguine iunctos
Mouerat eiusdem regni dissensio litem,
Euocat: ac tali caussam ratione direptam,
Terminat: ut quædam prouincia tota Guidoni
Cederet: at regnum cum nomine Petrus haberet.
Ergo ubi uexillo partem quam diximus ille,
Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso.
(Hunc etenim longo seruatum tempore morem
Curia nostra tenet) posito diademate Petrus
Regali dextra tulit alti Principis ensem,
Præcessitq; sacram breuius diadema coronam.

Danorū ꝑceres. Saxo Grāmaticus autor haud quaq; Vadiani nostri iudicio temnēdus, pręfando Operi, qd' Danicis rebus sacrauit, luculenter describit sitū Danię, quā nos Denmarck appellamus, ueteres Cymbricā Chersonessū, & Cymmericos, altera illa Scythica, quę nō recte Dacia dicitur, sed quā hodie putant tenere Transsyluanos & Vualachos. Autor prędictus lib. Danicarū rerū. xiiij. tradit Kanutū, quē poeta, Frisingēsem Pontificē secutus, Guidonē, Petrū uero Suenonē appellauit, eūq; adolescentē militaris rei ꝑdiscendę gratia Chunradi Cæsaris clientelam ingressum, cū Friderico adhuc priuatę fortunę, quē & ætate & ingenio ęquabat, diu sodalitatis officia gessisse. Ille. s. Guido, qui & Kanutus. Hic. s. Petrus, qui & Sueno. Ritū ille germanicū, spreto Danico, ęmulatus est. Seruatū tempore morē. Nempe ut regna ꝑ gladiū, prouinciæ per uexillum a Principe tradantur. Breuius diadema. Id est, regnum beneficiarium: licet idem Saxo subindicet, neminem Regum Daniæ Cæsari homaguim præstitisse: ut quisque maxime suæ gentis libertatem adserere solet.

Dania.
Dacia.

Huc quoq; Virginea, modo dicere fas sit, ab urbe

Virginea urbe. Mag-

Magdeburgum.

(Nam neq; barbaricum recipit mea pagina nomen,
Nec melius dici sine nomine posse uidetur)
Electo partes gemino de præsule litem
Pertulerant: quas dum placide componere rector
Et reuocare diu frustra studuisset in unum,
Tandem exsufflato, qui poscebatur, utroque
Tertius, inuitis datus est a principe pastor.
Hoc etenim sibi ius collatum a præsule summo
Rege sub Henrico testatur curia quinto:
Vt si forte nouo certat de præsule sedes,
Nec ualet imposito sopiri sine querela,
Debeat ipse suas mox interponere partes,
Arbitrioque suo pastorem ponere sedi.
Nec prius electum quenquam de iure sacrandum,
Quam sceptro princeps regalia præstet eburno.

deburgum signat, matricem Saxonũ urbem, iam olim & opib9 & autoritate insignem: cum, quod ex instituto diui Caroli, ius ciuile Romanorum, lingua patria cõpendio reductum habeat, quo cęteris eius regionis populis ius dicitur: tum, quod Pontifex loci nõ modo nũero Archiepiscoporum adscript9, sed totius etiam Germanię Primas appellat9 est: cuius tamen iamdudum obsoluit potestas, ut cũ iactura Germaniæ, ita sane non absq; impendio Romanæ Curiæ. Primitus, teste Crantio, loco nomen Megedeburg inditum, ab idolo Veneris, cuius simulacrum ipse cap. xij. secundi rerũ Saxonic. pulchre depingit, explicatq;. Euersumq; ait, per diuum Carolum, qui & alterum idolum Saturni, quod Hartesburgi Saxones colebant, apud eundem legitur subuertisse. Reuocare in unum. Pro, reducere in gratiam. Electo gemino præsule. Nam alij Præpositum, alij Decanum elegerant. Verum Decanus cum partium suarum studiosis a Principe persuasus, ut Otho refert, Guicmannũ Cicensem Episcopũ, qui hodie Neoburgensis appellatur, elegerunt.

Idola Veneris & Saturni euersa per Carolum.

Rege sub Henrico. Is ille est, qui ex professo a patre defecit specie religionis: quod ab impietatis ignominia uindicare nomen Augustum, ac illud cũ sacro sancta potestate, summoq; Pontificatu in gratiam reuocare uelle se diceret. Erat enim pater eius nominis Augustorũ Quartus, a Pont. Max. cõmunione fidelium submotus, quo tamẽ nemo bellatior unquam fuit, nec alius quisquam ardentior, cum ad imperij autoritatem tuendã, quæ uarijs modis per Ro. Pont. impetebatur, tum ad Germanicam libertatem adserendam. Arbitrioq; suo pastorem ponere. Lege, Antistitem Frisingensem, qui ijsdem fere uerbis refert, hanc olim fuisse Cæsaris in Germania potestatem, qua etiam retro principes usos esse, Annales nostrorum attestantur. Nec id mirum cuiquam uideri debet: quum & eis fuerit ius olim eligendorũ Ro. Pontificũ, ab Adriano diuo Carolo concessum: quod licet quidam mox a Ludouico Pio remissum esse tradant, reclamantibus non tantum Germanorum Annalibus, sed etiam quibusdam externarum rerũ scriptoribus: qui tradunt Ludouicum Aug. monuisse clerum & populum Romanum, qui contra superiorum annorum exempla, non consulto Imperatore, Pascalem Pontificem elegerant, conducere Romanorum rebus, ut pristino instituto staretur: darentq; publice operam, ne amplius simili exemplo Imperatoria lęderetur maiestas. Regalia. Significat quam Regaliam numero singulari nunc appellamus, uerbo ab errore usurpato. Regalia enim neutro genere, ut dicatur, latinitas exposcit, Græcorũ more, qui Euangelia neutro genere, & pluraliter dicunt. Quę ueniant Regaliorum nomine, petenda sunt ex constitutione Aenobarbi nostri, quæ relata est in titulos libri Feudorum secundi. Sceptro eburno. Contra Indorum Reges utebantur nigro ex Ebeno, ut refert diuus Hieronymus in comment. in Ezechielem. Apollini apud Homerum aureum sceptrũ est: quod aurum Soli, sicut Lunæ argẽtum sacrum creditur. Sceptrũ propriũ Iouis est, & Regum, qui Iouis personam uicemq; sustinent, ut canit in Hymnis Callymachus. Quanquam apud Homerum sceptrum pro uili baculo capi annotatum est.

Regalia.

Sceptrum.

Ratispona.

Inde Ratisponæ, uetus ex hoc nomen habenti,
Quod bona sit ratibus: uel quod consueuit in illa
Ponere nauta rates: hac Noricus urbe ducatus
Præcipua gaudet: solennis curia certo

Inde Ratisponę. Inter Danubianas urbes, q̃ndam opibus atq; potentia celebris: ut quæ Imperatorum uires nõ for-

Tempore mandatur, modico post ista sequentis
Temporis elapsu, totus quo tempore mundus
Gaudet apostolici gemino splendore triumphi.
Iamque uiri reduces, Princeps quos miserat olim
Vrbibus ex Italis, necnon a Præsule summo
Sedis apostolicæ, felicia quæque reportant.
Mox ubi propositas quo debuit ordine caussas
Egit, & in placida Rex omnia pace locauit,
Magna sibi cupiens quærendę semina laudis,
Et propagandi momenta potentia regni,
Protinus Hungaricos armato milite fines,
Si placuisset idem socijs, intrare parabat.
Et facturus erat: nec inutile Principis esset
Propositum: poteratque suo rem claudere uoto.
Sed quidam, seu mente bona, monituque fideli,
Siue dolo, tacitoque magis (quod credimus) astu
Dissuasere Duces: ac ne contrarius illis
Ire uideretur: nec in hac re commoda regni,
Sed priuata sequi, quamuis inuitus ab alto
Cessit proposito, sic dissuadentibus illis,
Non sublata quidem, sed adhuc dilata uoluntas,
Vel magni uirtute patris complenda, uel alti
Sanguinis auspicijs, nactis sua tempora rebus
Speratur: neque enim frustra uoluisse, nec unquam
Concępisse sacro præsagia uana futuri
Pectore, uel quidquam temere sperasse putabo.

midarit. At hodie non alio magis nomine clara, quã uetustate, pristinęque felicitatis memoria. Franciscus Irenicus primitus Hiaspalim appellatam scribit: ob tã agrestem populi ruditatem. Auentinus hic Augustã Tyberij fuisse indicat, & Petrus Appianus Reginoburgiũ. Ego a fluuio Rhego, quē illic Danubius excipit, nomen accępisse puto. Noric9 Ducat9. Bauariæ enĩ metropolis Othoni Frising. sed nunc Imperatori paret. Solēnis curia. Qđ ad eã uniuersi proceres, ordinesque regni, quos nunc uulgo Status, uocant, uenire soleãt. A solo aũt, ut dicit Sex. Pompeius, solenne uenit, uel a solito: unde quæ certa sunt obseruatione constituta, solennia nominamus. Apostolici triumphi. Signat diem sacrũ memorię Principũ Apostolorum Petri & Pauli. Olim. Nuper. Quo debuit ordine. Inuenio morem illi fuisse obseruatum, ut in cognoscendis caussis, ab egenis & pauperibus auspicaretur. Est aũt Ordo, discretio status, hominũ conditioni accõmodatus. Gnato apud Terentium, quendã sui ordinis hominē, id est, cõditione pauperem, se cõuenisse dicit. Cicero in prima Verrina contra Cęciliũ. Vestri, inquit, ordinis reos. fures putans, & seruos nequã, ut Asconius exponit. Protinus Hungaricos fines. Hungariæ situm, gentisque mores scribit Otho Præsul lib. Aenoharbic. rerum Secundo. Fuit regio ista ab antiquis tēporibus fortissimarũ gentium domiciliũ, puta, Gothorũ, Longobardorũ, Hunorũ, quorum omnium origo Germanica. Hungari, qui deletis a Carolo Magno Hunis, successere, Schytici sunt. Aiunt quidam adhuc extare in Schytia Hungariam, unde nostri illi prodierint Hungari, quos Canem aliquãdo Regem habuisse proditũ est. Socijs. Pro Principibus Regni.

Augusta Tiberij. Reginoburgium. Solenne. Ordo. Hungaria.

Nec inutile Principis esset Propositum. Sicut enim, ut Tacitus dicit, sua retinere ad priuatos pertinet, ita de alienis certare, regia laus dicitur. Sed illud fortassis Ethnico licet. Munus autem christiani Principis est, quã minime uexare finitimos, sed quidquid ditionis habet, citra alienum detrimentum exornare, quod uix unquam feliciter cesserit, peregrinæ affectatio. Dissuasere Duces. Quibus eius potentia suspecta erat, ut ait Otho.

Non tamen in tanto rerum splendore locatus
(Vsque adeo nulla est hominis sincera uoluptas)
Gaudia plena capit tranquillo pectore rector.

Vsque adeo nulla est hominis syncera uoluptas. Catholica sententia, ex Ouidij Metamorphos.

Quem bene compoſitis diuino munere rebus,
Anxia cognatæ torquet diſcordia rixæ.
Nam duo magnifici proceres, Henricus uterque
Nomen, & ambo pares factis inſignibus, ambo
Maiorum titulis, bellum graue prorſus, & anceps,
Et multa regni metuendum clade gerebant:
E quibus hunc ipſum patruum generauerat ille,
Auſtricus ex auia Leopoldus marchio regis,
Hunc noricus ductor, & regis auunculus idem
Nobilis Henricus generoſa ſtirpe creauit.
Hij triſtes belli cauſſas, & prima furoris
Ex his nimirum traxerunt ſemina cauſsis.
Nam pater alterius Noricorum ductor, atrocem
Pulſus ob inuidiam dudum, moreſque ſuperbos
Saxoniæ tantum, nudo ſibi iure relicto,
Senſerat ultrices Chunradi principis iras.
Ereptumq; ſibi regno tribuente Ducatum
Ante Leopoldus, nunc eius frater, & idem
Rectoris patruus, pugnax Henricus habebat.
Vtq; hæc una lues ſano de corpore tandem
Ac uelut e medio nubes odioſa ſereno
Cederet, e cunctis claro ſub principe regni
Partibus, Herbipoli iuſsi coiere potentes.
Affuit hic Saxon, non affuit Auſtricus, ut qui
Iudicium fugeret: dudum poſſeſſa Ducatus
Perdere iura timens: nam cauſsa ſemper in omni
Iudicium ſpoliatus, amat: qui poſſidet, odit.
Quem tribus abſentem totius Curia regni
Cenſuit edictis in ius debere citari.

Origo Leopaldinæ familiæ, Sueua.

Fraus Hattonis epiſcopi Mog.

Primores Auſtriæ.

Henricus ſuperbus.

deprõpta. Lucius quoque Apuleius lib. Floridorũ quarto, Nihil quid quam inquit, homini tã proſperum diuinitus datum, quin & tamen admixtum ſit aliquid difficultatis. & quæ in eam ſententiam dicta ſequuntur. Maiorum titulis. Pro, imaginibus. Auſtricꝰ Leopoldus. Huiꝰ familię inclytæ, quę Leopoldina appellata ẽ, originẽ fuiſſe Sueuam, tradunt quidam: quum tamen ex Othone Friſingenſi Antiſtite, cui pater fuit Leopoldus, de quo fit nunc mentio, manifeſte conſtet, Comitem Albertum originẽ traxiſſe ex ſanguine nobiliſsimi Francorum Comitis Alberti, qui iuſſu Ludouici Aug. Arnulfi Imp. filij, proditione & ſcelere Hattonis Archiepiſcopi Mogũtini decollatus ẽ, Marchiamq;, ut ipſe uocat, Orientalem, id eſt, Pannoniam Superiorẽ, nunc Auſtriam inferiorem, cum Aenana regio Bauarici Ducatus portio fuerit, Hungaris rurſus eripuiſſe, Ro.q; Imperio adiecisſe. Auus Leopoldi huius noſtri Erneſtus, a magnitudine animi, & rerum pro regno geſtarum tulit nomen Primoris in Imperio ab Henrico Aug. eius nominis Quarto. Nepos autem Leopoldus, diui Leopoldi filius, Marchionum poſtremus, Pij dum uiueret nomen ſortitus eſt, relatus noſtra memoria in numerũ Diuorum, procurãte rẽm Maximiliano Aug. Ex auia Regis. Agnete, filia prædicti Henrici Aug. quæ mortuo priore marito Aenobarbi noſtri auo, cum diuo Leopoldo Auſtrio ſecundas celebrauit nuptias. Generoſa ſtirpe creauit. ſ. ex filia Lotharij Aug. Quarti, quam defuncto Henrico Bauarorum Duce, qui ab inſolentia morum ſuperbus cognominatus eſt, duxit uxorem Henricus Auſtrius diui Leopoldi filius, frater germanus, ſiue, ut uulgo dicunt, uterinus Chunradi Imp. Pulſus ob inuidiam. Vt hæc plęrumq; opulentiæ, potẽtięq; comes eſſe ſolet. Lege Othonem in Septimo prioris hiſt. libro, & in hoc principe memorabile inuenies exemplum, quam inconſtans atque perfida ſit fortuna. Vltrices Chunradi iras. Vide cap. xxij. eiuſdem autoris itidem lib. prioris hiſt. Septimi: cum cognoſces & ex illo, atq; alijs eiuſdem ſcriptoris locis, non fuiſſe ſeruatã formulam eligendi Ro. Principis, a Gregorio Papa, in gratiam ut multi prodiderunt, Othonis Imp. Tertij ſancitam. Ante Leopoldus. Ille, quẽ diximus filiũ diui Leopoldi. Vir ſtrẽnuus,

& tam felici rerum successu fuit, ut breui tẽpore Ducatum Noricũ, suo Imperio subdiderit, capta Ratispona matrice urbe, & eius sede. Autor Otho præsul Frisingensis, frater huius Leopoldi. Diuus enim pater ex Agnete Augusta, octo mares, & decem filias susceperat. Pugnax Henricus habebat. Multa & ille fortiter strennueq; gessit, cũ pro constituendo Bauarico Ducatu in tranquillitatem, tũ in Hungaros, quos mire uexauit. Huic Otho Frisingẽsis Pontifex iniquior fuit: quod, ut ipse ait, ciuitatis suæ munitiones diripuisset: propter quosdam ex ipsa, qui aduersarum partium erant studiosi. Sed eos Aenobarbus, ut infra patebit, in gratiam reduxit. — Henricus primus Dux Austriæ.

Coiere potentes. Pro, conuenere. Inde Cõuentus, ut apud Plinium legimus, pro ijs diebus, quos dies, siue magnos dies uulgo uocant. Coire enim, apud priscos criminosum erat. Frequentia comitiorum Germanicorum iam abijt apud Italos in prouerbium. Semper conueniũt Germani, & nunquam conueniunt. Quo significant salse, eos non tantum rebus, ut plerumq; fit, infectis, sed aliquando longe deterrimis factis redire domum. Iudicium fugeret. Quod in eo totam litem, aut obtinemus, aut amittimus. Cõtra in arbitrio: neq; nihil, neq; tantũ quantũ postulauimus, cõsequimur. Ducatus. Principatus. f. Bauarici. Hoc uocabulo usi sunt Suetonius, Capitolinus, & Vopiscus. Iudicium spoliatus amat. Quia scit se inprimis restituendũ. — Conuentus. Iudicium. Arbitrium. Ducatus.

Totius curia regni. Hic uides aliud esse Aulã, aliud Curiã: cuius origo est ex conuentibus iuridicis. Quem tribus absentem. Omnium enim actionum instituendarũ principiũ, ab ea parte edicti proficiscitur, qua prætor edicit, de in ius uocando. Autor Imp. Iustinianus. — Aula. Curia. Edictum.

Nec minus Apuliæ Calabris, qui ex finibus alti
Sanguinis hic aderant proceres: quos ille locorum
Inuasor patrijs migrare Rogerius oris
Iusserat, & tota profugos regione fugarat:
Multaq; flebiliter crudelia facta tyranni
Dequesti, patria sese tellure fugatos,
Proscriptosq; bonis, indignaq; plurima passos
Morte, uel exilio, uel longo carceris usu
Damnatos, miseras gemitu rumpente querelas,
Addiderant, rebusq; suis a principe nostro
Auxilium, & regni uindictam iure petebant.
Mota manus procerum, Regemq; fideliter omnes
Tam manifesta rogant totius scandala regni
Vindicet, & tantam iuris, morumq; ruinam.
Accipit hæc lætus Princeps, gaudetq; rogari,
Materiamq; nouę sectandæ laudis habere,
Signaq; trans alpes post prima biennia ferre
Regia, communi procerum iuramine sancit:
Vt simul Imperij sacra de sede coronam
Sumat, & iniusti fera corrigat acta Rogeri.

Nec minus Apuliæ. Apulia, Calabriaq; Grecorũ Imperatoribus aliquando paruerũt: & Gothi fractis Ro. Imp. uiribus, illi Italiæ parti, cui Sicilia attribuata erat, imperarũt. Quæ expulsis Saracenis, suos postea, genere tamẽ Normãnos, sortitę sunt Principes, Ro.q; Ecclesię factę tributariæ. Quorũ seriem texuit Ritius lib. de Regibus Siciliæ primo. — Apulia. Calabria.

Rogerius. f. Secundꝰ eius nominis, qui Regium nomen primꝰ usurpauit. Nepos Roberti Guiscardi, ex fratre Rogerio, quem Siciliæ præfecerat, secundum Othonem Frisingensem.

Hunc ut fama, uirum, pariter cum fratre Roberto,
Cui propter sensus agiles, animique uigorem
Cognomen Guiscardus erat, Normannia quondam
Ediderat: media rerum, seu stirpis agentes
Fortuna, sed mente suis & pectore longe
Pręstantes, ualidosq; manu, formaque uenustos,

Hunc, ut fama uirum. Lege cap. iij. secundi de rebus ab Aenobarbo gestis, modo dicti Othonis, Guiscardus erat. Eodem autore id obtinuit nominis, ab oberrandi circumitu: quod — Guiscardus.

Laudis amatores, magnarum ſemina rerum
Quærentes, cupidosq; ſuis noteſcere factis,
Quiq; magis ſeſe claro de ſanguine regum,
Quam de priuata Gallorum gente docerent.
Hi dum ſub teneris, & adhuc creſcentibus annis,
Neſcio quid ualido tractarent pectore pulchrum,
Ipſa nimirum fortuna uoce latenti
Exhortante uiros, & blanda maxima quædam
Promittente manu, iam ſpe uentura trahentes
Omne ſolum forti patriam cuiq; eſſe putarant,
Auſi ſunt tota, ſpretis natalibus agris
Demigrare domo, nomen, gentemq;, domumq;
Optantes peperiſſe ſibi: nec gallica tantum
Normanni. Rura, ſed abruptas excelſis rupibus alpes
Feſtino tranſire gradu: tandemq; per urbes
Italiæ, latiaſque domos, quaſi debita rura
Apuliam, Calabroſque uiri petiere penates.
Regia ſic uolucris, primas ut creſcere plumas
Artubus, & teneros dureſcere ſenſerit ungues,
Naturæ ſectatur iter: iamiamque parentum
Officio contemnit ali, nidoque relicto
Egreditur, paruoque pudet latuiſſe cubili:
Mox confiſa ſibi ſecuro tuta uolatu,
Aut leporem uenatur agris, aut æthere cygnum
Corripit, & proprios in acuta rupe penates
Aedificat, ſimileſque ſibi parat edere fœtus.

patria lingua Guiſthart, peruagator, uagabundus appelletur. Huius uiri ad nouam experiendam fortunam maximo comitatu e Gallia emigratio ſub Hērico Aug. eius nominis tertio ſacta eſt. Meminit huius Guiſcardi Pontanus lib. primo de Bello Neapolitano. Normannia. Suū uni nationi nomen eſt, quæ Oceanum accolit. Danis, cymbricęq; Cherſoneſſo finitima. Septentrionalem tamen cardinem ſpectantes gentes, in uniuerſum Normanni ea tempeſtate uocitati uidenrur, a quamplurimis Scythæ nuncupati. Et Luitprandus Ticinenſis Græcarum rerum nō ignarus, illorumq; fere temporum æqualis, tradit Normannos Conſtantinoplim uſq; excurriſſe, ac ut alij ſint, quam qui Galliam uexarunt, Ruſsos eoſdem nomine extitiſſe. Nec uero ſimile ſit, unam tantum nationem anguſtis finibꝰ utentem, totam prope Europam, terra mariq;, uno eodemq; tempore armis peruagatam. Quicunq; ex illius uaſti Oceani ora, inſuliſq; Septentrionis, ac Peninſulis incompertę magnitudinis arma ferebant, Normanni a Gallis nuncupabantur. Cæterum ſatis conſtat, qui poſtremi Neuſtriam tenuerunt, ex multis unam nationem fuiſſe Danis ſociam, finitimamq;, autor Aemilius Veronenſ. lib. rerū Franc. Tertio. Genti Teutonam fuiſſe originem, ipſum nomen prodit, quod noſtra lingua Nort, Septentrio, Man, uir eſt. (Nortmanni Teutones.) Media rerū, ſeu ſtirpis agentes Fortuna. Quod & nominis & fortunę mediocris fuerit, indicat Friſingenſis: qui ait eum in Gallia militem egiſſe eius ordinis, qui dicebantur Ualuaſores, de quibus nonnulla libro ſecundo, loco illic admonente, ex placitis Feudorum haud ſcitu indigna afferemus, ipſa rerum utilitate, ſermonis elegantiam uincente. Quanquā multæ res ſunt, quæ uix dicendo ornari poſsint, contentę doceri, ut dixit Manlius. Blanda maxima quęque. Opinio uulgi eſt, cui Fortuna ſecūda eſt, huic quidquid tentauerit feliciter cedere. Spe uentura trahentes. Iuxta illud Naſonis, Spes bona dat uires, animū quoq; ſpes bona firmat. Omne ſolum forti patriam. Vt idem cecinit Ouidius, ad Socratis illud forte alludēs. Mundanus ſum.

Regia ſic uolucris. Perquam apta comparatio, ut fere ubiq;. Intelligit autem Aquilam Reginam uolucrum dictam, cum ab eius generoſitate, tum animi magnitudine: quod magnis congrediatur animalibus, etiam ceruo, ut ſcribit Plinius.

Illa quidem tellus nullius muneris expers,

Illa quidē tellus. Laus

Fœtibus

Fœtibus arboreis uberrima, uitibus, agris,
Vrbibus, & caſtris, omnique decore nitebat:
Sed uulgus ſtolidum, prauum, rude, futile, uanum,
Moribus incultum, fragili male corpore firmum,
Ocia longa ſequi ſolitum, fugienſque laboris,
Mente manuqꝫ pigrum, nec pace, nec utile bello.
Ergo uiri mores hominum, cultuſque locorum,
Ingeniumque ſuum, ſollerti pectoris aſtu
Tractantes, ſemperque uiros ingentia fortes
Auſa decere rati, potiundi finibus illis
Spem rapiunt animo: miſſiſque fidelibus, omnes
Francigenas, quos aut humilis fortuna parentum,
Aut nouitatis amor, ſeu magna audacia mentis
Finibus e patrijs ad prēmia magna uocauit,
Adſciſcunt, totamque breui ſub tempore terram
Viribus, arte, dolis, multoque labore ſubactam,
Ciuibus expulſis, iniuſto iure tenebant.
Teqꝫ ſibi, patriæ laudis Robertus, & alti
Nominis hæredem dignum Boamunde reliquit.
Qui mox auſpicijs tibi deſignata paternis,
Antiochena manu cœpiſti mœnia uictor
Fatalis, generique tuo ſeruanda dediſti.
Alter at æquiuocum ſibi conſimilemqꝫ Rogerum
Progenuit: patris qui nunquam degener actis,
Marte ſuo ſiculis adiecit plurima regnis,
Quin & belligeris Byzantion uſque carinis,
Vectus inauratas in regia tecta ſagittas
Ipſe manu propria iuuenili fortiter arcu
Miſit, & æternæ laudis monimenta reliquit.

Apuliæ, quæ eſt campe- Apuliæ laus.
ſtris & calida tota, & ob
id alēdo pecori hibernis
menſibus maxime uti-
lis. Feraciſsima ad hæc
hordei, tritici, uini, &
olei, quatenus colitur.
Viros ingentia fortes.
His plęrumqꝫ res ꝓſperę
cedūt, ꝓpterea ꝙ id genꝰ
hominibus fortuna qua
ſi fauent: ut eſt in ueteri
prouerbio, Fortes fortu
na adiuuat, infenſa ijs,
qui nihil audēt experiri.
Patriæ laudis Rober-
tus. Summa gloria mor Robertus.
tuus, opibus gentis mire
auctis: quod duos Cæſa
res, Herricū Germanū,
Auguſtum terreſtri præ
lio, Alexin Gręcum ma
ritimo deuicit. Nec Apu
lia cōtentus, Sicilię quaſ
dam urbes ditionis ſuæ
primum fecit: deinde in
ſulæ Comitem Rogeriū
fratrē inſtituit. Boamū
de. Quem ex uxore Ab Boamundus.
derada ſuſcepit, qua a-
miſſa, Robertus alteram
ſuperduxit, nomine Gi-
liardam, neptē ex fratre
Giſolphi principis Sa-
lernitani. Antiochena
mœnia. Anno ſalutis
chriſtianæ Milleſimo no
nageſimo quarto, plęriſ
qꝫ Chriſtianis Principibꝰ
iter per Apuliam facien
tibus, pro recipiendis Hieroſolymis, Boamundus in ea militia cum duodecim millibus armatorum nomē dedit. In ea autem expeditione, quam copioſius ſcribit Veronenſis libro quarto, Boamundi uirtus adeo enituit, ut Antiochia capta, communi noſtrorum conſenſu Princeps in ea conſtitutus, Conſtantiam Philippi Regis Gallorum uxorem duxerit. Alter. ſ. Rogerius a fratre Roberto comes Siciliæ, ut diximus, inſtitutus. Aequiuocū. Cognominē. Quin & belligeris Byzantion uſqꝫ carinis. Patrem filius non æquauit ſolum, ſed ſuperauit etiam, appellationem Regis Italiæ non ueritus uſurpare: quo titulo tamen abſtinuit, contentus in poſterum Rex Siciliæ appellari, poſteaquam uita functo Innocentio Secundo, recepiſſet omnia pridem amiſſa, regno Neapolis exactus a Lothario Saxone Aug. Lege Michaelem Ritium, lib. de Regib. Siciliæ primo. Byzantion. Situm eius unico tantum dyſthico Ouidius explicat primo Triſtium. A Conſtantino Magno, qui eam primus Romanorum principum incoluit, Conſtantinopolis uocata eſt. Lege Baptiſtam Egnatium in fine ſecundi libri Ro. principum, & cognoſces eius urbis a prima origine uſqꝫ ad noſtram ætatem incrementa, & quam uaria res eius fortuna fuerint. Inauratas in regia tecta ſagittas. Veronenſis Aemilius, hoc perquā egregiū Byzantium.

facinus non Rogerio, sed eius classis præfecto Georgio tribuit: qui maiori numero nauium superueniens, in prætoriam Constantinopolitani nauem, sagittas aureis spiculis præfixas coniecit, atq; se & ad bellum & ad pacem paratum ostendit. Huius uirtute ac fide liberatus est Ludouicus Gallorum Rex, qui simili fraude, qua Chunradus Aug. a Græco Imperatore circumuentus erat. Succensa tum Constantinopolis suburbia, ipso uidente scelestissimo Imperatore Manuele, pomaq; ex hortis eius lecta. Platina autor est.

Hanc tamen historiæ seriem plerique relatu
Confundunt, uariantque, suo, solique decorem
Roberto, magni gaudent adscribere facti,
Cumque Boamundo fortem genuisse Rogerum
Hunc perhibent, natosq; suis uirtutibus ambos
Informasse patrem: nec solum rebus in illis
Quas iam sors dederat, sed quas præsaga futuri
Spondebant mens alta uiro, magnique paratus
Hæredes in spem magnam succedere iussos
Instituisse sibi, mandataque fortia pulchræ
Indolis, extremo pueris in fine dedisse,
Et larga tribuisse manu, quæcunque uel hostis,
Vel timidus, dignusq; minus possessor haberet.
Vnde Boamundo noster Solymarius illam
Externi iuris Libyam, siculosque penates,
Et claram Antiochi, quam nondum uiderat, urbem
Assignasse refert, famæ uulgata secutus.
Rumor, an historicus sit certior ordo, requirat
Lector, & ambiguo scribenti grandia uersu
Ignoscat uati: nondum satis illa propago,
Et siculæ series nobis innotuit aulæ,
Ex qua præclaro generosam sanguine nuptam
Augustos tetigisse sinus, castumque potentis
Regis inisse thorum lætatur maximus orbis.

Fortem genuisse Rogerum Hunc perhibent. Quibus Aemilius subscribens, ait Roberto duos fuisse filios, e diuersis tamẽ matrib. Eosq; ob paternas opes, quarum nõ contemnenda pars dote posterioris uxoris ad patrem peruenerat, in mutua arma exarsisse. Lege Ritium, qui attigit seriem fraterni huius belli, libro supra citato. Vel timidus, dignusq; minus. Iuxta Pindarum, dicentem: Iustum id esse natura, potentiorem p uim auferre ea, quæ imbecilliorum sunt, dominari meliorẽ deteriori, plusq; habere eum, qui præstantior sit, quã qui abiectior. Externi iuris. Partim Græcorum erat, partim Sarracenorũ. Libyam. Africam. Et claram Antiochi urbẽ. Ea urbs Syriæ caput est, maxima Orientalium urbium. Situm eius pluribus refert Veronensis libro quarto. Sancta nomini Christiano, quod Petrus Apostolorum princeps in ea sederit. Initio qui Christum agnouerant Nazareni dicebantur, in hac primum Christiani uocitari cœpti. Viginti prouincias illa sedes sacra iurisdictione regebat: ex his quatuordecim suos Pontifices Metropolitanos habebant, cum suis quemq; suffragantibus, quos Catholicos nuncupabant, ipso nomine magnitudinem uniuersam ostendentes. Qua autẽ ratione tandem urbs ipsa sit a Christianis capta, octauo amplius mense obsidionis, explicat multis idem Veronensis. Famæ uulgata secutus. Ciceroni Fama uulgi, est quoddam multitudinis testimonium. Nota est Hesiodi sententia. Non usq;quaq; irritum esse solere, quidquid rumore populi iactatum fuerit. Famæ domum elegantissime descripsit Ouidius lib. Transmut. duodecimo: Deam Maro in quarto Aeneid. appellat, Hesiodum, Homerumq; secutus. Siculæ aulæ. Regum, seu Principum Siciliæ: quos & Neapolis appellant, ab eorum Regia, totiusq; regni principe ciuitate Neapoli; de qua pluribus Pontanus lib. ultimo de Bello Neapolit. Ex qua præclaro. Constantia Rogerij secundi filia, soror Guilielmi, itidem secundi Siciliæ Regis, uirgo annum iam agens tricesimum, nupsit Henrico tum Germanorum Regi, ut scribũt Viterbiensis, Vrspergensis, & Otho de sancto Blasio:

Antiochia.

Catholici.

Fama.

quibus accedit Aemilius Veronensis: qui de hac ipsa Constantia loquens, Eam scio, inquit, a plerisq; tradi, ac uulgo credi in sacro Parthenone educatã nōtiua uirginitate: quod Ioachinus fatidicus uir cecinisset, ex ea si nupsisset, funestam Italiæ facem exorituram: eandem plus quinquaginta annos natam, auspice pontifice Maximo, ne regnum Siciliæ ad nothum recideret, Henrico Cęsari nupsisse. Exin cum prægnans esset, suspicioq; exoriretur, eam uterum mẽtitam partum sibi supposituram, medio in Messanę foro, tabernaculum illi uirum iussisse statui, ubi uentre custodito, nulla matronarum exclusa pareret. Ita editum Fridericum secundum, Cæsarem futurum. Hanc omnem fabulam uanitatis arguunt Germani, Anobarbo Cæsare uiuo, filium Henricum, Constantiam ætate florẽtem, collocante Gulielmo duxisse, constanti ore affirmant: atq; ita res in suos quamq; annos digerunt, ut pudeat pigeatq; tantæ asseuerationi, diligentiæq; fidem abrogare. Hactenus Verouẽsis. Regis inisse thorum. Caussam subinnuit lib. quinto. Annales. Germanorũ ꝓbant uera.

Primum post istam uidit Vormacia sedem,
Concilium procerum, iussu concurrere Regis.
Huc ambo uenere Duces: sed curia nec tunc
Eualuit ueterem procerum sopire querelam.
Tempore mox alio rursum reuocata potentum
Turba Ratisponam, studio tentauit inani,
Pace reformata, longam compescere litem.
Proximus inde fuit procerum concursus in urbe
Spirensi, geminosq; Duces, multumq; diuq;
In placidos mores, solidamq; reducere pacem
Conati, longum frustra insumpsere laborem.

Vormacia. Ad Rheni ripam urbs: quam ut in quinto describit eleganter, ut nunc ueneranda uetustate, ita olim diuitijs etiam clara. Non est altera inter amplissimas Germanorũ ciuitates, quæ æque ac illa exercitata est, subinde uices eiꝰ uariante fortuna, diutinis Sacerdotum suorũ litibus, & multis belli incommodis, totam ætatem nostram misere diuexatam uidimus. Sita est in agro Cereris & Bacchi perq; feraci, cuius & poeta in Quinto meminit. Vangiones olim dictos putant a germanico uocabulo Fungou, quod est regionis finitimæ. Post istam sedem. Post curiam Herbipolensem. Primum. Proximum. Ambo Duces. Henrici duo, Bauaricus, & Austrius. Sed Curia nec tunc Eualuit sopire querelã. Caussabatur enim Austrius, se non legitime in ius uocatum. Comperio autem in illo cōuẽtu ab Aenobarbo Archiepiscopum Moguntinum nomine Henricum loco submotum, ceu prodigum, & infrugi hominem, suffecto Cancellario suo Arnoldo, de quibus longam illam paulo superius historiam narrauimus. In urbe Spirensi. Inter præcipuas Germaniæ haudquaquam postremi nominis urbes, neq; solum episcopali sede insignis, uerũetiam templo admirandæ structuræ, & Regum Germaniæ sepultura nobilitatę. Nemetas olim, qui nunc Spirenses, nominatos, doctorum consensum esse, Erasmus Roterod. in Scholijs in diuum Hieronymum retulit. Frustra insumpsere laborem. Quod iterum Austrius repetebat, se uocatum minus legitime.

Vormacia. Vangiones. Spira. Nemetæ.

Hinc etiam Rector Manueli, principe quo tunc
Porphyrio genito, gaudebat regia sedes,
Legatos properare iubens, de fœdere pacis,
Communiq; bono, regniq; utriusq; salute
Verba ferenda dedit: suadens ob facta Rogeri
Guilhelmo, qui iam defuncti sceptra parentis,
Et raptas seruabat opes, indicere bellum:
Et quia nuper eum deprenso fœdere iuncti
Sanguinis, a prima secedere coniuge Papa
Iusserat, & thalami uiduatus sorte carebat,

Manueli. Quem nonnulli ignobilem, ac ab uxore Alexij nuper Imperatoris contra uoluntatem Senatus in coniugem simul & Imperium susceptum fuisse dicun. Volaterranꝰ Scilace autore Alexij filium, Egnatius uero scribit, patri Ioanni, quem alij Caloianem appellãt, succesisse: quod Isacium maiorem natu, ut minus ad

Manuel Grecorum Imperator infamis.

Consortem dignam pariter regnique thorique
Eiusdem de stirpe petens, quo firmius illum
Constringat ualidis in pacis fœdera nodis.
Tandem instante pio uehementer Saxone rege,
Ac repetente suum penitus sine fine Ducatum,
Quem castris adcire suis Rex ipse parabat,
Goslariam proceres, & partem litis utramque
Euocat, hic patruo caussam fugiente, nepoti
Reddidit euictum seruato iure Ducatum.

imperandum idoneum, reiecisset. Hic Ioannes subinde ad Chunradum Augustum scribẽs, pro Græcorũ arrogantia seipsum uocat, Christo Deo fidelem Regẽ, Porphyrogenitũ, sublimẽ, fortem, Augustũ, & Imperatorem Romanorũ. Quisquis autem ille Manuel, uir certe facinorosus fuit, qui Chunradum Imp. nostrum, regem alioqui inuictum, ut Sabellicus fatetur, non ingloriam, quod excidit Egnatio Baptistæ, illac ad expeditionem Hierosolymitanã proficiscentem, commeatu se iuuare simulans, gypsum farinæ admiscebat: tamen profuit omnino aliquid Christianæ rei expeditio illa, & si parum felix, hostibus tanti belli expectatione perculsis. Porphyrio genito. Vel quia in purpura, hoc est, e principe rerum potiente natus est: uel expressit nomen familiæ Porphyrogenicæ. Quanquam mihi hic, ut ingenue fateor, non satisfacio. Destituerunt enim nos, quotquot consuluimus græcorũ lexica. Regia sedes. Constantinopolis.

Legatos. Anselmum Hamelburgensem, & Alexandrum Apuliæ Comitem exulem, & ob suspicionẽ affectati regni a Rogerio proscriptum. De fœdere pacis. Quod ante Chunradus patruus cum Ioanne Græcorum Imperatore exorsus erat: ut ostendunt Epistolæ Principum ea de re scriptæ, quæ extant apud Othonem Pontificem. Et quia nuper eum. Chronograghus Vrspergensis hoc diuortium apud Constantiam Germaniç in Synodo latum esse scribit. Fuit autẽ coniunx prior Diepoldi Marchionis Vochburgensis filia, quæ postea Diethoni domino Rauenspurgij nupsit. Papa iusserat. Episcopus Romanus: qui hodie tantum hoc nomine significatur, quum olim omnes Episcopi, Papæ uocarentur, hoc est, patres. Pappum enim ueteres patrem uocabant. In pacis fœdera nodis. Sed rem minus successisse, satis post indicabant Italica auxilia missa ab Manuele aduersus Aenobarbum: quodq; Rom. Pont. Alexandro Tertio nihil non auxilij pollicitus est per Legatos, modo Imperium Romanum diuisum in unum corpus redigeret: quibus tamen, ut Platina refert, ab Alexãdro responsum est, se nolle id in unum colligere, quod olim maiores sui de industria disiunxissent. Fuit Princeps arrogans plus æquo, Ecclesiasticorum dogmatum contemptor, Astrologiæ peritissimus: qui cum spopondisset sibi multos adhuc uitæ & Imperij annos, totiusq; Orientis Imperiũ agitasset animo, monasticã uitã secutus, morbo perijt. Suis castris. Expeditioni Italicæ, quæ iã instabat. Goslariam. Crantius autor est, huius non ultimi inter Saxonicas urbes nominis, fundamenta iecisse Henricum Saxoniæ ducem, Aucupem cognomento, qui primus Romanos fasces in familiam suam intulit, eoq; nomine apud Germanos rerum potitus est. Sed hic Imperatoris nomine ab Italicis scriptoribus priuatur, non absq; stomacho Crantij. Nam dicant igitur, inquit, si ideo Imperator non est, quia a Papa consecratus non est, quis consecrauit Augustum, & omnes ab eo Augustos, usq; ad d. Carolum? nisi ille per quem Reges regnant, & potentes iusta decernunt. Si non est Romanorum Rex, aut Imperator, quia Italiam non tenet: cedant hoc nomine Constantinopolitani, ex quibus pauci Italiam habuerunt. Cedant & nostri temporis Imperatores. Proinde non fraudemus optimos Principes honore suo. Scimus, quo ordine Pontifices ad eam se consecrationem ingerebant. Henricum autem tertium Goslariam mire exornasse, palatio in ea plane regio extructo, idem autor est. Famam opulentissimæ ciuitatis facile adseruisset, si per uicinos licuisset, æmulos fortunæ, auriq; & argenti fodinarum, quarum cultura sæpius interpellatur.

Papa.

Manuel Grecorum Imp. impius.


Cæsares, etiã non consecratos, Imperatores, & Augustos, iure dici.

LIB. Primi Finis.

¶ Argumentum LIB.
SECVNDI.

¶ Regia trans alpes producit signa Secundus,
Cæsare Runcalijs posito, ceu syderis ortu
Illustrata noui plebs Itala gaudet, & omnes
Suppressas dudum properant efferre querelas.
Laudaq; præcipue, Cuma cum supplice, noxas
Incusat Ligurum: quorum Rex fraude reperta,
Nobile præsidium capit, euertitq; Rosatum,
Vastat cęde ●os, turres, cum pontibus urit,
Castra rapit Ligurum: Cairam subuertit, & Astum,
Obsidione graui Terdonæ mœnia cingit.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de Gestis FRIDERICI .I. Aenobar. AVG. Liber Secundus.



ERTIVS EXIMIO REGNI
FELICIS AB ORTV
Annus erat Friderice tui, castrisque mouendis
Instabat præfixa dies: tunc rura relinquens
Saxoniæ, superasq; petens cum milite multo
Ipse sui partes regni, qua Norica lambit
Rura Licus, placidis factus iam mollior undis,
Non procul Augusta consedit Rector ab urbe,
Proxima Brixnoram famosi nominis urbem,
Altera saxosum tetigerunt castra Tridentum:
Inde per anfractus rigidos, angusta locorum
Saxosis horrenda iugis, faucesque malignas
Carpit iter: tandem longo, magnoque labore
Alpibus euictis, campos & plana iacentis
Aspicit Ausoniæ, stagnoq; propinqua iacenti
In campis Verona tuis tentoria ponit.
Sed quia defectu miles cogente ciborum,
Dum rigidam duro transiret limite uallem,
Et loca nec Cereri fœcunda, nec hospita Bacchho,
Illicito raptu sacras spoliauerat ædes,
Ante profecturis quam Rex procedere castris
Vellet, & humani tractare negocia regni,

¶ In Librum Secundũ LIGVRINI, Guntheri Poëtæ, Scholia Ia. Spiegel Selestastadiensis.



Vgusta urbe. Olim inferioris Rhetię ciuitas, habitantibus tũ ad Albim fluuiũ, Sueuis priscis, quorum regionem hodie Saxoniam appellamus. Hi deinde Rhętiam modo dictam inuasere, quã adhuc tenent hodie, Sueuiam a se nominatam: cuius est caput Augusta. — Augusta.

Brixnoram. Hodie Brixina: quã tunc Brixiam Noricam uocabant: propter alteram eodem nomine in Gallia Cisalpinã, de qua sequenti libro. Brixiæ Noricæ meminit Vrsper. i Annot. Henrici Quarti. — Brixina. Brixia norica

Saxosum Tridẽtum. Ad flumẽ Athesim uersus eius ortum, a Rhetis ædificatum Plinio. — Tridentum.

Stagno. Vulgo nunc lacus Gardæ, der Gartsee, a castello eius nominis, Benacus ueteribꝰ dictus: longus — Benacus.

Instituit placare Deum, regiq; superno
Seq; suosq; pijs humiles supponere uotis.

stadijs. D. latus. xxx. Varijs ornatus castellis, præcipue Sirmio Catulli patria. Amnis eum Mincius ex Alpibus oriens efficit: inter quem et Ollium flumen situm est. Mantua Musarum domus, atq; ad sydera cantu Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

Verona. Verona. Vrbs maxima ad radices montium, ultra quos habitant Germani: quam Athesis fluuius ingreditur, magnamq; ipsius partem ambit. Vnde Siluius, cuius sunt etiam prædicti uersus, dixit: Tum Verona Athesi circumflua.

Protinus ex omni collectos agmine nummos
Corrogat, atque uiris commissa fidelibus æra
E quibus hic præsul, comes ille, probatus uterq;,
Distribui iusta spoliatos sorte per omnes
Imperat, & licitæ compensat damna rapinæ.
Nobile Regis opus: quamuis penuria factum,
1. Reg. 21. Vt quondam sancti Dauid, excusare ualeret,
Non tamen hac in re caussas attendere, sed rem:
Nec quid sit licitum perpendere, sed quid honestum.
Mentis quippe bonæ propriũ, agnoscere culpam
Culpa ubi nulla subest. Tunc demum signa reuellẽs,
Runcaliam properat rapidis attingere castris.

Comes ille. Scribit Otho id negocij duob9 Episcopis impositũ, Tridentino, & Brixinorensi. Vt quondam sancti Dauid. Qui, quum fugiens Saulẽ uenisset in urbem Nobe, comedit panes sacros, quos propositionis uocant: nec ipse tantum, sed & comites ipsius, ac famuli. Nefas erat ex his panibus cuiq; uesci, prǽterquã sacerdotibus ac leuitis: sed quũ fame periclitaretur, nec sacerdos ueritus hos illi prodere, nec Dauid ueritus ueluti profanos attingere, uescíq;. Hoc exemplo Seruator noster Christus, patrocinatus est discipulis suis, quos calumniabantur Pharisæi uiolasse Sabbatum, quod stimulante fame, præcedentes Dominum uellerent spicas, ac manibus confricantes, ederent grana. (Marci 2.)

Est locus Italiæ, modicum seiunctus ab urbe,
Placentia. Cui quia pulchra situ placet, inde Placentia nomen,
Planus, & Eridani placido iunctissimus amni,
Effundit latos spacioso limite campos.
Hic quoties claram Regnator tendit ad urbem
Teutonus, Ausoniam sumpturus rite coronam,
Ponere castra solet: ligno suspenditur alte
Erecto clypeus: tunc prǽco regius omnem
Conuocat a dominis feudalia iura tenentes,
Eridanus. Excubias Regi prima celebrare fideles
Nocte, uetustorum debent ex more parentum.
At quicumq; domi, domino nolente relictus,
Defuerit, feŏdo priuari Curia censet.
Tunc quoq; nonnulli censura uindice regni
Amisere diu tali possessa reatu.
Quin & pontifices Halberstadensis, & ille
Sub quo Brema fuit, tali regalia iura
Amisere nota: personæ scilicet ipsæ,
Non tamen ecclesiæ: neq; enim quod pastor inique

Est locus. Descriptio Runcaliæ. Placentia. Retinet adhuc nomẽ antiquũ, colonia deducta a quatuor uiris: uarijs agitata casib9, & ab Aenobarbo ob rebelliõẽ diruti muri eius, & deiectę sunt turres: ut in principio noni lib. poeta, & latius scribunt Volaterranus ad finem lib. Geograh. quarti. Eridani. Eundem esse Padum & Eridanũ, ex Plinio constat. Claram urbem. Romam. Fœdalia iura tenentes. Zasius in commentarijs in secundam legem de Origine iuris, ostendit originem Feudorum a uetustis Romanorum moribus processisse. Licet Aluarotus, & communiter Doctores historiarum igna-

Gesserit, ecclesiæ fas est in damna refundi. ri, male, & erranter contrarium senserint. Budæus quoque multis uerbis in prioribus in Pandectas Annotationibus docet, ueterum monimentis, accurate perpensis, neminem esse, qui non hanc nostram Feudorum consuetudinem ab illa clientium obseruantia in patronos, & fide patronorum in clientes, oriundam esse, iudicet. Idem, quos uasallos uocant, clientes appellat, & clientelam obseruantiã ipsam & obsequiũ, quod homagiũ dicunt, clientaris officij sponsionẽ, agnitiõemq́. Merula feudorum iura tradit habuisse autores Angleriæ Comites, & a Curia Mediolanensi deducta. ut lib. octauo latius explicabo. Fideles. Vasallos, & Ligios homines iurisperitorum uulgus uocat, peregrinis prorsus uocabulis. Latine, Beneficiarij nominari possunt: qua uoce Aemilius Veronesis identidem utitur. Quos tamen probe etiam Fideles dici posse existimo: quemadmodum Paganis, recæpto usu, opponimus Fideles. Maxime autem, quia fides, uel fidelitas substantialia sunt in Feudo, sine qua Feudum non consistit. Est autem Feudum, concesio rei pro homagio facta. Qua uoce itidem noua, significatur obligatio per sacramentum fidelitatis facta, propter Feudum. Qui iurat Domino, neminem excipiens, dicitur homo Ligius: qui uero aliquos excipit, is homo non Ligius dicitur. Vnde Feuda Ligia, ubi absolute fidelitas contra omnem hominem iuratur: quæ regulariter non dantur, nisi a summis Principibus, & si qui sint alij qui non recognoscunt superiores. Alia sunt non Ligia, ubi iuratur cum excæptione. Excipitur enim semper Imperator, qui & ipso facto excæptus intelligitur, in omni iuramento, etiam si non nominetur. Quamuis ex Constitutione Aenobarbi, ut libro octauo patebit, nominatim Imperator excipi debeat. Atq́ ab hac fide, siue fidelitate, ut modo dictum est, Feudum esse dictum uolunt. Sed & a fœdere dici posse, quoniam ex solis fœderibus forma fidelitatis ultro & citro constet, uel hic Poetæ locus demonstrat: qui temporibus eorum uicinus fuit, qui ex usu Mediolanensi, & alijs nonnullis consuetudinibus, Feudalia scita, satis quidem notabiliter, sine tamen ordine, & nulla rei latinæ puritate tradiderunt. Curia censet. Hoc loco per Curiam Pares Curiæ intellige, qui caussarum Feudalium iudices a Cæsare constituti, sine pro uocatione cognoscebant. Halberstatensis. Vlrico nomen erat, ut Otho refert, quem ex Crantij historia constat fuisse uirum ocij & quietis impatientem. Vrbs sub eo capta est, & basilica conflagrauit, una cum sacro templi thesauro & ornatu. Idem scribit Crantius, Carolum Magnum in Orientali Saxonia constituisse genti Episcopum ultra Visurgum apud Salingstede, cui loco hodie nomen est Osteruuick, qui longo post tempore in Halberstadium sit traductus. Sub quo Brema fuit. Hartuuicus erat ille, ut Otho quoque testatur. Cui familiare est, ut & cæteris, qui ea scripserunt ætate res, apud Germanos præcipue gestas, silentio gentilicia nomina præterire. Quod tum Antistites pomposos titulos ignorabant. Obseruatum est ab auunculo meo Argentoratenñ. Ecclesiæ Episcopos ab exordio usque ad Aenobarbica tempora, alium sibi titulum non desumpsisse, nisi sub hac humili forma. Ego. N. diuina fauente clementia Argentoratensis Ecclesiæ Pastor indignus. Sed & diuum IMPERATOREM CAROLVM, Bremensem Episcopatum, uelut Coloniensi a suffragijs excitasse, tradit Crantius. Regalia iura tenentes. Habent Feuda suas differentias & qualitates. Quia sunt Feuda regalia, scilicet dignitatum, quæ absolutam & prærogatam nobilitatem habent: quorum participes sunt tantummodo Capitanei regni, id est, Duces, Marchiones, Comites. Alia uero sunt Feuda non regalia, siue illa a Principibus Romanis, siue a Capitaneis regni concedantur: quæ non quidem prærogatam, ut illi, sed conspicuam quandam nobilitatem exhibent. ueluti Baronum, & aliorum qui sunt melioris nobilitatis: quos Valuasores maiores nominaueris. Quibus proxime accedunt hi, qui sunt melioris notæ inter nobiles, qui & ipsi sub se habent Vasallos nobiles. Porro qui a Valuasoribus maioribus, puta Baronibus, & conspicuis nobilibus Feuda accipiunt, sunt quidem & ipsi nobiles, sed mediocris nominis: quos nominant Valuasores minores. Cæterum quæ Feuda ab huiusmodi minoribus conceduntur, Vasalli Valuasini, seu minimi Valuasores nominantur. ut sunt priuatæ personæ, pagani, & ciues, si qui in plebe sunt paulo nominatiores.

Vasallus. Clientela. Homagium. Beneficiarij. Fideles. Feudũ quid. Homo Ligius. Feuda Ligia. Feudum unde dictum. Pares Curiæ, Die Mann. Halberstadium. Episcoporũ tituli, antiqs humiles. Feudorum qualitates. Valuasores triplices. Valuasini.

Tali nota. Censura, & iudicio Parium Curiæ. Vel nota, hoc est, culpa absentiæ. Cautũ nanq́ est, eos in omnibus casibus in quibus Clerici, uel Ecclesia possunt habere Feudum a Laicis, cogi quoq́ posse, ut propter huiusmodi Feuda stent iuri coram Domino Laico. quia ea res personas eorum nec tangit, nec lædit, sed respicit Feudum. Sunt aũt & aliæ caussæ amittendorũ bene-

ficiorum, siue feudorum, quæ tractantur diffuse a Doctoribus, & habetur in secundo lib. Feudorum. In damna refundi. Retulit pulchre uulgatam illam regulam iuris, Delictum personæ non debet in damnũ Ecclesiæ redundare. In certo tamen casu ex constitutione diui Car. Chunradi, ipsæ quoq; Ecclesiæ ad tẽpus Feudo & honore priuari possunt.

Nunc age, de terra memoratu plurima sacro
Digna relaturi, positum, sedemq; locorum,
Nominibusq; datis, populos, ritusq; uetustos
(Sicut ab antiquo uulgauit fama) canemus.
Hæc Appennini rigidis hinc rupibus, inde
Alpibus aërijs pressa, atq; coërcita tellus
Longa, sed angustam zonæ sortita figuram.
Hinc sale tyrrheno, Venetis hinc clauditur undis,
Quippe uoti rapidos æstus, austriq; uapores
Apennine tui sibi temperat obice montis,
At rigidum Boream, gelidamq; timentibus Arcton
Præsidio ueniunt obiectis rupibus alpes,
Tyrrhenum zephyro uagus Adria tunditur euro.
Forsitan hos aliquis, uelut uno corpore montes
Iungit, & ut capiti duo brachia subijcit uni.
Vt Pyrenæum uero sit nomine totum,
Totius partes sint Appenninus, & Alpes.
Hæc tamen hinc aliquas inuasit opinio mentes:
Nam qua belligeris totiens experta carinis
Ianua Tyrrheni pulsatur gurgitis æstu,
Cernuntur gemini sese contingere montes,
Ac uelut expansis hinc inde fideliter ulnis
Amplecti gremio populos ac mœnia lato.
Magnus, & hesperio non ignoratus in orbe,
Et multum debens antiquis uatibus unda,
Hanc medio secat amne Padus, zonasq; minores
Ex una facit esse duas, populosq; bipertit,
Quem geminis hinc inde fluens e partibus unda
Ditat, & Adriacas opulentior influit undas.

Italia salubris.

Appenninus.

Alpes.

Italiæ figura.

Nunc age de terra. Scilicet Italia: quæ, ut Solinus ait, tanta cura ab omnibus dicta est, ut iam inueniri nõ sit, quod non ueterũ autorũ præsumpserit diligentia. Positum. Italiæ situs medius inter Meridiem, et Septẽtrionẽ, mirum in modũ & fertilis & plurimũ accolis salubris esse, ex ratione Sphæræ deprehensus est. Appennini. In huius transitu ob nimiũ frigus alterũ oculũ amisit Hannibal Pœnus: a quo & nomen montem ipsum accepisse quidam tradunt. Elegãter ille describit a Lucano & Sillio. Alpibus aërijs. Capiunt initiũ Alpes a Salassis, qui locus nunc Saluciarũ & Montisferrati est, Rhegiũ usq;, per Capuam. Angustũ Zonæ figurã. Tota, Mela inquit, angusta, & alicubi multo, q̃ unde cœpit angustior. Zonæ igitur similẽ dicit, quod longior multo, quam latior est. Tyrrheno. Quod a situ Inferum, a littoribus Siculum, Ligusticum & Tuscum uocatur. Sale. Mari. Venetis undis. Adriatico. Noti rapidos æstus. Ex Meridionali enim perflat parte. Latine Auster, ab hauriendis aquis. Vide Gellium. Rigidum Boream. Qui ab æstiua & solsticiali Orientis meta uenit. Latine Aquilo dicitur. Gelidam Arcton. Septentrionarium indicat uentum, qui multo asperior obiectus, directusq; in Austrum spirat. Significat ergo munitam esse Italiam contra duo extrema, hoc est, nimium solis ardorem, & immodicam frigoris asperitatem. Zephyro. Latine Fauonius, uentus est occiduus, aduersus Eurum flans, qui est medius inter uentos Orientales. Idem græce Apeliotes dictus. A Romanis nauticis Subsolanus cognominatus. Vagus Adria. Adriaticum, quod ab urbe & flumine cognomine appellatum est. Plurimi idem esse uoluerunt Ionium, quod tamen partem Adriatici maris accuratiores faciunt. Pyrenęum. Nomen accæpit a fulminum ictu, quamuis a Pyrene nympha comminiscatur Sillius libro tertio. Qua parte Hispanias spe-

Notus
Boreas.
Arctos.

Zephyrus.

ſtant Pyrenęi, habent uarias arbores: qua uero Gallias, nudi ſunt. Strabone autore.

Alpes. Pomponio Melæ, non in Iſtriam ſolum, ſed Byzantium uſque ad Euxini littora expanſa montana Alpium nomine continentur. Vocabula habent uaria, quæ referuntur a Volaterrano, Alciato, Vadiano, & autore commentarioli in Tacitum de populis Germaniæ. Harum uero deſcriptionem habes apud Sillium libro iam citato. Ianua. Eadem & Genua, metropolis Liguriæ, nobili portu illuſtris. Hæc inter Principes Italici nominis urbes, Superbæ cognomentum tulit. Quæ unde originem habuerit, incertum. Fuit ſub Imperio Romanorum: quoad eam Rotaris Rex Longobardorum per uim accæpit, ac diripuit: Imperio deinde reſtituta, una cum cætera Italia a CAROLO Magno. Magnus Padus. Nam, ut Lucanus ait in ſecundo, non minor hic Nilo, item nec minor eſt Iſtro. — Ianua. Genua ſuperba.

Heſperio orbe. Hoc eſt, Italia, quam ut idem cecinit, exhaurit aquis. Solinus, Pado inquit Italia clara eſt, quem mons Veſulus ſuperantiſsimus inter iuga Alpium, gremio ſuo fundit. Veſulum hodie uulgus accolarum, Montanys uocat. Vnda. Amnis. Appoſitio eſt. Antiquis uatibus. Quorum Princeps apud Latinos: nimirum ad eius reſpiciens magnitudinem, eum fluuiorum Regem appellat. Hanc medio ſecat amne Padus. Strabo in principio quinti libri de ſubiecta loquens Alpibus regione, Eſt, inquit, fœlix admodum campus, & fructuoſis collibus uarius, hunc medium fere Padus diuidit: eaq; regio hinc Ciſpadana, hinc Tranſpadana dicitur. Ciſpadana quidem montibus adiacet, atque Liguriæ: reliqua uero Traſpadana eſt. Quem geminis hinc inde fluens e partibus unda Ditat. Eorum ſcilicet amnium, quorum præcipui ex Appennino, cæteri ex Alpibus naſcuntur. Adriacas opulentior influit undas. Non eſt amnis alius, qui breuiore curſu maiorem undarũ uim corriuet. Triginta ſecum in Adriaticum mare flumina defert. — Montanys. Ciſpadana. Trãſpadana.

Hac una tellure, triplex prouincia, ternos
Scinditur in populos, Venetus, Ligus, Aemiliusq;
Incolit, a populo recipit prouincia nomen
Quælibet, & multas in ſe complectitur urbes.
Hæc igitur dulci gaudens uligine tellus,
Tam Cereris, Bacchiq; ferax, & mitis oliuæ
Arboris, & pecorum, nullius frugis honorem
Ignorat, nulloq; dolet ſe munere tardam.
Aemiliæ primam fama cognouimus urbem,
Quæ uelut ex aquila, cunctarum Rege uolucrum,
Nomina clara trahens, Aquileia rite uocatur.
Metropolim Ligurum dicunt, ſedemq; ſupremam,
Quam Mediolanum Ligus incola nominat urbem:
Siue quod in media quadam tellure, medulla
Omnibus ingenuis acerrima rebus abundat:
Seu quod ab inuento trahit iſta uocabula porco,
Lanea qui medio portabat uellera tergo.

Hac una tellure triplex prouincia. Strabo Italiam in octo partes diuiſit. Antoninus in Itinerario in decẽ & ſex prouincias. Poëta Othonem Antiſtitẽ ſecutus, Vlteriorem Italiam partitur in Aemiliam, Liguriam, & Venetiam. — Italiæ diuiſo.

Hæc igitur dulci. Præſtantiam Italiæ ſupra omnes alias terras adſeruerũt ſcriptores & Græci & Latini: nec eſt quicquam quod intactum reliquerint. Tu quæ ad hunc locum attinent petes a Marone ſecũdo Georgicorum. Aquileia. Sunt tamen qui eam a legendis aquis appellatam exiſtimant. Tam uetuſtam & nobilem urbem Attila diruit, neq; unq̃ ei poſtea reſipiſcere fuit. Non alio hodie magis, q̃ titulo Patriarchatus inſignis. Omnibus ingenuis. Huc accedunt quæ de Mediolano ſcripſit in Catalogo urbium nobilium Auſonius. Mediolaneñ. felicitas quingentos & amplius annos durauit, uſque ad diui Ambroſij tempora. Seu quod ab inuento. Apud idoneos autores de nomine urbis, nihil certi habetur: niſi q; Claudianus famam ſecutus, a Sue quoq; lanata nomen urbi inditum innuit: dum canit, Venerem ad nuptias Honorij & Mariæ deſcendere per Appenninum, ad condita Gallis Mœnia, lanigeræ Suis oſtentantia pellem. Et hunc Sidonius libro ſexto. Et quæ lanigero de Sue nomen habet. Non probat SABELLICVS, quod a — Aquileia. Mediolanum unde.

quibusdam traditum est, cum antea diceretur Liciniphorum, ab Insubrium Duce Medo, appellatum esse Mediolanum, existimans: & ut ego puto. recte quædam a scriptoribus in referenda Italicarum urbium origine, multo honestius potuisse præteriri, q ad ludibrium scribi ex ignobilium scriptorum sententia.

Venetia.

At quam præcipuo Venetus colit ordine sedem,
Nomine non alio q tellus ipsa uocatur:
Vrbs opulenta nimis, quamuis circumsonet illam
Pontus, & adriacis ingestus fluctibus agger,
Eliso modicam concesserit æquore sedem.
Hanc uetus Italiam sermo uocat ulteriorem:
Quod media tusci seclusa crepidine montis,
Longius a pulchra romana colonia Roma
Distet, & Ausonij quidam sit terminus orbis.
Hæc autem magno quæ clauditur Appennino,
Etruscasq; domos, & claram continet urbem,
Interior ueteri consueuit more uocari.

Tellus ipsa uocat. Venetia, quo nomine quicquid ab Istria secundum maritima, usq; Rauennã iacet, cõprehenditur. M. Cato & Plini. autores. Vrbs opulenta nimis. Supra q credi possit Imperio atq; opibus aucta. Concesserit æquore sedem. Vnde eorũ hodie non adeo uetusta, atq; in littore fuit, in ipso mari sedes est. Modicam autẽ dicit, q post Longobardorũ in Italiã accessum, Veneti ad mare cõpulsi, multo angustiores, q antea fines tenuerũt. Tusci mõtis. Appẽnini. Romana colonia. Quia togatam colunt Galliam. Liuius quoq; autor est, Aquileiam Latinã coloniam, in agro Galloru deductam esse. Transpadanã enim Galliæ nomine comprehendi, grauissimũ Ciceronis probat testimoniũ Philippica. 12. Colonia aũt dicitur oppidũ uel bello uictũ, uel alijs casibus exhaustũ, in quod uel milites, uel ciues alterius oppidi ad colendũ & habitandũ mittuntur. Ausonij orbis. Italiæ, quemadmodũ Lucanus orbem Hiberum dixit, pro Hispania: & orbem Arctoum, pro Gallia & Germania. Magno Appennino. Qui totam terrã uelut in duas diuidit plagas. Hanc ad occasum & meridiem, illã ad Septentrionẽ & ortum obuersam. Ab Alpibus primo in Liguriã excurrens, mox inde cisalpinã Galliam, & Picenũ, ab Etruria & Sabinia dirimit, Anconamq; progreditur: unde aduersus in Apuliam & Garganũ mõtem extẽditur, Marrucinorũ, Pelignorum, & Frentanorũ terram, a Latio & Campania separatus. Vltimus eius conatus ex Gargano est ad Leucopetram: hinc Apuliam habens, Calabriam, & magnæ Græciæ oram.

Colonia.

Appennini tractus.

Etruria. Luna.

Etruscas domos. Vrbes Etruriæ, cuius fines ad Tybridis ripã extendunt Straboni. Primũ uero oppidum ab Ligusticis finibus, Luna est portu nobile, ut scribit Plinius. Clarã urbem. Romam: quæ cur caput orbis fuerit nuncupata, docet Liuius primo ab urb. cond. lib. Hæc, ut canit Maro, Tantum alias inter caput extulit urbes, Quantũ lenta solent inter uiburna cupressi. Horatius quarto Carminum, Principem urbium eam nominat. Solinus ait, quod nihil super ea doctissimi autores reliquerint, quod in nouum præconium possit suscitari.

Mox ea quæ siculum protenditur usq; profundũ
Appuliam, Calabrosq; sinus, Campanaq; rura
Amplectens, seu citerior, seu Græcia maior
Ante uocata fuit, mediam tamen huic quoq; multi
Connumerant, unoq; duas sub nomine ponunt.
Hanc olim bello, quem Scandia miserat, hostis
Barbarus, inuasit: maribus qui marte peremptis
Crinibus ad mentum torua sub casside pressis,
Cæruleaq; coma barbam simulante uirilem,
Fœmineos armasse greges, clademq; uirorum
Infirma supplesse manu, sic deniq; uictor

Barbarum.

Profundum. Mare, quia porro a fundo. Campanaq; rura. De quibus latius lib. nono. Græcia maior. Quoniam incolæ eius maiori ex parte Græci fuerunt. Mediam. Interiorem. Barbarus. Peregrinus, externus. Veteres enim Barbarũ uocabant, quicquid erat peregrinũ. Deinde uox deflexa est ad uocis & sermonis absurditatem. Vnde Ouidius

Hæc loca fœmineo fertur tenuisse triumpho.
Hac quoque de caussa signato nomine tellus
Dicitur a longis ea Longobardia barbis,
Protinus indigenis paulatim sanguine mixto,
Barbara plebs, præter consuetum gentibus usum
Transijt in sociam suscepto nomine gentem.

apud Getas agens. Barbarus, inquit, hic ego sum: quia non intelligor ulli. Postremo cœpit accōmodari & ad mores feros & asperos. Olim Græci cæteros appellabant Barbaros: deinde culti literis Itali, cæteros omnes, præter Græcos, Barbaros appellare cœperunt. Et nunc rebus omnibus cōmutatis, adhuc mirū est, ut ait Listrius, quā inani sibi nomine placeant, & quantopere Barbaros execrētur. Vel Barbarus hostis, id est, ferox. Nam ex Velleio cōstat, eos fuisse ferocissimos. Fracti, inquit, Longobardi, gens etiam Germana feritate ferocior. Sed & Aemilius lib. Francicarū rerum primo, uocat Alboinum omniū mortalium ferocissimū. Quem Scandia miserat. Insula est Codini sinus, qui est Germanici maris. Ex hac profectos Longobardos, qui eorū historiam scripsere, sunt autores Isidorus, Secundus, Tridentinus, & Paulus Foroiuliensis: qui genus ab eis duxit. Hunc Paulū Desyderius Longobardorum Rex, cum regnaret, summe dilexerat, ingenio eius, eruditioneque delectatus: & Carolus noster, ob easdem animi dotes, in intimā familiaritatem admiserat. Cæterum cum deprehendisset eum agitare consilia Desyderij educendi e finibus exilij, cuius florentis fortunæ particeps extitisset, procul ab illo in Diomedis insulas eum ablegauit. Vnde ad Aragisum refugit. Nec tunc docto uiro, in tali caussa, apud mitissimū Regem Carolū fraudi fuit, exilij terminis decessisse: cum proceres suaderent, ne impunita audacia, cōtumaciaque abiret: & Pipinus iudiciū patris secutus, eius rei ueniā Duci dedit. Paulus Aragisij Adelbergæque Ducum rogatu, ad conscribendas historias redijt: a fine Eutropij exorsus, res Romanas, separatim Longobardicas cōplexus, simul alia ædidit. Hymnū in diuū Ioannem composuit, quē inter sacra orbis terrarum canit. Vetustissimis exēplaribus, sanctisque autoribus Imperio, opeque Caroli undique conquisitis, martyrū uitas, mortesque cæterorum diuorū summa breuitate perstrinxit: in templis legēdas: quas facile crediderim, longa die ita immutatas, ut a conditore suo (si existat) non cognoscant. Hæc candide Lector ex Aemilio Veronen. uiro impense erudito, retulimus, tametsi ad hunc locū nihil faciunt. Qui de Longobardis loquens, e Scandauia inquit, Septentrionalis Oceani insula oriundos se contēdunt. Nostri, qui annales scripserunt, alij Scandanauiam, alij Scanziā nomināt. Cornelius Tacitus, Longobardos Sueuis attribuit. Ptolomæus eos non procul a Rheno ponit. Vnde Misnensiū hodie regionē, Longobardorum regionē olim fuisse quidam uolunt, Vuestualorum alij. Porro Alboinus eorū Rex prædictus, capto Foroiulio, Venetiā oēm breui subegit. Papiam post triennalē obsidionem recæpit, Ethruriæque infesta arma intulit.

Longobardi Germanorū ferocissimi.
Scandia.
Paulus foroiuliensis.
Martyrologij autor P. foroiulien.
Longobardi, unde oriūdi.
Alboinus.

Fœmineo triūpho. Antistes Frisingensis idem scribit: ne putes hic Poëtam, quod est illis familiare, quidpiam affinxisse. Dicitur Longobardia. Id nois datū est regioni amisso regno. Nam ut Veronen. scribit, & ex Merula quoque deprehendi facile potest, regnātibus Longobardis, nulla fuit eis sua peculiarisque Logobardia. Placuit aūt diuo Carolo Imp. & Leoni Pontifici eius nominis Tertio, id nomine Longobardiæ censeri, quicqd inter Appenninū & Alpes a cætera Italia lacu Benaco, Mincio, ut uero Longobardorum scriptores tradunt, Atesi, Pado, Rheno Bononiensi distinguit. Transijt in sociā suscepto nomine gentē. Audi Veronēsem Aemiliū. Plus ducentis triginta annis Longobardi maxima Italiæ parte potiti, iam nihil externi moris, religionis ue, aut animorum retinebāt. Deposita, exolescenteue illa, cū qua Alboino Rege uenerant, feritate, in Italici cœli, solique ingeniū, moresque transierāt, ueteribus Italis affinitate, atque inde cognatione adeo iuncti, ut in Ethruria, in Spoletino, Beneuētano, Eporediensi, Foroiuliensi Ducatibus nō esset facile dignoscere. Gens astuta. Ostendit mores, instituta, & magistratus Longobardorum.

Longobardia quando dici cœpit.

Gens astuta, sagax, prudens, industria, sollers,
Prouida consilio, legum iurisque perita:
Corpore, mente ualens, animo uigil, ore uenusta,
Membrorum leuitate uigens, patiensque laboris,
Prompta manu, sermone fluens, auidissima laudis,

Legum iurisque perita. Disciplinas oēs tractasse Longobardos, documēto sunt, Merula teste, codices permulti illorum manib. conscripti, q adhuc extant. Hoc nec Gothi

Logobardorum laus.

Artibus, atq; operum ſtudijs exculta nouorum,
Sobria, uenturi metuens, ſumptuq; modeſta,
Inuigilans opibus, ſtudioſe parta reſeruans,
Exiguo contenta cibo, fulgentibus armis,
Et nitido corpus componere gaudet amictu,
Libertatis amans, pro qua nec triſtia rerum
Damna, nec extremam ſolet exhorreſcere mortem,
Nec Regis, dominiue iugo ceruice uolenti
Subdita: Conſulibus rerum committere ſummam
Gaudet, & hos triplici ſumptos ex ordine (faſtum
Ne pariat diuturnus honor) mutare quotannis,
Viuere quemq; ſuæ ſubiectum legibus urbis
Cogit, & externos ſub eodem iure potentes
Alligat: ut terra uix inueniatur in illa,
Aut Comes, aut alius ciuili iure ſolutus.
Vtq; ſuis omnem depellere finibus hoſtem
Poſſit, & armorum patriam uirtute tueri,
Quoſlibet ex humili uulgo, quod Gallia fœdum
Iudicat, accingi gladio concedit equeſtri.

Lex Longobarda.

Illa tamen legum prudens, & iuris amori
Dedita gens, facto leges ac iure nefando
Infringit, maculatq; graui ſe ſponte reatu,
Dum quem præcipuo uenerari debet amore,
Atq; timere ſimul, nunquam niſi territa Regem
Suſcipit, & facili ſuſceptum fraude relinquit.
Hoc magis impoſito renuens ſe ſubdere Regi,
Quod reuocare ſuos uictrix Alemannia Reges
Sæpe ſolet: quippe hæc tanto præſentia regna
Diligit affectu, quanto tremit illa pauore.
Inde fit, ut gemino noceat gens improba damno,
Dum premit indigno Regem malefida labore,
Et patitur meritas a iuſto Principe pœnas.
Sic ea quem mitem contemnit, ſentit acerbum:
Ille ream punit, quam mallet habere fidelem.

feceru͂t, nec qui poſt Lo͂gobardos Italiam magis diripuere, q̃ habuerunt. Religione͂ noſtram magnifico & pio cultu proſecuti. Ro. Pont. & ſi aliquotiens bello laceſſiuerint, primi tame͂ omniu͂ urbes illi & populos, q[ui]bus imperara͂t, conceſſere. Scribit Veronenſis, Quæda͂ monume͂ta extant, Deſyderiu͂ Fluentinos diſpalatos, in una mœnia contraxiſſe, Petram ſancta͂, Sergiana͂, Orbitum condidiſſe, ac pleraq; alia oppida partim inſtituiſſe, partim reſtituiſſe: nec euerſore͂, ut ab Hadriano inſimulabatur, ſed parente͂, reſtitutore͂q; Italiæ extitiſſe. Merula regnu͂ eorum minime crudele fuiſſe ait, et legem Longobarda͂ celebrari, cuius præcipue autor Rotaris, & cęteri Reges perhibent. Necnon eſſe quaſdam Italiæ ciuitates, quæ in hanc uſq; diem iudicia ſua ex edictis Longobardo[rum] magis q̃ ex decretis Imperatorijs exercent. Præterea Longobardo[rum] Reges eos fuiſſe, fremant licet cæteræ gentes, qui legibus et armis uniuerſam pene Italia͂ iam a maioru͂ uirtute degenerata͂ ſubleuauerint, erexerint, & exornauerint. Ciuili iure ſolutus. Id eſt, ut uulgo dicitur, ab oneribus ciuilibus liber & immunis.

Iuris amori Dedita gens. Nam, ut Merula ſcribit, Longobardi, poſteaq; regnum occuparu͂t, in publica͂ utilitatem leges condiderunt breues, adeo apertas & abſolutas, ut paru͂ interpretis indigeant, & omnia ita complectantur, ut nihil fere relinquant in cognoſcentis ingenio atq; ſolertia. Iure nefando infringit. Idem Otho Antiſtes dixit. Cum Legibus, inquit, ſe uiuere glorientur, legibus non obſequuntur. Scite Sidonius in Panegyrico Maiorano dicto, plebis obedientiam ex fide doctoris aſſerit his uerbis, tum cætera paret
Turba libens, ſeruit proprijs quia legibus autor.

Plebis obedientia ex fide legiſlatoris.

Hæc lo ca

Omnibus Italiæ processerat altius una
Vrbs Ligurum, titulisque potens, & nomine claro,
Ardua, sydereum pulsabat uertice cœlum.
Illa fere paribus spacijs Alpemque Padumque
Separat: hinc Adua, Ticino clauditur inde,
Qui de uicinis orientis alpibus ambo,
Et famosa Padi maioris stagna petentes,
Hanc, aliasque duas, Cumam, Laudamque capaci
Inclusere sinu: sed fortior illa duabus
Præualuit, uictasque graui ditione premebat.
Vsqueadeo nocuit uicinos urbibus esse
Maiorum: siquidem multos uicinia læsit.
Nec tantum populos, aliasque potentior urbes
Presserat, immo etiam rebus sublata secundis,
Ausa fuit ualidas incessere Principis iras,
Et quasi prima suæ ducens momenta ruinæ.
Ergo ut tantorum notescat caussa malorum,
Pauca super ueteri regnorum iure reuoluam.

Vrbs Ligurum. Mediolanũ. Pulsabat uertice cœlũ. Cõsimili Hyperbole dixit Horatius. Quod si me Lyricis uatibus inseris sublimi feriã sydera uertice. Alpem. Pyrenæũ. Adua. Qui Larium lacũ procreat, longũ stadijs.ccc.latum xxx. Ticino clauditur inde. Ex hoc fluuio nascitur Virbanus lacus, longus stadijs.cccc.latus minus quam Benacus. Cumam, Laudamque. Vetustas Comũ, & Laudem Pompeiam uocabat. Receptis igitur uocabulis utitur: quod magni nominis auctores, præcipue in appellatiuis non improbandũ existimãt. Strabo scribit Comũ deuastatum a Rhetis: Pompeium Strabonem Magni patrem restituisse, colonis eo deductis. Deinde Scipionem tribus hominum milibus, postremo Cæsarem quingentis militibus auxisse: quos ciuitate donatos Nouocomenses appellauit, & oppidum Nouum Comum. Laus uero Pompeia uetus oppidum, teste Plinio, a Bois ædificatum est, quo demum extincto, alteram ad tertium lapidem Imp. Fridericus Aenobarbus noster, ut Mediolano damna inferret, extruxit. ut libro octauo Poëta cecinit. In qua quidem ædificanda, ingentes sumptus impendit. Radeuicus non inscite id opus, appellat singulare argumentum liberalitatis Aenobarbicæ. Capaci sinu. Lario. Duabus. Como, & Laude Pompeia. Fortior illa. Scilicet Mediolanum. Maiorum. Hoc est, potentium, qui plurimum possunt uel nocere, uel prodesse. Vnde Potentia, dicta est idonearum rerum facultas ad sua conseruanda, & alterius obtinenda. Siquidem multos uicinia læsit. Ad illud Virgil. uidetur allusisse, Mantua uæ miseræ nimijum uicina Cremonæ. Cæterum experimentis obseruatum est, populos a uicinis subuersos. Prima momenta. Primordia.

Virbanus. Comum. Laus Pompeia. Potentia.

Ductus ab antiquo priscorum tempore Regum
Mos habet, ut quoties Regnator teutonus Alpem
Transit, & Italicas inuisere destinat oras,
Qui repetant fisco fiscalia iura fideles
Per quascumque suos præmittere debeat urbes:
At quæcumque ream se perfida fecerit ausu
Sacrilego, Regique suo sua iura negarit,
Strata luat meritas fraudato Principe pœnas.
Inde fit, ut fractis deformiter horrida muris,

Ductus ab antiquo priscorum tempore Regum Mos. Nam, ut Otho scribit, ab eo die quo Imperium, rerumque arbitrium in Germanos per diuum CAROLVM Magnũ translatũ est, usque ad sua tẽpora huiusmodi (ut eius utar uerbo) regni iustitiæ sunt obseruatæ. Destinat. Proponit. Suetonius in Cæs. Dictatore. Nam de ornãda, instruendaque urbe, itẽ de tuendo, ampliãdoque Imperio, plura, ac maiora in dies destinabat. Qui repetant fisco. Hos iurisconsulti uocant exactores: apud quos sæpe legimus de Fiscalibus debitoribus & exactoribus. Notus item titulus de iure

Nunc quoq; per totam uideas loca plurima terram.
Hoc quoq; per cunctas Regnator teutonus urbes
Non modo Teutonicas, sed & hic & ubiq; iacentes
Ius habet: ut præsens quasi maximus omnia iudex,
Claudere iura manu, cunctasq; recidere lites
Debeat, atq; omnis iudex, omnisq; potestas,
Atq; magistratus ipso præsente quescant.

Fisci: quod uerbũ, teste Ascanio, a fiscis dictum est, id est, sportulis, his uerbis. Sportæ, sportulæ, sportellæ munerum sunt receptacula. Sacci, sacculi, saccelli crumenę ex uellere: & scortee manticæ & marsupia. Fisci, fiscinæ, fiscellæ spartea sunt utẽsilia, ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ q̃ priuatæ, factum est, ut Fiscus, pro pecunia publica, & inde confiscare dicatur. Differt aũt fiscus, ab ærario. Aerariũ dixerunt pecuniam publicam & Imperij: fiscum uero pecuniam Imperatoris. Præfectos aũt ærarij hodie, ut arbitratur Budæus, uocare possumus, quos Generales Finantiarũ dicunt, qui etiam quæstores uocitari possunt. Tribunos uero ærarios, quos receptores generales appellant, Coactores dicebantur, qui nunc receptores particulares, ut apud Tranquillum in Vespasiano, & Ciceronem pro Cluen: & coactio argẽtaria, pro ipso munere cogendi pecunias. Eorum aũt obseruatores, quos nũc Contrarotulatores dicũt, Antigraphęi dicebant a Græcis, actaq; eorũ Antigrapha, quasi contra scripta. Nos Antigrapharios appellare possumus, & custodes. Strata luat pœnas. Plato omnino miserũ ante alios appellat iniuriantẽ, miseriorem aũt si iniuriarũ pœnas nunq; luat, minus miserũ si luat. Deformiter. Fœde. ut apud Suetoniũ in C. Caligula cap. 27. deformatos, p fœdatos: cũ alias sit formare, deformare. Ex Annotat. Rot. in eundẽ autorẽ. Non modo Teutonicas. Vnde Decuriones, magistratusq; rerũpub. Germaniæ nostræ Regib. et Augustis, urbes, municipiaq; Imperialis iuris ingrediẽtibus, p portis claues resignãt. Potestas. Iurisconsultis dicunt potestates, magistratus, qui gladij, & necis habent potestatẽ: quod uerbũ etiam sub Romanis Cæsaribus usurpatũ legimus. Refert etiam ad nostras uires, ut cum dicimus, fac mihi potestatẽ dicendi: & filios dicimus in patria potestate esse. Potentia uero ad facultatẽ magnarum rerũ pertinet: ut est regnũ, principatus, ducatus. Interpretes autem iuris magistratuũ, potestatum, siue dignitatum quatuor faciunt ordines. Vt sint primi Superillustres: quæ dictio tamen non sit satis latina. ut Patricij, & Senatores. Secundi, Illustres. ut Consules, præfectus prætorio. Tertij, Spectabiles. quales præfectus urbis, Prætor, Proconsul. Postremi sint Clarissimi. sicut Præsides prouinciarum. Sed illos decæptos esse ostendit Alciatus cap. quarto, lib. Dispunctionum Tertij.

Fiscus. Aerarium. Generales Finantiarum. Coactores. Contrarotulator. Antigrapha. Potestas. Potentia. Quatuor Dignitatum ordines.

Hunc etiam Regi, priscarum sanctio legum,
Longæuiq; uigor moris, profitetur honorem,
Vt cunctos fœtus, quos educat Itala tellus,
His modo, quæ poscit terræ cultura recentis,
Principis ad nutum fisco præstare colonus
Debeat, in regni sumptus & militis usum.
Ergo ubi Runcaliæ paucis residente diebus
Cæsare, fama loquax post tristia nubila clarum
Sydus, & ultorem uiolati iuris adesse
Viribus & populis circumtulit, undiq; multi
Conueniunt, properantq; suas exponere caussas,
Factaq; multorum mœstis efferre querelis
Inpunita diu: quos longo tempore tutos
Fecerat, & scelerum cupidos absentia Regis.
Sic cum post tenebras, hybernaq; frigora noctis

Educat. Nutrit. Tibullus. Et quodcumq; mihi pomum nouus educat annus. His modo. Subintelligendum, exceptis. ut ex uerbis Othonis apparet. Paucis diebus. Quinq;.

Sic cũ post tenebras. Elegans comparatio.

Igneus Aethiopum montes transcendere Phœbus
Incipit, & nitidos terris ostendere uultus
Gaudet, & optati gratanter luminis ortum
Suscipit, æquoreis afflicta carina procellis:
Quam neq; Luna prius, nec cætera sydera fessam,
Inter nocturnas poterant seruare tenebras.
Spes nitido cum sole redit, iam temperat arte
Nauta ratem, clauumq; regit, iam tota resedit
Seditio, pelagiq; fragor cum nocte quieuit.

Aethiopum montes. Plinius ad calcem capi. 32. lib. sexti, Sita est, inquit Aethiopia, ab Oriente hyberno, ad Occidentem hybernum. Meridiano cardine syluæ Hebeno maxime uirēt. Meridiana parte imminens mari mons excelsus, æternis ardet ignibus, Aeonocauma dictus Græcis. Solinus autor est, inter huius montis incendia iugis æstus, Draconū magnam copiam esse.

Aethiopia.

Mons æternis ignib9 ardēs.

Commemorare piget, magnisq; adscribere rebus
Oppida, seu celsis castella minantia pinnis,
Ob scelerum noxas, regniq; ultricis honorem,
Paucorum adsultu, facilíq; euersa triumpho.
Inter propositas, multasq;, grauesq; querelas
Regia Lauda sui, Cuma cum supplice, Regis
Implorabat opem, missisq; fidelibus, ambæ
Consulibus, patribusq; suis, crudelia facta
Deflebant querulis ligurinæ uocibus urbis,
Erumnasq; suas, longæq; tyrannidis usum
Facundo, mœstoq; tamen sermone gemebant,
Consulibus Ligurum præsentibus, atq; paratis
Excusare suam phaleratis uocibus urbem.
Sed quia per fines Ligurum loca summa petenti
Italiæ, restabat iter, differre querelam
Maluit inter eos modicum post tempus agendam,
Finibus in proprijs: ueluti grauioris utrimq;
Consilij, spacijq; simul maioris egentem.
Vtq; uiæ gnaros, monstratoresq; locorum
Detinuit Ligures: iamiamq; redire parantes,
Præuia ferre suis iussit uestigia castris.

Crudelia facta. De Laudensibus a Mediolanensibus sub Henrico Aug. eius nominis secundum nostros Annales quito, uictis, et urbe ipsa capta, Merula scribit q̄ sequuntur. Grauiter ī uictos sęuitum: muri deiecti: abductus popul9, uicatim habitare iubetur: ne scilicet congregati, mala seruitutis & iniurias conferēdo, aut de recuperāda patria, aut de rebus nouis consilia agitarēt. Prohibiti insuper, ne conciliabula, aut mercatus haberēt. Sublata inter eos cōmercia, adempta connubia, nulla cōcessa concilia: misera profecto seruitus & calamitosa conditio. Inter contrahentes id demum ratum erat, q̄ is annuisset, qui loco pręerat: quod si quispiā rem suam, præside non auctore abalienasset, is patrimonio mulctatus, in exiliū agebatur. Eadem quoq; pœna is affectus erat, qui noctu, aut clam præscriptos fines excessisset, aut quicquam suarum rerum extulisset. Longæq; tyrannidis usum. Laudenses sedibus proprijs pulsi, huiusmodi seruitutē nouem & quadraginta annos seruiuere. Consulibus Ligurum. Oberto de Otho, & Gerardo Nigro, quorum prior inter autores Feudorum refertur. Phaleratis uocibus. Verba phalerata dicuntur honesta & ornata, ut exponit Donatus apud Terentium.

Laudensium calamitas.

Phalerata uerba.

Iamq; aderant iuuenes Regi peregrina ferentes
Munera læta nouo, quæ miserat alta triumpho
Ianua: nuper enim contritis hostibus urbes
Barbaricas populata suis euerterat armis,

Suis euerterat armis. Nam Genuenses ad expeditionē Hierosolymitanā cum ingenti classe ꝓfecti, Tripolim, ac Cæ

Genuensium insignia facta.

Quæsieratq; sibi nomen memorabile facti,
Eximia magnam referens cum laude rapinam.
Miserat ergo suæ Regi noua munera prædæ
Barbaricas uestes, struthiones, atq; leones,
Psitacon humanis æquantem murmura uerbis.

sanctam deperditas, ac hostibus ademptas Balduino Regi tradiderunt. ex qua præda Catinū preciosum smaragdinū, ac cineres Ioannis Baptistæ retulerunt. Rursusq; hortante Eugenio tertio, cum maxima classe, Armeniam contra Sarracenos, qui Christianos infestabant, profecti, ad extremū. x. milibus hostium captis, aut interfectis, domū redierunt, Vlyxponensi præda onusti. Sed & aliæ diuersis temporibus res ab eis maximæ, terra, mariq; gestæ cōmemorantur, quas literis mandauit Iacobus de Voragine eorum Præsul, & nuper Iacobus Bracellus itidem Genuensis. Vrbes Barbaricas. Q. CHRISTI pietatem non colerent. Barbaricas uestes. Quas Maro expressit illo uersu. Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum. Inde Barbaricarij, qui Barbaricas uestes intexunt: aliter dicti Phrygiones. Horum artis est, ex auro & coloratis filis in uestibus hominū, animaliūq; effigies exprimere. Struthiones. Qui Africis, uel Aethiopicis magnitudine præstant. Aeliano magni, Plinio Struthiones cameli appellātur. Struthio paruus gregalis est, & in proceris arborib⁹ nidificat. Struthio Africus partim quadrupes, non sublime uolat, auctor Aristoteles: qui Leonū duo facit genera, alterum ignauius, alterū generosius. Placabilitas & mansuetudo huius feræ cōmendata est ab autoribus & uarijs quidem exemplis. Psitacon, humanis æquantē murmura uerbis. Statius. Humanæ sollers imitator Psitace linguæ. Quod aūt humana proferant uerba aues, testat̄ Philostratus in prima de Apollonij uita, loquens de auibus his uerbis. Illæ enim, salue, & felix sis, & Iuppiter propitius, & huiusmodi quædam uerba nonnunquam proferunt. Aristoteles hanc auem fœminino genere pronunciat. Quidam Plinij codices habent Sitacen. Cui lectioni suffragatur historia Indica, quæ Arriano tribuitur, teste Plautio.

Barbaricarij.
Struthiones.
Psitacus.

Tandē castra mouens, Ligurū Fridericus in oras
Tendit, & in medijs ponit tentoria campis.
Ast ubi signa uiros pręcedere Regia iussos,
Ductoresq; uiæ per dura, per arida sese
Ducere, perq; locos steriles, & frugis egenos
Comperit, agnouitq; dolum: tunc feruidus ira
Exarsit, iussitq; suis excedere castris
Damnatos, urbiq; suæ sine laude remisit.
Addidit huic alios iusto fortuna dolori
Irarum stimulos: namq; aspera frigora passus
Miles, & hyberni contusus turbine cœli,
Esurije, nimboq; simul uexatus egebat.
Inde furor, feritasq; uiris, iramq; furenti
Adijciunt, stimulosq; graues: accessit eodem,
Quod quascunq; prius bello subuerterat urbes,
Vrbs eadem Ligurum, ne forte resurgere uellent
Vrgebat, uictasq; graui terrore premebat,
Inq; sui sceleris consensum, flectere mentem
Principis inuicti (quid enim non impetrat auri
Gratia?) si posset multa mercede parabat.
Inde locos steriles, ieiunaq; rura relinquens,

Viros. Obertum, & Gerardū.

Inde furor, feritasq;. Iuxta uetus adagiū, Fames, & mora bilem in nasum conciunt.

Vrbs eadē Ligurū. Paulo prius oñdimus, quo consilio Mediolanenses prohibuerint, ne a se deletæ, aut deuastatæ urbes, reædificarentur.

Quid enim non impetrat auri Gratia? Quod

Haud procul a celſa Rex inuictiſſimus urbe
Regia, fœcundis poſuit tentoria campis,
Attritaſq; fame, duroque labore cohortes,
Vberiore cibo, placidaque quiete refouit.
Turribus, & ualido longe ſpectabile muro,
Infida modicum diſtabat ab urbe Roſatum,
Municipum ſecura domus, tutique receptus,
Si quid ab incurſu tutum ſatis eſſe ualeret
Teutonico, regniq; minas contemnere poſſet.
Hoc tunc quingentis in eadem ſede relictis,
Hisq; bene inſtructis, uictuq;, & fortibus armis
Munierant Ligures (ſed quæ munimina regni
Auſpicijs obſtare queunt?) depulſus ab arce
Cogitur infidam ſine ſanguine miles in urbem.
Nec mora, direptis quæcumq; parauerat hoſtis
Ipſe ſibi, flamma munimina tota cremari
Rex iubet, & fractis euerti mœnibus arcem.
Nec minus e caſtris audax effuſa iuuentus,
Ocyus ad muros, & portas urbis aduſq;
Irruit: occurrunt hoſtes, ualidoq; tumultu
Prælia prima mouent, multos arſura per annos,
Nec niſi poſt longos, indefeſſosq; labores,
Extremamq; loci tandem ceſſura ruinam.
Hic præter captos, quos nec numerare ualemus,
Nec libet, innumeri propria rediere cruenti,
Sanguine ſemineces: multi iacuere perempti.
Hoc ſtupefacta malo plebes, cladisq; futuræ
Territa primitijs, iam nunc præſentia damnans,
Et uentura timens, Girardi conſulis ædes,
(Quippe hic præcipuus famoſi criminis auctor
Et ſuaſor fuerat) rapido fremebunda tumultu
Diruit: hoc iuſtam uiolati Principis iram
Sperabat placare modo: ſed inania Princeps,
Et quaſi uana ratus, ſtultæ oſtentamina plebis
Spreuit, & his alias properans adiungere clades.

eo loquēte, nihil pollet quæuis oratio. iuxta ꝓuerbium. Vnde ingens Aenobarbi Laus, cuius animum, cui omnia obediunt, aurum non potuit corrumpere.

Roſatum. Oppidum tunc frequentia populi nobilitatum.

Et ſuaſor fuerat. Solet enim plærumq; in caput recidere conſultoris, q̃d alijs perperam cōſuluit, iuxta Senarium prouerbialem. Malū conſiliū, conſultori peſſimū. Totidem fere uerbis inuenitur hæc ſententia apud Eccleſiaſticum Hebræum autorem, capite uigeſimo ſeptimo. Facienti nequiſsimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur. Adi Chiliad. Eraſmi. Oſtentamina. Fictæ ſignificationem uoluntatis in Principem, iam rerum ſucceſſu felicem.

Malum conſilium.

Extemplo rapidas Ticini tendit ad undas.
Hic fluuius gelida uenam ſortitus ab Alpe,

Hic fluui9. Scilicet Ticinus, qui ex Alpibus

Vertit iter, fidam gaudens iuuiſſe terram.
Vrbs erat antiquo, quam, nomine; dixerat, Aſtum,
Vſus habens proprijs in finibus oppida lata,
Ac populoſa nimis, Cairam gens illa uocabat.
Hæc loca ferrati Guilhelmus Machio montis,
Debita iura ſibi, dignumꝗ negare timorem
Publica Runcaliæ tractante negocia Rege,
Suppliciter conqueſtus erat, faſtumꝗ ſuperbæ
Gentis, & acta gemens: immobilis improba uulgi,
Contemptusꝗ ſuos: ędictaque regia ſæpe
Paruipenſa ferens, multumꝗ, diuꝗ loquendo
Mouerat ingenuas inuicti Principis iras.
Accedebat ad hoc, ſociatum ſanguine mixto
Inter utrumꝗ genus: nam quæ ſortita maritum
Hunc erat, hæc Regem gaudebat habere nepotem.
Hos igitur populos, longo iam tempore læſa
Maieſtate reos, toties, fruſtraque citatos
Legibus, inuicta iam tandem plectere pœna.
Conſtituit, rapidoꝗ gradu petit oppida Princeps.
Territus hoſte nouo, ſed non correctus, in altos
Exierat populus trepida formidine colles:
Irruit: & gaudens exercitus, inuenit omnis
Oppida plena bono, ſpumanti nectare cellas,
Horrea frumentis, oleo ſpirante lagenas.
Hic paucos egere dies, dum plurima ſaccis
Infundit frumenta ſuis, utreſque, cadoſque,
Ventroſasꝗ replent oleo, bacchoque lagenas.
Nec mora, direptis potioribus, oppida flammis
Tradunt, & ualidas euertunt funditus arces.
Inde recedentes, non tantum criminis huius
Terreno ſub Rege ream, ſed iure ſuperno
Damnatam proprij contemptu præſulis Aſtum,
Hoſtili terrore petunt: quæ ciue fugato,
Omni plena bono, uictores ubere læto
Excepit, multiſque uiris alimenta diebus
Vberiora dedit: tandem ſpoliata, rogiſque
Tradita, peruerſi ſceleris, geminique reatus
Pertulit inmeritam ſedes innoxia pœnam.
Sed quia caſtrenſis crebris aſſueta rapinis,
Rixari, ferroque etiam pugnare iuuentus,

nia. Auguſtã Taurinorũ, nunc Taurinũ, quod Plinius ex antiqua Ligurũ ſtirpe ducit. Stephanus grammaticus, Maſsilienſiũ Coloniam ait eſſe, a Tauro appellatã, quo ſigno adnauigãtes eo Maſsilienſes in naui utebantur. Vrbs erat. Scilicet Aſta, colonia Romanoꝝ, ut Volaterranus ait, quæ mutato tantũ genere, uocabuli nomẽ retinet. Cairam. Forte eſt illa, quę in Subalpinis ad ripã fere exorientis Padi, Iria Ptolomæo dicta eſt. Guilhelmus Marchio. Senex ab ætate, quã longã uixit, dictus. Habuit in matrimonio Iuditham filiam diui Leopoldi Auſtrij ſupradicti, quæ fuit ſoror patrui Aenobarbi Cæſ. Imp. Aug. Chunradi, cũ quo Guilhelmus militia clarus, ad Hieroſolymitanã expeditionem profectus eſt. Huiꝰ clariſsimæ proſapię, quę origine Saxonica erat, finem attulit Marchio Ioannes, qui deceſsit ſine liberis. M. CCC. V. Qui ſucceſſerunt ei, rerumꝗ nunc potiuntur, ex nobiliſsima apd' Græcos gente Palęologa genus duxerunt, aucti titulo Vicariatus totius Italiæ a Sigiſmundo Imperatore. Ferrati. Aemilius Veronenſis mallet dici uulgo, Feracis: quãdo mira eſt, inquit, eius regionis ubertas. Nepotem. quia filius Ducis Friderici, ꝗ fuit uterinus Iudithæ modo dictæ. Validas arces. Præcipue quæ imminebãt Aſtenſibus: in ædituſtimo ſita ſcopulo, ad

Taurinum.
Aſta.
Caira.
Guil. Marchio montis ferrati.
Mons ferratus.

Duxerat in morem, prauæque libidinis usum,
Prouidus hunc tali mitescere lege furorem
Rex iubet: ut si quis castrorum ex agmine quenquã
Pulset, & iniustis socium ferus adpetat armis,
Aut caput, aut dextram tali pro crimine lictor
Amputet, & facinus feriat capitale securis.
Haud mora, Terdonã (Ligurũ quę fœdere prauo,
Consilijs adhibebat opem, scelerique nefando,
Quam Regi uesana suo præstare fauorem
Maluerat, nec adhuc toties reuocata redibat)
Constituunt raptis petere, atq; euertere signis.
Hæc etenim fidam regnis inimica Papiam,
Plus quoq; quã Ligures, crebro grassata premebat.
Nam licet urbs Ligurum spacio breuiore locorum
Dissideat, medius Ticini gurges utramque
Separat, & geminos intersecat unda tumultus.
At qua turrigeram spectat Terdona Papiam,
Omnia plana iacent, non hic mons, silua, uel amnis
Qui queat alternos medius cohibere furores.

Marchia. Proxima magnifici uidit tentoria Regis
Marchia, uulgari quæ nomine Busca uocatur,
Inde Palatini gaudentem iuris honore,
Margrafiorum origo. Vnanimumq; sibi Chunradum nomine fratrem,
Signiferumq; suum, quem Norica misit Othonem
Terra, uirum magnis spectatum sæpe periclis,
Allobrogumq; Ducem, cuius sub iure fatigat
Lenis Arar placidas Rhodano quas cõmodat undas,
Huic nomen Bertholdus erat: cum milite multo
Præcursare iubet, dictæq; sagaciter urbis
Explorare situm, quid agat, quid cogitet hostis,
Seque secuturum castrorum robore toto,
Subsidioq; uiris uenturum spondet: at illi
Præcelerant, urbemq; petunt: Taneramq; rapacem
Transgressi, muros, & portas urbis adusq;
Discurrunt, oculisq; notant, & mente sagaci
Naturam sedemq; loci, pensantque laborem,
Signaq; dispositis expectant regia castris.

quam nisi per angustissimum locum iter patebat, & ob hoc inexpugnabilis esse credita, ut scribit autor Appendicis Annalium Vrspergensium. Damnatum proprij contemptu præsulis. Qui a partibus, ni fallor, Aenobarbicis fauebat. Sedes innoxia. Nec enim locus, sed incolę deliquerãt. Quanquã legimus ipsas quoque urbes, maxime reorum maiestatis, penitus excisas, nõnunquam ad aratrum damnatas: qđ nuper contigit nonnullis oppidis Rusticorum seditioni coniuratis.

Marchia. Ditio cui prę est Marchio. Vadianus Marchionum, siue, ut germanice dicim9, Margrafiorum originem referendam putat in limitum Duces, quos Romani pro tuendis limitibus constituere solebãt cum legionum excubijs, aduersum liberas gentes & iugi nescias. Sed fortassis illi a nostris Margrafijs, quemadmodum supra de Comitibus meminimus, sunt appellati. Nec dubiũ est, quin prius Margrafij fuerint, q̃ Germania a Romanis cognosceret, officij consuetudine a cæteris Grafijs, id est, Comitibus differentes. Hodie non mediocris dignitatis nomen est. Nempe a Rege tertium obtinens locum. Palatini iuris honore. s. Rheni. multos enim fuisse Palatinos, abunde Chronographi nostri testant. A palatio dicti, quod ei pręfuerint, proximo a Principe tũ loco, tũ honore. Vnanimũ fratrẽ. Quorũ gratia, ut ille cecinit, rara est. Chunradum nomine. Hunc Aenobarbi pater ex posteriore cõiuge suscepit, Agnete, filia Comitis Zuucinbrugensis,

Palatini.

& Sarꝫburgensis: Ipsi uero Friderico Aug. mater fuit Iuditha filia Henrici Bauariæ, & Saxoniæ Ducis, cognomēto Nigri. Othonem. Hunc quoq; Palatinū fuisse poeta in Tertio indicat, sed ex Bauaria, de Vuittelspach, autor est Otho præsul. Credo eū fuisse patrē eius Othonis, qui Regem Philippū, principē mansuetissimū, Aenobarbi filiū natu minimū, per summū scelus, ut supra dictū est, interfecit. Tota hæc familia ob tyrannidē, ut quę ab illaudata Schirensiū Comitum familia descendrit, Scriptoribus tempoꝝ execraī, pręcipue ab ipso Othone Pont. Allobrogum. Burgundionū, quod Allobrogū loca occupauerint. Nō accedo ijs, qui nunc eos, ut in primo memini, Sabaudienses esse uolunt, quos Taurinos rectius existimo uocari posse. Lenis Arar. Quod Rhodano cōmisceatur incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partē fluat, iudicari nō possit, ut scribit Cæsar. Clarus ponte ipsius Cæsaris, uno die militū oper. fabricato: præterea carmine Maronis, Lucani, Tibulli, & aliorū. Huic. f. Duci Burgundionū, quibus olim Rex imperitabat. Taneram. Plinio Tanarus & inter celeberrimos qui ex Appennino nascuntur fluuios numeratur, in Padum influens. In hoc auri ramenta esse lecta sua memoria refert Volaterranus. Bellator Fridericus. Cæs. ipse Aenobarbus.

Schirensium familia.

Arar.

Tanarus.

Tertia lux aderat, totis cum uiribus ecce
Bellator Fridericus adest, tentoria ripa
Vlteriore locat: ne protinus agmina iungi
Possent: auctus aquis pluuialibus obstitit amnis.
Ast ubi detumuit fluuius, positoque furore
Cœpit habere uadum, nec dum residentibus undis,
Protinus euectu ualidiore miles equorum,
Non tam flumineas transit, quam transnatat undas,
Cunctaq; considunt sociatis agmina castris,
Pontis in abrupti scopuloso uertice sedes
Arcis erat, teretique tumens excreuerat umbo
Saxeus ille iugo, monti uicinus utrique,
Qua sibi confines sunt Appenninus, & alpes,
Nec solum Terdona tuos locus ille penates,
Sed uelut e specula Ligures, & plana Papiæ,
Atq; alias Italis positas in finibus urbes,
Ceu capiti subiecta suo, prospectat ab alto
Membra, nec obsistunt ullæ sectantibus umbræ.
Hic præter ualidas turres, quibus undiq; sedes
Tuta uidebatur, rubeo nitidissima muro,
Pro saxo laterem celeberrima turris habebat.
Hanc ibi Tarquinum quondam fundasse superbum
Rumor erat: nomenq; loco retinente, superba
Illa uocabatur longo iam tempore turris,
Huic subiecta iugo, ualido firmissima muro,
Turribus, & celsis consurgunt mœnia pinnis,
Exornantq; suam tectis sublimibus urbem.
Hanc secat exiguus saliens e monte propinquo,
Sed faciles iras modico sumpturus ab imbre
Gurges, & in geminas seiungit mœnia partes.

Terdona. Retinet priscum nomē, Plinio colonia, refertur q; inter nobilia oppida Cispadana. Lege Othonē Pont. qui & sitū huius urbis, quā Appendix Annaliū Vrspergeñ. magnā Liguriæ ciuitatē uocat, & simul eius expugnationē scribit luculenter lib. poste. hist. secundo.

Tarquinum Superbum. Septimus hic Ro. rex, & ultimus fuit, expulsus a Bruto & alijs: quum ob multas acceptas antea iniurias, tum ob recens Sexti eius filij facinus in Lucretiā. Lege Seruiū sexto Aeneid. super illud, Vltoris Bruti. quo loco docet, unde superbus dictus est, De

Terdona.

Tarquinus superbus.

Prima dies magnis momenta potentia cœptis
Addidit,& dubijs depressit pondera fati.
Ipsa namq; die primo expugnata labore,
Hostibus afflictis,cessere suburbia nostris,
Et sese tutam populus reuocauit in arcem
Densior, Augustam muniret ut undique sedem.
Hic præter ciues & signa domestica,multi
Intererant Ligures,paucis quos ante diebus
Vrbs Ligurum tantæ communis caussa ruinæ,
Vana laboranti solatia miserat urbi.
Præterea multis stipatus Apicius armis,
Addiderat socium rebus se sponte supremis
Marchio:quem propter mores,ni fallor,acerbos,
Spinam fama malam uero satis ore uocabat,
Quod contra mores, & legum scita,rebellis.
,, Nam quid in humanis reperitur acerbius actis,
,, Seuitia stimulare pium,& compungere Regem?
Viribus his,ualidoque loci munimine freti
Infausti ciues,nec mœnia dedere,nec se
Post mala tanta suo dignantur subdere Regi:
Perstat in incepto stolidus furor,inq; ruinam
Tendit, & ad certam properat gens perdita cladem.
Tunc uero ut iustam sese collegit in iram
Regia nobilitas,& tandem sæua coactus
Venit in arma furor,non iam seruare laborat
Ingratos,ueniamue ultra spernentibus offert:
Iam toties reuocasse pudet,monituq; salubri
Inuitasse reos ad dulcia fœdera ciues,
Vt leo qui dudum placido mansueuerat usu,
Exueritq; feros longo iam tempore mores,
Si quis cum iaculis,uel nudo cominus ense
Præditus, irritet generosi pectoris iram,
Dissimulat,reprimitq; diu,spernitq; minori
Tingere cæde genas,& uili sanguine pasci:
At si perstiterit damnatus, & improbus hostis,
Addideritq; minas,tunc se stimulante flagello
Incitat,ac miserum uiolento pectoris ictu
Inuolat,& laceros frangit crudeliter artus.
Sic suppressa diu generosi Principis ira

eo quoq; plura Ouidius Secundo Fastorū. Faciles iras. Facilem inundationem .per Translationem.

Solatia,Præsidia.

In iustam iram . Iniuria enim læsus erat: quod solet generare libidinem puniendi.

Vt leo . Similiudo.

Exarſit,rapuitcꝫ nouum mens alta furorem:
Vtcꝫ ſatis certo plebs nouerit improba ſigno
Quam ſperare ſuis mercedem debeat auſis,
Protinus ante fores miſerorum certa reorum
Attolli tormenta,cruces,cernentibus ipſis
Imperat:ac nec quis ſeſe ſubducere cladi
Cautus,& elapſu trepido diſcedere poſſit,
Vndicꝫ concluſos Princeps hoc ordine cingit,
Qua zephyrus clauſam geminis prohibētibus arcem
Montibus, a tergo laſſo ſpiramine tangit,
Regia ſigna nitent,& clauſis hoſtibus omnes
Aggreſſus ,adituscꝫ negant:qua pinniger auſtros
Excipit,atque notis obſibilat Appenninus,
Saxonas indomitos,& Norica caſtra ſuperbus
Aſperat Henricus,perituraque mœnia terret.
At qua plana iacent,& liber tranſitus euro
Acceſſuscꝫ patet,popularia ſigna,ſuaſque
Pulchra Papia locat numeroſo milite uires.
Protinus ingenti muralia pondere Princeps
Attolli tormenta iubet,quæ grandia ſaxa
Incutiant ualidis agitato uerbere muris.
Quippe ſuperueniens hoſtiles machina turres
Deſpiciat,miſſis & deſuper implicet haſtis,
Quæ leuibus ſubiecta rotis,aut fraude latenti
Suffodiat ualidos,aut pulſet turbine muros.
Tunc iaculis ſtrident auræ,leuibuſque ſagittis
Sibilat excuſſum baliſtæ turbine telum,
Fundaque fatifero tenerum ſecat aëra plumbo:
Nec minus infauſti ſummis e turribus hoſtes
Grandia ſaxa rotant,ferrum iaculantur,& ignes,
Adijciuntcꝫ animos,ſeque exhortantur in arma.
Vrget quippe metus,faciuntque pericula fortes.
Sæpe etiam proprijs confiſi uiribus,ultro
Proſiliunt,turbantque uiros,celerique relapſu
Euadunt,iterumque ſuam referuntur in arcem.
Non impune quidem:nam præter multa ſuorum
Funera,quæ mœſta clam ſeruabantur in arce
Multi dum refugo repetunt pede mœnia,capti
Appenſique cruci,miſeranda ſorte peribant.

Henricus ſuperbus.

Henricus ſuperbus. Idem,qui & Leo ab alijs cognominatus:qui ſi tā paterna ſorte, qua maiorem inter Duces,ut Irenicus ait, ſol in Germania, nunquā produxit, nec uidit, contentus uixiſſet, quam uſcꝫ appetens alieni fuit,ut Crantius tradidit,minime Italico corruptus auro defeciſſet ab Aenobarbo. Quæ res tandem ei ſummum attulit exitiū. Memorabili enim mox ille exemplo, binis in uno menſe Princeps potentiſsimus exutus eſt Ducatibus. Chronographi noſtri inſignem, & mirū quendam huius Henrici contemptum in Aenobarbum memorant:quē tamen Crātius intra modeſtiæ fines concluſit.

Metus.ſ. conſcientiæ. Sicut enim, teſte Pont. Friſingēſe, magna eſt miſeris tyrannicæ obuiantibus immanitati conſolatio, conſcientiæ ſpes: ſic econuerſo tali Principi, qui non ſolum legitimus iudex,ſed & primus præſul dici poteſt, reluctari conantibus, miſeriæ mi

Nec reticere libet triste, ac memorabile quiddam
Ignotumque prius: rapido nam turbine saxum
Inflictum muris, uiolento frangitur ictu,
Tresque sui partes faciens, tria corpora saeuo
Dat iuuenum lecto, dum starent agmine denso
Et media summis agerent de rebus in arce.
At Rex eximius, tandem pietate remota,
Adiectisque minis, socios hortatur, & addit
Ipse suis animos: oppugnat, & adsilit hostes.
Saepe leui iaculo ualidam celerique sagitta
Excitat ipse manum, tormentaque bellica praesens
Instruit, & certos in moenia dirigit ictus,
Et nihil infectum fieri quod postulat usus,
Neglectumue sinit: multumq; & ubiq; iubendo,
Pugnandoque manu, perfecti militis usum,
Officiumque simul discreti Principis implet.
Fons erat ex illa qua moenia parte Papiam
Respiciunt, unus turbae castrensis in usum
Sufficiens, dum liber erat, nunc aemulus hostis
Adseruat laticis, inimicaque signa Papiae
Infaustos proprijs arcent a fontibus hostes.
Vnde fit, ut duros pugnandi ferre labores
Iugiter, & rigidis uersari semper in armis
Cogat eos sitiens, & ob hoc animosa iuuentus,
Fundere dum proprium uetito pro fonte cruorem
Sanguinis, & fluuio permixtas sumere lymphas
Non timet, atque animos eadem quę corpora frangit
„ Auget acerba sitis: nulla est audacia maior,
„ Quam cui materiem naturae praebet egestas,
„ Vt sitis atque fames, sitiens mala nulla timere,
„ Esuriensue potest, miserae uiolentia pestis.
„ Cogit abesse metum: dum plus praesentia torquent,
„ Quam uentura mouent: uidit discrimina summa
Et totum Princeps hac uergere parte laborem.
Praesidioque uiris Ferrati Marchio montis
Additur: ut socios functo discrimine casus
Excipiat, seruetque lacus, & terreat hostes.
Praeterea sordes, & quaeq; nocentia fonti
Inijciunt, purasque ipsis cernentibus undas

seriam cumulat, contra conscientiam debitae sententiae metus. Faciuntq; pericula fortes. Nulla enim, ut nobilis historiographus ait, promptiorem bello militem reddit, quam necessitas praeliandi ex praerupto periculorum. Cruci, Patibulo.

Miserę uiolentia pestis. s. Egestatis: quae testimonio Homerici Vlysis, non sinit unquam quempiam obliuisci sui, mortalesq; ad omnia, uel facienda, tum ferenda solet compellere.

Morticinis,

Morticinis, turpique audent corrumpere tabo:
Et delibutas inmergunt sulfure tędas:
Vt sapor ingenuus, gustu uioletur amaro.
Nec minus has cupide sitiens, & egena liquoris
Appetit, & certa pugnat pro morte iuuentus,
Permutans olidas effuso sanguine lymphas.
Nam qui per mediam manabat riuulus urbem,
Mole ruinarum saxis, & puluere multo,
Hostibus exiguas ultro turbantibus undas,
Gurgite limoso sordens ac putridus ibat.
Nec mihi cuiusdam uirtus reticenda uidetur,
Seu magis incautæ præceps uesania mentis.
Strator erat, de plebe quidem, neq; nomine multum
Vulgato, modica in castris mercede merebat:
Hic uelut iratus bello, longasque perosus,
Indignansque moras, & ob hoc crudelior hosti,
Dum grauis adsultus, solitoque ferocior arcem
Vrget, & hinc illinc hybernæ grandinis instar
Saxa, faces, & tela uolant, neque casside clausus
Tempora, nec chalybum munitus pectora textu,
Vix gladio, clypeoque leui protectus, in altum
Nititur adscensu collem, quo regia turris
Tarquini fundata nitet, paruaque securi,
Quam genus hoc hominum seruiles gestat in usus,
Subnexam sellæ, uestigia cedit in alta,
Rupe sibi socijs reuocantibus, hostibus autem
Attonitis, & stulta uiri mirantibus ausa.
Non illum lapides, non illum ferreus imber
Telorum, non quæ uiolento turbine turrim
Saxa petunt reuocare ualent: interque suorum
Clamorem, hostilesq; minas, euadit, ad arcem.
Protinus armato cuidam congressus inermis,
Fortior ad terram scopulo deturbat ab alto
Præcipite, uersoq; gradu, uestigia uictor
Fortuna comitante refert, & corpore toto
Integer, ad socios & regia signa reuersus,
Se pariter castris & tuta mente recepit,
Mirans ipse suum reuocato pectore factum.
Cui Rex ob facinus præclarum, præmia laudis

Morticinum.

Morticinis. Quod uitam amttit absq; effusione sanguinis, Morticinum est diuo Hieronymo: quo uesci christianis fas nō est. Id ab Apostolis eodē autore, Suffocatum dicitur.

Act. 15.

Stratores.

Strator erat. Hoc uerbo usus est & Otho Pontifex. Stratores autem dicebantur milites, qui castra præibant, ut loca accommodatiora ad traducendum exercitū facerent, de quibus Vegetius lib. secundo.

Integer. Pro illæsus.

Militaria dona.

Digna referre uolens, titulos, & nomen equestre,
Armaq;, cornipedesque feros, cultusque nitentes
Largiturus erat: puduit consurgere tantum
Plebeium, generisque sui transcendere fines,
Et sub fortuna potius remanere priori
Credidit, acceptis largis a Principe donis.

Nomen equestre. Militarem ordinem. Armaq;, cornipedesq; feros. Olim erant militaria dona, torques, armillæ, hastæ puræ, phaleræ, & coronæ: qualibus Sicinium Dentatũ, ob fortitudinem fuisse donatum, Plinius cap. v. lib. xxij. & cap. xi. Secundi Gellius tradiderunt.

Corona nihil iuris tribuit Cæsaribus.

At Rex ignauo cœptum procedere tractu,
Aegra mente ferens, properabat quippe coronam,
Atq; monarchiam totius sumere mundi,
Omnia quæ lentum ualeant impellere bellum,
Et tardas celerare moras, sub corde sagaci
Ventilat: ingenuo uidet undiq; mœnia firma
Robore, natiuoque loci munimine tuta.
Vna parte tamen stabat qua regia turris,
Quod natura minus dederat, supplesse labore,
Artificumq; manu: tandem memorabile quiddam,
Egregium dictu, sed non satis utile, menti
Incidit: ut solidæ fodiendo uiscera terræ,
Ima cauans, ductis ad fundamenta cauernis,
Ipsam inclinato turrim subuertere muro
Apparet, & subito referet sibi mœnia lapsu.
Hanc Regis curam, uersutus præuenit hostis,
Atque artem sollers opponere cogitat arti.

Properabat quippe coronam. Qua non autoritas, ut tradũt, qui Ro. Pont. fœde adulantur, sed collata iam per Electionẽ significatur. Alioqui, ut uere piorum quidam scripsit, tantam septem tonsores, aut lippi possent Romanorum Regi autoritatem tribuere. Mire abusi sunt Romani Episcopi quorundam retro Principum in se reuerẽtia. Quam rem latissime prosequit Defensor pacis, cap. xxv. Secundę Dictionis.

Monarchia.

Atque monarchiam. Bartolus interpretans. l. Hostes. ff. de capt. & postli. reuers. & Bald. enarrans. ✠. Sed si ab hostibus. Inst. Qui. mo. ius pat. pot. sol. docent, Si quis negaret Imperatorem uniuersalem dominum & monarcham, hereticum esse. Verum Ludouicus Viues Hispanorum ille eruditissimus asserit, stultum esse, quod Imperator Romanus dicatur habere ius, in totum terrarum orbem, cuius nunquam fuerit dominus: nec in ea quidem ius habere, quorum aliquando fuerit dominus, & iam amiserit: quoniam quo iure quæsierat, eodem perdidit, strage scilicet hominũ,
„ & bellicis furijs: in culpaq; esse ait, impiam & indoctam iurisconsultorum argutationem, accen
„ diq; Principes istis fictícijs titulis, qui aliud nihil sunt, quam faces orbis terrarum, pestisq; toti-
„ us generis humani. Atq; artem. Id est, dolum. Opponere arti. Iuxta prouerbiũ, quod Terentius in Andria usurpauit, Fallacia alia aliam trudit.

Ergo ubi uisceribus sese telluris opacę
Regius inmersit secreto limite fossor,
Protinus occurrens patulæ scrobis hostis hiatu
Deprensos tellure uiros, redituque negato
Attonitos, medio suffocat in aggere fossæ.
Sic miseros proprium sibimet fodisse sepulchrum
Pœnituit, clausosque cauo telluris hiatu
Vlterior cœlo non reddidit atra uorago.
Nec minus iratos alio quoque crimine uultus,

Fortuitos omnes ſolito contemnere caſus,
Auſa fuit fortuna procax oſtendere Regi.
Haud procul eiuſdem diſtans a finibus urbis
Fulgebat Ligurum longe ſpectabile caſtrum,
Hoc expugnandi dudum Fridericus amorem
Pectore conceptum perducere tentat in actum.
Protinus in caſtris ſcalas, & cętera per quæ
Hoſtibus ignaris conſcendi mœnia poſſunt,
Extruit: hæc in ſe fabricata putantibus illis
Oppida qui ſeruant, atq; admirantibus uſum.
Haud mora, delectos ex ordine Rector equeſtri
Ductori Allobrogum, præſtanti corpore fortes,
Atq; palatino iuuenes committit Othoni.
Atq; illuc iubet ire uiros, quo tempore, luci
Extremæ gelidas miſcet nox prima tenebras.
Paret, & ad tutam miles duce fretus, uterq;
Tendit iter ſedem: cunctiſq; ſopore ſolutis,
Ablatis furtim ſcalis, faſtigia muri
Summa petunt: ac ni temere clamore cöorto,
Indicium facti iuuenes properantius æquo
Feciſſent, erepta breui caſtrenſibus hora,
Et pulchro ſublata dolo caſtella fuiſſent.
Armorum ſtrepitu, & ſubito clamore citatum
Proſilit e ſtratis uulgus caſtrenſe, fugamq;
Arripit: at poſtquam trepidis audacia maior
Affuit, & ſumptis uirtus incanduit armis,
Bella mouet, hoſtemq; ſuis iam pene potitum
Mœnibus excutiunt, capto muroq; repellunt.

Spectabile caſtrũ. Caſtrum numero ſingulari, locus eſt muris munitus: dictũ a caſa, quod ſit coniunctio quædam caſarum. Hinc Caſtellũ per diminutionem, uicu lus muris circumdatus. — Caſtrum. Caſtellum.

Quo tẽpore luci Extremæ, gelidas miſcet nox prima tenebras. Signat uel id tẽpus, quod dicimus luminibus accenſis: antiqui prima face dicebant, teſte Cenſorino: uel primam uigiliam, quoniam nox ex inſtituto militari, in quatuor uigilias diuidebatur.

❡ LIB. Secundi Finis.

¶ Argumentum LIB. TERTII.


¶ Tertius obſeſſam tradit uictoribus urbem.
Ciuibus expulſis uaſtantur mœnia flammis.
Victori meritos deuota Papia triumphos
Exhibet, hinc Tuſcas tendit Fridericus in oras.
Munera portantes Piſanos laudat: eiſque
Imperat in Siculum ualidas armare carinas.
Occurrit Præſul Romanus: & impia plebis
Acta ſuæ queritur, perijtq; procax Arenoldus.
Vrbem ingreſſuro patriæ mandata diſerti
Inuidioſa ferunt, reſponſaq; dura reportant.

¶ GVNTHERI Poëtæ clariſſimi, LIGVRINI, ſiue de Geſtis FRIDERICI .I. Aenobar. AVG. Liber Tertius.



IAMQVE DIES ADERAT, qua Chriſtus myſtica cœnę
Diſcipulis ſtatuens conuiuia, corporis eſu
Ipſe ſui, potuq; ſacri ſatiare cruoris,
Poſt agni carnes priſcæ libamina legis
Nos uoluit, ueram panis, laticiſque figuram
Prætendens oculis, ſed certe pabula uitæ
Senſibus infundens, cum iam ceſſante uetuſti
More ſacri, noua iura nouus ſtatuiſſe ſacerdos (Senſus, animi & mentis.)
Creditur altaris, quæ tradita primitus uno,
Ac ſuſcepta modo, tenet eccleſiaſticus ordo:
Hunc, & tres alios ſpacio propiore ſequentes,
Temporis ob ſacri Princeps generoſus honorem,
Conſtituit celebrare, manu deuotus inermi.
Hac quoque prætérita, iamq; orta luce ſequenti,
Qua Deus in ligno uera ſub carne pependit,
Ecce profugata, miſerabile uulgus, ab arce,
Clerus, & informis Monachorum turba, ſolutis
Mœnibus, ad placidi properant tentoria Regis,
Exhauſti macie, ieiunia longa ferendo,

¶ IN LIB. Tertium LIGVRINI, ſeu de Geſtis Frid. I. Scholia per Ia. Spiegel Seleſtadieñ.



IAmq; dies aderat. Elegãs deſcriptio diei, quę magna quinta Feria ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus uocat. Laticis. Vini. quod omnis humor dicitur latex.

Senſibus. ſ. interioribus. Nam & Senſum rectiſsime dici de ijs, quæ animo ac mente ſentiuntur, autor eſt diuus Auguſtinus lib. xi. Ciuita. dei. Vetuſti ſacri. Id ē, ſacrificij, uiſibilis, nempe trucidati pecoris: qđ inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſſe interpretatur idem Auguſt. cap. v. libri Decimi operis modo citati. Nouus ſacerdos. Quia non ex ordine Aaron, ſed Melchiſedech: q ſemel tan-

Esuriem faciente siti, squallentia sacris
Vestibus ora tegunt, nudo uestigia gressu
Figentes, tunc signa crucis, capsasq; piorum
Custodes cinerum, prælato thure uaporant.
Quos ubi pacifice uenientes agmine denso
Vidit, in occursum Princeps reuerendus, eorum
Prudentes iubet ire uiros, & quærere caussas
Quid ueniant? quidue illa uelit nouitatis imago?

tum ingressus in sancta, pacem Dei unica hostia corpore suo imolato inuenit. Altaris. Quod unum est in Ecclesia, sicut una fides, & unus CHRISTVS: qui creditur his uerbis. Hoc est corpus meum, consecrasse panem, hoc est, instituisse sacramentum synaxeos. Hunc & tres alios. s. Dominicæ passionis, quietis, & resurrectionis. Constantinus Imperator cognomento magnus, priorem, quia Dominus in eo crucifixus est: posteriorem, quia in eo resurrexisset, a iudicijs, alijsq; caussis, sanciuit habere uacationem. autor est Sozomenus. Vera sub carne pependit. Cerdon enim, qui duos deos finxerat, alterum bonum, alterum sæuum, docebat, CHRISTVM boni Dei filium, in phantasmate tantum uenisse: nec uere passum, nec uere natum: resurrectionem animæ probans, carnis negans.

Altare unum

Cerdon hęreticus.

Protinus ex illis pallenti squallidus ore
Voce satis mœsta, fortunæ uerba coaptans,
Facundo sermone tamen, sic incipit unus.
Mens erat, inuicti pedibus procumbere Regis,
Et quos immeriti patimur deflere labores:
Quem quia nunc misera prohibemur adire repulsa,
Vos saltem nostras illi deferte querelas.
Quid luimus miseri? quid dignum fecimus ira
Rex inuicte tua? quæ tantum caussa furorem
Mouit, ut inbellem, solitumq; fideliter hymnos
Pro populo Christi, pro te quoq; sæpius ipso,
Si credis, resonare Deo? cum plebe nocenti
Perdere coneris tanto molimine clerum.
Quod scelus hic nostrum? nisi si scelus esse putetur,
In medio populi sedem posuisse nocentis.
Nos neq; consilijs immania cœpta, nec acta
Iuuimus, inuitis fiunt hæc omnia nobis.
Illi ciuiles caussas, & pondera rerum
Inter se tractare solent: nos uulgus inerme,
Nos abiecta manus, nullis adhibemur eorum
Consilijs: tantum studijs nocturna diurnis
Iungimus, assiduos soliti depromere psalmos,
Et precibus pulsare Deum, sed bella nec illos
Exercere sinunt, in tantis cladibus usus.
Vndiq; concutimur bello, lapidumq; rotatu
Templa flagellantur, sacris altaribus astans

Mens erat. Oratio Terdonensium, plena affectibus, & non ineptis interrogationibus ad cõmouendam miseratione͂ intercisa. Lege Pontificem Othonem.

Confixus telis expirat morte sacerdos.
Ergo pius pariter pereunte peribit iniquo,
Nec uixisse pie sub iudice proderit æquo?
Sic scelerum uindex, consolatorque piorum
Venisti? si iura tuis, legesque reformas
Gentibus, inque suum satagis reuocare uigorem,
Parce bonis, & perde malos, propone quibusque
Iusticiam meritis, compensans pręmia causis.
Quanquam (si ueris liceat modo uocibus uti,
Pace tua Princeps) pensato pondere rerum
Non tam formosæ rea sit Terdona Papiæ,
Quam rea Terdonæ formosa Papia tibique.
Nam præter reliquas, quas aut seruire coactas
Subdidit, aut captas euertit funditus urbes,
Adspice quam turpi Lunelli nobile castrum,
Atque Palatini sedem fidosque penates
Verterat illa dolo, Comitem, ciuesque uocabat
Perfida, colloquio pacis de rebus habendo,
Incautosque uiros, & nil hostile timentes,
Fraude mala captos, in uincula dura cōegit.
Ipsaque non armis, nec belli iure, sed astu,
Vel potius subuersa dolo, castella reliquit.
Et nunc ille comes concors, & regius aulæ
Ille potens Princeps, sub quo Romana securis
Italiæ punire reos de more uetusto
Debuit, iniustæ uictrici cogitur urbi
Vt modicus seruire cliens, nulloque relicto
Iure sibi, dominæ metuit mandata superbæ.
Hæc feritas urbi Ligurum, quæ sola Papiam
Non timet, infausto Princeps nos fœdere iunxit:
Non odio regni, non seditione rebelli,
Immo (ut uera loquar) non ipsius urbis amore
Hanc sequimur, sed ne nos ore Papia uoraci
Absorbere queat, quæ cunctas deuorat urbes:
Et tamen in tantis scelerum prouentibus, illa
Gaudet, & ecce tui felix habet omen amoris.
Sed nihil hæc ad nos, ad te iustissime Princeps
Attinet, Italicos iamdudum inquirere morçs,
Vlcisci scelerum noxas, punire nocentes,

Formosæ Papiæ. Quoniam Longobardorum Reges, quorum sedes erat, diuersis eam ædificijs & muneribus exornauerunt.

Nobile castrum. Hoc est, oppidum, ut ait, præsul Frisingen. imperiale.

Vlcisci scelerū noxas.

Oppressos releuare manu, frenare superbos.
Nos proprios tantum contenti flere labores,
Oramus, iam parce pijs, hominesque memento
Fœdere naturæ, Fideique charactere iunctos.
Aspice tabifico languentia corpora morbo,
Aspice deformes uultus, atque arida longa
Ora siti, uix hæc fauces in uerba solutæ
Vocis iter præstare ualent, quos tempore longo
Sulphureus torret potius quam temperat humor,
Corruptos sanie latices, infectaque tabo
Pocula, uix medijs ex hostibus ense recepta
Sumimus: obducto durescunt uiscera cœno,
Arctantur fauces, insano feruidus æstu
Pectoris alternos angustat pulmo meatus,
Nec pestem releuare cibo, uel languida uictu
Membra fouere libet: misero solatia morbo
Iussimus esse famem: sic pestem peste leuamus.
Heu miseram, atq; omni grauiorem funere uitam
Viuere, nec gratas uiuendi noscere caussas.
At tu per Fidei communia sacra, per illum
Quem crucis in ligno potatum felle, piasque
Expandisse manus, & sacri fluminis imbre
Conscissum rorasse latus, mortemq; subisse
Lux hodierna monet, Vir maxime parce, nec ultra
Innocuos afflige pius: sine, morte relicta,
Mortis enim species, alias quocunq; iubebis,
Omnibus ereptis, inopem traducere uitam:
Neue uelis, iterum miseris nos reddere claustris,
Olim grata domus, nunc carcere tristior omni
Ille locus, stygioq; magis metuendus auerno.
Dixit, & erectis omneis ad sydera palmis
Principis absentes feriunt ululatibus aures:
Qui tamen occulta tractus pietate, laborem
Dissimulans, animi documentaq; magna, suiq;
Exemplum sancire uolens, ad tuta redire
Imperat, & clausam miseros compellit in arcem.
Non secus irati sententia fine supremo
Iudicis, æternum maledictos tradet in ignem,
Supplicijsque datos exerta puniet ira,

Solebat dicere Solon duobus respublicas contineri, pręmio uidelicet, & pœna. Fœdere naturę. Signat illā cognationē, quā inter homines natura cōstituit: propter quā eleganter colligit Iurisconsultus, Hominē homini insidiari nefas esse.

Hominū cognatio naturalis.

Fideiq; charactere. Id est, baptismo: quo primū crucis character imprimitur fronti: ut memineris quoad uiuis, te sub CHRISTI signo militare, cui iam tum cum uiuifici lauacri mysterijs initiabaris, nomē dedisti. Deinde sacro perūgitᵉ ceromate frons: quo te æternū cum uitijs luctamen ingressum esse profitearis. Fidei autē uerbū hic, & infra, At tu per Fidei cōmunia sacra, usurpauit more Ecclesiasticorum. Sic pestem peste leuamus. Iuxta prouerbiū, Malū malo medicari. Et sacri fluminis imbre, Conscissum rorasse latus. Nam astās inter milites quidā, qui q̃ certior esset mors Domini IESV, lancea perfodit latus eius: ac ꝓtinus ex uulnere profluxit sanguis & aqua: magno mysterio declarantes, ꝙ eius mors nos ablueret a peccatis, et ꝙ eadem, uita nobis largiretur æternam. Nam baptismus aqua constat, in sanguine uita est homis.

Symbola Baptismi.

Qui tamē occulta. Animū quidem intus (ut Othonis Frisingeñ. utar uerbis) ad misericordiā flexum pręsensit: sed dissolutionis suspitionē uitās, extra eum in prioris seueritatis constātia ser-

Qui totiens moniti, totiens ſpreuere monentem.
Sic miſeri ciues ad mœnia clauſa gementes,
Ac uelut in certam queruli rediere gehennam.

uauit. Nō ſecus. Comparatio. Irati Iudicis. Chriſti. Sentit Auguſtinus cap. ult. Viceſimi Ciuitatis Dei, Iudicium Dei ex literis utriuſq; Inſtrumenti facile colligi, ſed ex ueteribus Iudicium tantum Dei expreſſe: at Iudicium CHRISTI filij ex ueteribus quoq;, cæterum apertius ex nouo Teſtamento. Maledictos. More Eccleſiaſticorum pro execratis & deuotis uſurpauit. Aeternum ignem. De quo Eſaiæ ult. cap. Vermis eorū non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Diuus Hieronymus hoc loco, Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, a plærisq; conſcientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in ſupplicio conſtitutos. Inter impias eorum relata eſt ſententia, qui dixerunt nullorum hominum pœnas in æternum eſſe manſuras. Qua in re diuus Auguſtinus miſericordiorem fuiſſe ſcribit Origenem: qui & ipſum Diabolum atq; Angelos eius, poſt grauiora pro meritis & diuturniora ſupplicia ex illis cruciatibus eruendos, atq; ſociandos ſanctis Angelis credidit. Gehennam. Hoc uocabulum negat beatus Hieronymus in antiquis inueniri libris, ſed primum a CHRISTO proditum: ſumitur apud Euangeliſtas pro loco in quo cruciantur impij.

Iudiciū Dei. Iudicium Chriſti. Ignis ęternus. Origenis opinio. Gehenna.

Tandem ſpe poſita, iam deſperare coactus,
Ac uelut in certæ concluſus carcere mortis,
Ingentes animos ex ipſis cladibus hoſtis
Colligit: ac medio conceſſæ tempore pacis,
Extruitur miræ Balearica machina molis,
Quæ ualido longum tranſuerberet aëra iactu.
Ergo ubi diuino conceſſum tempus honori
Præterijt, rurſum iaculis, lapidumq; rotatu,
Et teli quocumq; modo tentantur: & inde
Illa grauis moles ingenti pondere fulta
Erigitur, celſaſque ſuperuenit altior arces,
Saxaq; magna rotans, noſtros abſiſtere longe
Cogit, & ipſius tormenti robora frangit,
Quod magis obſeſſos affligere ſueuerat hoſtes,
Addidit hoc animos hoſti, quantumq; doloris
Acceſſit noſtris, tantum ferus ille ſuperbit.
Reſpirant utrinq; minæ, paulumq; remiſſa
Pugnandi ſerie, renouato robore rurſum
Fit fragor: & ualido quaſſantur mœnia bello.
Nec minus obſeſſi, quantum timor, iraq; pręceps
Suggerit, accelerant, ferrum iaculantur, & ignem,
Saxaq; terrifico uibrant excuſſa flagello.
Nec dubitant ipſos in prælia frangere muros,
Seq; ipſos hoſti ſi deſint tela minantur.
Tandem poſt multos bellorum hinc inde labores,
Et miſeræ cladem numeroſaq; funera plebis,
Expugnata magis, quam reddita mœnia noſtris

Funda.

Conceſſæ pacis. Induciarum. Balearica machina. Id eſt, funda: quæ primum inuenta eſt apud Baleares inſulas, quæ hodie Maiorica, & Minorica nominātur, a diſpari quantitate.

Ceſſere, tantumq; reis pro munere ſummo,
Id quoq; uix procerum precibus, multoq; rogatu
Eſt conceſſa ſalus, in ſortem cætera prędæ
Omnibus, & longi precium uenere laboris:
Ipſaq; diſiectis hoſtiliter undiq; muris
Mœnia, puluerea peſſum ſedere ruina.
Quis referat miseræ ſqualorem plebis, & ægro
Tabida membra ſitu, deteſtandumq; colorem?
Cum uelut e tumulo permiſſu Regis ab arce,
Non homo, ſed pallens hominis prodiret imago.
Tunc licuit miſeris quam ſit miſerabile longa
Obſidione premi, proprio perpendere caſu.

Inde profecturum Ticini læta iuuentus,
Ad ſua uictorem diuertere mœnia Regem
Flagitat, inſignes antiquo more triumphos
Exhibitura Duci: Non eſt in finibus, inquit,
Italiæ tanto locus aptior ullus honori,
Quemue tuo cupias magis illuſtrare triumpho,
Quam quæ fida tibi per læta, per aſpera quæque
Extitit, & nullo defecit tempore ſedes.
Adde, quod iſte tuus noſtros procedit in uſus
Sudor, & iſta tuæ geſſiſti bella Papiæ
Hoſtilem noſtriſque malis inhiare paratam,
Hoſtibus & ſæuis adſtricto fœdere iunctam.
Quid referemus ad hæc? uertiſti funditus urbem.
Non ſumus ingrati: liceat modo ſoluere grates,
Ingreſſuq; ſui Regis gaudere Papiam.
Paret: & exhibitum non aſpernatus honorem,
Mœnia uictor adit: non eſt tractabile ſenſu,
Eloquioue meo, quæ gaudia, quantus ab urbe
Occurſus populi, quo ſcilicet ordine caſtus
Antiſtes, lætuſque ſuo cum præſule clerus
Veſtibus ornati nitidis, precioſa ferentes
Signa crucis, textuſque ſacros, thurisue uaporem
Prodierint: ut purpureo uelamine paſſim
Belligeros inſtratus equos fulgentia late
Signa ferens, phaleratus eques fremebunda lupatis
Ora terat, cogatq; leues ſubſiſtere curſus:
Vtue nurus, matreſque ſimul, miteſque puellæ,

Hoſtilem urbem. Terdonam. Hoſtibus ſæuis. Mediolanenſibus.

Non aſpernatus honorem. Qui maximũ eſt iter externa bona, ut ait Philoſophus quarto Ethicorum. Nõ hęc fiducia menti. Quæ ſcilicet certa ſpe freta neſciat confidere. Vix hęc ſtimulatus Apolline toto. De quo Naſo, Eſt Deus in nobis, ſunt & cõmercia cœli, Sedibus æthereis, ſpiritus ille uenit. Origenes primo contra Celſum libro, & de Principijs tertio, docet eſſe ſpiritales quaſdã Energias, id eſt, uirtutes latentes, quas Dæmones, uel Deos ſecundos nuncupent Academici: qui ſint uelut magiſtri. Siquidem id agere, quod pro arbitrij ſui poteſtate ſibi delegerint. Vnde profluat inter homines Sapientiæ diuerſitas. Quippe eſſe Energiam, quæ Poëticam inſpiret, itemq; Geometriam, ac deinceps diſciplinas alias. Proinde uulgatum inter Græcos, Poeſim citra inſaniã nõ contingere, ac afflatũ quen-

Honor.

Energiæ ſpiritales.

Virgilius.

Candida sidonio uelatæ corpora textu,
Gestantes nitido baccata monilia collo,
Fuluaque gemmatis incinctæ tempora ciclis,
Vrbis utrumq; latus densa statione tenentes,
Vocibus acclament faustis, dominumq; salutent:
Vt domus aulæis late pendentibus omnis,
Et picturatis constrata platea tapetis,
Rebus odoriferis, & pingui ture uaporet:
Vt tuba terribili spiramine, tibia leni,
Cornua uentoso strepitu, caua tympana rauco,
Seu lyra percussis dulci modulamine neruis
Murmure mirantes placido demulceat aures:
Vt pueri, populusque minor, uenientibus ultro
Exuuias substernat equis, Pæanaque lætum,
Ioque triumphe canat: hæc omnia, pluraque nobis,
Si modo suppeterent uires, memoranda fuerunt:,
Deficit ingenium: non hæc fiducia menti,
Vt penitus meminisse uelim, rerumque nitorem
Voce sequi: uix hæc stimulatus Apolline toto,
Vel Maro, uel magnus uerbis æquaret Homerus.
Quid uolui demens, tantarum pondera rerum,
Agresti tentare sono, tenuique camœna?
Materiæ succumbit opus, mihi paupere uena
Verba fluunt: magnum res exigit ista Poëtam.

Homerus.

dam. Vel Maro. Tantũ debet Latina res Mantuano cœlo, sub quo Latinæ eloquẽtiæ specimen longe clarissimũ & natũ & educatum est: Et quo uno post illa M. Tullij fulmina, longe lateq; coruscantia, aduersus Græcæ gentis fremitũ nimio plus sæpe insonantẽ coorimur, obsistimus. ut dixit Cælius Rhodiginus uir doctus ac pius. Vel magnus uerbis æquaret Homerus. De Homeri tẽporibus, & de patria, & parentibus, maxima contentio ex Græcis autoribus. In libris uero Chronicis Eusebij Cęsariensis Pontificis, sic scribitur in Latina historia. Reperimus Agrippa apud Latinos regnante, Homerus in Græcia floruit, ut testatur Apollodorus grammaticus, & Euphorbius Historicus, ante urbem conditã annis centum uiginti quatuor: & ut ait Cornelius Nepos, ante Olympiadem primam annis centum. Itaq; Homerus erit urbe Roma antiquior: quod & Cicero testatur in Tusculanis quæstionibus. Hic, quemadmodum ex Oceano fluminum uis fontiumq; cursus capit, sic omnibus eloquentiæ partibus ortum & exordium dedit: quem nemo in magnis sublimitate, nemo in paruis proprietate superauit. Idem lenis & pressus, iucundus & grauis, cum copia, tum tenuitate mirabilis, nec in Poetica solum, sed Oratoria facultate eminentissimus autor. Quintilianus cap. primo, libri decimi.

Comiter exceptum sancti Michaëlis ad ædem,
Qua ueterum fulgent antiqua palatia Regum,
Producunt: nitidumque caput gemmante corona
Cingitur, & sceptro decoratur dextera sacro.
Hunc triduo Regi populus deuotus honorem
Exhibuit, largo cumulans noua gaudia sumptu.

Vicecomitũ Anglorum origo.

Veterũ Regum. Longobardorũ scilicet, quorum regnũ minime crudele, aut intolerandum fuisse scribit Merula, & ab his Regibus prognatos Angleriæ Comites, qui Vicecomites postea appellati fuerint: Aenobarbumq; Cæs. Fridericum, ubi Mediolanum euertit, Angleriæ Comites, ut funditus tollerentur, in primis laborasse: ne ex stirpe Regia nasceretur aliquis, qui ad auctores generis respiciens, regnum auorum aliquando assereret. Antiqua palatia. Bene antiqua dixit: quando & Gothi, quibus iam pulsis Italia, Longobardi successerunt, Papiæ, uelut in munitissima regni parte thesauros habuere, ubi & Reges suos aliquãdo crearunt. Mediolanum enim a recenti strage & ruina deformatũ, non uisum est Maiestati Regiæ conuenire.

Gothorũ thesaurus Papiæ seruabatur.

Inde Placentinos fines, & rura Cremonæ,
Et Mutinæ transcurrit agros: atque urbe potitus,
Quæ quasi plena bonis, est dicta Bononia, sacri
Flaminis, aduentum digno celebrauit honore.

Placentinos fines. Insignes ad Trebiam fluuium clade Romanorum, quorũ colonia fuit, deductis eo sex milibus colonorũ, ut opponerẽtur Gallis, qui eam partem tenebant. ut autor Pedianus. Hæc a Palauicinis primum tyrannis, post Longobardis, cum antea libera fuisset, occupata fuit, uarijs deinde agitata casibus, & patrum nostrorũ memoria sæpe direpta est. Cremonæ. Et hæc deducta est colonia agro Gallorum capto, ut Scribit Liuius, frequentibusq; afflicta ruinis: uim quoq; pertulit Friderici nostri usq; mœnibus deiectis. ut lib. nono Poëta noster cecinit mox a principio. Et Mutinæ trãscurrit agros. Non de uetere loquitur, quæ teste Liuio colonia quoq; Romanorũ deducta est, una cum Pisauro, & Parma: in quã nihil reperitur seuitum, a Gothis, aut Longobardis, ut refert Volaterranus, nec eius etiam mentio omnino, sed de ea, quæ hodie cernitur, et ædificata fertur circiter annum a nato CHRISTO, M. C. Est dicta Bononia. Bononia Felsina dicebatur, cum Princeps esset Ethruriæ. ut ait Plinius. A Bŏno Tuscaniensi Duce Sempronius dictam autumat. Poëta noster a bonitate. Cui astipulatur Iulius Cæsar Pius, qui etymum nominis recensens, Dictam puto, ego inquit a bonitate soli fœlicissimi, cœli serenissimi, præstantia animorũ, uini, frugum, & bonitate prope peculiari rerum omniũ, ubi Liberi, Cererisq; certamen est.

Placentia. Cremona. Mutina. Bononia.

Mox Appenninum scopuloso limite transit,
Ingrediturque tuos bellatrix Tuscia fines.
Occurrere Duci proceres, quos bellica Pisa
Miserat æquoreis celeberrima Pisa triumphis,
Pisa peregrinis statio bene nota carinis.
Hos iubet in siculum condicto tempore Regem
Cogere belligeros, atque emunire carinas.

Tuscia. Eadem & Ethruria, Græcis Tyrrhenia dicta, nũc Tuscania, prouincia olim Italiæ opulentissima, fortiumq; uirorũ alumna: unde bellatricẽ uocat. Ipsius termini, Macra, Tyberis, & Appenninus. Eius ciuitates Ludouic9 Pius Imperator cum Paschali Pontifice diuisit. Bellica Pisa. Pisanorũ terra, mariq; res diu floruere: de quibus uide Volaterranũ, qui scribit Othonem primũ Pisis septem Germanorũ familias reliquisse, in eo loco habitare uolentiũ, quas & facultatibus & honoribus ornauerit. Statio bene nota carinis. Nam Pisa, siue Pisæ (utroq; enim numero dicitur) sitę sunt in littore inter Auserem & Arnum amnes. Plinio orta a Pelope Pisisq; Peloponesi. In Siculum Regem. Guilhelmũ primũ filium eius Rogerij, qui a Cæs. Imp. Lothario Saxone regno Neapolis exactus, postquã recępisset omnia, tantũ titulo Regis Italiæ abstinuit, contentus in posterũ Siciliæ Rex appellari. Res eius scribunt inter præcipuos Platina, Sabellicus, Ritius et Volaterranus. Ex nostris Otho, Vrspergensis, Auunculus meus, Nauclerus, & Crantius. Condicto. Constituto, & ut uulgo dicunt, præfixo.

Tuscia. Pisa. Guilhel. primus Siciliæ Rex.

Inde caput mundi Romam petit, atque Viterbum
Contigit, excelsa non longius urbe remotum
Quam quantum biduo tardus ualet ire uiator.
Sedis Apostolicæ pręsul, summusq; sacerdos
Tunc Adrianus erat: qui fama lætus eadem,
Protinus eximia cleri stipante corona
Occurrit, magnasque uiro, tristesque querelas,
Multaque facta suæ crudelia pertulit urbis:
Contemni sese referens, populique furentis
Iurgia, probra, minas, risus, conuicia, rixas
Sæpe pati: clerumque suum, ceu uindice nullo

Inde caput mundi Romam. Cur Roma caput orbis fuerit nuncupata, prodiderunt Liuius primo ab Vrb. con. lib. & Diony. Halicar. Antiqtatũ Ro. lib. quarto. Tradunt Poëtæ diu quæsitum, qua tandẽ poneret arce Terrarũ fortuna caput? Visumq; tandẽ Superis, nihil posse huic rei Roma aptius reperiri.

Tunc Adrianus erat. Eius nominis quartus,

Roma caput mundi.

Expoſitum probris, crebras perferre rapinas,
Pulſari graſſante manu, ferroue laceſſi.

natiõe Anglicus: de quo lib. mox ſequẽti aliquanto fuſius. Qui fama lætus eadem. Diſsimulant alij cauſsam Pontificij occurſus, quã Crantius cap. 16. lib. Sax. rerum. 6. „ & ſimul quæ tum & Papa & Cæſar collocuti ſunt refert: quæ Otho Friſingenſis ſilentio præ„ terijt. Lege, & cognoſces faſtum Epiſcopi Romani.

Sic pater inualidus, nato poſt longa reuerſo
Tempora, ſeu caſtris, ſeu de regione remota,
Quem penes & rerum ius eſt, & tota regendæ
Cura domus, noxas, & facta proterua ſuorum,
Contemptuſque ſuos, & quos abſente labores
Pertulit, euerſamq; domum, numeroſaq; damna
Commemorat, multumq; minas ultoris acerbat.

Sic pater inualidus. Pulchra comparatio.

Brixia.

Cuius origo mali, tantæq; uoraginis autor
Extitit Arnoldus, quem Brixia protulit ortu
Peſtifero, tenui nutriuit Gallia ſumptu,
Edocuitque diu: tandem natalibus oris
Redditus, aſſumpta ſapientis fronte, diſerto
Fallebat ſermone rudes, clerumq; procaci
Inſectans odio, Monachorum acerrimus hoſtis,
Plebis adulator, gaudens popularibus auris,
Pontifices, ipſumq; graui corrodere lingua
Audebat Papam, ſceleratq; dogmata uulgo
Diffundens, uarijs implebat uocibus aures.

Petrus Abelardus.

Nil proprium cleri, fundos, & prædia nullo
Iure ſequi Monachos, nulli fiſcalia iura
Pontificum, nulli curæ popularis honorem
Abbatum, ſacras referens concedere leges.
Omnia Principibus terrenis ſubdita, tantum
Committenda uiris popularibus, atq; regenda:
Illis primitias, & quæ deuotio plebis
Offerat, & decimas caſtos in corporis uſus,
Non ad luxuriam, ſiue oblectamina carnis
Concedens, molleſque cibos, cultuſque nitorem,
Illicitoſque iocos, laſciuaque gaudia cleri,
Pontificum faſtus, Abbatum denique laxos
Damnabat penitus mores, Monachoſque ſuperbos:
Veraque multa quidem, niſi tempora noſtra fideles
Reſpuerent monitus, falſis admixta monebat.
Et fateor, pulchram fallendi nouerat artem,
Veris falſa probans: quia tantum falſa loquendo

Brixia. Hanc urbem Cenomanni ædificarũt, qui poſt Inſubres in Italiã uenerũt. Autores Liuius, et Polybius. A Germanis tranſeuntibus in Italiã conditã eſſe, Tortellius ſcribit. Nos uidimus quãtam cladem in paucis añis accæpit. Hic fides noſtrorũ peditum deſyderata eſt. Panegyricus chriſtiani Mantuani in Brixiam dictus, extat.

Edocuitq; diu. Audiuit Petrum Abelardum Britannũ, ut teſtaĩ Otho Pontifex, ad quem tunc tẽporis undiq; concurſus fiebat. De Deo, religioneq; Chriſtiana diſſerens, a cæteris ſcholis & ſenſibus deſciſcebat. Coactus eſt libros ſuos coram igni dare: nec idcirco auditores ab eo defecerũt. teſte Aemilio Veronẽ. Sapiẽtis fronte. Hoc eſt, concionandi & docendi munere: quod niſi uita, doctrinaq; probato cõmitti non debet. Sed & prudẽtia concionatori eſt neceſſaria. Nã in primis opus eſt circũſpectione. Siquidem refert quid apud quos dicatur. Id quod ueriſſimũ

Fallere nemo

Fallere nemo potest: ueri sub imagine falsum
Influit, & furtim deceptas occupat aures.
Articulos etiam Fidei, certumq; tenorem,
Non satis exacta stolidus pietate fouebat,
Impia mellifluis admiscens toxica uerbis.

esse tãdem discemus, sed tum quũ serũ erit, ut uere admonet Rhenanus noster ter Beatus. Monachorũ acerrimus hostis. Non Mendicantiũ: q̃ tũ id hominũ genus nondum natũ erat. Vnde de cęteris religiosorum Ordinibus accipiendũ est: quorum omniũ originem Volaterranus attigit. Pristorum Monachorũ, qui non ferentes gentiliũ in CHRISTVM blasphemias, in solitudines profugerãt: alij Cœnobitæ, quod gregatim uiuerent, appellati sunt: alij, q̃ semotim, Anachoritæ uocati sunt. Illis non erat monasteriũ certum, nulla figura, aut color, aut materia uestis, quæ post sunt instituta. Nulli Fiscalia iura Pontificũ. Sunt & hodie, qui ut non suadent, ut cuiquã per uim ac tumultũ, quod possidet, adimatur: ita putant, si Dominus hanc mentẽ impertiret Ecclesiæ ministris, ut sponte ditionẽ mundanam abijcerent, nihilo peius habiturã religionem Christianã, & ipsis non paulo plus accessurũ, tum quietis, tum dignitatis. Cœnobitæ Anachoritæ

Sacras leges. Sentit diuinæ scripturæ autoritatẽ, quam patres germanæ pietatis obseruantiores secuti statuerunt, Ne sacerdotes prosanis negocijs implicentur: q̃ Deo militent. Quanq; & Principum Ro. constitutiones id subinde innuant. Omnia Principibus. Eo igitur nostra infelicior ætas est, q̃ Anabaptistarũ dogma, adimit omne gladij ius prosanis Principibus ac Magistratibus: quod nihil aliud est, ut elegãter colligit Roterod. q̃ uniuersum reip. statum subuertere, ciuiumq; fortunas, ac uitam facinorosorũ audaciæ prodere. Veraq; multa quidem. Et dissidio nostræ ætatis, ut dissimulari non potest, ex parte non minima ansam præbuerunt, corrupti mores eorũ, quorum sale cõdiri debuerat populi stulticia. Misceamus maria cœlo, ante non sanctis uiuetur moribus, non pie formabitur cæterorũ pectus, nisi sanctitate imbutis magistris morũ, ijsq; qui uitæ mortaliũ præsunt. Non parebunt ex animo alij legibus, lege soluentibus alios ijs, qui leges moderant, seq; Legum immunes uolunt. In animis tenuiorum regendis exemplo maiorũ, antistitumq; potius, q̃ imperio est opus. Vnde non alijs, ut uere dixit Aemilius Veronen. q̃ quibus nata est Christiana pietas, moribus recoli potest. Platina receptus autor optabat, ut suis temporibus uiueret Imp. Ludouicus Pius, indigente Ecclesia suis sanctissimis institutis & censura. Nam ille anno a natali Christi octingentesimo ac decimo nono, apud Aquisgranũ synodũ multorũ Episcoporum habuit in qua constitutũ est: ne Episcopi & Clerici cuiusuis gradus preciosas, & exquisitas uestes, neue in digitis gẽmas ferrent: & alia quædã sancita ad gloriam Dei, & utilitatẽ Ecclesiasticæ dignitatis, quæ omnia idem Platina prosequitur in Gregorio quarto: quæ si legeris, uidebis optimũ uirum præuidisse præsentem Ecclesiæ statum. Anabaptistarum error. Quibus modis christiana pietas recoli possit. Ludouicus pius Imp. ,, ,,

Ille suam uecors, in clerum, Pontificemq;,
Atq; alias plures adeo commouerat urbes,
Vt iam ludibrio sacer, extremoq; pudori
Clerus haberetur: quod adhuc (ni fallor) in illa
Gente nocet, multumq; sacro detruncat honori.
Mox in concilio Romæ damnatus, ab illo
Præsule, qui numeros uetitum contingere nostros,
Nomen ab innocua ducit laudabile uita.
Territus, & miseræ confusus imagine culpæ,
Fugit ab urbe sua, transalpinisque receptus,
Qua sibi uicinas Alemannia suspicit Alpes,
Nomen ab alpino ducens, ut fama, Lemanno,
Nobile Turregum, doctoris nomine falso,
Insedit, totamq; breui sub tempore terram

Ille suam. Scilicet Brixianam. Nomen ab innocua. Signat Innocentium Pontificem eo nomine secundum: qui ut refert Volaterranus, celebrato apud Lateranũ concilio, multa pro sacerdotibus utilia statuit.

Qua sibi uicinas Alemannia. Vualafridus, teste Vadiano, medię ætatis non temnendus autor, in uita diui Galli, Rhętis proximos, & supra Acroniũ, Rhenũq;, tum & in occasum ad Tigurinũ lacum, & Limagum habitãtes, ubi hodie longe lateq; Heluetij Alemannia.

Perfidus, impure fœdauit dogmatis aura:
Vnde uenenato dudum corrupta ſapore,
Et nimium falſi doctrina uatis inhærens,
Seruat adhuc uuæ guſtum gens illa paternæ.

habent, Alemannorum nomine cenſet. Hoc aūt uocabulū recentius eſſe, Flauuius Vopiſcus his uerbis in uita Proculi teſtatur. Alemānos, inqt, qui tunc adhuc Germani dicebant, non ſine gloriæ ſplendore contriuit. Fuerunt autē Alemanni dicti, non a Lemāno lacu, ſed quod eſſet collecticia diuerſoꝝ hominū multitudo, allerley mañ, auſs allen landen mañ. Id quod Agathius ex Aſinij Quadrati autoritate docet: cuius uerba recitat autor cōmentarioli in Tacitū de Germanis. Ab alpino Lemanno. Idem Otho præſul & plures alij, ſed falſo, opinati ſunt: pro quibus tameu Poeta fidem ſuā non obſtringit. dicit enim, ut fama. Porro Lemāni, qui nunc eſt lacus Gebennēſis, meminit Lucanus in primo: cauū appellans, a capacitate multaꝝ aquarum: per quem Rhodanus Ararim deferens rapitur. Nobile Turregum. Qui putant olim dictum eſſe Tigurum, falluntur. ſiquidem pagi Tigurini, cuius eſt mentio apud Cęſarem, ſunt Vranienſes. Eſt aūt Turregum nouū oppidum, cui fluuius Turga, ut ipſi regioni Turgauiæ nomē indidit, cum ſitu, tum potentia inſigne, primi hodie inter urbes Heluetiorum fœderatorum nominis, in finibus Rhetię primæ Romanæ prouinciæ: quam Alemanni, quorum primas in eis tenebant Sueui Germanorū nobiliſsimi, quorum nomen obſcurauit memorabilis illa Francoꝝ Germanorū uictoria, in Fungris duce, Luituuicho, qui ſub Clodouæi uocabulo primus Francoꝝ Regū Chriſti nomē profeſſus eſt. Porro Turregū noſter Aenobarbus expugnauit in eo bello, q̊d adoleſcēs pro patre Friderícho monoculo Sueuoꝝ, et Alſatię Duce, imꝑante Chūrado patruo, fortiter geſſit aduerſus eo tꝑe opulnetiſſimū fortiſſimūq; Ducem Zeringēſem Chunradū, quē ad patrē, patruūq; ſupplicē uenire, impataq; facere coēgit.

Alemāni, unde uere dicti.

Lemannus.

Turregum.

Aſt ubi de medio ſublato præſule ſummo,
Eugenius ſacræ ſuſcepit iura cathedræ,
Ille Petri ſolidam cupiens conuellere petram,
Vt caput infirmum per cætera membra dolorem
Diffundit, Romana petit temerarius auſu
Mœnia ſacrilego, totamq; nefarius urbem
Inficit, impuri corruptam ſemine uerbi:
Et populi tantas in clerum concitat iras,
Vt penitus nullum ſummo deferret honorem
Pontifici, clerumq; odio uexaret iniquo.
Et ſi quis, cui mens æqui & reuerentior eſſet,
Et meliora pio flagrarent uiſcera uoto
Forte refragari, ſeu diſſuadere furorem
Auſus erat, ſeſeq; nouis opponere monſtris,
Omnibus ereptis, ſubuerſa funditus æde,
Corporis afflictu, ſeu tandem ſanguine fuſo,
Clericus, aut etiam popularis, facta luebat.
Quinetiam titulos Vrbis renouare uetuſtos,
Patricios recreare uiros, priſcoſque Quirites
Nomine plebęio, ſecernere nomen equeſtre,
Iura tribunorum, ſanctum reparare Senatum,
Et ſenio feſſas, mutaſque reponere leges,

Gilb. Porecanus.

Patres.

Senatores.

Eugenius. Secūdus, patria Piſanus. Hui⁹ autoritate Gilberti Pictonum Epī, cognomēto Porretani, dānata ſunt de ſancta Triade placita: ipſe omni crimine leuatus, nec ulla ignominia notat⁹, q̊d & dū dies ei diceret, ſenſus ſuos iudicio, arbitrioq; concilij, Pontificiſq; moderaturū ſe teſtatus fuerat. De hoc Gilberto pręſul Friſingeñ. plura lib. poſterioris hiſt. 1. Ille. Scilicet Arnoldus: de q̊ idē Friſingeñ. cap. 2-. lib. modo citati, & aliquāto pluribus cap. 20. ſecundi eiuſdē hiſt. lib. Patricios recreare uiros. Romulus cum nouā ſuā ciuitatē uiribus & robore iuuenum munitā cerneret, ut eā & cōſilij ope fulciret, centū numero elegit, q̊s ob honorē Patres, ob ætatē Senatores appellauit, quoꝝ poſteritas per geniturā ꝓpagata, Patricij appellati. Priſcoſ-

Lapsa ruinosis, & adhuc pendentia muris
Reddere primæuo Capitolia prisca nitori,
Consilijs, armisque, suæ moderamina summæ
Arbitrio tractare suo, nil iuris in hac re
Pontifici summo, modicum concedere Regi,
Suadebat populo: sic læsa stultus uterque
Maiestate, reum geminæ se fecerat aulæ.
Vnde etiam tandem (neque enim reor esse silendum)
Nec de funesto repetatur postea sermo,
Iudicio cleri, nostro sub Principe uictus,
Adpensusque cruci, flammaque cremante solutus,
In cineres Tyberine tuas est sparsus in undas.
Ne stolidæ plebis, quem fecerat improbus error,
Martyris ossa nouo, cineresue foueret honore.

quod Quirites. Hoc est, Romanos, qui nullius Impio subiecti erant. Nomen equestre. Solebant primores equestris ordinis Senatoribus adscribi: qui ob id cōscripti patres appellati sunt. Huius ordinis insigne erat annulus, quo a plebe distinguebatur. Vtebatur tamen eo Senatus & nobilitas. Tamen promiscuum eius usum fuisse bello secūdo Punico scribit Plinius. Nā alioqui, inquit, non potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Iura Tribunorum. Horum quinque erāt genera. Tribuni, seu Præfecti Celerū. Tribuni plebis, Tribuni Militū, consulari potestate. Tribuni Militares, & Tribuni Aerarij. Reparare Senatū. Quē ideo sanctū dicit, quod necesse erat, prius sacra Dijs fieri: & nec ullo alio loco, nisi augurato. ut legimus apud Fenestellā. — *Patres conscripti.* — *Tribunorū genera quinque.*

Capitolia. Plurale, pro singulari. recepta figura loquēdi. Fabius negat libertatem numeri sub grāmaticis cōstringi præceptis. Constat aūt apud nobiles autores, sæpe Romanū Capitoliū conflagrasse. Lege Lactantium cap. 17. tertij. Suadebat populo. Quantū eius ualuerit oratio, non tantū apud mutabile uulgus, sed ipsum etiā Senatū, abunde declarat exēplum literarum, S. P. Q. R. ad Cæs. Chunradū Tertium scriptū: quod Otho Pontifex fideliter retulit in primū rerum Aenobarbicarum librū. Iudicio cleri. Sententia Episcoporum. Sub nostro Principe. Hoc est, potiente rerū summa Friderico. Tyberine. Idē qui Tybris, Florus in primo de Anco Martio. Hic igitur, inquit, et mœnia muro cōplexus est, et interfluentē urbi Tyberinū, ponte cōmisit. Nomen dedit fluuio, cū prius Albula diceretur, Tyberinus Albanorū Rex, latro insignis, in traiectu fluuij submersus: quod Poëta quoque sequenti mox libro testatur, secutus Maronem. — *Capitolium.* — *Tyberinus.*

Iamque Rauennatis defuncto præsule sedis,
Hanc Rex Anshelmo, græca de gente reuerso,
Contulit, emeriti ceu præmia grata laboris,
Curia sæpe suos cathedræ transmittit alumnos,
Sic gemini proceres, ueluti duo maxima mundi
Lumina, coniunctis aliquanto tempore castris,
Hinc pater, inde patris deuotus filius almi,
Ille sacerdotum celeberrimus, ille regentum,
Hic regni gladio metuendus, at ille superno,
Dulcia colloquij tandem consortia nacti
Insatiata pio carpebant gaudia uoto,

Rauennatis sedis. Hæc est caput Romandiolæ, quæ Flaminia prius dicebatur: in qua & tunc erat sedes Exarchatus, cuius ditionis fuere Rauenna, Cesena, Ceruia, Forum Liuij. Forumruentinorum, Forumcornelij, Bononia, Mutina: quæ omnia Pipinus Romano Pontifici tribuit: quod & diuus CAROLVS, & eius postea filius Ludouicus Pius comprobauere: uoluereque hanc partem Romandiolā dici, uelut illustriore nomine: ut oblita græci nominis, Exarchatus reuerentior urbis Romæ foret. Notum est, olim præsules Rauennates, quum iura eius Ecclesiæ tam late paterent, & refugisse sæpe Ro. Pont. subesse, & in Apostolicam sedem cornua extulisse. Anshelmo. Hamelburgensi. Duo maxima mundi Lumina. Interpretes Pontificij iuris plenis fatentur buccis, duo luminaria totum mundum illuminare: Solem scilicet, per quem Papa designatur: & Lunam, per quam Imperator. — *Rauenna.* — *Exarchatus.* — *Romandiola.*

Sutrium.

Cumq; petens Romam Sutrij iam mœnia Rector
Parua reliquiſſet, magnæq; accederet urbi,
Occurrere uiri patriæ mandata ferentes
Conſpicuo ſermone quidem phalerata, ſed aſtu,
Et tacitis perplexa dolis: nec protinus auſi,
Ni prius indulto regalis fœdere pacis,
Vt liceat quæcumq; ferant, impune profari.
Tunc ita compoſitis ficto moderamine uerbis,
Præmeditata diu molimina protulit unus.

Fides publica.

Sutrij. Peruetuſtum Ethruriæ oppidum, notum defectione a Romanis, & prouerbio, quod ab ea natum. Plautus in Caſſina uſurpauit, & Eraſmus, Volaterranuſq; enarrãt. Quaſi Sutrium eant. Regalis fœdere pacis. Intelligit fidem publicam, uulgus barbare ſecuritatem, & ſaluum conductum, & diplomatum Formularij magis barbare Paſsum appellant.

Ducit in aduentu felicia gaudia Princeps
Roma potens inuicte tuo, deuotaq; pandit
Mœnia, maternoſq; ſinus aperire potenti
Quem ſibi rectorem delegit gaudet amico,
Imperiumq; tibi, atq; Auguſti nominis ultro,
Quo nihil in terris maius, promittit honorem:
Si modo pace uenis: ſi priſtina iura fideli,
Ac bene promeritæ conſeruas integra matri.

Ducit in aduentu. Habes hanc Legatorum, S. P. Q. R. Orationẽ, cum Principis reſponſiõe apud Othonem, dignæ ut legantur, a quouis rerum anteactarum ſtudioſo: qui cognoſcet tum quoq; Imperij Pontificiq; iugum Ro. graue fuiſſe, q̃d poſtea ignauia Principum longe maiora cœpit incrementa.

Aſpice quæ fuerit priſcis ſub Regibus urbis
Gloria, quæ populi libertas, quanta ſenatus
Maieſtas, prætoris honos, & Conſul uterq;
Annuus, & gemini plebis tutela Tribuni,
Gratia quæ morum, caſtarum ſanctio legum,
Pace tenor iuris, iuſtis audacia bellis,
Quantus amor laudis, patientia quanta laboris:
Hæc ſunt quæ noſtram longis prouentibus urbem,
Ex illa tenui naſcentis origine fati,
Ex laribus paruis, & primi Regis aſylo,
Stramineiſque caſis, & ſparſo ſanguine ſulco,
Ad celebres titulos, & tanti culmen honoris
Extulerant, ubi nil, niſi ſydera ſola, ſuper ſe
Cerneret: hijs gaudens populos, Regeſq; per orbem
Conſilijs, ualidiſque ſibi ſubiecerat armis.

Senatores.

Priſcis ſub Regibus. Otho id nõ Regibus tribuit, ſed Senatorũ ſapientiæ, & equeſtris ordinis uirtuti. Prima enim ætas, hoc eſt, populi Romani infantia, ut ait Florus, ſub Regibꝰ fuit. Sed conſtat Romulũ inſtituiſſe Senatores, qui erant ex tribubus: quas primũ ex tota ſua multitudine Romulus tres fecit: procedente deinde tempore auctæ, ad triginta & quinque peruenerunt. Senatores, equites, & plebs in has erant diuiſi: neq; erat quiſq̃; ciuis Ro. qui nõ eſſet alicuius tribus. Lege Sextam Antonianam Ciceronis ad Po. Ro. Populi libertas. Idem Cicero loco iam indicato uult in populo, & Senatum intelligi, & plebem. Prætoris honos. Vt ex Liuio conſtat, cum plebi ad Conſulatum eſſet factus aditus, uiciſsim patribus conceſſum eſt, ut prætorem crearent: cuius tanta fuit poteſtas, ut iura condere, abrogare inſtituta ſolus poſſet. Vnde Iuſtinianus Imp. Prætorum, inquit, edicta non modicam obtinent iuris autoritatẽ. Hoc etiam ius honorarium ſolemus appellare: q qui honores gerunt, hoc eſt, magiſtratus autoritatem huic iuri dederunt. De Prætoribus multa Pomponius Iuriſconſultus, tit. de origine iuris; & Feneſtella. Conſul uterq; an-

Prætoris poteſtas.

nuus. Mutatam, ait Florus, Regiam dominationem in Consularem potestatem, eamq; pro perpetua annuam, pro singulari duplicem constitui placuisse: ne potestas solitudine, uel mora corrumperetur. Consulesq; pro Regibus appellatos: ut consulere se ciuibus meminisse deberent. Gratia quæ morum. Censorem intelligit, qui magistratus & ultimus est, & perfectus, teste Plutarcho in Tito Flamminio. Sub eius potestate, morum & disciplinæ censura, decoris & dedecoris discrimen positum est: ut a Senatu mouere indignos, Equites ignominia notare. de qua re plura recepti autores. Cicero in Oratione pro Cluentio, Censores dicit esse, præfectos moribus, magistros ueteris disciplinæ & seueritatis. Asconius magistratū pudoris, Censuram nominat. Longis prouentibus. Tardis processibus, & incrementis. Vt nihil fit repente magnum. Nam si quis, ut Florus inquit, Po. Ro. quasi hominē consyderet, totamq; eius ætatem percenseat, ut cœperit, utq; adoleuerit, ut quasi ad quendam iuuentę Florem peruenerit, ut postea uelut consenuerit, quatuor gradus, processusq; eius inueniet. Ex Laribus paruis. Nam ibi Romulus habitauit, ubi fuit tugurium Faustuli. Scribit Dionysius Halicarna. libro primo suo tempore extasse Romuli Casam. Fuit autem hæc, ut testatur P. Victor, in .10. urbis regione. Et primi Regis Asylo. Quod Romulus & Remus struxerunt inter Arcem & Capitolium, loco Intermontio nominato: ut multitudo facinorosorum spe impunitatis eo conflueret ad nouam urbem incolendam. Cui diuo, diuæue templum sit pro Asylo erectum, non constat, & Dionysius ignorare se dicit. In Græcia & Asia multa fuerunt Asyla. Tiberius Cæsar pertesus nimiam illorum licentiam, iura omnibus fere illis ademit, ut Suetonius & Tacitus perhibent. Sparso sanguine sulco. Propter Remum in pugna occisum, dum utraq; pars de regno contēdens, suū Ducem Regem cōsalutasset. Superius indicaui autores de Remi morte non cōuenire. Validis armis. Quoniā nihil non partū uiribus Romani possederunt.

Censor.

Asylum.

Tunc populus Regi, belli mandata, domiq;,
Non populo Rex illa dabat, passuraq; nullum
Vrbs erat hæc Regem, nisi quem regnare iuberet,
Vt patriæ mitis, non ægre uisa ferendo
Iussa daret populis, & magnæ Regibus urbis.
Tunc huius populi mandata, minasque timebat
Ortus, & occiduo tellus subcincta profundo,
Et Notus, & gelidi Boreas sub cardine mundi.
Ast ubi fortunæ uitio, populiq; pauentis
Desidia, prisci perierunt signa decoris,
Iusticioq; silent longo iam tempore leges
Suppressæ, tanto retrocessit Roma relapsu,
Vt uix ad decimum lapidem, finesque propinquos
Audeat ipsa sui protendere nominis umbram.

Passuraque nullum Vrbs erat hæc Regem. Regis & DOMini uocem semper in Vrbe infensissimam, Principis uero placidam, iucundam. Primum notius est quam ut multis probari debeat: posterius satis innuit Plinius Iunior in Panegyrico ad Traianum. Sedemq; Principis obtinet, ne sit domino locus. Et de diuo Nerua. Non enim seruulis suis dominum, sed Principem ciuibus daturus. Sed & ipsamet uox Principis, indicat inter pares esse Principatus: uti princeps Apostolorum, Princeps Senatus, inter Senatores primus, qui autoritate, uel ætate præstet: & sic de aliis. Expulsis itaq; Regibus, Consules creati L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, Lucretiæ maritus. Brutus quum non modo Regem, sed ne Regium quidem nomen uellet in urbe superesse, Magistratum collegæ abrogauit: quod Tarquinius uocaretur: isq; bonis suis sumptis, ultro Collatiam habitatū migrauit. Hoc factum Cicero tertio Officiorū refert non admodum fuisse coniunctū cum honestate: sed quia utilissimū fuit patriæ, idcirco honestum etiam uideri. Non ægre uisa ferenda Iussa daret. Hoc est, inconsultis patribus nihil decerneret, ageretue. Populis. Prouinciis: quarum omniū primam Siciliam fuisse, Tullius autor est. Quo autem ordine cæteras prouincias Romana respub. assecuta sit, ostendit Sext. Rufus. Regibus. Occupauerant enim Ro. maiorem Aphricæ & Asiæ partem, tum cæterarum gentium, quæ suis parebant Regibus: de quibus Florus, Iustinus, Rufus, Orosius & Chronicorum scriptores, & nuper omniū diligentissime Budæus lib. de Asse. 4. Ortus & Occiduo. Toti uult mūdo Ro. potentiam formidatā, cuius limites, siue car-

Rex.
Dominus.
Princeps.

Brutus.

Prouinciæ.

dines quatuor duobus uersiculis complexus est: ut Lucanus tribus in primo, & Calphurnius totidem in Delo. Meridies, & Septentrio sunt immobiles. Ortus & occasus nunquā eodem modo se habent: qui licet eadem in parte, id est, in spacio, q̄d inter Tropicos est, semper sint, tamen quia nunq̄ contingit Solem illinc oriri hodie, unde heri oriebat̄, nec e regione pari modo occidere, nunquā unus idemq̄ ortus, & occasus est. Insigni Auli Gellij errore, quē doctissimus Heluetiorū Vadianus annotauit, interim Gellianæ diligētiæ patrocinans. Prisci perierūt signa decoris. Diuus Augustinus Salustij autoritate cap. 18. secūdi de ciuit. Dei, ostendit, paruo interuallo post exactos Reges, ex pulcherrima atq̄ optima rep. pessimā ac flagitiosissimā factam esse.

Quatuor mūdi cardines.

Iusticium.

Iusticioq̄ silent longo. Iusticiū, iuris statio est, quasi inhibitio. Quod uerbū olim licet, ut dicit Budæus, publicam iuris significaret cessationem, potest tamen & priuati iuris cessationem moribus nostris significare. Indicebatur autem Iusticiū, ut ex Liuio patet, in rebus dubijs & periculosis. Vnde Fulgentio, Iusticium publicus luctus dicitur. Audeat ipsa sui. Adeo iuxta homines, & quæ hominū sunt, fatali necessitati debent̄. Licet id quū ex multis existimare, tū ex his quæ Romano acciderūt imperio. Id quia externis non potuit, suis labefactari cœpit iuribus: ut rem ipsam singulari opere Blondus prosecutus est, & nōnihil ego mox in summā contrahens.

Vilis apud gentes, in se male firma, nec ullo
Robore fulta sui: quam seditione frequenti,
Atq̄ intestinis lacerat discordia bellis.
Nullus amor iuris, nulla est reuerentia morum,
Nec iam libertas, nec libertatis imago.
Nusquam Patricij, nusquam sacer ordo senatus,
Nusquam cum gemino consul, prætorue tribuno:
Cumq̄ ruinosis procumbunt mœnia muris,
Maiorem morum patimur, querimurq̄ ruinam.
Hoc ideo nobis usu uenit optime Princeps,
Hic disponendi populus moderamina regni,
Et totum priscis frēnandi legibus orbem
Non habet arbitrium: maiestas regia dudum
Abstulit, & priscum populi mutilauit honorem,
Exquo teutonicos admisit Roma tyrannos.
Tu procul a nobis absens, & in orbe remoto,
Rarus in Italia, sed in hac rarissimus urbe
Esse soles, & rege meo mihi notior hospes.
Sic neq̄ nos nobis, nec tu satis inclyte Rector
Consulis, & cura miseri fraudamur utraq̄,
Expositi cunctis nullo sub uindice fatis.

Romani Imperij inclinatio.

Hic populus. Scilicet Romanus: quo nomine et Senatus cōprehendit̄, ut iam autoritate Ciceronis ostendimus. Et totum priscis. Appianus in præfatione historiæ, terminos Romani Imperij sub Adriano Principe, quo tempore ipse historiā scripsit, late describit. Meminit itē Pompo. Lætus. Maiestas regia dudū Abstulit. Romani Regib. exactis, usque ad septingentesimū annū sub statu populari & ciuili, qui Politia græce dicit̄, Imperium suum propagarūt: quoad Caius Cæsar, qui dictaturā perpetuam suscepit, rep. oppressa, & in potestatē suā redacta, re uera Principem egit, licet nomen reipub. antiquari noluerit: a quo tempore longa amorum serie, unius semper arbitrio rectum est, perinde atq̄ in regno fieri solitum est. Hoc tantum interest, q̄ regio nomine Principes abstinuerunt, Imperatores se dici contenti: quo nomine prisci Duces Romani populi censebantur, sed annua potestate creati. Tum uarijs casibus res Romana sub Cæsaribus agitata, sensim in peius delapsa est, ac quantum nonnunquam unius, alteriusue Principis uirtute, ut senile aliquod corpus, morbo & ægritudine, uisa est leuari: tantum sequentium stulticia est grauiter afflicta, donec urgente siue fato, siue humanitatis alea, demum a Gothis deuicta, direpta, atq̄ incensa, desijt gentium, ut antea, esse caput. Exquo Teutonicos admisit Roma tyrannos. Cum Germania omnis Caroli Magni tempore Franciæ Orientalis nomen acceperit, ut ostendunt recepti autores, Antistes Frisingensis, & Lupoldus Babenbergēsis, Annales itē nostri, Moguntiā Franciæ metropolim fuisse testent̄, mirū est, cur tam impudēter quidā negent, Imperium

Imperiū restitutū per Carolū franco germanum.

in Germanos a Carolo transmissum. Quamuis ille potius suis auspicijs occidentale instaurauit, quod Gothi, Hunni, Vandali, Longobardi, oēs ex Germania euerterant, ut Oriētale Turcæ, qui ex Perside prouenerant. Quę res nō latuit fortissimum Fridericum nostrum: ut ex eius, quæ mox sequitur, ad Legatorum Romanorum orationem, responsione patet. Tyrannos. Reges. Veteres enim Reges omnes, Principesq; etiam iustissimos tyrannos appellabāt, ut apud Virgilium, & Horatium. Nam & ipsum nomen quod Græcum est, principatum tamen modo significat. Hodie autem malum Principem proprie significat, tantum consuetudo potest, & obtinuit. Docet Baldus, Tyranno neq; fidem, neq; iusiurandū præstitum seruari oportere, neque legitimo etiam Principi, quod plus est in eo, quod tyrannum agit. Hanc Baldi doctrinam commendant Iason, & Cotta, ut refert Salomonius. Tyrannus.

Respice nos animo tandem, uultuq; benigno,
Atq; ipsam deflere puta tibi talia Romam.
Si te cura mei tangat, si gratia matris
Vlla mouet, si teutonica de gente uocatum
Imperij summa gaudens in sede locaui,
Redde uicem meritis, & dignos gratus honores.
Longos pelle situs, antiqua refloreat ætas,
Prisca uetustorum redeant insignia morum.
Patricios, ciues, priscos arcesse quirites,
Nomine plebęio secedat nobilis ordo.
Da libertatem, sanctumq; repone senatum:
Iam redeat senior, redeat cum consule prætor,
Et redeant gemini cum dictatore tribuni.
Curia respiret, capitolia lapsa resurgant,
Pulchra uetustorum redeant insignia morum.
Gaude, quod tanti dudum sit gloria facti
Temporibus seruata tuis: felicior illo
Aduenias, cuius pariter nomenq; locumq;
Suscipis Augusto, Traiano mitior adsis,
Quæq; alij Reges iurando fœdera mecum
Tempus adusq; tuum pepegerunt, tu quoq; iura:
Ne concessa mihi, priscorum munere Regum,
Vel resecare uelis, uel tollere: neue salutis
Pro me, proq; mea fugias discrimina plebe,
Largaq; Romanæ persoluas munera plebi,
Vt tibi festiuum celebret deuota triumphum.

Sanctum repone Senatum. Quanta illius autoritas fuerit, licet ex Liuio intelligere lib. primo ab urbe cond. Iam redeat Senior. Signat, ni fallor, Principem Senatus, de quo Plutarch. in Aphricano. Sequentes, inquit, censores alij, atq; alij Principem Senatus Aphricanum legerunt. Quod genus honoris ijs tantum deferri consueuit, qui autoritatem & gloriā maximis in remp. meritis pręstantissimisq; rebus gestis essent consecuti. Cum Dictatore. Proximus regiæ dominationi is magistrat⁹ fuit: qui tamen non aliter creari consueuit, quā cū uis aliqua maior de improuiso oboriretur. Dictator.

Curia respiret. Teste Pomponio Iureconsulto, aucta ad aliquē modum ciuitate, ipse Romulus traditur, populū in triginta partes diuisisse, quas partes Curias appellarit: ꝓpterea, qđ tunc reipublicæ curam per sentētias earum partium expediebat.

Pulchra uetustorum redeant insignia morum. Censuram intelligit: qui magistratus quinto quoq; anno creari solebat: de quorum potestate uariat Cicero in Orationibus, modo eleuans, modo extollens eam, prout seruiebat caussæ. Sentit clarissimus uir Andreas Alciatus, perquā necessarium recte institutis urbibus esse censorium magistratum: quem tamen queritur, hodie nunquam esse, cum ea inquiens, quæ ad auaritiam pecuniarumq; eruscationem pertinent, officia mirum in modum coaluerint, ubiq; laqueis tendentibus, Satrapis hallucinantibus Theologis, adulantibus Iurisconsultis, persuadentibusq;, omnia Principibus licere, summamq; eorum Censuræ magistratus diminutio.

Quantum iuris in Augustum lege regia translatum.

& liberam esse potestatẽ. Quod certe in Italia uerũ non est. Romani enim cæteris Italis in societatem attractus, in Augustum lege regia non nisi ius transferre potuerunt, quod ipsi ex fœdere habebant: ut ridiculum sit affirmare, Pontificibus, Ducibus, & quos germanica uoce Marchiones uocant, absolutam in subditos potestatem competere, quæ nec ipsi Imperatori in Italos cõpetit, unde illi caussam habent. Atq; hinc est, quod in tractatu de censibus, ius Italicum, a Prouincialium iure distinguitur. Illi in censum uniuersas facultates deferre tenebantur, & tributum soluebant: Itali liberi erant, ęquoq; cum Romanis iure agebant. Solæ antiquam indolem retinuerunt in Germania ciuitates, quas illi Francas uocant. Vt enim Imperatoris fastigium libenter agnoscunt, ita tributis se atteri, uiolentia urgeri, tyrannide opprimi non patiuntur. Vnde Gallis trans Alpes quam citra nihil seruilius: nisi quod aliquantominus Itali degenerant: qui nisi mutuis odijs attererentur, iugum excuterent. Felicior Augusto, Traiano mitior adsis. Notum est, Augusti felicitatem, quæ tamen calamitatibus mixta fuit, ut in primo libro ex autoritate Plinij ostendimus, cæteris optatam Principibus. Tanta quoq; Traiani fuit bonitas, ut illa in acclamationibus Principibus exhiberi solitis, cum Augusti felicitate, adprecaretur.

Ciuitates Germaniæ Francæ.

Augusti felicitas. Traiani bonitas.

Dixit: at ille dolos, infectaque uerba ueneno
Comperit, & contra regali concitus ira,
Dissimulare grauem contemnens uoce dolorem.
Quantum Roma meo, non Roma, sed incola Romæ
Gaudeat aduentu, secretę consona menti
Verba satis fecere palam: commercia certe
Non satis æqua mihi faciunt, dum uendere nobis
Nostra uolunt, ueluti plenis cum follibus emptum
Aduenĩam, precioq; nouos sumpturus honores,
Quos sibi iam proprios effecit Francona uirtus.
Non emimus fasces, non si credamus emendos,
Præter uirtutem precium, quod detur habemus.
Hoc mihi uel nullo uenient commercia pacto,
Non turget loculis inferta pecunia nostris:
Nec multis opibus, sed laude uenimus onusti:
Non est Teutonico cumulata pecunia cordi,
Nec sibi quærit opes, sed pulchrę laudis honores.
Non habet ille suum, sed habentibus imperat aurũ.
Quanto Romanus studio cupidissimus æra
Congerit, & magno uigilans incumbit aceruo,
Tanto Teutonicus uel adhuc maiore, paratas
Fundit opes, nitidasq; manus erugine turpi
Fœdari scelus esse putat, dignumq; pudore.
Inuigilent opibus cupidi, mihi sola potestas
Sufficit, & cunctis dare iura potentia terris.
Quo mihi diuitias? cui seruit gloria mundi,
Quem possessor opum cum paupere diues adorat.

Folles. Bulgæ.

Quãtum Roma meo. Lege Othonem Pontificem, & cognoscas quã uere Germanicus Princeps uanam Italorũ contuderit arrogantiam.

Plenis cum follibus emptũ. Inter pecuniæ receptacula numerãtur ab Asconio Pediano Folles, & Bulgæ. Vtitur in ea significatione Iuuenalis, & Vegetius, qui singulis cohortibus denos folles assignari dicit, quibus seruabatur æs militare. Plautus in Epidico facere solitum, pro opulento dixit. Guntherus hoc loco follium nomẽ, ad id quod cõtinet, numos uidelicet, transtulit.

Effecit Francona uirtus. Hoc est, quod Otho dicit: Superuenit Francus (intellige Germanicus, qui & Orientalis) uere nomine & re nobilis, eamq; quæ adhuc in te residua fuit, ingenuitatem, fortiter eripuit. Dixit autem, Francona uirtus, ut supra, Francona iura. Nõ est Teutonico cumulata pecunia cordi. Ex Tacito cõstat, maiores nostros auri & ar-

Quicquid habet locuples, qcquid custodit auarus,
Quicquid in occultis abscondit terra cauernis,
Iure quidem nostrum, populo concedimus usum.
Rege figuratam, Regis patet esse monetam
Cæsaris, & domino sub Cæsare fulget imago.
Quo mihi diuitias? cui quæq; potissima Reges,
Ac populi crebris non cessant mittere donis.
Semper habet ueteres, semper uidet aula recentes
Vndique legatos, & ab omni Principe missos,
Semper ab ignotis ueniunt noua munera terris.
Ergo pudet, populo quasi debita cogar auaro
Soluere, cui magni soluunt indebita Reges.
Miror ab antiquo famosam moribus urbem
Tam fœdum sperasse nefas, ut Rege coacto
Erueret precium, ueluti iam carcere uasto
Inclusum, duris astrinxerit illa cathenis.
Ergo ne Roma tuo legem uis ponere Regi?
Cum potius Regem deceat te subdere legi.
Millia quinq; tibi librarum debita poscis:
Poscenti debere nego: largitio Reges,
Non extorta decet: captiuos ista, reosque
Sors premit, extortis redimant sua tempora nummis.
Munera magnorum læta atq; ultronea Regum
Esse uolunt: ut dans plus gaudeat accipiente.
Hoc est gratuitum, quod possum dicere solum,
Quo plus ille dato, quam gaudeat iste recepto.
Hunc mihi munifici morem liquere parentes,
Hunc retinere libet: nec plebem munere largo
Lætificare tuam renuo, sed pacta recuso.
Nil nisi gratuito manus hæc dare nouit, & ultro.
Iuramenta petis? Regem iurare minori
Turpe reor, nudo ius & reuerentia uerbo
Regis inesse solet, quouis iuramine maior.
Non decet in labijs uersari lubrica Regis,
Non decet ore sacro mendacia cudere Regem:
Sancta & plena suo sunt regia pondere uerba,
Dicta semel nullum patiuntur iure recursum.
Ergo quod instigas iurando, iure pacisci,
Pone metum curæ, uel non iuratus habebo.

gēti fuisse spretores, nec alia in re magis, quā pecuaria suas statuisse opes. Posteri externorum donatione moti, & muneribus corrupti, degenerare cœperunt, ut scribit Otho lib. Secundo Chronicorum. Millia quinq; tibi librarum. Romanis duplex libra fuit. Antiqua, quę exacta subinde nominatur, xij. uncijs perfecta, quæ proprie Romanorum fuit. Centenaria: inde nomē sortita, quod centum haberet drachmas, nihil differens a Mina Gręca, sola Semiuncia Exactā illam Romanam superās: a Budæo Argētaria uocata. Hanc, opinantur, necessario usui fuisse, ꝓpter tantam non modo mercimoniorum, sed rerum omnium ultro citroq; cum eis communionem.

Germani olim auriargentiq; spretores.

Libra Romana duplex.

Nudo ius. Id est, ulgor: & nudo, hoc ē, simplici uerbo: quod uulgus causidicorū uocat, absq; pacto, iureq; iurando uallatum.

Adde, quod hoc ipsum nostris est utile rebus
Quod petis, & nobis nullo suadente gerendum:
Iura uetusta feram, potius supplere paratus,
Quam minuisse bonis aliquid de moribus Vrbis.
Te mihi uel summo non conseruabo periclo:
Dum mea non esses, summo discrimine iussi
Esse meam: nunc cum mea sis iam facta, relinquam?
Namq; quod Imperiũ, te Roma uocante, receptũ
Adseris, & meriti peragis pręconia tanti,
Non magni reputare libet: uenisse uocatum
Confiteor, sed quæ fuerit tibi caussa uocandi,
Ne multum te forte putes meruisse, uidendum est.
Hostibus infestis, & belli pressa tumultu
Vndique, nec proprijs ultra tutanda, nec illis
Quas tibi tentaras precibus consciscere uires
Desperata diu, cunctisque relicta iacebas.
Nunc ubi Roma tuæ uires? ubi perfidus ille
Græculus? & Siculæ uindex tuus arbiter aulæ,
Quem tibi tutorem timeas? licet ore fateri,
Mente tamen tractas, fortassis sentiet ille
Roma tuus uindex: ueniant modo congrua rerum
Tempora, Teutonici uires, & pondera regni,
Tandem consilio sicut patet usa salubri.
Francorum uires, inuictaque signa rogasti.
Affuit inmensi domitor fortissimus orbis
Carolus, & magna miseram uirtute redemit.

Carolus. f. Magnus.

Ereptumque manu medijs ex hostibus, in se
Transtulit Imperium, bellique tenore recepta:
Hæc tua Francorum sociauit mœnia regno.
Nunc age collatos nobis, tua munera, fasces,
Et quasi gratuita primum bonitate uocatos,
Magnifico sermone refer: sed uerius illud
Implorare fuit, sic pauper ad ostia clausa
Sæpius implorans, querulo uocat ore potentem.
Namq; Beringerum, Desyderiumq; tyrannos
Roma tuos, quibus attonitum ceruice subacta
Subdideras miseranda caput, quis nesciat armis
Francorum uictos, captosq;, æternaq; passos
Exilia, in nostro per tempora plurima regno

Namq; Beringerũ Desyderiũq; tyrannos. Defuncto Arnulpho Imp. Carolingo, Romani alterũ in Italia Regem Berẽgarium primum, quẽ & Imperatorẽ appella-

Victori seruisse suo, tardaque senecta
Tandem seruili pressisse cadauere terram?
Illa dies uno tua pristina iura triumpho,
Si qua tibi graiæ fortuna reliquerat urbis,
Transtulit in Francos, non sunt extincta, sed extant,
Imperium comitata suum, quod debita secum
Ornamenta trahens, nudum, uacuumq; decoris
Non poterat transire sui: mea respice castra
Omnia, quæ dudum quereris sublata, uidebis
Nomine mutato sub eadem uiuere forma.
Hic eques, hic prætor, hic consulis, atq; tribuni
Imperiosus honos, & publica cura senatus.
Aspice Teutonicos proceres, equitumq; cateruas.
Hos tu patricios, hos tu cognosce quirites,
Hunc tibi perpetuo dominantem iure senatum:
Hĳ te Roma suis (nolis licet) ipsa gubernant
Legibus, hĳ pacis, bellique negocia tractant.
Sed libertatis titulos, antiquaque legum
Tempora commemoras: quas leges improba, prҽter
Teutonicas, aut quæ prҽter mea iura requiris?
Quæ tibi libertas poterit contingere maior,
Quam Regi seruire tuo? Sic fatur, & acres
Ingenuo uultu regaliter excitat iras.
Audierant, stupidoq; metu præcordia pressi
Obticuere uiri, multisq; rogantibus, an ne
Plura loqui uellent? nihil ultra uocibus ausos
Addere præmissis, tantum dixisse pigebat.
Tantus eis tristes irato Principe uultus
Cernere terror erat: mallent siluisse, non unquam
Suscepisse suæ peragenda negocia Romæ,
Securosque petunt in mœnia tuta regressus,
Orsa relaturi metuendi Principis urbi.

bant. Alterum, Germani Ludouicum Arnulphi filium successorem crearunt. Eaq; discordia fere. lx. annis durauit, usq; ad Othonem primum: qui Berengarium tertiũ, cuius hic fit mentio, primi ex filia nepotem, cum Adalberto filio apud forum Iulĳ prҽlio superatum, regno Italiæ deiecit: ei tamen ex liberalitate, Gallia Cisalpina trans Padum, præter pauca oppida, regenda commissa. Quem rursus minime quiescẽtem, cum abĳsset in Germaniam, iterum contra eum reuersus, prælio utrimq; fusum, ac in potestatem receptum, alterum Constantinopolim misit, in Austriam alterũ exilio secum duxit. Supra uero memini Desyderĳ Longobardorũ Regis, contra quem Carolus noster ab Adriano Pontifice, eius nominis primo, in Italiam accersitus, eũ per obsidionem Papiæ in potestatẽ recҽpit. quã prosequit Aemilius Veronen. lib. rerum Franc. secundo. Graiæ fortuna reliquerat urbis. Constantinus filius Constantĳ & Helenæ in Britannia natus, iam bellis omnibus defunctus, solutusq; grauioribus curis, animum ad nouam urbem condendam, & de suo uocandam nomine adiecit. Primum in Sardico agro Asiæ destinarat: post ad Sigæum Troadis fundamenta sunt iacta: tertio translatҽ operæ Chalcedonem, erectiq; ibi muri. quumq; fabriles funiculos auҽs corripuissent, transtulissentq; Byzantium, quæ est urbs Thraciæ: ibi uelut ita iubente Deo, condita est urbs, quæ dicta Cõstantinopolis, quod nomen adhuc retinet. Byzantium uero etiam dicitur, quod ibi fuerit id oppidum a Pausania Spartanorum Rege conditum: quod Seuerus Imperator propemodum euertit. Milites autem Galieni Principis funditus deleuere. Constantinopolim autem magnam, & Senatus, & totius nobilitatis partem Roma Constantinus transtulit: Principesq; fere omnes Cõstãtinopoli magis quam Romæ habitarunt: ita opibus & claritate ciuium certauit cum urbe Roma.

Constãtinus.

Constantinopolis.

Byzantium.

At Rex colloquium solo cum Præsule miscens,

Interna exæstuat ira.

Ira. Principibusq; uiris, quod nunc sibi restet agendum,
Quamue dolo plebis uersutæ prouidus artem
Apposuisse queat, sollerti consulit astu:
Et simul interna feruens exæstuat ira.
Cui pater eximius læso solatia menti
Addere blanda uolens: Non est ait, optime fili,
Hac in gente nouum, nec res miranda uidetur
Fraudibus occultis blande palpare potentes,
Principibusq; suis argutam ostendere uulpem:
Hoc uitium gentile tenet: sic uiuitur istic,
Iam partim sensisse doles, sed uerius illud
Amodo concipies, & adhuc maiora uidebis.
Me quoq; non longo residentem tempore, multis
Est aggressa dolis, indignaq; multa relatu
Tam mihi, quam sacro plebs intulit improba clero:
Verum contemptus minor est iniuria nostri,
Quos manus inbellis, nulloq; armata potestas,
Sanguine, sed tantum diuino fulta timore,
Spernendos, impune uiris exponit iniquis.
Te quem terreni metuenda potentia regni,
Quem scelerum uindex gladius facit esse uerendum,
Adrianum quartū musca necat. Romanis, qua fronte dolis ambire laboret
Mirandum satis est: sed iusto parce dolori,
Et nobis (autore Deo) gens improba iustas,
Et tibi maturo persoluet tempore pœnas.
Tu modo belligero delectos agmine fortes,
Instructos telis, instructos omnibus armis
Occulto præmitte gradu: qui sacra beati
Corripiant posita formidine limina Petri,
Atque leoninæ munimina fortiter urbis.
Sunt ibi pręsidij caussa sub nomine nostro
Præstantes animi iuuenes, qui mœnia tradent,
Admittentq; tuos, aderit qui mœnia tradi
Imperet, egregius romanæ stirpis alumnus,
Sedis apostolicæ Comes, eximiusq; sacerdos,
Et tibi præ cunctis Octauius iste fidelis.

Desierat Præsul: placuit laudabile cunctis
Consilium, syncera fides, & plana uoluntas.
Mittuntur propere quasi millia quinq; uirorum

Docet Aristoteles, Iram necessariā esse, nec quicq; sine illa expugnari posse, nisi illa impleat animum, & spiritum accendat. Cui pater eximius. Adrian9 quartus Anglicus, mundialis pompæ, quā Christianæ pietatis studiosior. Pertesus is tandem status Romanorum ei aduersantiū, ob immodicum proferendæ mundanæ ditionis, pecunięq; congerendæ studiū, secessit Anagniam: ubi non multo post, quam Fridericum nostrum Principem innocētissimum, quemq; prius apud Lateranum diademate redimiuerat, ingenti a coniuratis pecunia corruptus, ut lib. decimo latius aliquanto explicabimus, diris deuouisset, morit insigni, memorabiliq; uitæ exitu, hausta scilicet per potum musca, quæ nulla Medicorū ope collo potuerit auelli, donec animam exhalaret, relicta magno in precio ecclesię Romanæ ditione.

Ostendere uulpem. Hoc est, astutia, & non syncere agere. Vnde Horatius admonet. Nunquam te fallāt animi sub uulpe latentes. Qđ huic animāti natura insita sit astutia, quemadmodū Leoni audacia.

Me quoq; non longo. Quæ quæso te tum agebant furiæ, ut Vicarius Christi mansuetissimi, q regnum mūdi nō agnouit, nullum nō lapidem moueris pri9, quā Consules Romanos magistratu abdicare se cogeres, tibiq; imperium ad-

Nocte

Nocte fere media, quo tempore lumina titan
Opposito præbens, si fas est credere, mundo,
Ex æquo medium noctis discriminat arcum.
Haud mora, festinant iussi, portasq; patentes
Ingressi tacite, sancti munimina Petri,
His prius eductis qui limina prima tenebant,
Atq; Leoninam rapiunt hostiliter urbem.
Nuncius ad proceres rediens, compendia facti
Edocet, & totis hilarescunt agmina castris.

ministrandę Vrbis uendicares? Quos manus imbellis. Vtinam posterorũ quidam tam sancte id seruassent, quã uere tu hoc dicis. Bellica negocia quomodo gerent Sacerdotes? cum quæuis alia sit interdicta eis popularis tractatio, non sacris tantum literis, sed suis etiã sanctionibus. Diuus Ambrosius libro de Viduis, quod ad hunc locum facit, palam declarat, quibus armis uelit esse instructos Sacerdotes. Scelerum uindex gladius. Hunc agnoscit christiana religio, probatq; in Cæsare, eiusq; pręfectis illius usum. Vnde qui, ut Anabaptistę, gladij ius adimunt Christianis magistratibus, Dei uoluntati resistunt, quæ Ecclesiæ hac in parte prodita est per principes Apostolorum Petrum & Paulum. Leoninę urbis. Ludouico Pio Imperante, Sarraceni in Vaticanum usq; uenere, incensisq; diui Petri Basilicæ foribus, a pop. Ro. repressi sunt. Quod ne deinceps tam leui fieret incursione, Leo pontifex eius nominis quartus, Vaticanũ mœnibus cinxit, ciuitatemq; Leoninam de suo nomine appellauit. Eius rei meminit quoq; Bap. Mantuanus lib. Fastorum Quarto. Traxit noua mœnia ab arce Pontis, ad aduersi delubra ingentia Petri. Eximiusq; Sacerdos. Id est, Cardinalis. Hoc nomen ab initio epitheti honoratioris appellatio fuit. Nam Clericus Cardinalis, & Canonicus Cardinalis, pro præcipuo, aut principali usurpabatur: quo honore urbani dignabantur. Sicut enim urbis Romæ Episcopus cæteris pręstabat: sic etiam clerus Romanus, pompa, splendoreq; comitum & ornatuum cæteris, quos Innocentius Quartus, ut creaturæ suæ Cardinales essent, augustiores: purpuratioresq; reddidit. Huius Innocentij ambitio nocuit pietati Christianæ, ut & posterorum Pontificum, qui exemplum eius improbandum secuti sunt. In libro Officiorum Theodosij præfecti Cardinales appellantur præfecti prætorio Asianæ dioeceseos, & præfectus Aphricæ: quod maiores cæteris essent. Opposito præbens, si fas est credere, mundo. Quem .s. Antipodes habitare dicuntur: qui, quod sint, & quomodo sint, exacte disserens, tradit acutissimus ingenio uir Vadianus noster, in ea epistola, quæ extat ad Rudolphum Agricolam Rhetum: inibiq; docet, quæ caussa diuum Augustinum ad negandum Antipodas esse impulerit: tum quæ Lactantio in eorundem refutatione adhibenda sit fides: quodq; Macrobius, & prisci fere in Antipodũ situ lapsi fuerint.

Popularis tractatio non conuenit Sacerdotibus.

Gladij ius non tollit Christus.

Leonina urbs.

Cardinalis.

Antipodes esse.

Rapiunt urbem. Id est, potiuntur urbe, eiecto .s. Romanorum præsidio, ductu & auspicijs Octauiani Cardinalis: ut legimus apud Frisingensem.

LIB. Tertij Finis.

¶ Argumentum LIB. QVARTI.


¶ Quartus in Imperium, supremaq; nomina Regem
Promouet: Ausoniam, sacrata in sede coronam
Induit: hinc æstum, uiolentiq; ætheris iram
Morbida castra ferunt: & dira peste laborant.
Mox ausum falsa fidum fraudare moneta
Spoletum uindex ferro populatur, & igni.
Appuliam, Calabrosq; parat inuadere fines:
Dissuasu procerum concępta negocia mutat
Milite dimisso: natalia rura reuisens,
Condigna sæuos extinguit morte latrones.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de Gestis FRIDERICI .I. Aenobar. AVG. Liber Quartus.



IAMQVE SOPORIFERAE DEcurso limite noctis,
Aureus occulto sublatam lampada cœlo
Cœperat in nostrum traducere Phœbus olympum:
Tempore non alio nitides magis extulit ortus
Purgauitque polos, & nubila tota remouit:
Exoritur felix, & cunctis pene diebus
Candidior, primos tibi collaturus honores
Imperij Friderice dies, radijsque serenis
Publica per totum diffundens gaudia mundum,
Iamq; per oppositi Princeps decliuia montis
Adueniens, claram quam nondum uiderat urbem,
Adspicit: huic populi festiuum gaudia nomen
Imposuere loco: siquidem qui mœnia clara
Illa parte petunt, ex illo uertice primum
Vrbem conspiciunt, & te sacra Roma salutant.
Prima Leoninam gaudens admisit in urbem
Aurea porta Ducem: mox limina sacra petentem
Sedis Apostolicæ diuinis rite peractis
Obsequijs, sacra redimitus ueste sacerdos
Summus, ad alta sacri ducens altaria Petri
Innexum digitis, mundi totius honorem
Imposuit, pressitque sacro dyademate crines.
Sacraque Missarum peragens solennia rite, — Missa unde dicta.
Nobile cœlesti muniuit fœdere factum.
Omnibus egregie lætis, totaque caterua
Acclamante uiro, faustum feliciter omen,
Hic fauor armatus, turbæque hic plausus equestris
Dulcius Augusti mulcebat Principis aures,
Quam uenalis honor, conductaq; gaudia uulgi.
Hic siquidem syncerus amor, gaudensque fideli
Obsequio, deuota fides, ibi gloria tantum,
Mendaci fucata dolo, preciosaque pompa.
Nos quoq; carminibus, ni mens angusta negaret,

¶ IN LIBRVM Quartum de rebus Aenobarb. Scholia Ia. Spiegel.



SAcraque Missarũ. Annotauit apud Tertullianum Rhenanus noster, quid de Missa compertum habeant, qui uetustios sacrarum literarum interpretes cum iudicio diligenter excusserunt: quibus addere libuit, quæ de nominis ratione tradit Isidorus, non spernendus omnino autor (ut plęrisq; uisum est) ex quo Hermolaus, Celius, Beroaldus, alijq; q̃ plures docti uiri desumpserunt ad uerbum pluscula. Ille Sexto Etymolog. lib. cap. de Officijs, Missa, inquit, tempus sacrificij est, quando Catechumini foras mittuntur, clamante leuita. Si quis Catechuminus remansit exeat foras, & inde Missa: quia sacramentis altaris interesse nõ possunt: quia nondum regenerati noscuntur.

Quam uenalis honor, conductaq; gaudia uulgi. Hoc ideo dicit, quod Legati Romanorum impudenter exegerãt a Friderico pecuniam.

Acclamare tuo fortiſſime Cæſar honori,
Et faſces celebrare tuos, rerumque nitorem
Eloquio, numeriſque ſuis implere decebat:
Sed uereor, ne plura loquens, multumq; laborans,
Inueniar dixiſſe minus, magnique reatus
Arguar, eximijs inducens nubila rebus.
Atq; ideo carptim, non ſingula quæq;, ſed ipſam
Geſtarum propero rerum percurrere ſummam:
Immo etiam facti compendia uera ſecutus,
Hoc ipſum ſatis eſſe reor: namque illa ſerenæ
Tempora læticiæ, tantique inſignia plauſus
Non longas habuere moras, populique furentis
Inſidias, ſtrepitumq; timens, armatus ubique
Adſtat eques, templiq; fores, & limina ſeruat,
Creſcentisq; domum, pontisq; anguſta propinqui
Obſidet, & totas denſa ſtatione plateas.
Hos Regi titulos, hoc clari nomen honoris,
Quartus ab ingreſſu regnorum contulit annus,
Pluſque fere medio iuuenum ſe menſis agebat,
Vt quartodecimo prodiret Iulius ortu,
Poſtea gemmiferam læta ceruice coronam
Ipſe ferens, inſedit equo: quem pupura totum
Ambit, & intextis uelamina picta figuris,
Aurea mirifico radiantibus ordine gemmis
Sella nitens, picto Regem complectitur arcu.
Aurea nexilibus faſtidit frena cathenis,
Gemmatosq; lupos, & fuluum maſticat aurum,
Lucidus e media dependet fronte pyropus,
Lucida multiſonis phalerantur pectora bullis.
Ipſe ferox, incerta uago ueſtigia greſſu
Multiplicat, tenueſque interdum calcibus auras
Verberat, & tanto ſonipes uectore ſuperbit.
Hoc inuectus equo, turba comitante pedeſtri,
Gaudet habere uiros utrinque ad frena potentes,
Sanguine conſpicuos, & mundi iura regentes.
Tunc ita productus, plauſu reſonante ſuorum,
Proxima turrigeris repetit tentoria muris.
Ipſe ſed eximius dimiſſo Principe Præſul
Vrbe Leonina, propriaque in ſede remanſit.

Creſcentisq; domum. Caſtrum nomiat Otho præſul.

Iuuenum menſis. Nã ut cecinit, Ouidius, Iunius eſt iuuenum, qui fuit ante, ſenum eſt.

Vt quartodecimo. Signat diem. xiiij. Cal. Iuliarum.

Pyropus. Plinius Romana dictione carbunculum uocat: cui ab ignium ſimilitudine nuncupato, principatum dedit: cum ipſe non ſentiat ignes, ob id à quibuſdã Apyruſta uocatus. Pyropus. Apyruſta.

Cumque siti feruens, & multo temporis æstu
Languidus, optata castrorum fusus in umbra
Corpora fessa cibo miles recreare pararet,
Ecce repentinus uicina clamor ab urbe
Insonat, & subiti feralia signa tumultus.
Iamq; furens populus, prisco sibi iure negato,
Iniussuque suo sumptos a Principe fasces
Indignans, rapido transmisso ponte tumultu
Irruerat, paucosque uiros ex agmine nostro
Securos nimium, nulloque pauore relictos,
Fuderat: ast alij celeres, urgente periclo,
Castra petunt, socios, atque ipsum nomine Regem,
Cuius erat cunctis uirtus bene nota, uocantes.
Horruit irarum stimulis, iustoque furore
Cæsar, & ingratum socios iterare laborem
Compellit, totis educens agmina castris.
Hoc magis accelerans, quod eum metus acer agebat,
Ne quid in eximium crudeliter impia Patrem
Auderet, solito plebes grassata furore:
Distulit ira cibos, hostili sanguine malunt
Dilatam satiare famem, Fremituque leonum
Terribiles urbem repetunt, & in arma feruntur.
Nec cedunt hostes, sed pectore prælia firmo
Excipiunt: missis bellum committitur hastis,
Et leuibus iaculis, & quas pluit aura sagittis.
At simul incaluit stimulis grauioribus ira,
Conseruere manus, admotaque cominus arma,
Non iam missilibus telis, ferroque uolanti,
Sed gladijs pugnare libet: tinnire sonoros
Ictus audires galeas, incussaque telis
Arma, graui, clypeosque leues mugire fragore,
Cernere palantes passim, rursumq; resumptis
Viribus instantes, alterna sorte licebat.
Maxima conflictus moles in limine pontis
Ante domum Crescentis erat: facilique rotatu
Obruta saxorum, seu missis desuper hastis
Regia pars certe poterat succumbere cladi,
Ni quæ spectandi caussa, pinnacula turris
Seruabant matres, ualidę, pulchræque cohorti

Recreare. Restaurare, refocillare: ut apud Plautum in prima scęna Menechmorum, & Lucretium in principio Sexti.

Iamq; furẽs populus. Imo & Senatores: qui tamen & illi populi continentur appellatione, ut diximus.

Fuderat. Etiam in sacra æde, ut scribit Otho, minime loci religione territus.

Parcere, non ſtolidæ plebi ſociare furorem,
Orarent iuuenes iam mittere tela parantes.
Sic parti noſtræ caſtarum gratia matrum
Profuit, innocuas prohibens a ſanguine dextras.
Hic furor, a decima ſpacioſus & integer hora
Perſtitit ad primas merſo iam ſole tenebras.
Nec quiſquam, quamuis ieiunia longa tuliſſent,
Totam quippe diem miles ieiunus agebat,
Iam poterat ſentire famem, ponduſue laboris,
Inmemor ipſe ſui: tantoque nocentior hoſti
Tantus in ultores fundendi ſanguinis ardor
Incidit, & iuſtam ſatiandi cæde furorem.
Atque aliquis gaudens in tanta ſtrage reorum
Inſultare malis: hæc ſit tibi Roma uetuſti
Præmia iuris, ait, merces a Principe iuſto
Redditur iſta tibi: ſic nobis regna parantur,
Sic emimus faſces, ſic acclamare triumphis
Te iubet ille ſuis: hæc tecum fœdera Cæſar
Percutit, atque tuo iuramina ſanguine firmat.
Vix tandem miſeros ſero iam ueſpere ciues,
Afflictoſque diu bello, fuga, noxque remouit,
Claraq; iuſticiæ patuerunt ſigna ſupernæ,
Ex rerum merito uarios prodentia caſus.
Namque uno tantum noſtra de parte perempto,
Mille, uel immerſos Tyberi perijſſe, uel armis
Hoſtili de plebe quidem: captiua ducentos
Suppoſuiſſe ferunt, iniectis colla catenis.
Mox cum laude Dei repetunt tentoria læti
Victores, gratoque cibo, dulcique ſapore
Membra fouent, tutis carpentes ocia caſtris.
Vix erat orta dies, ſuſpecta Cæſar ab urbe
Regia ſigna mouet (neq; enim commercia rerum
Indignus afflicto ſperabat miles ab hoſte)
Pulchraque fœcundis fixit tentoria campis.
Inde ſecus montem, quo quondam ſæua Tyranni
Iuſſa timens, nondum te Conſtantine renato
Sylueſter latuit, Soracten nomine dicunt.
Te placido tranſmiſſe uado uetus Albula tranſit,
Albula cuius aquis Tyberinus nomina fecit,

Atq; aliquis gaudens. Sic idem Otho. Accipe nunc Roma pro auro Arabico Teutonicum ferrũ. Hæc eſt pecunia, quam tibi Princeps tuus pro tua offert corona. Sic emitur a Francis Imperium. Talia tibi a Principe tuo redduntur commercia, talia præſtantur iuramenta.

Ferrum Teutonicum, pro auro Arabico.

Iniectis colla catenis. Quos deinde Imp. Aenobarbus reſtituit, motus precibus Adriani Pontificis, ut ſequitur.

Commertia rerum. Commeatum intelligit.

Quo quondam ſæua tyranni. Tarquinij præfecti urbis, Idololatræ.

Nondum te Conſtantine renato. In extremo uitæ baptiſma ſuſcepit ab Euſebio præſule Nicomediæ: qui ſectæ Arrianæ poſtea ſe addixit, autor diuus Hierony-

Baptiſma Conſtantini.

Primaq; castra locat uicina ad mœnia Romæ,
Inter & argoas famosi Tyburis arces.
Hos ut fama lares, Graia de gente profecti
Tres posuere uiri, Coras, cum fratre Catillo,
Argolicæ stirpis iuuenes, & maior utroq;
Tyburtus: cuius sumptum de nomine nomen
Nobile Tybur habet: perhibent si uera poetæ.

mus in Chronicis. Ambrosius quoque de morte Theodosij idem sentire uidetur. Constantinus, inquit, quanquam in extremo uitæ acceperit, magnopere laudandus est, quod fidem successoribus hæreditariam reliquerit. Vnde libellus apocryphus de Elephantia, deq; sanguine puerorum & Syluestri baptismate. Ad quod Guntherus noster respexisse uidetur, errore communi: cum manifeste a tantorum uirorum autoritate dissentiat, omnino reijciendus est. Nostra etenim nugas, deliramentaq; damnat Religio, nec dat linguis mendacibus aures. Syluester latuit. Id, quod nequaquam probauit Tertullianus: qui asserit in persecutionibus non fugiendum esse, sed fortiter pro CRISTO moriendum: putans, imo tradens præceptum illud CHRISTI. Cum autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam, omnino temporale fuisse. Sed meminerimus diuum Hieronymum in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, Tertulliani uolumina censentem, librum de fuga in persecutione aduersus Ecclesiam scriptum testari. Soracten. Mons ille uicinus Vrbi, clarus sacrificio annuo, quod fiebat Apollini, ut Plinius, Feroniæ, ut Strabo, a certis familijs agri Faliscorum: quæ ob id perpetuo Senatus consulto militiæ, omniumque aliorum munerum uacationem habebant. Rem hanc cecinerunt Virgilius in .xi. & Sillius .v. Famosi Tyburis. De hoc oppido .xvi. ab Vrbe mil. distante, multoq; uetustatis munumento insigni, lege caput octauum Solini, Seruium item Septimo Aeneid. unde sumptus est hic locus, super illud Maron. Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt, Fratris Tyburti dictam cognomine gentem, Catillusq;, acerq; Coras, argoa iuuentus. Alterius autor oppidi Coras fuit, distantis. xx. pas. mil. Tybur autem a Friderico nostro diruptum, post aliquot annos restitutum est. Tangit item horum fratrum historiam Sillius in Quarto.

De fuga in persecutione. Mat. 10.

Soracte.

Tybur.

Iamq; aderat ueneranda dies, quæ clara triumpho
Fulget Apostolico, totum festiua per orbem
Illa quidem, sed Romuleæ specialiter urbi,
Cuius sacra suo lustrarunt mœnia patres
Martyrio, qui dum spernunt sceptra Neronis,
Illam quo poterat populus castrensis honore
Suscepere diem, deuotas Præsule summo
Missarum celebrante preces, & Cæsare sanctam
Imperij ceruice pia gestante coronam.

Patres. Petrus. s. & Paulus. Qui dū spernunt sceptra Neronis. Tertullianus elegāter Neronem, primum dedicatorē persecutionis Christiani nominis uocat, de qua Eusebius lib. Ecclesiasticæ hist. secundo. Meminerūt item huius sub Nerone Suetonius, & Tacitus. Ille sic inquit in Nerone. Afflicti supplicijs Christiani, genus hominum superstitionis nouæ, ac maleficæ. Tacitus sic lib. xv. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos p flagitia inuisos, uulgus Christianos appellabat. Autor nominis eius CHRISTVS, qui Tyberio imperitāte, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat: repressaq; in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudæam originem eius mali, sed per Vrbem etiam, quo cuncta undiq; atrocia, aut pudenda confluunt, celebranturq;. Igitur primo correpti, qui fatebantur: deinde iudicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendij, quam odio humani generis conuicti sunt: & pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: aut ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat. Et Circense ludicrum ędebat, habitu aurigæ permistus plebi, uel circulo insidens. Vnde (quanquam aduersus sontes, & nouissima exempla meritos) miseratio oriebatur, tanquam non u-

Neronis tyrannis in christianos.

ciliitate publica, sed in seuitiam unius absumerentur. Bene igitur dixit Poëta, saeui. O uesanos Tacite & Tranquille. An uero uobis parricida Iuppiter, & flagitijs omnibus imparatus DEVS uidetur? non uidetur sanctissimus CHRISTVS? & ad innocentiam conspirare maleficium uocatis, dignosque odio ducitis, qui in leges iurarunt, quorum capût est nemini nocere, bene uelle uniuersis. Si nostras leges non legistis, cur damnatis inauditos? Sin legistis, cur improbatis eas uirtutes, quas uos scriptis uestris in coelum admirabundi uehitis? ut pio Zelo exclamauit Viues. Romae uero passos esse & Petrum & Paulum tam aperte scribit idem Tertullianus libro de praescripti. haereticorum, ut nefas sit contra sentire: qui licet inibi satis honorifico laudis elogio Romanam exornet Ecclesiam, non tamen tantam illam facit, quantam hodie fieri uidemus. Nam Apostolicis Ecclesijs illam annumerat, non solam facit Apostolicam, hoc est, summatem facit, non summam. Sed & Volaterrano notatum est, Pont. Ro. solitum se subscribere Episcopum Romanae Ecclesiae, multo rectius, quam hodie Episcopum Catholicae Ecclesiae. Nam si Romana, inquit, Catholica est, honorem igitur hunc almae urbi eripere uidetur. Ex citato tamen modo Tertulliani libro, facile liquebit lectori, qui non sit omnino stupidus, quo pacto Romanus Pontifex ad istam autoritatem peruenerit, quam hodie habet: licet Pontanus dicat, nequaquam esse explicatu facile, quibus artibus Pont. Max. tantum sibi Imperium comparauerunt. Namque, ut initio armis illud sibi uendicauerint, longe aliud arbitrari par est. Genus enim ipsum hominum olim quietum, ac religioni tantum deditum.

In Tacitum, et Tranquillũ.

Romae Petrũ, & Paulum passos.

Illa quippe die sacris altaribus adstans,
Omnem qui iusto sub Principe bella gerendo
Cinxerat ultorem Romanis caedibus ensem,
Clauibus aethereis, & Petri fretus honore,
Soluit, & indultum purgauit Papa reatum.
Et ratione quidem: nam quisquis iura tuetur
Ecclesiae, regniue decus, si forte cruorem
Fuderit humanum, non est homicida, sed ultor.
Hoc siquidem bellum quod iuris amore coacto
Milite suscipitur, meritum, non culpa uocatur.

Iusto sub Principe bella gerendo. Is demũ habetur, qui plene fisus pietati, iusta de caussa, nisi contra sacrilegos, & daemonum cultores, & pro publica tranquillitate belligeratur, & non per ambitionẽ, iram, auariciã, aut alium priuatum affectum miscet orbem bellorum tumultibus. Petri fretus honore. Quod illi Christus dixerat. Et dabo tibi claues regni coelorũ. Quem tamen locum, teste diuo Hieronymo, Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum assumunt supercilio. Claues autẽ, scientiam, & potestatem interpretantur. Meritum, non culpa uocatur. Scholam hoc sapit. Vix id apud Augustinũ obtineas: licet ille bellum alicubi, leuiter tamẽ probet, aperte aũt in Ciuitate Dei etiã iustum bellum, miseria plenum esse dicat: Ambrosius uero neget esse Christianae puritatis: unde igitur meritum? Belli aũt rationem, quatenus liceat Christianis, nemo orthodoxorum hactenus diligentius explicauit, quã magnus ille Roterodamus.

Bellum quo Principe iustum.

Matt. 16.

Inde petens celsam quae Tuscula dicitur urbem,
Moenibus excelsis, tutaque in sede resedit.
Iamque uaporifera succendens lampade mundum
Coeperat ex alto metuendo feruidus ortu
Erigones radiare Canis: quem tristis Orion
Adlatrare sibi, & rabido uestigia morsu,
Adtentare uidens, aeterna exaestuat ira.
Vtraque flamma nocens, sed longe tristior illa
Cuius in exortu uitiatus nubibus aether

Tuscula. Vrbs clara, uilla Ciceroniana, & Catonũ genere, aedificium Telegoni Vlyssis & Circes filij. Extant hodie tãtum eius uestigia, fonsque ex ea usque Romam manans. Romani enim, qui Tusculani, coniuncti copijs Aenobarbi nostri, insigni clade adfecerant, memores iniuriae post aliquot annos, tãta in eos

Tuscula.

Aestuat,& tristes ardescunt ignibus auræ.
Squalida torpet humus,corruptis stagna,lacusque
Inficiuntur aquis,pigrisque paludibus atræ
Exhalant nebulæ,calidi spiramine cœli,
Languida pestifero tabescunt corpora morbo.
Inde fit,ut proprios plebes Romana quotannis
Cogatur transferre lares,montesque,relicta,
Dum furit ille Canis,uicinos incolat,urbe.

ira perciti sunt,ut uix urbis fundamēta relinquerent. autor est Volaterr. Iāq; uaporifera. Chronographia .· qua subinde Poetæ uti solent. Quod tamen Horatius in arte poetica taxauit. Describit aūt Caniculares dies. Ex alto. Id est, cœlo. Virgilius, Maia genitū demittit ab alto. Feruidus ortu, Erigones radiare Canis. Icarus inuētor uini fuit in Attica regione: a colonis deinde ebrijs iugulatus est,ut ait Propertius. Icare Cecropijs merito iugulate colonis. Cuius canis Erigonē filiam gestu ad locū cædis duxit:quæ conspecto patre,præ dolore laqueo uitā finiuit,relataq; in cœlū cum Cane inter astra, Virginis noīe micat. Oritur aūt Canis, siue Canicula circa.8.Calen.Iul.ut existimat Seruius.Idibus aūt Iulij, Ptolomæo. Quē tristis Orion. Orionis fabulā uarie narrat Higynius lib.ij.Nota sunt quæ Seruius scribit lib.primo Aeneidos. Ex Deorū urina natus est Orion,ut ait Nigidius:& in Fastis canit Ouidius:& apud Græcos Pindarus,& Aristonicus. Oritū,autore Columella.16. Cal.Iulias,Ptolomæo uero postridie ortus Caniculæ. Vtraq; flamma. Vtrūq; sydus,Canis scilicet,et Orion. Vnde de Orione Seneca in Hercule furente. Fera coma hinc exterret Orion deos.& Papinius. Quantus mucrone minatur Noctibus hybernis & sydera terret Orion. Plinius item Orionis sydus inter horrida numerat. Sed longe [illegible]stior illa. Canicula scilicet: de cuius effectu extat capi.40.secundo Natura.hist.apud Plinium.

Icarus.
Erigone.
Canis.
Orion.

Adde quod antiquis horrens inculta ruinis,
Parte sui maiore uacat, generisque nocentis
Plurima monstriferis animantia Roma cauernis
Occulit: hic uirides Colubri,nigriq; Bufones,
Hic sua pennati posuerunt lustra Dracones,
Quorum morticinis contabescentibus,aër
Læditur,atq; æstu resoluta cadauera putent.
Ergo metu belli uetitum mutare penates
Vulgus,in urbe sua subito tabescere morbo
Incipit,& ualida correptum peste laborat.
Nec minus in castris Francorum læta iuuentus
Aëris impatiens,& tanto uicta calore
Languet,& insolito tabescit squalida morbo.
Occupat ora situs,deformis inficit artus
Squalor,& icterico tabescunt membra colore.
Protinus accensis miseri uitalibus ardent,
Aëra pestiferum uelut e fornace trahentes.
Quod si ferre grauem potuissent aera nostri,
Atq; immota breui seruassent tempore castra,
Haud dubium,quin se plebes Romana,suamq;
Pontifici,Regiq; suo supponeret urbem:
Sed iam fœda lues,tanto regalia castra

Fräcia,id est, Teutonia.
Ictericus morbus.
Regius.
Arquatus.
Nar.

Pennati. Cristati,quales sunt in eo genere mares. Francorum. Hoc est,Teutonicorum, Germanorū. Nam Francicum nomen apud maiores complectebaŕ Teutoniam omnē, ut lib.primo ex Othone retulimus, & Vrspergēsis tradit. Icterico colore. Id est, pallido. Plinius morbum dicit Ictericum eundem esse cum Arquato, seu Regio morbo: ab Icterone aue. Appellatur autem Regius,q, ut ait Celsus,apparatu regio, & lauticie,& ludis exhylarādus hic morbus est. Arquatus uero, ut Festus, ab arquus cœlestis colorū uarietate, quos facies adfectorum reddit. Aiunt aūt illum tam ex splene adfecto,q̄ hepate procedere posse. Crepundia. Initia. Tusci montis. Appennini. Naris. Fluuij Sa-

Atq; insueta mali confecerat agmina morbo,
Vt passim fragiles, longisque laboribus ægras
Efflarent animas, alijq; superstite fato
Inualidi, miseram dilato funere uitam,
Sæpius optata fraudati morte trahebant.
Ergo suis Rector castris, socioq; labori
Compatiens, multis etiam suadentibus, illo
Demigrare loco, nolens, ac pene coactus,
Corpora Pontifici sacro captiua relinquens,
Tristia signa mouens, Tuscíq; crepundia montis
Ascensu superans, meliori subdita cœlo
Castra locat, gelidas uicini Naris ad undas.
Hic omni cura, medicæq; pijssimus artis
Subsidio, sacrum satagebat pellere morbum,
Et purgare mali contagia noxia cœli.

binorũ, e Fiscello monte defluentis, aquis sulphureis miscetur. Narniam oppidum, Nequinũ antea dictum, ob loci iniquitatem, interluit, & in Tyberim influit. Lucanus in primo. Et qua Nar Tyberino illabit̃ amni.

Sacrũ morbum. Pestilentiã, execratã propter contagionẽ, ad quã euitandam ualere plurimũ, aiunt, odoramẽta. Contra pestilentiã remedium excellẽs Rufus tradit, q̃d frustra nunquã exhibitũ testat̃. Aloes partes duas: ammoniaci, thymiamatis totidem, myrrhæ partem unã, contusas ex uino colluito: deinde dimidium quotidie cyathum sumito. Est & Sacer morbus, qui inter mala ulcera numeratus, Ignis uulgo sacer dicitur, nihil habens commune cum alijs morbis.

Sacer morbus.

Cõtra pestem remedium.

Mali cœli. Infecti, & corrupti aëris.

Cumq; per Ethruscas turbæ castrensis in usum
Cœpissent urbes Fiscalia iura requiri,
Octingenta quidem Spoletum nomine fisci,
Principis edicto iussum præstare talenti,
Non timuit falso fraudare numismate Regem.
Præterea Comitem Tusca de gente Guidonem,
Quo prior Ethruscis habitabat nullus in oris:
Guerra uiro cognomen erat: mandataq; Regis
Vrbibus Apuliæ portauerat: inde reuersum,
Hospitijq; loco malefida sede fruentem
Cœperat, & duro seruabat carcere clausum.
Cumque relaxari Princeps soluique iuberet,
Emittiq; uirum: contempto Rege, superbus
Instabat celeri populus, regalia ridens
Iussa: sed ipse suas modico post tempore clades
Fleturus, scelerisque piacula iusta daturus.
Namq; ubi tot factis crudelibus, atq; superbis
Et meruit iustas, & mouit Principis iras.

Spoletũ. Coloniã Romanorum Plinio. Hic Theodoricus Gothorũ Rex nobile prætoriũ extruxit, cuius successores oppidum id euerterunt: restitutũ deinde a Narsete. Hic etiam Ducem Longobardi constituere: unde regioni toti apud posteros nomẽ permansit. Talenta. Pro libra posuit, quæ continet centum drachmas argenti, de quo proprie usurpatur.

Spoletum.

Incorrecta parans ulcisci crimina Cæsar,
Quæ directa reis ignoscere mallet, ad Vrbem
Tendit iter: cui sacrilego temerarius ausu

Ante fores ipsas clausa uix tutus in urbe
Occurrens populus, funda, leuibusue sagittis
Prælia prima mouens, & missis eminus hastis.
Risit, & hic pueros Dux inclytus, inquit,
Non fortes certare decet: sic ludere natos
Ignaui docuere patres: incurrite totis
Viribus o socij, conuersum ad mœnia ciuem
Præueniat, patulasque fores prior occupet hostis.
Dixit, & accæpto gaudens a Principe signo
Teutonus, hostilem cum ciuibus irruit urbem.
Protinus admotis incensa suburbia tædis,
In cineres collapsa fluunt, animosque furentes
Nec prædæ locupletis amor, non regia nondum
Exaudita uiris poterant edicta morari.
Inspoliata quidem, multisque nitentia gazis
Non expectato flammis sunt tradita signo.
Attoniti tanto miserarum turbine rerum
Infausti ciues, non iam miserabile uulgus,
Sed magis inuidia dignum, compendia montis
Ardua corripiunt trepidi, pro fraude superba
Digna reportantes: ubi qui fiscalia Regi
Iura suo tumida mendaces fraude negarant,
Omnibus amissis inopes miseriq; dolerent.
Stabat in excelsa sedes munitior arce,
Optima pars urbis, tuto satis edita colle,
Hic excelsa uiri primates tecta locarant,
Securosque lares, hic sedes pontificalis,
Altaq; conspicui surgebat fabrica templi.
Sic bona pars populi sedis munimine freta,
Rebus in extremis tutari seq;, locumq;
Certabat, ferrumq; manu, lapidesque rotando,
Vel retinere locum, uel fata subire parabat.
At Rex inuictus, nil se memorabile credens
Dum superest aliquid, nil se fecisse decorum,
Voce, manuq; suos ardens hortatur, & addit
Sæpe minas, reficitq; animos, & suggerit iras.
Ipse manu propria socijs prohibentibus, omneis
Explorat casus, & quæq; pericula primus
Excipit, oblitus pariter regniq;, suiq;.

Dux inclytus. Ipse scilicet teste Othone Pont. Frisingeñ. Cæs. Imp. Fridericus.

Cœptaq; uel summo cupiens implere periclo.
Principis exemplo miles uirtute coacta
Audet, & audaci pudor est sub Rege timere.
Nec modus, aut requies, donec clamore supremo
Effractæ patuere suis uictoribus arces.
Sed quia præcluso fugiendi tempore, uulgi
Magna repentino pars conflagrauerat igne,
Aëre corrupto, fœdumq; trahentibus auris
Nidorem, sæuamq; loco spirante mephitim,
Quamq; multa uiris minime temnenda supellex
Posset ab igne rapi, nostrosque urgeret egestas
Aëris impatiens, cessit, prædaq; relicta.

Mephitim. Sic Maro libro septimo. Sæuamq; exhalat opaca Mephitim.

Haud procul euersa uictor consedit ab urbe
Sub meliore polo, & leuius spirantibus auris.
Mox ubi sæuus odor flamma cessante resedit,
Et uacuum cessit tenuatus in aëra putor,
Protinus ad prædam uulgus castrense recurrens,
Si quid adhuc flammis illæsum forte manebat,
Diripit, & calidam pedibus calcare fauillam
Non timet, & prunis ardentibus urere plantas,
Semustam properans flammis subducere prædam.
Inueniunt plenis studiose condita cellis
Vina, non exiguos seruatæ frugis aceruos:
Inueniunt plenas preciosis uestibus arcas,
Quasque sibi populus parco conflauerat usu,
Et cupide seruabat opes, rapit omnia uictor,
Plenaq; semicremis ditescunt castra trophęis.

Nec mora, Dalmatici, qua fluctibus æquoris Ancon
Tunditur, & magno finem facit Appennino,
Signa rapit Princeps, pulchræq; a mœnibus urbis,
Haud procul in medio ponit tentoria campo.

Dalmatici æquoris Ancon. Lucanus, Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon, Id est, Adriatici, Idem, quod & Illyricum dicitur. Dalmatia enim pars est Illyrici, quę ad mare Adriaticum spectat. Qui Delmaticis legunt apud Lucanum, sequi uidentur Stephanum de Vrbibus, & Appianum, qui a Delminio Dalmatiam nominatam existimat. Ancona autem Piceni urbs, Plinio & Mela autoribus sortita est nomen a forma & situ. Ancon enim græce, tum cubitus, tum eminens locus, tum flexus dicitur. Aedificata est a Siracusanis, qui Græci Dorici erant, Dionysij tyrannidem fugientibus, autor Strabo. Vnde Satyra quarta Iuuenalis, Quam Dorica sustinet Ancon. Portu insignis urbs, quem excitauit Traianus Princeps. A Sarracenis Imp. Lotharij Carolingi temporibus capta, atq; incensa est. — Dalmatia. — Ancon.

Hic duo magnates, Graia de gente profecti,
Occurrere uiri, Regis mandata ferentes,

Donaq; magna sui: quorum hic Maradochus, at ille
Palæologus uocitatus erat, quos ille uenusto
Excipiens uultu, digno cumulauit honore.
Auditaq; uiæ caussa, responsa daturum,
Insignem meritis, & clara stirpe creatum,
Hic Abbas Stapulensis erat, iubet ire Vuibaldum.

Palæologus. Qui teste Othone nostro, nobilissimus procerum Græcorũ ea fuit tempestate, Imperatoriq; eorum sanguine iunctus. Ex hac familia, quæ ex urbe Viterbio quibusdam Genuensis dicitur ab initio genus duxisse Michael Palæologus, uir in armis strẽnuus, sibi Constantinopolitanum Imperium per nefas uindicauit, imperante Cæs. Rudolpho Habspurgio: quod posteris usq; ad Constantinum ultimum, et octauum ex ea domo per manus tradidit, qui annos fere ducentos regnarunt. Inde Turcis cessit anno Salutis. M. CCCC. LIII. Qua in re subeat ea reputatio, a Constantino Magno Helenæ filio constructam urbem esse, Romæ semper æmulam, sub Constantino, qui eiusdem nominis matrẽ haberet, captã, Turcarũq; iugo ad hanc diem subditã, tam alte dormitante Principum Christianitatis sollicitudine. Hic Abbas Stapulẽsis erat. Item & Corbiensis. Teste Frisingẽ. Corbeiam, nobile Cœnobiũ, quod in Saxonibus est, dicitur excitasse primus Bremensiũ Pontifex diuus Ansgarius, iussu Lotharij Imp. Carolingi, ut Irenicus refert. Crantius tamẽ scribit lib. rerũ Saxonicarũ secundo, Ludouicum Pium, ut eius utar uerbis, extruxisse regalem Abbatiã in littore Visurgi, translatis patribus cũ nomine de Corbeia Galliarũ, quæ in ripa Sũmæ fluminis hodie manet: de qua, opinor facere mentionem Othonem Pontificem. cum Stapulæ quoq; extet in Picardis non ignobilis ad mare locus, uel alumno Iacobo Fabro erudito & iuxta pio uiro.

Pelæologi.

Constantinopolis Turcis cessit.

Corbeia.

Stapula.

Interea patrijs Andreas finibus exul,
Atq; alij proceres, Siculus quos ille tyrannus,
Appuliæ totis dudum proscripserat oris,
Ceu postliminio Romani iure reuersi
Principis, iniecta fines, ereptaq; dudum
Iura, manu, firmasque urbes, & castra tenebant.
Omnibus attonitis, Regemq; putantibus ipsum
Pone sequi, iam iamq; suos inuadere fines.
Et certe facturus erat, cupidusque parabat
Vltrices illuc Cæsar transferre cohortes,
Sed uapor æthereus, rapidiq; molestia cœli,
Et comitum languor, longoq; labore solutum
Vulgus, & innumero fulgentia funere castra,
Ne faceret tenuere uirum: monituq; fideli
Teutonici proceres renuentem, & magna parantem
Cœpta, coëgerunt ad Transalpina reuerti.

Postliminij iuris capita.

Postliminiũ.

Ceu postliminio reuersi. Postliminij duo sunt capita, ficticiũ scilicet, & alterũ suspensiuũ. Qua illa ratione fuerint inducta, & quæ operentur, docent Iurisperiti. Etymũ nominis Boetius, & Seruius declarant. Paulus aũt Iureconsultus in tractatu de Captiuis, & de Postliminio, et de redemptis ab hostibus, definit. Postliminiũ esse ius amissæ rei recipiẽdæ ab extraneo, & in statum pristinũ restituendæ, inter nos ac liberos populos, regesq;, moribus, legibus constitutũ. Nam quod bello amisimus, aut etiã citra bellũ, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere. Idq; naturali æquitate introductũ est: ut qui per iniuriã ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redijsset, pristinũ ius suum reciperet. Notandũ est aũt, inter Christianos, cũ illi ex lege CHRISTI omnes sint fratres, ius Postliminij non esse. Hincq; uidemus antiquissima cõsuetudine introductũ, ut capti, libertatẽ non amittant, sed præstita uictori pecunia, ueniã recedendi impetrent. Qua ratione etiã arbitratur nobilissimus Iureconsultorũ Andreas Alciatus, capta in bello Christianorũ plus q̃ ciuili, capientiũ non fieri: & id præsertim in eo, quod forũ conscientiæ uocamus: licet Theologi, uel Matæologi potius quidã aliter senserint. Nisi ab his capta sint, qui libertatem suam tuentur, & iniuste ab aliquo Tyranno uexantur. Vnicuiq; em̃ iure naturali permittitur defensio: quã nec Christiana lex nobis abstulit. Alioquin si duo Principes de Imperio belligerent, ridiculũ est credere, permissum esse militibus alterutrius sub-

Inter Christianos ius Postliminij nõ esse.

Defensio non sublata Christianis.

utrius subditos spoliare: cum eorum nihil intersit, uter regnet, paratiq; sint illi uictoris Imperio obsequi: & quod diuus Petrus in priore Epistola præcipit, subditi esse cuiuis humanæ creaturæ propter Dominum, siue Regi, siue præsidibus. Rom.13.

Ergo ubi deposito tandem mansuescere ferro,
Et reditu optato patrios inuisere fines,
Regia belligeris indulsit gratia turmis:
Protinus abscessu tristes, gemituq; profundo
Pectora pulsantes, & largis ora rigatos
Fletibus aspiceres: adeo sub Principe miti,
Dulce uiris fuerat quosuis tolerare labores.
Ipse quoq; emeritos grato solenniter ore
Extulit, & digno laudauit honore cohortes,
Dimisitq; uiros: quorum pars gurgite uasto
Et Veneto deuecta mari, natalia rura
Contigit, & patrios aspexit læta penates.
Ast alij fines, extremaq; claustra iacentis
Italiæ, duris horrendas rupibus alpes
Agmine non uno repetunt, non prorsus eodem
Limite, sed uarijs anfractibus arcta locorum,
Difficilesque uias, & tristia claustra sequentes,
Vix tandem patrijs longus labor intulit aruis.

Quorum pars gurgite uasto, Et Veneto deuecta mari. Inter quos primates fuere Peregrinus Aquileiensis patriarcha, Eberhardus Babenbergēsis Episcopus, Bertolfus Comes, Henricus Carentanorū Dux, Odöacer Stirensis Marchio.

At qui de Tuscis aderant, Italisue frequentes
Vrbibus, hi facili cura, spacioq; minori,
Ad sua diffuso redierunt mœnia cœtu.
Sic ubi multifidos uno de fonte meatus
Vnda secans, uarios seiunctis cursibus amnes
Efficit, hos leni per plana iacentia lapsu
Serpentes, alios inter caua saxa sonantes,
Lucratosque diu diuersa sede receptat,
Serius, aut citius, protractu gurgitis æquor.

Sic ubi. Et hæc Comparatio satis arguit Guntheri nostri ingenium: eiusmodi uel hoc seculo non omnino spernendum esset.

Non tamen emissa tantorum plebe uirorum
Vel Princeps uacuus, uel curia sola remansit.
Non est magnorum cum paucis uiuere Regum.
Quodlibet emittat, plures tamen aula reseruat.
Nec Princeps latebras, nec sol desyderat umbras:
Abscondat solem qui uult abscondere Regem.
Siue noui ueniant, seu qui uenere recedant,
Semper inexhausta celebratur curia turba:
Vt mare cum largas mundo disseminet undas,
Semper inexhaustis fœcundum pullulat undis.

Vt mare. Simile & hoc apposite attulit, q̃ prius usus est autor Panegyrici Maximiano & Constātino Augg. dicti.

Ergo bona quamuis dimiſſa parte ſuorum,
Senogalli. Senones. Semnones. Magna tamen Princeps, & ſolo Cæſare digna
Caſtra mouens, per eam quæ nunc Senogallia fertur,
Quod Senones illam Galli tenuiſſe putantur,
Cum premerent trepidam peregrino milite Romam,
Appennine tuos properat contingere colles.
His quoq; tranſcenſis, planis in finibus illum
Excipit, exiguo perfuſa Bononia Rheno,
Quæ quaſi plena bono, læto trahit omine nomen.
Hic quoq; diſcedens, Italarum rector aquarum.
Te Pade tranſgreſſus, Veronæ plana potentis
Contigit, & notis poſuit tentoria campis,
Qua rapidas Atheſæ torrens agit impetus undas.

Quę nunc Senogallia fertur, Quod Senones illam Galli. Dicuntur & Semnones, qui poſt Albim uerſus ortũ ad Sueuum fluuiũ habitabant: hij e Germania in Galliam uenientes, Senam urbem condiderũt. Sillius, Et Senonũ de nomie Sena. Item Gotfridus Viterbienſis, ut citat ab Althamero, Condit apud Gallos, Senẽſem Brennus & urbem. Gentis Senorũ naturam deſcribit Florus cap. 11. primi.

Cum premerẽt trepidam peregrino milite Romã. Hiſtoriam exactiſsime recenſet Plutarchus in eo libro, quẽ de Ro. Fortuna inſcripſit, & nuper Budæus Gallorũ doctiſsimus, latine uertit. Meminerũt item Hiſtorici fere omnes huius belli qui Romanã hiſtoriam conſcripſerunt: ꝗd & apud Poëtas uulgatiſs. Omnes autem reliquias Senonum in Ethruria ad lacum Vadimonis Dolobellam deleuiſſe, ne quis extaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romanam urbem gloriaretur, autor eſt Florus in fine cap. iam citati. Exiguo Rheno. Amne paruo, ad noſtri Rheni differentiam, omnium Germaniæ fluuiorum celeberrimi. Rhenus Bononienſis oritur in Appennino, producitq; iuxta Bononiam calamum, quo nullus ſagittis aptior, ut ſcribit Plinius. Plana. Planiciem. Atheſæ torrens. Huius ortus Germaniæ adſcribitur, licet ruat in Venetos deſerto Teutone campos, ut cecinit Huttenus, & ante eum Celtes, uiri Germani uere Franci. Regioni nomẽ dedit, quam nos Etſchlandiam uocamus. Nobilem olim Norici regni, deinde Tridentini Ducatus fuiſſe portionem conſtat. At hodie regio omnis Auſtriacis Principibus titulo Tyrolenſis Comitatus paret. Torrentem autem uocat, quod ex montium iugis originem trahens, in ualles deſcendit. Impetus. Aduerbium eſt. Aſtipulatur autor Panegyrici Conſtantino Aug. Conſtantij filio dicti. O miſerabilem, inquiens, Veronenſium calamitatem, quos non tam tua, q̃ inteſtina ſatellitum preſsit obſidio. quippe Atheſis ille ſaxis aſper, & gurgitibus uerticoſus, & impetu ferox, oppugnationẽ prohibebat, omnẽq; retro regionẽ euehendis copijs tutam, defenſamq; præſtabat.

Rhenus Bononienſis.

Atheſis.

Mos erat a ueterum traductus tempore Regum,
Et ſtabili multos ſeruatus iure per annos,
Conſuetudo. Siue petat Latiam regnator Teutonus urbem,
Siue ſacer rediens, ſua ſigna reportet ab Vrbe,
Vt latum iunctis pontem Verona carinis
Per medias Atheſæ porrectum conſtruat undas:
Quo ualidus Princeps intactis mœnibus urbis
Tranſeat, adq; ſuas tranſmittat rite cateruas.
Vnctio. Tunc quoq; connexis fragili compage carinis,
Deſuper iniectis leuiter gens perfida lignis,
Extruxit facili ceſſurum pondere pontem.
Vt cum noſter eques tabulata ſonantia tutus,
Atq; uacillantes incerto pondere naues
Iam premeret, nexu ſeries infida ſoluto

Et ſtabili multos. Periphraſis uetuſtiſsimæ, & poſt hominũ memoriã Conſuetudinis: quæ priuilegij ius habet, & qualis nunc eſt, præſumitur ſemper retro fuiſſe: eſtq; illa firmiſsima præſumptio, quã uulgo iuris, & de iure uocant. Siue ſacer rediens. Hoc eſt, unctus a Romano Pontifice. Aiunt patres inſtituiſſe, ut quemadmodum Hebręis unctio ſacri unguenti nomen ac poteſtatem regiam conferebat, ita Reges Chriſtiani populi, ſacro perunge-

Cederet, & rapidas ferreretur miles in undas.
Præterea cęsis riparum in fronte salictis,
Struxerat in multos fruticum ramalia fasces,
Quos quasi fortuitu uenienti gurgite raptos
Prona catenatis infligens unda carinis,
Solueret, infidum decępto milite pontem:
Vt iam teutonicæ transmissa parte cohortis,
Gurgite præcluso, reliquos inuaderet hostis
Impius, & dirum satiaret sanguine ferrum.
Cassa fuit miseris infandæ machina fraudis,
Et magno uentura malo, nutuq; superno
Incidit in foueam quam foderat improbus hostis.
Nam simul innocuo per certa pericula gressu,
Immemores fraudis se traiecere cateruæ:
Cumq; hos a tergo quidam de plebe feroci
Attentare dolis, subitoq; lacessere bello
Cœpissent, refugoq; gradu transire pararent,
Inueniunt rupta pontem compage solutum,
Seq; intercæptos, subitaq; uoragine clausos,
Et tabulata nouo mirantur hiantia lapsu.
Quos ibi comprensos, & nil rationis habentes,
Attonitosq; malo, iugulat mox Teutonus ultor.

rent chrismate, certis ad hibitis ceremonijs, de q bus latius lib. 7. & octauo tractabimus. Olim Romanis Imperatoribus indumentū purpuræ insigne fuit regiæ dignitatis assumptę. Autor Lactātius. Tunc quoq; connexis. Memorabile hoc Italicæ fraudis atq; perfidiæ exemplum, Otho quoq; Pontifex diligenter retulit in cap. 25. secūdi rerum Aenobarbicarum. Incidit in foueā. Nec mirū, si Poeta Christianus, et monachus, usurpet e carmie Hebræi Vatis prouerbialem sententiam, canentis Psalmo. 7. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Similis est illa Ethnici Poetæ. Lex non est æquior ulla, Quam necis artifices, arte perire sua. Imo iuxta mimum prouerbialem, incertum cuius, Bis interimitur, qui suis armis perit. De plebe feroci. Veronensium scilicet.

Purpurā Regalis.

Guntherus monachus.

Ventum erat ad fauces, angustaq; claustra uiarū,
Qua se nubiferis horrendæ rupibus alpes
Exiguo tantum penetrandas limite præbent,
Vniusque capax scopuloso semita calle
Arcta laboranti pandit uestigia turbæ.
Hinc fractis prærupta iugis, tenebrosa uorago
Pandit inane chaos, baratriq; simillimus horror
Exanimes fecisse potest, Athesamq; fragosis
Sub pedibus rauco certantem murmure saxis,
Accipit attonita, quam non uidet, aure uiator.
Hinc se nubifero super æthera uertice rupes
Tollit, & ingenti late loca protegit umbra.
Aeque supercilio scopulosi uerticis unus
Conatu facili, lapsuraq; saxa mouendo
Mille potest arcere uiros, aditusque uiarum
Claudere, uel missis ibi cautos perdere saxis.

Ventum erat ad fauces. Locum uulgus appellat Clausurā, seu Clusam Veronensem, Germani, Berner Kluse.

Huc se contulerat ferus, infandusque satelles
Albricus, cupidus scelerum, cupidusque rapinæ
Horridus, acer, atrox, ex ordine natus equestri:
Ciuis erat Verona tuus: iurataq; turpi
Obsequio, monstrisque nouis adscita iuuentus
Cum domino peritura suo, miserasque parentum
Orbatura domos, longoq; labore petitam,
Rupis inaccessæ sedem statione latenti
Seruabant, durumq; nefas ac turpe parabant.
His erat in uoto precijs spoliare coactis
Agmina, uel missis aditum præcludere saxis.
Complacuit tentare dolos, facinusque fateri,
Donec in angustas fauces, insidaq; totæ,
Ignaræ fraudis, cecidissent claustra cohortes,
Atq; ideo paucos tuto præcedere passi
Continuere manus, ad grandia monstra paratas.
Sic uenator apros, fuluosque agitare leones
Instituens, timidos lepores, damasque fugaces
Dissimulat: prædamq; pudet captare minorem.
Ipse sub ingenti latet alte fornice rupis,
Clamososq; canes ibi habet, cupidosq; molossos
Comprimit, ut nullis quatiant latratibus ora,
Donec cornigeri ueniant in retia cerui,
Trux leo, sæuus aper, maculoso uellere pulcher
Pardus, & hirsuti rapidis cum tigribus ursi.

Sic uenator apros. Comparatio mire elegans, ut fere omnes sunt in toto opere.

Non tamen occulti potuerunt fallere Regem
,, Instrumenta doli: cœlestia pectora sane
,, Nil transire potest: Sapiens quod prædicat, hoc est,
Principibus fili tacitus maledicere noli.
Portat auis cœli maledicta latentia Regi.
Comperit ergo dolum Cæsar, sensitq; furorem,
Nec placuit certo sua tradere castra periclo,
Factaq; sacrilegis Romani subdere Regis.
Protinus e nostro præmissis agmine paucis,
Imperat infando tutos desistere cœpto.
Possessam sedem, tumidamq; relinquere mentem.
Infremuit uesana manus, lapidumq; rotatu
Imperiosa uiros abigit mandata ferentes.

Solomon trinomius.

Sapiens. Solomon, per Antonomasiã, quẽ diuus Hieronymus autoritate scripturæ tradit, tribus nominibus uocatum fuisse: Salomonem, id est, Pacificum: Idida, hoc est, dilectum Domini: & Ecclesiasten, quem nos nuncupare possumus Concionatorẽ: eo q; loquatur ad populũ, & sermo eius non specialiter ad unum, sed ad uniuersos generaliter dirigatur. Eumque dicit iuxta numerum uocabulorum tria uolumina ædidisse, Prouerbia, Eccle-

ſiaſten, & Cantica Canticorum. In Prouerbijs paruulum docet: in Eccleſiaſte maturæ uirum ætatis inſtituit: in Cantico Canticorum iam conſummatum uirum, & calcato ſeculo præparatum, Sponſi iungit amplexibus. Haud procul ab hoc ordine, teſte eodem, doctrinarū, & Philoſophi ſectatores ſuos erudiunt: ut primū Ethicam doceant: deinde Phyſicam interpretentur: & quē in his profeciſſe perſpexerint, ad Theologiā uſq; perducant. Hunc tamen ordinē loquaciſſimi Theologiſtæ Pariſienſes, & Academiæ illos ſecutæ, ſubuerterūt. Principibus fili. Hæc ſumpta eſt ſententia ex Eccleſiaſte, in fine em̄ cap. 10. Solomon ait. In mente tua Regi ne maledixeris, & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diuiti: quia uolucres cœli auferent uocē tuam, & habens pennas, annunciabit uerbū. Hunc locum enarrans ipſe ſacer Hieronymus dicit. Simplex præceptum ædificat audientes: ne ira & furore ſuperati, in maledictum & detractionem Regum & Principum prorumpamus. Quia contra ſpem interdū euenit, ut ijs quibus maledicimus nunciètur, & incurramus periculū immoderatione linguæ. Sed & Ethnici ſua ſententia eius periculi admonuerūt ſuos: quā refert Ariſtoteles in tertio Polyticorū, & Eraſmus explicat in principio Centuriæ ſecundæ Chiliadis primæ. Maledicta. Conuitia, a quibus tantū Solomon cōercet periculo oſtenſo. Cuius tamē ſententiā Matæologi detorſerunt ad ſtabiliendā malorum Principum autoritatē: quos tam uere corripere licet, q̄ non expedit eis detrahere. Quod factitatū ſcimus a priſcis uere, tum Epiſcopis, tū Abbatibus CHRISTI gloriæ cultoribus. Sacrilegis. Pro Maieſtatis læſæ reis: q̄d, ut Vlpianus ait, proximū ſacrilegio crimen eſt, q̄d maieſtatis dicit. Maieſtatis aūt crimen eſt illud, q̄d aduerſus populū Romanū, uel aduerſus eius ſecuritatem cōmittitur. Quod tamē ius in ſe, ſuosq; domeſticos a conſilijs tranſtulere Principes.

Prouerbia.
Eccleſiaſtes.
Cantica.
Principi non maledicendū.
Sacrilegium.
Crimen læſæ Maieſtatis.

Intererant noſtris ſub eodem tempore caſtris
Ex Veronenſi iuuenes duo plebe creati,
Hunc Iſaac, hunc Carzabanum Verona uocabat,
Tempore qui longo regalia ſigna ſecuti,
Obſequio Regi ſe commendare fideli
Certabant, ſtudioq; pij placuiſſe fauoris:
Hos quaſi conciues, & ob hoc ſecurius illis
Iure ſodalicij pro Cæſare uerba daturos,
Ire iubent proceres, mentiſq; ferocia corda,
Conſilioq; feras ſæuorum frangere mentem.
Quos uelut ignotos nihilominus impia turba
Exaudire negans, ut certos reppulit hoſtes,
Ac niſi ſe certo redimat plebs noſtra tributo,
Lorica, uel equo, pro quolibet ante relicto,
Et caput ipſe ſuum multo Rex liberet ære,
Nunquam ſe tutos aditus concedere, nunquam
Tranſmittenda locis urgentibus agmina iurant.

Iuuenes duo. Illuſtres uiros, equeſtriſq; ordinis fuiſſe, Veronæq; natos, Otho noſter autor eſt. Conciues. Latinā uocem non eſſe plæriq; arbitrantur. Sodalicij. Pro municipij dixit. Inde Municipes, qui in eodē municipio nati ſunt. Fiunt autem municipes non tantū natiuitate, ſiue origine, ſed etiam manumiſsione: item adoptione: & demū allectione, cū reſpub. aliquē eligit, & in ciuē aſſumit. Impia turba. ſcelerata coniuratio. Plebs noſtra. Militem quēq; Cæſ. noſtri Imp. Friderici intelligit. Multo ære. Id eſt, pecunia. Cuius appellatio oēm pecuniā complectit, quod uetuſtiſſimorū Romanorū pecunia in ære conſiſtebat: quoniam propter eorum paupertatem, rarus illis argenti, rarior auri uſus fuit: indeq; æris appellatio pro pecunia accipi conſueuit: & quāuis domitis nationibus in maximas diuitias excreuiſſent, ſeruauerūt tamen antiquū nomen, & ſiue pecunia aurea, ſiue argentea eſſet, æs appellabat.

Municipes.
Cur æs omnē pecuniā complectatur.

Viſa fuit Regi miſerabilis, atq; pudenda
Condicio, tactuſque graui ſic incipit, ira.
O ſocij, proceres que mei, ſolatia caſus,
Quos mundi dominos, & certo iure potentes
Imperioſa facit Romani gloria regni:

O ſocij. Concio Aenobarbi Imp. qua inuitat militum uirtutem ad extremū laborem fortiter ferendū: haud multū ab illo Virgiliano abludētis, O ſocij, neq; enim

Cernitis in quantum maieſtas regia tandem
Venerit obprobrium, poſt tanta negocia regni,
Poſt expugnatas armis uictricibus urbes,
Imperijcꝫ ſacro ſuſceptam more coronam,
Poſt multas ſcelerum pœnas, cladeſque nocentum:
Cum iam ueſtibulum patriæ, primoſque penates
Optataſque domos reduces intrare paramus,
Proh pudor, a paucis prohibemur inertibus, ultra
Regali tranſire uia, nec uertere curſum
Fama, pudorcꝫ ſinit: nec longius ire nocentum
Sęuitia prohibente licet: paucicꝫ latrones,
Improbæ Romano poſcunt a Rege tributa,
Cuius ad arbitrium diſponitur omne tributum,
Et capitoliciam cogunt appendere ſummam,
Quo caput in toto non eſt mage nobile mundo.
Non decet a timido redimi latrone metallo,
A quo ſæpe rei, nullo licet ære redempti,
Accipiunt propriam donato crimine uitam.
Nec me damna mouent, ſed triſtia fœdera terrent,
Fœdacꝫ manſuræ fugio commercia famæ.
Sed dabimus iuſtum, dabimus quandocꝫ tributum,
Quale decet Regem perſoluere, ferre latronem.
State uiri fortes, libet expugnare nocentes,
Aut hic, aut nuſquam gelidam tranſibimus alpem.

Regia uia. Capitolicia ſumma. Tributum. Stipendium. Metalleia. Metalla.

ignari ſumus ante malorum, O paſsi grauiora, dabit Deus his quocꝫ finem. Regali uia. Hoc eſt, publica: quę cum populo debeť, quanto magis Ro. Principi: ad quē etiā maxime illius ſecuritas ꝑtinet: inter cuius regalia quocꝫ referť cap. 1. q̄ ſint regalia. Capitoliciā ſummā. Hoc eſt, pecuniā, ni fallor, in ſingulum caput indictam. Tributum autem pro pecunia, ſiue quouis alio munere, uideť accipere: qua uoce olim merces, ſiue ſtipendiū militum, teſte Pomponio Iureconſulto, ſignificabať. Sed Tacitus Tributum accipit, quod Prouinciales ipſi præſtant: Stipendium, cum militibus datur.

Metallo. Auro. Metalleia dicitur a Græcis inueſtigatio metallorum, auricꝫ potiſsimū. ut ſcribens in. 9. Aſini Apuleiani librum Beroald. teſtatur. Nomine autē metallorū, omnia quæ fodiuntur ex uenis terræ ſignificantur. Sic metalla auri, argenti, æris, plumbi dicta Plinio, & cæteris pure latinecꝫ ſcribentibus. A quo ſæpe rei. Tam immenſa Ro. Principis poteſtas eſt, ut nocentes conuictos, iamcꝫ per ſententiam latam ultimo adficiendos, uita donare poſsit. Id, quod nonnulli exiſtimant haudquaquàm fas eſſe, prouinciarum præſidibus, nedum minoribus poteſtatibus. Quamuis apud nos interdum tum a Principibus, tum a Comitibus, ījs dènicꝫ qui in Baronum Centuria habentur, uidemus, e manibus eripi ducentis iamiam damnatos ad ſententiam patiendum. Aut hic, aut nuſquam. Scilicet tranſeundum nobis, aut immoriendum. Vox forti animo uiri digna, in ultimum adducti diſcrimen, anteponentiſcꝫ ingloriæ uitæ mortem. Nec multum diſtat a celebrato illo Lacenæ cuiuſdam apophtegmate. quæ filio tradens clypeum dixerit, Aut hunc, aut ſuper hunc. Laconice ſignificans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum. Scribunt Lacedemonios hoc animo ſolitos inire prælium, ut aut uictores redirent domum, aut uicti occumberent.

Ro. Principis immenſa poteſtas.

Sic ait, & poſitis agmen conſiſtere caſtris
Imperat, ignauos cupidus punire latrones.
Omnia uerſanti, quiddam rationis apertæ
Incidit in mentem, ueluti conſcenderat ante
Turba nocens, ita poſſe ſuos ſuper ardua rupis
Ferre gradum quocumcꝫ modo: iuueneſcꝫ ducentos

Pectora ſignifero fortiſſima tradit Othoni:
Hos iubet ex omni ſecretas parte petito
Aſcenſu, tentare uias. Paretur, & armis
Inſtructi leuibus, ſed firmo pectore tuti
Magnanimi iuuenes, ſyluas & confraga rupis,
Vndique multiuago ſcrutantes limite luſtrant.
Vix inter ſcopulos, & acutas denique cautes
Conſpexere locum, quo ſe promittere tandem
Magna uidebatur peragendi cœpta facultas.
Protinus anguſto nituntur ad ardua calle,
Cautibus infringunt ungues, & ſi qua uetuſto
Prominet e ſcopulo putri iam ſtipite radix,
Hanc nitente manu prendunt, humeroq; priorem
Subuehit, attollitq; ſequens, primusq; ſequentes
Attrahit, & ſtudijs alterna iuuamina præſtant.
At ſi forte uiris pręciſa ſemitą rupe
Nulla patet, ſolitis ingentes nexibus haſtas
Scalarum ſimulare gradus, ſuſpenſaq; longe
Non dubitant niſu ueſtigia ferre ſub auras.
Sic ubi conſumpto uix eluctata labore
Conſtituit in ſumma bellatrix rupe iuuentus
Regia, quæ tacitus ſecum ſub ueſte gerebat
Signa potens erexit Otho, ſtrepituque feroci
Terribiles ſonuere tubæ: clamore uirorum
Hactenus ignoto mirantia ſaxa reſultant,
Saxa feris tantum, feſſisq; uolantibus ante
Cognita, uentoſis uix unquam tacta procellis.
Obſtupuit peritura cohors, ubi regia ſigna
Vidit, & adſtantes ſummis in rupibus hoſtes.
Quid faciant miſeri: præruptis ardua pinnis
Saxa fugam prohibent, pugnã mala cauſa, metusq;
Impedit, & trepidę tenuis fiducia dextræ.
Attonitos, penitusq; animi ratione carentes
Regius aggreditur miles, reliquiſque peremptis
Cum duce capta ſuo, turpi biſſena reſeruans
Corpora ſupplicio, grato pro munere Regi
Exhibet hos omnes: excępto ſcilicet uno,
Qui ſocios propria iuſſus ſuſpendere dextra,
Obtinuit miſeram regali munere uitam.

Signifero Othoni. Palatino Comiti. Fortiſſima pectora. Nata bello, appoſitiue.

Gallus erat. Huius ad Fridericum Imp. uerba, referente Pontifice Friſingen. talia ſunt. Audi Imperator nobiliſsime, miſerrimi hominis ſortem. Gallus ego natione ſum, non Lombardus, ordine quamuis pauper eques, conditione liber, caſu, non induſtria his latronibus adiunctus, p̃ reſarcienda familiaris rei pecunia. Promiſerunt ſe ducturos me ad loca talia, ubi mea poſsit releuari inopia. Credidi miſer, conſenſi credulus: ductus ſum ab iniquis, & ſeductus ad hæc infortunia. Quis enim in quolibet mortalium tã præcipitatę mentis ſperaret inſaniam? tam furentis animi expectaret audaciam? Quis a proprio cliente has ſuo Principi Vrbis & orbis dominatori, necti crederet iſidias? Parce Princeps, parce miſero, parce miſerabiliter ſeducto. Hũc itaq; ſolũ, ut ipſe Otho Pontifex, & noſter eum ſecutus Guntherus refert, Imperator, de cæteris ſententia mortis eripiendum decreuit. Hoc ei tantum pro pœna impoſito, ut funibus ceruicibus ſingulorum appo-

Gallus erat, nuperque dolis adſcitus iniquis
Inſcius, huic parcens, aliorum guttura duro
Elidi laqueo iuſtiſſimus imperat ultor.
Sic cruce, uel gladio quingentos ultima mortis
Fata ſubiſſe ferunt: omnes ex ordine equeſtri
Ingenuos iuuenes, quos regia uulnera paſſos,
Supplicioq; ſuo cunctis exempla daturos,
Teutonus in magnos miles congeſſit aceruos,
Corporibuſque ſuis extincti, & ſtrage cruenta
Obſtruxere uiam, quam uiui fraude ſuperba
Tentauere pio fruſtra præcludere Regi.

ſitis, ligni ſupplicio com militones plecteret.

At Rex Italiæ fauces, anguſtaque clauſtra
Præteriens, placitum prima ſtatione Tridentum
Contigit: hic multos natalia rura petentes
Dimittens, uicina petit placidiſſimus hoſpes
Mœnia Brixnoræ: mox illum Norica læto
Terra ſinu uerſo reducem iam ſuſcipit anno.

Bauzanum. Hic multos. Bauzani id factum ſcribit Friſingenſis, quod oppidum ſecundum eum in termino Italiæ, Baioariæq; ſitum, commendat a uino dulci, qd' in exteras nationes mittat. Tenet hodie primas, quod in agro Traminiano naſcitur: ſecundas Eppianum, quod ſit totius nobile emporiũ regionis. Deinde quod Bolzanici eſt agri. Itali enim nunc Bolzanum appellant, nos noſtra Botzen, uicinis nationibus locus notiſsimus. Hic autem limitem ſuum Germania modo non agnoſcit, ſed ad pagum Neuiſsium, qui diſtat a Bolzano, noſtratibus miliaribus quinq;, Tridentum uerſus. Botzen.

Nec de tam multis generoſi Principis actis
Credidimus nobis tenui tentanda camœna:
Ac ueluti plena raros ex arbore flores
Carpimus, & paucas numeramus in æthere flãmas.
Nam ſi continuo libeat perſcribere tractu
Quicquid in Italiam tendens, aut inde reuertens,
Aut quocunq; loco poſitus, tam fortiter ille
Quam ſapienter agit, quis iam, precor, omnia codex
Hæc capiet? ſcriptorue manu properante notabit?
Non eſt exigui de tanto Principe uatis
Scribere: magnificum deſyderat ille poetam,
Nos animo tenues, & nullo robore fulti,
Sudamus facilem magno ſub faſce laborem.

Nec de tam multis. Hanc ipſam apud Othonem Friſingenſem legimus excuſationem. Vnde apparet, Guntherum dedita opera, hiſtoriam omnem, ut primum ab Othone põtifice cœpta, tum quatenus deinde a Radeuico deducta eſt, carmine reddidiſſe, nihil eorum, quorum illi meminiſſent, intactum relinquendo.

Adde, quod abſenti de multis pauca referre,
Remq; uerecundo leuiter perſtringere tactu
Sufficit: hij ſolide poſſunt deſcribere geſta,
Quos oculata fides, ſimul & præſentia facti
Inſtruit, & notus falli non ſuſtinet ordo.

Oculata fides. Vnde, ſi quis rem narrat parum ueriſimilem, rogare conſueuimus, num ea conſpexerit? Quod ſi neget, uerum audiſſe modo ridetur.

Nos procul absentes, regalia cernere facta
Cæsaris indigni, uulgata superstite fama,
Paucula de multis tenui suscepimus aure.

LIB. Quarti Finis.

¶ Argumentum LIB. QVINTI.

¶ Quintus in occursum redeuntis concitat urbes
Principis, expansis hilarescunt oppida ualuis.
Bellorum strepitus, incendia, damna, rapinas
Vindicat, & merita consumit clade nocentes.
Cumque Palatino, Comites bis quinque potentes,
Ferre canes scapulis fœdissima pondera cogit.
Omnibus in formam solida iam pace reductis,
Casta Beatrici partitur fœdera lecti,
Nominis antiqui patruo uir mitis honorem
Seruat, & esse nouum iubet Austria rura Ducatum.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de Gestis FRIDERICI .I. Aenobar. AVG. Liber Quintus.



RGO SVI REDITV gaudēs Alemannia Regis
Maioremque uidens, quā miserat ipsa redisse
Fascibus, & summæ cognomine laudis onustum,
Eius in occursum proceres, populosque fideles
Excitat, & totas deuotis mœnibus urbes,
Læta parere iubet, gratumque impendit honorem.
Sic quondam duri post multa pericula belli,
Thermodoonciaco referentem signa triumpho,
Adiecisse suis gaudentem plurima regnis,
Thesea Cecropiæ reducem uidistis Athenæ.

¶ IN LIBRVM Quintum LIGVRINI, seu de rebus Aenobarb. Scholia Iacobi Spiegel.



Aioremque uidens. Appellatū .s. Christiani populi Imperatorem: quo titulo gaudebat Imp. Cæs. Maximil. Sic quondā duri. Cōparatio pulchra. Belli. s. Amazonici, & quidē uulgatissimi, cum poetarum, tum historicorū celebratione. Thermodoonciaco triumpho. Quod ad Thermodontis ripas Amazones consederint, ut aiunt, in campo, qui Diantis appellabaē. Hic fluuius Araxes antea dictus, & Plutarchi tēpore Hemon appellatus ipso teste, in Antitauro oriri, Cappadociam perfundere, ostijsque nonaginta sex in mare se condere traditur. Araxes. Obseruauit grammaticorum nostræ ætatis Princeps Ianus Parrhasius in Thermodonte, no-

ſtros, hoc eſt, latinos, ſemper fere ſoluere, ultimum quod eſt apud Græcos, u. & Thermodωn dicere. Quod aliter in carmen heroicum non ueniret: cum mediam contrahat. Ouidius & Sillius tamen more Græcorum protraxerunt. Theſea. Huius ſecundum Herculem labores memorantur: cum quo primum Amazonas ſuperauit, rapta Hippolite regina. Cecropiæ Athenæ. Quia primus Athenarum rex fuit Cecrops, qui diphyes, id eſt, geminæ naturæ fuiſſe dicitur. Nota ſunt quæ Cicero dixit in laudem Athenarum, in Oratione pro Flacco. Plinius de Athenis loquens, paucisq; eius gloriam complexus, Libera hæc, inquit, ciuitas, nec indiga ullius præconij amplius: tanta claritas ſuperfluit. Hodie, o rerum mutationem, obſcurus uicus oſtenditur, ſic tamen ut de nomine prorſus ambigatur.

Theſeus.

Cecrops.

Principis in patruo rapto conflata Ducatu
Baugariæ, ſpirabat adhuc uetus illa ſimultas.
Hanc ſedare nepos cupiens mitiſſimus iram,
Vrbe Ratiſpona flagrantem, dulcibus illum
Conuenit alloquijs, multumq; diuq; laborans,
Non tamen eualuit ueterem ſopire querelam
Inter utrumq; uirum, ſolidamq; reducere pacem.
Ergo uiris aliud ſuper ijſdem rebus agendum
Colloquium ſtatuit, qua rura Böemica primos
Baugariæ fines, communi limite tangunt.

Ducatu Baugariæ. Vt uox hæc locum haberet in heroico uerſu, literam .g. adiecit. Nepos. Ipſe. f. Fridericus Imp. ut primo libro ſatis indicatum eſt. Ratiſpona. Pontifex Otho cap. xxviij. Secundi, unde partim ſumpta ſunt quę hic narrantur, partim ex pręcedenti cap. eam afferēs nominis rationem, quā Guntherus noſter in primo libro reddidit, hanc urbem indicat olim fuiſſe Regum Baioariorum ſedem, ut & ſua ætate Ducum. Vnde apparet, eam non ſemper fuiſſe in numero ciuitatum Liberarum, hoc eſt, earum quæ Imperatorem tantum agnoſcunt. Opinor autem commentum eſſe, quod Ratiſpona olim Noricum appellata ſit, a quodam Norice Herculis filio. Satis tamen liquet, quod Friſingeñ. pontifex Noricum pro Norimberga non ſemel uſurpat. Quod Stabio noſtro uidebatur defendi poſſe. Qua rura Boemica. Boemiam, quæ ſylua Hercynia undiq; cingitur, Albi fluuio media irrigatur, ab Oriente Morauiam, a Septentrione Saxoniam, ab Occidente Noricos, a Meridie Auſtriam habet, Germanici Imperij fuiſſe regnum, nemo negare poteſt. Origo gentis uulgata: quam mirum eſt Syluium ſecutum eſſe. Pluſquam anilis eſt fabula: cum Vandalicam aſſerat Crantius: & ex Tacito conſtet, a Bois illis priſcis (quos tamen ego puto non minus Germanos fuiſſe, quam Gallos Semnones) quos Marcomanni eiecerūt, Regioni nomen eſſe inditum. Principem uero gentis iam olim Electorum numero adſcriptum, uetuſtiores Germanorū Annales non memorant. Vnde minime uanam exiſtimant eorum opinionem, qui uolunt illum nuper aſcitum a Carolo Quarto: quo peſtilentior peſtis nunquam alias contigit Germaniæ, ut ſæpius dicere ſolebat Heros ille maximus, multisq; incomparabilis nominibus Cæſ. Maximilianus: quo cum Germanici imperij corona tranquillitasq; concidiſſe hactenus uiſa eſt.

Ratiſpona.

Boemia.

Maximilianꝰ.

Labeslaus.

Dūq; locū Princeps, fieret mora ne qua ꝑ ipſum,
Colloquij peteret, ſinesq; accederet illos,
Ecce Labeſlaus, ductore Boemia ſub quo
Tunc erat, Hermanusq; ſacræ comes inclytus aulæ,
Cuius erat tumido tellus circumflua Rheno,
Saxonicæq; potens Albertus Marchio terræ,
Occurrunt, reducemque metu, uel amore ſalutant.
Tantus quippe metus proceres inuaſerat omnes,
Qui ſua ſigna ſequi, patrioſque relinquere fines
Abnuerant, tantus trepidantes terror habebat,
Vt ſibi quiſque nocens, & ſe quoque Cæſaris ira

Ecce Labeslaus. Idem q ab Aenea Vladislaus appellatur, quem tamen Volaterranus, ſed perperam, Vratislaum uocat. Ductore ſub quo. Nam, poſt Vratislaum primū Regem, pluribus annis interregnum fuit: quod frater eius Chunradus, ac deinde Vratislai filij, non Regis nomine, ſed Ducis tantum uſi ſint, tanquam regni decus homini, non prouin

Iudice iam dignus læsum contenderet, omni
Obsequio placare Ducem, quem laude uenustum,
Insignem meritis, omni uirtute decorum,
Terribilemq; reis, præcurrens fama canebat.
Nam quanto terrore sui post terga timentem
Liquerat Ausoniam Rector, quantumque recedens
Vrbibus Italicis incusserit ille timorem,
Legati fecere palam, quos conscia culpæ
Ac metuens Verona suæ, post pauca securos
Tempora, Teutonicam supplex direxit ad Vrbem:
Quorum blanditias humiles, lachrymosaq; cautus
Tempore uerba suo posthac memorāda relinquo.
Scilicet hanc in se maiestas regia iusti
Vim terroris habet: ꝓcul, an ꝓpe, præsto, uel absens,
Semper terribilis, semper metuenda, suoque
Plena uigore manet, nullique impune premenda
Creditur, & semper cunctis, & ubique timetur.

ciæ datum fuisset. Verū hic Labeslaus, ut scribit in sequenti lib. Guntherus, ab Aenobarbo nostro rursus obtinuit sceptrum: quod operam ei magnopere in expugnatione Mediolani nauauerat. Huius Labeslai opus esse ferunt, nobilem illum pōtem supra Multauiam extructum. xxiiij. munitum arcubus, qui magnam Pragam, paruæ coniungit, Ratisponensi prælatum, nedū æmulum. Sacræ aulæ. Hoc est, palatij. A quo sunt dicti Comites Palatini, tam Rheni, quā cæteri, qui adsciti in aulam Principis, Comitib9 alijs eminētiores habiti sunt, in primo. s. post Principem honore. Non ignoro tamen, Irenicum tradere, Palatinis nomen inditum esse a Palatio, loco Rheno circumdato, quē nos Pfaltz appellamus, eiusq; proximo uersu poetam meminisse. Ego autem Cubam oppidum intelligo: quod ea tempestate sedes Co. Pal. Rheni fuerit. Nam quorum hodie regia Heidelbergum est, nulla eis prorsus parebat ditio earum regionum, quas nunc possident. Nam post Rhenum tum ærario Cæs. uectigalem, municipiaq; Imperij, locaq; Cœnobiarcharū, & Antistitum, in illis partim dominabantur Sueuiæ Principes, ut & in Francia nostra, & Comitatu Alsatiensi, partim Comites Linienses, Ebersteinianiq;, tum alij quidam reguli sua tenebant loca, uelut Imperatoris beneficiarij: donec post Friderici Secundi excessum, laboratum est primum ab Electoribus ciuili discordia, excipiente eam interregno multis annis, quo principum tandem res coaluere, beneficijs qualibuscunq; in genus concessis. Sub Carolo Quarto cæsaris fiscus proditus est, improbato etiam externis exemplo. Vnde factum est, ut posteri non nisi inanem magni nominis umbram repræsentent. Cætera Crantius noster nulla circumitione usus indicat. Saxonicæq; potens Albertus Marchio terræ. Intellige, Brandenburgensis, quem nuper ei Imp. Chunradus, cum iam absq; liberis excessisset Henricus, cōtulerat. Vnde diuturna illa inter Henricū Ducem Bauariæ, quem Lotharius Imperator simul, quia gener erat, Ducem Saxoniæ appellauerat: & hunc Albertū ex matre ipsi Henrico Duci fratrem, discordia sublata est. Quorū belli meminit Crantius in Saxoniæ suæ Sexto. Semper terribilis. Formidabilis, irrogatione pœnæ. Nulliq; impune premenda. Itaq; sapiens nunq; potentium iras prouocabit, immo declinabit: nō aliter q; in nauigando procellā. ut elegāter dixit Seneca.

Pons Multauiæ.

Comites Palatini.

Hoc quoq; colloquio, proceres hinc inde sagaci
Cæsaris imperio, rimantes pectore caussam,
Conatiq; diu tantos sedare tumultus,
Suscepto frustra tandem cessere labori.
Nam quamcumq; uiri tentarunt cudere formam
Pacis, ut hinc finem faceret transactio liti,
Spreuit, & in solita permansit Noricus ira,
Inq; salutato fremebundus Rege recessit.

Hoc quoq; colloquio. Pontifex Frisingēsis indicat se in horum procerum numero fuisse his uerbis. At cum multis modis ad transigendum nos, qui mediatorū ibi uice fungebamur, operā daremus, infecto adhuc negocio, insalutati abinuicem separati sunt.

Arbitratores. Nàm quamcunq; uiri. f. boni, quos Arbitratores uulgo appellant: qui tanquam boni uiri arbitrari & constituere aliquid debent, iuris dispositioni minime obnoxij, nec comminatione pœnę formidabiles: quorũ sententia magis Transactioni, q̃ iudicio cõformis est. Transactio. Transactio. Id est, concordia. Transigit enim, qui actionem sibi competentem, siue instituta, siue instituenda sit, aliquo accępto, caussa concordiæ committit. Hæcq; Transactionis uera & stricta est significatio. Generaliter tamen accipitur pro quocunq; actu, quo concordia inducatur, uel ab obligatione recedatur, uel ad finem aliquid ducatnr. Vnde transigere æstatem Plinius dixit. Sic & transigere diem dicimus. Inq; salutato rege. Sane id indignantis est, & contemnentis.

Princeps. Inde Ratisponę rursum reuocata potentum
Principis accitu conuenit turba uirorum.
Hic ubi iudicio Procerum, iurisque tenore
Maiores. Saxona maiorum Princeps in sede locauit,
Omnis Baugariæ studio iurata fideli
Cum Duce prima nouo sanxerunt fœdera patres.
At populus claræ possessor, & incola sedis,
Non tantum iurare Duci, sed & obside multo
Securam præstare fidem, compulsus ab illo
Paruit: hic siquidem maiori fœdera cura
Sunt exacta Duci, quod plebs ea fida priori,
Atque nouo poterat domino suspecta uideri.
Hic quoque multimodas, dubia sub lite querelas
Emersisse ferunt, quas inter maxima pene
Hæc erat, Arnoldus tuus, & Moguncia præsul,
Hermannusq; comes, magnę sub Principe summo
Acriter se inter conflictum litis agebant.
Nam dum Teutonicis Rector submotus ab oris
Ausonias premeret bello seu legibus urbes,
Tantus in arctöo belli furor arserat orbe,
Vt penitus concussa suas Alemannia clades
Fleret, & absentem reuocaret sedula Regem.
Hæc quoq; cum multis, sed fortior omnibus una
Hominium. Finibus ex Italis Fridericum caussa reduxit.
Sed tamen in tanto totius turbine regni,
Homagium. Tanto maiori pugnax Germania clade,
Senserat istorum uires iramque uirorum,
Quanto maior eis erat editiorque potestas.
Hos igitur Procerum strepitus, clamosaque regni
Pectore sedato dirimente negocia Rege,
Ecce tui ciues, Isaac bene notus in aula,
Carzabanusque simul, quorum (ni fallimur) ante
Mentio præcessit, timido cum præsule sedis,

Principis. f. Imperatoris: quoniam hoc uocabulum absolute monarcham significat, abusiue in cæteris usurpatum.

Maiorum. Horum appellatione etiam pater, & auus intelliguntur, sicut species in genere inest. Refert tamen Pomponius, a ueteribus superiores, maiores dici existimatos. Nam cum ultra tritauum parentes non dicerentur, necessario, qui supra erant, maiores appellabant. Quãuis hęc dictio simpliciter quandoq; compræhẽdit eos, qui natu maiores sunt. ut cum. M. Portius Cato Tusculo ortus primus sui nominis in Senatum allectus, uetutissimos Senatores, q reipublicæ fundamenta iecerant, maiores suos apud Salustium appellat. Omnis Baugariæ patres. Signat Prouinciales, Proceres, & Comites, qui tantum, ut Otho ait, hominij uoce recepta tunc, siue, ut hodie homagij, ęque peregrina usurpata dictione, sacramento obligabantur: populus uero ad iusiurandũ, uadimonium, hoc est, obsides præstare cogebatur: ut & Poeta indicat, per studium fidele, nexum siue obligationẽ intelligens, ut liceat ita dicere, homagialem.

Tentamenta

Tentamenta precum, placidas ad Cæsaris aures
Et populi mandata tui Verona ferebant.
Vtq; uiris aditus datus est, coramq; loquendi
Copia, facundo Præsul sic incipit ore.
Veronę mandata tuæ, populique fidelis
Verba precesq; tibi Romani maxime Rector
Nominis, eiusdem uix dignus Episcopus urbis
Perfero: nec dubium mihi persuadere laborem
Eualuere prius, quam totus mente sub una
Ecclesiæ populus maioris in æde receptus,
Omnia quæ nobis ad te referenda dedissent,
Teste Deo, sanctisq; suis, promisit, & actu,
Et plena seruare fide, quis crederet ullum
Fraudibus esse locum? poterant si fallere uellent,
Alterius famam certo obiectare pudori,
Atque alij mandare dolos, & parcere patri:
Sed quia pura fides, nullo fucata colore,
Mandatis inerat, placuit committere nobis:
Atq; ideo comites me rum grauitate probatos
Adiecere uiros, longo quos ipse fideles,
Agnouisse potes castrorum & temporis usu.
Audijt, & doluit tumida feritate latrones,
Non ciues Verona suos, transire paranti
Insidias posuisse tibi, quis dicere ciues
Audeat, in proprium molitos impia Regem?
Qui uiolat ciuem, conciuis desinit esse,
Qui uiolat Regem, quis posset dicere ciuem?
Sed bene quod meritam subijt manus impia pœnã,
Et proiecta feras uolucresq; cadauera pascunt,
Ossa peremptorum tumulis Verona negatis,
Atq; feros manes, & nomina sęua nocentum
Damnat, & irati natos odere parentes.
Ac ne forte tibi nostra uideatur ab urbe
Consilium prodisse doli, quocumq; iubebit
Regia nobilitas, sese promttit, & offert
Purgandam Verona modo, fideiq; probandę
Spondet, & innocuæ certissima pignora mentis.
Nec ne adstricta tibi sacro Verona tenetur
Fœdere, nonne tuas excępit prima cohortes,

Veronæ mandata tuę. Territi Veronenses scelere suorum, qui impedire transitum Cęsaris moliebantur, missis protinus Legatis, se excusant. Quib9 auditis, certo fœdere interposito, in gratiam redeunt. Erat enim tunc iuris imperialis, ut Padua, & plęraq; alia loca. Episcopus urbis. Veronẽsis. s. Et actu. Hoc est, opere, siue re ipsa, uel facto. Et plena seruare fide. Semidoctũ uulgus tenere, promissum dicit, seu non de esse promisso: quod probis est autoribus, suam fidem liberare, & Iurisconsultis, bona fide præstare. Comites. Collegas. Et proiecta feras. Aelianus de uaria hist. scribit, primũ fuisse Herculem, qui funerare in bello corpora monstrauerit, quum antea teste Homero projicerentur, auibus prædam tributura, canibusq; cruentis.

Ius funeris bellici.

Tumulis Verona negatis. Sepulturæ magnã curam apud Romanos fuisse, indicant multa de religiõe sepulchrorum: & pœnæ legibus additę, qui hoc, uel illud cõmiserit, insepultus abijciatur. Sicut illis apud Declamatores, qui parentes in calamitatibus deseruerit, insepultus abijciat. Qui caussas mortis in Senatu non reddiderit, insepultus abijciatur: homicida insepul-

Sepultura.

Cum peteres magnam felici milite Romam?
Nec ne tuos iterum reditus, conuersaq; læti
Vidimus, & patrijs dimisimus agmina terris,
Quæ totiens gauisa tuis occurrere castris
Cernitur: infidam frustra ne dixeris urbem,
Desine paucorum contagia morbida quæso
In totum transferre gregem, culpaq; carentes
Exæquare reis: insontes culpa nocentum
Non trahat, ex proprijs iusto sub iudice factis
Præmia, seu pœnas meritorum quisq; reportet.
Nos sumus innocui, iustam quam debuit iram
Excępit scelerata manus: iam parce fideli
Deuotoq; tibi populo, potiusq; rebellem,
Infidamq; suis longo iam tempore Romam,
Aut tumidam Ligurum totis pete uiribus urbem.
Nec dubita iustis Veronam adsciscere bellis,
Et facias adhibere manus, quæcumq; furorem
Cæsaris urbs meruit, nostram quoq; sentiet iram.
Dixerat, & Comites plenis assensibus ambo
Adiecere suas placando Cæsare partes.
At Rex consilio Procerum, sub nomine certo
Exigit: ut fisco iurent appendere summam,
Et totis contra Ligurinam uiribus urbem
Regia castra sequi: sic demum pace reperta,
Ad patrios fines uestigia læta retorquent.

tus abijciatur. Tamē pene fuit commune omnibus Cynicis, ut se canibus, auibusque exponi mortuos iuberent. Hinc Diogenes, cum amici de laniatione cadaueris admonerent, Apponite, inquit, mihi baculū, quo aues & canes abigam. Atqui nihil senties, inquiunt illi. Si nihil sentiam, respondit Diogenes, quid mihi oberit laniatio? Varietatē sepulturæ Sillius omniū elegantiss. lib. xiij. scribit.

Nomina sęua nocentum damnat. Et id quidem summo iure. Quandoquidem constitutiones Imperatorum præcipiunt, memoriam eorum damnandā, qui rei Maiestatis conuincunt: ut Pontificum decreta, quorum pertinacia, ob non abiuratam hæresim execrata est, innominabiles esse iubent. Consilium prodisse doli. Cum in plęrisque alijs criminibus, tum præcipue in Maiestatis, criminose cō sulta, ut malefacta ipsa puniuntur. Felici. Incolumi. Deuotoq; tibi populo. Pro, dedito, ut supra in bonam partem. Quam potens autem sit communis loquendi usus, multæ dictiones indicant: inter quas sunt religiosus, & deuotus: quæ uoces olim in malam partem accipiebantur, at hodie solum in bonam, teste Alciato. Suetonius indifferenter usus est uocabulo deuotus: quod ab Erasmo annotatum est prius. Suis. Intellige & Cæsari, & Papæ: illi, quod temere petita, negarat pręstanda: huic, cum quod inuitis ipsis Fridericum diademaae cinxerat, tum ob plęraq; alia, quæ nouauerat, aduersabantur. Quamquam Iurisperiti negant, Imperatorem Romæ existentem, posse condere legem specialem, hoc est, ad ipsam Vrbem tantum spectantem: quoniam hæc Papę sit: citato glossemate, siue scholio in. l. primam de Offi. pręf. Vrb. Aiunt tamen, generalem legem ibidem dicere orbi, & Vrbi concessum esse Imperatori. Furorem Cæsaris. Indignationem, quæ præcedit pœnę irrogationem, aut coercionem. Placando Cæsare. Pro, ad complacandum Cæsarem. Certum est ita debere legi, & non placido, ut uersus integer, metriq; ratio constet.

Religiosus. Deuotus.

Instabat ueneranda dies, qua Christus in una
Aequalis deitate Patri, sine temporis ortu,
Natus ab æterno, sub tempore, temporis auctor,
Cœlitus infusa uoluit de uirgine nasci,

Instabat ueneranda dies. Vides & hic quam propitia Minerua descri bat Natalem Domini, sicut & ceteros dies, quos Ecclesiastici summorum

Illic matre carens, istic nihil ex patre sumens,
Sic puer in cunis, Deus ut regnaret in astris.
Hunc celebrare diem digno meditatus honore
Cæsar, u bi illustrem legeret sibi curia sedem,
Quæ posset pleno tot milia pascere cornu,
Vuormaciam petijt, medio quæ gurgite Rheni
Gallica Germanis opponit rura colonis,
Vtraq; frugiferis tellus uberrima campis,
Vtraq; uinetis exuberat, utraq; pomis,
Piscibus, atq; feris, & cunctis rebus edendis.

Festorũ nomine dignati sunt. Meminit autem duplicis natiuitatis Christi: æternę scilicet, de qua præcipue Esaias ita loquitur. Generationem ei9 quis enarrabit? qđ.s. nec cogitare posit homo, quomodo sine initio, sine fine, semp a Patre nascitur, semper nat9 fuit, De9 ex Deo, omnipotens ex omnipotente. Temporalis itẽ, siue humanæ, qua eum Virgo peperit, & Deum peperit. Aequalis deitate patri. Hoc est, natura diuina. CHRISTI namq; hypostasis tribus cõstat naturis, diuina, anima humana, & corpore mortali. Inter hoc, & diuinam naturam, quasi glutinum fuit anima CHRISTI. Non grauabor adscribere, quod apud Ludouicũ Viuem in principio .vij. libri de Ciuitate Dei sancti Augustini legi. Nempe quod Græci olim a θεῖος, hoc est, diuinus, substantiuum deriuabant θειότης, diuinitas, quæ uox Christianis hominibus, tam late patere uisa est, q̃ nomen ipsum diuinus: idcirco quum propriam illam Dei naturã appositiore uocabulo significare uellent, θεότητα nominarunt, Athanasius, uterq; Gregorius, & alij Græci: quod ipsis magis permittebatur, ut Quintilianus inquit, quã Latinis. Sed nec Latini deterriti sunt arctis linguę, rigidisq; pręceptis, quo minus & ipsi deitatem dicerent, naturam illam Dei significantes, quæ Deo est propria, nec ad alia egreditur, ad quæ diuinus & diuinitas. Nam Diuinitas dicitur orationis, libri, rei gestæ, hominis, & aliarum rerum: Deitas non dicitur: sicut nec illa sunt dij, licet esse diuina posint. Quocirca, Latinos Christianæ pietatis scriptores, immerito, inquit, mihi Laurentius Valla in Dialectica sua, uidetur arguere, quod deitate utantur nouo quidem uocabulo, sed in re prius non usu trita. Nam Græcos reprehendere, quod uerba suo sibi fingant arbitratu, hoc est, antiquam Gręcię libertatem opprimre. Pleno cornu. Copioso penu. Allusit ad cornu, quod Gręci Ceras Amaltheas uocant, hoc est, Copiæ: ex quo dicebant, quasi e penu copiosisima omnia bona proferri. Dicitur hoc Hercules, cum Acheloo in speciem Tauri mutato cõgressus, ei detraxisse, Naiadesq; acceptũ omniũ fructuũ primitijs refertũ Copię cõsecrasse. Fabula extat apđ Ouidiũ post initia Noni Metamorph. Vuormaciã petijt. Describit Vrbẽ Vuormaciensem, eiusq; agrum cõmendat, quo etiam nunc in Rhenensi tractu par non est. Transrhenanus quo Rheno propior est, fertilior esse quoq; solet, bonitate tamen minor. Gallica rura. Belgicam signat Galliã, in qua sunt prouinciæ, ut hodie uocantur, Picardia, Flandria, Brabantia, Lothoringia, Normãdia, Alsatia, ripaq; nostra Rheni: quæ olim Austrasię, quæ duplex erat, superior & inferior, nomine continebantur, nunc aũt magna ex parte Germanorũ moribus, & catalecto utuntur, a quibus usurpatæ sunt. Vnde nihil uetat uere Germanos in Gallia habitare: quod euidẽter ostendũt, autores omni maiores, ut utar uerbo Iurisperitis familiari, exceptione Agathius & Procopius, qui ambo Iustiniani Imperatoris temporibus scripserunt, & extant.

Christi natiuitas duplex.

Christi hypostasis tribus constat naturis.

Diuinitas.

Deitas.

Cornu Copiæ.

Vuormacia.

Belgicæ prouinciæ.

Hic ubi deuoto solennia pectore Princeps
Tempora transegit, tandem sub iudice summo
Ardua tractari cœpere negocia regni.
Fundere multiplices ex omni parte querelas
Aspiceres, dubiasq; uiros collidere causas.
Quidquid ab alterutris absentis tempore Regis
Pertulerant, queruli mixto clamore queruntur.
Sic domino peregre post tempora longa reuerso,
Commemorare solent lachrymosa negocia serui,

Sic domino peregre. Simile.

Preſſuraſq; ſuas,& iniquæ uerbera rixæ,
Alternoſque dolos,occultaque crimina furti,
Et ſcelerum noxas,& quidquid nequiter actum
Enarrare ualent odio flagrante loquuntur.
Omnibus his placidas conſtantia Principis aures
„ Commodat,& ualidos tranquilla mente tumultus
„ Temperat,indignans aliqua ratione moueri,
„ Oppreſſos releuat,pœna grauiore ſuperbos
„ Percutit,afflictis bonus,ac metuendus iniquis.
Tunc duo pręfati proceres,Arnoldus,& alter
Aulicus ille Comes,multis uehementer in illos
Accenſis,Regemq; graui ſtimulantibus ira,
Ob ſua multiplici crudeliter acta reatu,
Iudicio uicti,capitalis uulnera noxæ
Excipiunt:ac ni grauis ætas,& ſacer ordo
Pontificem tutata forent,aut ſanguine pœnas
Solueret,aut ſummi pateretur probra pudoris.
Quippe uetus mos eſt,ubi ſi quis Rege remoto,
Sanguine,uel flamma,uel ſeditionis apertæ
Turbine,ſeu crebris regnum uexare rapinis
Audeat:ante grauem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat,ſi liber erit,de more uetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre,
Sin alius,ſellam.Cuius diſpendia pœnæ

Arnoldus. Pontifex Moguntinus, a populo poſtea trucidatus, ut lib. primo dictum eſt abunde. Ob ſua multiplici. Nam duo hij Principes, ut Otho inquit, tãto ad nocendum efficaciores, quanto fortiores, totam pene Rheni prouinciã, & præcipue Moguntinę ciuitatis nobile territorium, pręda, cęde, & incendijs commacularunt.

Quippe uetus mos ē. Qui tunc, eodem teſte Othone, apud Francos & Sueuos pro lege inoleuerat. Vnde colligit̃, quã graue, quãq; capitale fuerit apud maiores noſtros, remp. turbaſſe Principe abſente. Vidimus & nos exactum nuper florentiſsimo principatu nobilem Ducẽ, cui inter capita, qunrum reus arguebatur, nihil æque nocuit, quã quod interregni tempore urbem Imperatorij iuris hoſtiliter occupaſſe Cauſsabatur. Ad contigui comitatus. Id eſt, territorij, diſtrictus, diocesis. Hæc enim quatuor nomina eiuſdem ſunt intellectus, ut ait Alciatus. Comitatus aũt proprie de imperatoria aula dicitur. Sed quia tẽpore Caroli Magni, regnãtibusq; Berengarijs, & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebatur, cœpit Territorium, quoniam illi Comes præerat, Comitatus dici. Otho tamẽ noſter Friſingẽſis a comminandǫ Comitatum dici exiſtimat, eadem ratione qua & a terrendo territorium.

Capitale, turbare remp. Principe abſente.

Comitatus.

Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ
Non potuit uitare Comes,cunctiſq; uidendus
Portauit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.
Hanc quoq; tunc alij ſimili pro crimine pœnam
Suſtinuere decem Comites,totidemq; coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo.
Cuius inauditæ pœnę,timor altus in omnes
Irruit:ut nullus procerum præſumeret ultra
Armata certare manu,ſed pace ſequeſtra

Ille Palatinæ cuſtos. Memorabile iuſticiæ ac ſeueritatis exemplum.

Pace ſequeſtra. Hic p pace abſolute, non pro inducijs accipiẽdum eſt, ut apud Maronem.

Adde quod inuictus. Pręcipuũ eſt illud officiorũ, quæ & ad Cæſarẽ, & quoſq; optimos, iuſtiſsimoſque præſides præ-

Iudicis arbitrio, sua quisq; reposceret æqui.
Adde quod inuictus discurrens undiq; Cæsar,
Prædonum castella iugis horrentia summis,
Et uix spectandas celsis in rupibus arces
Expugnare manu, sparsisq; euertere muris,
Vrere uel flammis, auide properabat, & ipsos
Artifices scelerum, regni turbare quietem,
Et miseros crebris solitos spoliare rapinis,
Vel cruce, uel gladio, uel longo carceris usu
Perdere gaudebat, non exorabilis ultor.

uinciarũ pertinet. Commendatus est ab eo quoq; Imp. Rudolfus Habspurgius. Audi Vlpianum. Congruet, inquit ille, bono & graui præsidi curare, ut pacata atq; quieta prouincia sit, quã regit: quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus prouincia careat, eosq; conquirat. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisq; deliquerit in eum animaduertere, receptoresq; eorũ coercere, sine quibus latro diutius latere non potest.

Præsidis officium.

Sic iam post tenebras, & sæui tristia belli
Nubila, Teutonici sedato turbine regni,
Principis aduentus ueluti noua solis imago
Cœperat optatę radios effundere pacis.
Sola Ducum studijs exercita Norica tellus,
Huius adhuc expers erat, impatiensq; salutis.
Iamq; dies aderat celeri reuoluta relapsu,
Quem sacer ipse suo uenerandam Spiritus orbi
Præstitit aduentu, cum mystica munera signans
Desuper effuso linguas distinxit in igne,
Inq; Palatini castro priuatus Othonis,
Ocia sepositis curis Fridericus agebat.
Hac triduo tantum secreta in sede peracto,
Ad solitas iterum curas, & publica regni
Rettulit, excluso torpore negocia mentem.
Ergo Ratisponæ patruum de fœdere pacis
Alloquitur: flectitq; uirum: fortassis ab illis,
Quos propter rixas, iniustaq; prælia, Regis
Audierat sensisse minas, exempla trahentem.

Sic iam. Comparatio.

Ducum studijs. Quibus populus in mutuã cędem armabatur.

Exercita. Vexata.

Iamq; dies aderat. Describit & hic non minus eleganter, quã supra diem Pentecostes, de quo & nos nõnihil diximus ibidem.

Ergo Ratisponę patruum. Henricum Marchionem, Austriæ primum Ducem futurum ex formula compositæ pacis, quæ in fine huius libri refertur, & ab Othone præsule narratur cap. ultimo Secũdi Aenobarb. hist. qui & extremus illi labor fuit. Nam qui sequuntur duo de rebus item Aenobarbicis libri, sunt Radeuici alumni nuper Othonis ipsius, atq; Frisingensis Canonici: quos nobis debes lector candide, qui ni eos casu apud ædem Scotorum Viennæ Austriæ incidentes, primum Cuspiniano & Chelidonio prodidimus.

Cumq; reformata tantorum pace uirorum,
Publica per totum florerent gaudia regnum,
Vt bene compositis rebus, perfecta decoris
Gloria, nullius defectu partis adesset,
Restabat uiduum generosæ prolis amore

Casta Beatrici sociare cũbilia Regem:
Quæ sibi per quasdam nuper traducta fideles
Teutonicas urbes,& coniugis arma futuri
Principis ,a coitu iam spem Regina tenebat.
Nam quæ prima uiro,nec permansura potenti
Nupserat,illicito cognata recedere lecto
Iussa locum thalamis dederat,caussamq; secundis.
Hoc quoq; discidium,secreto cuncta regentis
Consilio prodisse potest,ui forte beata
Principis in thalamos succederet illa Beatrix,
Principe digna uiro,prolem paritura beatam.
Quam comes Allobrogum,Regum de gente uetusta
Diuortium. Ortus,& ipse suis Reinaldus clarior actis
Progenuit,moriensq; tuos Burgundia fines
Orbatæ in teneris,& pupillaribus annis,
Et ualidas urbes,munitaque castra reliquit.

A coitu. Connubio. Nam quæ prima. Hęc Adila erat filia Diepoldi Comitis Vochburgensis. Discidium. Id est, diuortium: quod uerũ fuit, soluto. s. coniugij uinculo. Nã Adila Diethoni Domino Rauenspurgi nupsit postea, ut in fine primi indicauimus. Quod enim hodie diuortiũ appellatur, plane improprie, ignotum ueteribus fuit, tũ Theologis, tum Iurecõsultis. Cuncta regẽtis. s. Dei. Vnde suspicor fuisse matrimonium consummatum, & ob sterilitatem a Friderico repudiatã prætextu affinitatis: cuius ueniam facile impetrasset, cum iam tum nihil nõ pontificiæ autoritati attribueretur. Prolem paritura beatam. Id factum esse, ipse poeta in principio operis ubi inuocat, & mox infra ostendit. Quod Merula ignorauit, calumnians Sabellicum, quod scripserit Friderico fuisse filium Othonem. Comes Allobrogum. Burgundionum, qui & Vesoncionum nuncupatus legi-
Bisontium. tur. s. á metropoli, quæ hodie Bisontium uocatur, insignis ueterũ ædificiorum uestigijs urbs. Burgundiones quod origine Germani, specialiter Vandali uocati sint, nemo negare potest. Hi sub idem fere tempus, quo Franci Germani traiecto Rheno, nomen suum uictores Gallijs intulere, relictis Burgis suis ad Rhenũ, ubi consederant, loca, quæ hic a Gunthero memorantur, & Othone Frisingen. cap. xxix. Secundi, Gallis eiectis occuparũt, nobilissimi Burgundiæ regni conditores. Quod nõ latuit Orosium luculentũ & grauem rerum scriptorem. Regum de gente uetusta. Nam post aliquot secula (ut nihil non mutat tempus) Burgundionum regnum,
Burgundia Ducalis. quod infra quoq; Guntherus innuit, partim in Ducalem titulum, & partim comitatus nomen abiuit: qui & Imperialis Burgundia dicitur. Nec ideo quod Ducalis Burgundia nõ fuerit etiam Imperio Germanico tradita, sed quod post illa fuerit a Gallis occupata. Reinaldus. Gener Simonis Lotharingorum Ducis, ex cuius filia unicam hanc filiam, tantarumq; & ditionum & opum hæredem susceperat. Tuos Burgundia fines. Quemadmodum quidquid Galliæ Meroueus rex Francorum Germanorum cum suis tenuit, Francia dici cœpit, ita Burgundiæ nomen in Gallia celebre factum est a Burgundionibus, qui in Heduorum, Matisconensium, Lingonum, Cauillonensium, Vesontionumq; finibus remansere.

Hæc adeo tellus a sedibus incipit illis,
Qua Basilęa suos uicino flumine muros
Alluit,& Rhenum uenientem læta salutat:
Innumerosq; tenens populos,hinc gallica rura
Mordet: at hinc rigidis scopulosæ rupibus alpis
Arctatur,tractuq; pari protenditur,usque
Qua rapidus primas Rhodanus maris influit undas,
Quaq; caput regni,sedesq; fuisse,uetusti

Hæc adeo tellus. Burgundiã Guntherus noster describit, secut⁹ Othonem cap. modo citato. Vnde qui uolet, illic quæ faciunt cũ ad huius loci, tum sequentis narrationis, intellectum requirat: cuius uerba citassem sępiuscule in mediũ, nisi codex excussus

Fertur Arelatum, priscorum curia Regum.
Teq; sibi iungens æquo Prouincia iure,
Nomen apud ueteres regni titulumq; gerebat,
Cuius Arelatum sedes, & finis ab illa
Parte ferebatur, donec suprema uoluntas
Regis Rudolphi regnis accedere nostris
Iussit, & antiqui detraxit nomen honoris,
Vt iam non regnum, sed sit bona portio regni.
Has ibi metropoles, & primas nominis urbes,
Chrysopolim placidam, Lugdunum, siue Viennam,
Quæq; tuos spumante mari Prouincia fines
Claudit Arelatum, ualidis obnoxia uentis.
Chrysopolim Dubius, reliquas prælabitur amnis
Maximus Allobrogũ Rhodanus dominator aquarum.

esset. Basilæa. Vrbs amœnissima, quæ ex Raurica Augusta, quam coloniam dixit, L. Munatius Plãcus, deriuata est. Basilea.

Rhodanus. Notissimus fluuius, cuius Strabo meminit & Cęsar, oritur ex Alpibus nõ longe a Rheni, Danubijque fontibus, latus Lugdunum Ararim ibi suscipiens, mox Isaram, Druentiãq; tribus ostijs in mare Tyrrhenum influit. A nõnullis alter Eridanus dictus, ut primo lib. mox post initia annotauimus super illo uersu. At tibi cui Rhodanus. Rhodanus.

Fertur Arelatum. Otho eius nominis Imperator. IIII. se Arelatensem Regem appellauit, & possedit. Numeratur Arelate inter Salyes, quorũ metropolis Massilia, Plinio colonia Sextanorum dicta, quod e Sex. Leg. milites coloni eo deducti sunt, autore Cæsare. Strabo amplissimo emporio insignem esse scribit. Ab ea regnum Arelatense nominatũ: quod Treuirorũ finibus includit Pontifex Pius. Notum est, quod eius regni, ut & uniuersæ Galliæ Archicancellarium se hodie nuncupat Treuerensis Antistes. Nobilitauit Arelatẽsem urbem Phauorinus philosophus, cui illa patria fuit, insignis ille Eunuchus. Prouincia. Specialiter hæc portio Galliæ partim Lugdunensis, partim Narbonensis, quod Romanorum erat, dicta est Prouincia. Postea Delphinatus quoq; dici cœpit: ex eo quod filij Regum Gallorum Delphini uocati, in proximamq; spem regni suscepti hijs in locis iura redderent. Cuius Arelatum sedes. Idem testatur Gaguinus in Rege CAROLO Quinto, cuius uerba non grauabor adscribere. Traditum, inquit, a Gallis scriptoribus comperio, Imperatorem, quibusdam Castellis terræ Delphinatus donasse Delphinum, eumq; in Arelatensi regno Imperij Vicarium instituisse. Arelate enim regni Burgundorũ primariam ciuitatem, & caput fuisse, Imperioq; paruisse certum est. Quam, ut Geruasius scribit, Aram latam prisci appellabant. Nam in eo loco prope ciuitatem, qui Rocheta dicebatur, duæ columnę extructæ erant, & super eas ara imposita. Vbi quotannis ad Calen. Maias frequẽs undiq; populus humanas hostias pro sua sospitate mactare consueuerat. Itaq; tres iuuenes publica pecunia emptos, anno toto saginabant, quos constituto die ad ipsam aram imolabant, uictimarum sanguine circũstantem populũ aspergentes. Quẽ ritum diuus Trophimus ex. LXXII. CHRISTI discipulis illo ex Iudęa missus sustulit. Loquitur aũt Gaguinus de Carolo Quarto Impatore, qui cũ filio Vuencesłao iã Romanorum Rege declarato a Septemuiris, in Galliam, ad prædictũ Regem cognominem profectus est. Suprema uoluntas Regis Rudolfi. Qua ille indignitate motus, diadema, cæteraq; regni insignia ad Chunradũ Imp. miserit, simul moriens Henricũ eius filiũ hæredem instituerit, scribit Aemilius Veronẽn. lib. 7. Otho noster lib. Chronic. sexto. Meminit testamenti, & expeditionis in Galliam illius ergo susceptæ ab Imp. Hermannus Comes Veringensis, Crantius in secundo Vandaliæ, qui summã Burgundorum, Regum in Christianã religionem, monimentis a se conditis attestans pietatem: sed & Rodulfus, ait, Rex cathedralem ecclesiam apud Coloniam supra Rhenum fundauit: deinde apud Moguntiam, Strazeburgum (nunc uocant Argentinã) deditq; maiorem partem ditionis suæ sacro Romano Imperio, cum iam Chunradus. II. illi præesset, paulum supra millesimũ a CHRISTO annũ. Quo uero hæc ille autore dixerit, parũ compertũ habeo. Mallem ego ab eo locupletas, q̃ excitatas credere. Pauca de primis Germaniæ Episcopis, ecclesiarũq; conditoribus extant monumenta. iustæ saltẽ fidei: uel q̃d fideliter annotata non sunt, uel quod posteritatis incuria perierunt. Ex Metropoli Crantij, si excusum opus esset, nobis forte neutiquã contẽnenda, depromere licuisset. Regnis nostris, Germanico Imperio. Sed sit bo-

Arelate. Prouincia. Delphinatus. Arelate Regũ Burgundorũ sedes. Arelate unde dicta. Argentina.

na portio regni. Sicut hodie est præcipuus inter maximos proceres Imperij Principatus, Imperatori beneficiarius, hoc est, ut uulgo dicunt, in feudum ab Imperio dependens. Chrysopolim. Bisuntinam signat urbem. Eius nominis feruntur, altera in Bithynia Calcedonensium uicus, altera in Cilicia, cuius incolæ Volaterrano teste, Chrysopolitæ uocantur. Lugdunum. Colonia hæc est a Planco quoq; deducta, ad Cemeni radices, ubi Arar Rhodano congreditur. Templum habebat Augusto dicatum, aramq; uenerabilem, cuius meminit Iuuenalis in Prima Satyra. Hanc Vrbem Imperatores Rö. nobile emporium statuerunt, ubi etiam monetam cudebant. Nunc uulgo Lyon appellant, nec minus celebre emporium: quo ex Italia, Heluetia, Lothoringia, Alsatiensibus, cæterisq; Germaniæ locis sæpius mercatores singulis annis conueniunt, mutua tractantes mercimonia. Lugdunensis Gallia nomen ab ea etiamnum retinet: cuius limites, Prouincias, Principatus, Comitatus, Vrbes & fluuios Gaguinus in primo, & Volaterranus lib. Geograph. tertio diligenter ostendunt. Siue Viennam. Hodie caput Delphinatium, æque illustre, atq; Allobrogum erat. Est & Austriæ Vienna clarissima, sed quam Reuchlinus noster Vianam nominabat. Alij Flexum olim, ex Ptolomæi collocatiōe. Neutrum Stabius probabat: cui Vadianus accessit in luculentissimis in Melam cōment. Validis obnoxia uentis. Mela & Strabo idem dicunt. Melæ uerba sunt. Omnis plaga Austro atq; Aphrico exposita est. Strabo, Vniuersa circūiacens ora, inquit, uētis exposita est. Dubius. Idem qui Duris, ex eodē quo Rhodanus monte exit, atq; una corriuās, in Rhodanū iuxta Lugdunū commiscetur. Amnis maximus. Varro cum de parte orbis, quæ Europa dicitur, differeret, in tribus eius terræ fluminibus Rhodanum esse ponit: per quod uidetur eum facere Istro æmulum. Istrus enim in Europa quoq; fluit. autor Gellius.

[Margin: Chrysopolis. Lugdunum. Vienna. Duris.]

Hanc Comes antiqua ueniens ab origine Regum
Guilhelmus quidam, Puerum quem fama uocabat,
Possedit, quem conspicuo produxerat ortu
Chunradi germana Ducis, quo fraude suorum
(Vt perhibent ueteres) humanis rebus adempto,
Proximus agnatus Comitis Reinaldus, & hæres
Legitimus, tantæ nactus moderamina summæ,
Iure suo nimium, & claro sanguine fretus,
Teutonicos Reges, ædictaq; sæpe uocatus
Spreuit, & Allobroges alijs sub Regibus esse
Indignum reputans, nimium memor ille uetustæ
Libertatis erat, Regemq; superbus agebat.
Donec ob innumeros fastus, sententia tandem
Vltrices in eum deprompsit regia uires,
Ereptamq;, uiro regni, sub iudice, terram,
Nomine Chunrado fisci concessit habendam.
Et quasi proscripto regni spretore rebelli,
Proximus extincto succederet ille nepoti.
Qui mox concessos armato milite fines,
Irrumpens, regale sibi defendere donum,
Et ualida sancire manu tentabat: at ille
A patribus susceptа suis retinere laborans,
Plurima conseruit diuerso prælia casu.

[Margin: Puer. Esaiæ.65.]

Puerum uocabat. Cognomento: forte a simplicitate. accipitur enim puer aliquando aliter ex subiecta materia, q̄ pro impubere, quē proprie significat. Notū est quo sensu illud apud Esaiam accipi debet. Maledictus puer centum annorum.
Germana. Soror.
Chunradi Ducis. Scilicet, Burgūdiæ. Quo. Scilicet, Chunrado.
Comitis. Guilhelmi Pueri.

Nomine fisci. Scilicet, Ro. Principis, ad quem ob contumaciam reuertebatur.

Regale donum. Beneficium, feudum.
At ille. Reinaldus.

Has inimicitias, tandem sub tempore nostro
Regia sopiuit tali sollertia pacto:
Scilicet ut geminas illis in finibus urbes,
Lausannam, gelidaqꝫ sitas in rupe Gebennas,
Bertoldus regeret, reliquas Reinaldus haberet.
Hanc reor ob caussam, regni pro parte uetusti,
Maluit Allobrogum Bertoldus Rector haberi,
Quam Comes in solito Reinaldus nomine mansit.
Hoc quoqꝫ defuncto, tanti patris unica proles,
Iure sibi patriæ delatum sortis honorem,
Magnaqꝫ sub teneris moderamina sumpserat annis,
Eximio nuptura uiro, generosa Beatrix.

Regia solertia. Vt ex Othōe Frisingēsi colligimus, hęc transactio facta ē autore Aenobarbo nostro recēs Imp. appellato.

Lausannā. Vrbs ad Lemannū lacum, ut & Gebēna: a qbꝰ hodie & Losanēsis, et Gebēnicus uocat̃. Vtraqꝫ Sabaudiensiū Duci, uelut Impatoris Vicario credita est: olim præsulibus suis parebant, tñ inter Impij ꝓceres recæptis. Cæsari Genua, siue Geneua appellata, quæ nunc Gebēna. Lucano Gebēnæ in primo, quē imitatꝰ est Poëta, Qua montib. ardua sum̃is Gens habitat, cana pendētes rupe Gebēnas. Bertoldus. Prędicti Chunradi filiꝰ. Patrię sortis honorē. Quod tūc consuetudo erat, quę etiānum, nec apud Gallos solū, uerūetiā in ꝓceribus Hispaniarꝫ, atqꝫ alibi gentiū recępta, durat: ꝙ semꝑ seniori fratri, eiusqꝫ liberis, seu maribus, seu fœminis, paternæ hæreditatis cedat autoritas, cęteris ad illū tanqꝫ ad Dñm respiciētibus. Itaqꝫ defuncto Reinaldo, filia illi superstes, exclusis agnatis masculis, secundū hunc morē, contra feudales leges, hæres uniuersæ ditionis successit: quā una cū Delphinatiū Prouincia, siue regno Arelatensi, iā diu Impio, ut Otho dicit, alienatam, Aenobarbus noster, maritus Beatricis, reduxit, & postea filio Othoni possidendam reliquit. Id, quod uel noster Guntherus Inuocationis seriem texens, attestatur.

Lausanna.
Gebenna.
Fœminarum successio.

Ergo dato passim uarias rumore per urbes
Aduenisse diem, quo festa lampade Princeps,
Dignetur sacri sociam sibi iungere lecti,
Et meliora nouis sponsalia ducere fatis.
Vndiqꝫ magnifici Proceres, ad magna uocati
Conueniunt, urbemqꝫ petunt, cui nomen ab herbis
Esse putant, linguæ uulgaris origine tractum.
Vt tanquam medij circa præcordia regni
Eximium celebretur opus, famosaqꝫ sedes
Illa locum tanto dignum concedat honori.
Quanti Pontifices, quanti cōiere potentes,
Quæ facies procerum, quis honor, quæ gloria rerū,
Quisue fauor populi, seu quæ deuotio cleri,
Qui uelit expressis metiri singula uerbis,
Hunc ego littoreas numerare fatebor harenas
Posse, uel in magno radiantia sydera cœlo.
Hoc rerum splendore sacros Regina mariti
Venit in amplexus, Comites, Regesque, Ducesque
Felici paritura thoro, te maxime, qui nunc
Fortiter Ausonias urbes Henrice regendo

Festa lampade. Id est, nuptiali face, quæ accēdi solet ad apparētē Hesperum, qui poetis est quasi cōfirmator & dux nuptiarū. Hanc Paranymphꝰ præferebat, cæteras alij. nā ut infra adnotabimꝰ, plures accendebantur.

Fax nuptialis.

Cui nomē ab herbis. Signat Wirtzburgū, matricem Francorū Germanorꝫ urbem præclaram.

Linguę uulgaris origine tractū. Satis dure, ut mihi uidet̃. Quis unquā herbā pro radice usurpauit? Sunt tñ qui primū eam Vuirtzelburgū putant esse dictā. Chunradus Celtes ille eruditorꝫ sua ætate princeps, Herebipolim, unde ei origo, maluit appellare, uetustatem ei ubiqꝫ adserens. Syluius, et post eum Volaterranus, ceu rem memoria dignā annotarūt:

Herbipolis.
Celtes.

Grande tibi nomen primo nanſciſceris æuo:
Et te Sueuorum ductor Friderice paterni,
Quod tua facta probant, digniſſime nominis hæres:
Te quoq; cum magno præclaræ laudis Othone
Inſignis Chunrade puer: cunctiſque minorem,
Sed non diſſimilem morum probitate Philippum.
Hos equidem partu felici fœmina Princeps
Edidit, & plures generoſa forſitan aluo
Terrarum dominos longe lateq; potentes
Progenitura fuit, ſi non florente iuuenta
Inuida fallaces rupiſſent ſtamina Parcæ.
Heu mihi, quam celeri dominatrix inclyta fato
Occubuit, uiduumq; uirum, prolemq; reliquit.
Iam tamen Auguſto dominantes cum patre natos
Viderat, impreſſamq; tuis Henrice coronam
Temporibus: cum de toto ſemel orbe uocatus,
Quanta nec ante fuit, nec creditur eſſe futura,
Moguntina ſuos aſpexit curia patres.

Auguſta uxor Imperatoris.

Nondum collectos ad gaudia tanta potentes
Ad proprias ſedes, nataliaq; arua reuerti
Paſſus erat Princeps: ſed adhuc Hymenæa, ſacroq;
Carmina digna thoro, ſolenni curia plauſu,
Et felix omen, uotiuaq; feſta canebat,
Cum rediſt Graia Stapulenſis ab urbe Guibaldus,
Legatiq; ſimul, Regis mandata ferentes.
Qui tamen ob fraudes aliorum, quos prius idem
Egregio Manueli orator miſerat Vrbis,
Auribus, & facie tam læto tempore, tanti
Principis indigni, longe conſiſtere iuſſi,
Expauere graues offenſi Cæſaris iras.
Nam qui prædicti mandata priora tyranni
Auſonias urbes, Ethruſcaq; rura tenenti
Attulerant Friderice tibi, gentilibus uſi
Fraudibus, impreſſas falſo ſub nomine Regis
Mendaces chartas ſibi confecere ſigillo.
Quos bene Rex habitos, poſtq; cumulauit honore,
Muneribuſque datis, referendaq; fauſta tyranno
Verba ſuo, placidæq; dedit conſortia pacis.

Hymenæus.

Præſulem eius, quoniã idem, & Dux Franconię appellaĩ, ſacrificare ideo ad ſtrictum enſem in ara collocatũ, per ſummũ, quod negari non poteſt, ludibrium ſanctiſsimi illius ſymboli, quod pacificus ille & Rex & Sacerdos operatus eſt.

Hunc ego. Exceſſus, familiaris Poëtis. Te maxie q nunc. Nomenclatura filioꝝ Imp. Friderici, de qbus obiter, quæ uidebãtur adferenda, diximus in principio libri primi. Meminit item eorum autor, qui adiecit tempora ſua Annalibus Vrſpergianis. Fœmina Princeps. Auguſta, de qua Vlpianus. Princeps legibus ſolutus eſt: Auguſta autem licet legibus ſoluta non ſit, Princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ ipſe habet.

Hymenæa. Quod negligenter a Catulli interpretib9 Rhodiginus prætermiſſum ait. Adnotauit idẽ in Menandriis, itẽ in Auib9 Ariſtophanis, cani in nuptiis ſolitũ ad eum propemodũ ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμήν. Indeq; illud eſſe, O hymẽ Hymenæe, o hymen o Hymenæe. Prçterea male ab eiſdem Martiani Capellæ autoritate dictũ. Hymençum fuiſſe Veneris filiũ. Hũc Serui9 primo Aeneidos ſcribit uirũ fuiſſe Athenienſem, qui inter bella ſæuiſſima uirgines liberauit: propterea nomẽ eius in nuptiis inuocaĩ, quaſi liberatoris uirginitatis. Plutarchus in problematis quinq; Deos precari illos, qui matrimonio cõiũgunĩ ſcribit. Iouẽ adultũ, Iunonẽ adultã, Venerem, Leporẽ, & in pri

Dimisitq; uiros: cum regia signa remensis
Alpibus audirent ad Transalpina redisse.

mis Dianã: ideo quinq; Cereos accẽdi morẽ esse, nec pauciores, nec plures. Quam autẽ piam nobis doctrinam suis illis Ethnici coniugiorũ præsidibus Dijs cõmendarint, ostendit Roterodamus in Institut. Christ. matrimonij. Nec ignorandũ, Hymen, nõ esse pelliculã, qua in utero infans circũuoluit, ut plures grãmatici, hoc est, Poëtarũ interpretes tradunt, sed esse uirginalem quandam pellem, quæ in primo coitu uirginis abrumpitur, ut Græci asseuerant libri, teste Daniele Cremonensi. Carmina digna thoro. Fescennina illa uocabantur ab oppido Campaniæ Fescennio, quod illic nuptialia inuenta sint. Quæ, quia solebant esse petulantiora, unde apud Catullum Fescennina licentia. Dicit autẽ digna sacro thoro, hoc est, cubili immaculato, in quo certe nihil petulans, nihil ineptũ esse debet: quod illud diuus Hieronymus interpretat esse, quoties uir & uxor studio castitatis, in matrimonio uirginitatẽ imitantur. Quãuis non ignoro, & lectulũ ipsum cõnubialem Genio cuiquã sacrum habitũ apud ignaros ueræ religionis. Vnde illud Iuuenalis, sic inuehentis in adulteros. Antiquũ & uetus est, alienum Posthume lectum Concutere, & sacri Genium contemnere fulcri. Sed q̃ fœdis ritibus atq; præludijs suas Christiani auspicentur modo nuptias, Roterodamus deplorat magis q̃ indicat in opere iam citato, quo meo quidem iudicio, sanctius nõ aliud, magisq; necessariũ scripsit. Paraphrases enĩ, nolint uelint Theologastri, Euangelistarũ sunt, & Apostolorũ, qui sapientiã, Deiq; sermonẽ in literas miserũt: profecto, si quis alius, liber dignus, ut in oẽm, quæ sub cœlo est linguam, conuertatur. Graia urbe. Constantinopoli, sede Græci Imperatoris. Legati Regis. Græcorũ intellige Imperatoris. Aliorũ. Scilicet Maradochi, & Palæologi, quorũ libro quarto meminit. Idem Orator. Abbas Stapulensis. Prius miserat. Hoc est, præcedere iusserat: uel potius, q̃d illi sponte & ex cõposito Guibaldũ Anconæ, ut ex Othone accipere licet, reliquerint. Vrbis. Scilicet Romæ, hoc est, Aenobarbi Ro. Principis, & Christiani populi recens appellati Imperatoris. Vrbs licet nõ proprie de Roma dicitur, tñ per subauditionẽ, uel potius κατὰ ἐξοχὴν. sicuti cũ Poëtã dicimus, nec addimus nomẽ, subaudit apud Græcos, ut ait Iustinianus Aug. egregius Homerus, & apud nos Virgilius. Sane cũ urbem sacrã appellamus, sunt qui Hierosolymã accipiant, ut Baldus: Alciatus Romã potius intelligit. sicut & cum æternã dicimus. Ausoni9. Vrbis ab æternæ deductã Rege Quirino. Vt mirũ sit secundũ ipsum, q̃d literatores quidam ibi legunt. Hectoreæ. Læto tempore. Nuptiali. Longe consistere iussi. Iuuauiæ scilicet, ut Otho præsul ait. Hodie Salisburgũ, a Salza fluuio qui interluit illã. Prædicti tyrãni. Manuelis scilicet, Græcorũ Imperatoris. Nescio an in bonã acceperit partem: maxime q̃d cum Imp. noster Aenobarbus, nõ ignarus, immo periculũ pridem fecerit, ingenij hominis tum perfidi, tum impij, tñ cum ipso fœdera inire dignabat. Vere etenim Manuel ille tyrannũ egit, dum cõtra ius Gentiũ Venetorũ Legatum uiolat, pacisq; simulator maximus, tũ perturbator dogmatũ Christianæ fidei studiosus. Null9 infestior in nos fuit, nulli inuisiores successus nostrorũ fuere: q̃d uel ipse Fridericus noster satis sua innuit oratione, quã ad p̃ceres Gallorũ habuit, apud Aemiliũ Veronẽsem in descriptiõe sacri belli secũdi: in quo Chunradũ Aug. & Ludouicũ Gallorũ Regẽ summos Christiani exercitus ductores, uarijs a Manuele fatigatos fuisse insidijs, magno consensu rerũ scriptores prodidere. Gentilibus usi fraudibus. Græciæ peculiariter attributa esse constat mendaciũ, & fallaciã. Signate igit dixit, gentiles fraudes. ut Prudẽtius noster gẽtilia uicia, quæ ceu affinitate quadam Idololatriæ coniũcta recenset Apostolus in primo cap. ad Rom. Fraudis spẽs esse uidẽtur, Fallacia, calliditas, machinatio, impostura. Fallaciã loquẽdo, calliditatẽ tacendo cõmitti Accursius existimauit. Alciatus rectius, fallaciam simulationi annectit, calliditatem ad ingeniũ refert. Machinationem, ait, ex præcogitata aliqua inuẽtione, manuq; & arte confici: Imposturamq; ab impostoribus, id est, deceptoribus, quos etiã Planos uocant, nomen sumpsisse: ductamq; uideri metaphoram ab his, qui operimentũ rei imponãt, ut uiciũ tegant. Impressas falso. Paulus titulo ad legem Corneliam de Falsis, id falsum esse uidetur, ait, si quis Chirograhum alienũ imitetur, aut libellum, uel rationes intercidat, uel describat. Mendaces. Adulterinas. Chartas. Literas, pro membranis, quibus utunt in talibus negocijs, usurpat. Membranæ conficiunt e pellibus: Chartæ e linteis. Sigillo. Cuius impresio autoritatẽ scripturæ cõfirmat. Vnde iurisperitorũ assertio est, plenã fidem adhiberi literis iudicis, solito eius sigillo munitis, si de his attestatur, quæ ad eius officium pertinent, & ab arbitrio suo pendent. Quod si etiam testium subscriptio accesserit, tunc generaliter iustam probationem facere. Bene habitos. Hospitaliter ex-

Hymen. Fescennina. Vrbs. Iuuauia. Manuelis perfidia, & tyrannis. Fraudis spẽs. Fallacia. Calliditas. Machinatio. Impostura. Falsum. Membranæ. Chartæ.

cæptos, liberaliter tractatos. Suo tyranno. Iterum pro Domino, siue Principe usurpat. sicut apud ueteres. Nam olim sui natura qualemcumq; Principem significabat. Hodie malum tantum notat. Consortia. Capita fœderis pangendi.

Protinus Appuliæ populos, & mœnia falsis,
Subreptisque dolo Campana relatibus implent,
Littoreas urbes, sese, uicinaq; Ponto
Oppida, munifico falsis a Principe signis,
Accæpisse probant, ignauaq; pectora uulgi
Fraudibus, & graio corrumpunt nequiter auro.
His Comes Andręas Capuæ, proscriptaq; turba
Nuper ab exilio nostro sub Rege reuersa,
Atq; Cauillensis Robertus nomine quidam
Eximia uirtute Comes: seu gratia nostri
Principis, aut odium Siculi, seu maxima merces
Impulerat, cœptis tota uirtute fauebant.
Præterea dominis infidum, ac mobile uulgus
Pondera seruitij, Siculæq; tyrannidis optans
Abiecisse iugum, sceleri præstare fauorem
Gaudebat, rerumq; sequi momenta nouarum.
His opibus freti, Barum petiere, locumq;
Præsidij ualidam quam præmuniuerat arcem
Milite non pauco Siculus, certantibus armis
Oppugnant, capiuntq; manu, possessaq; bello
In sua iura nouis traducunt mœnia fatis.
Non sine clade tamen. nam maximus unus in illis
Gaudia Palæologus lœto turbauit acerbo,
Cuius aromatico conditum corpus odore
Turba comes patrio transmittit mœsta sepulchro.
Iamq; per Ausonias urbes uulgatus adusque
Principis, ingenuas rumor peruenerat aures,
Vel summum clausisse diem, uel pondere morbi
Guihelmum proprij priuatum munere sensus,
Nec ratione frui, cunctasque in finibus illis
Fœdere Graiorum deceptas fraudibus urbes.
Quod satis indignum Cæsar, penitusq; pudendum
Duxit: & ingenti turbatus inhorruit ira.
Nam licet a Siculo Romani nominis urbes
Hactenus inuasas, mutilataq; regna doleret,
Turpe tamen magis hoc, & fœdius esse putabat,
Mœnia capta dolo, seductaq; turpiter astu,

Apuliæ populi.

Campania pulcherrima.

Apuliæ populos. Vltra Appenninũ illi habitãt, nostroq; tẽpore uno Apuliæ noie censent, Iapyges, Dauni, Messapij, Peucetij, Salẽtini: qui eũ cum Apulis tenẽt modo tractum, qui a Tarento usq; ad Hydruntẽ, & ab eo per littus usq; ad mõtem Garganũ protendit.

Mœnia Cãpana. Hoc est, urbes Cãpaniæ, nota figura, poetisq; pfamiliari. Oim aũt, teste Floro, non modo Italia, sed toto orbe terrarũ pulcherrima Campaniæ plaga: cuius tractus tribus constat finibus, ad Sinuessam, ad Messenũ, ad Neapolim, quẽ Cratera ex forma dicũt. Termini eius usq; ad Saruũ fluuium: antiquitus uero usq; ad Silarũ protrahebat. Straboni ex occidẽte Lirim, e Septẽtrione Samnites habet. Campaniæ laudes scribunt inter præcipuos Cicero, Plinius, Solinus, Strabo, Florus, Eutropius, Sillius. Surreptis relatibus. Pro cõmenticijs, hoc est, ad falsam rei narrationẽ iussionibus & mãdatis a Principe ĩpetratis; iuxta uulgatũ Iurisperitorum morẽ, accipere uidet. Cum tñ illi, nec huius uerbi tam elegantis, nec uerbi obrepo frequentis magis apud Iurisconsultos uim, significationẽq; percæperint. ut Budęus in posterioribus Annotationib. demonstrat, autorum grauiss. citatis exẽplis, Ciceronis, & Quintiliani.

Littoreas urbes. Ad mare sitas.

Secꝫ ſui falſa deluſum nominis umbra.
Nam quod tam longa Siculum gaudere rapina
Tam patiens tulerat, iuſtamcꝫ repreſſerat iram
Hactenus occultis, penituſque latentibus actum
Quis dubitet cauſſis: ubi tandem tempore noſtro
Aeternum ueteri finem poſitura querelæ,
Nobilis e Sicula tibi Rex Henrice ueniret
Nupta domo, gemini pax & concordia regni,
Forſitan hic facinus, commentacꝫ fraudis iniquæ,
Graiugenumcꝫ dolos, Graiorum morte piaſſet:
Aut inhonoratos, & probra grauiſſima paſſos,
Turpiter argolicam repedare dediſſet ad urbem.
Ni bona pars Procerum, Legatis parcere Regem
Cenſeret, famamcꝫ bonam præferre dolori.
Sic demum Grais adeundi copia Regis,
Temporis atcꝫ loci præſcribitur ordine certo.
Non tamen inuicti fera Principis ira reſedit,
Donec in Apuliam proceres, ultricia regni
Iurauere ſequi, condicto tempore ſigna.

mare ſitas. ut ſunt Formię, Cumę, Puteoli, Neapolis, Herculanæũ Pompei, & ipſa caput urbiũ Capua, q̊ndã int̃ tres maximas Romã Carthaginẽcꝫ numerata. Florus.

Signis. Pro ſigillis. Nã ſubſignare eſt, ut Alciatꝰ refert, ſignũ ſuum, q̃d & ſigillũ dicitur, ſubĳcere. Quãuis etiã eſt ſimplicit̃ ſubſcribere. Nám & ſcriptura ſignũ eſt, unde ſcribẽtis pſona indicat̃. Principes Germanoꝝ. Fide ſigilloꝝ cõtenti, nõ temere utunt̃ ſubſignatura, p̃cipue in ſuę ditiõis ſubditos. Quod & ab Auguſtis noſtris obſeruatũ eſſe cõſtat, uſcꝫ ad Maximiliani Imp. tpa, qui morẽ ſubſignatiõis, quẽ nepotes eius imitant̃, inuexit. Subſignare.

Fraudibus. Fallacibꝰ, blanditĳs, tũ inanibus pmiſſis, qbus uariũ & mutabile uulgus capi ſolet. Comes Capuæ. Liuius a Campeſtri agro Capuã noĩatã, propius uero eſſe exiſtimat. Eã Cicero luxus infamia notãs, ſuperboꝝ quondã domũ fuiſſe ait: ut mirũ non ſit, potentia eã ſimul & gloria priuatã, nihil fere hodie, p̃ter umbrã nois retinere. Hæc poſtremo inſtaurata, incertũ a qbus & quomodo, a ueteri pcul duobus milib. paſs. diſtat, ter antea deleta, a cõſule Romano primũ, tum a Genſerico Vandalo, & nup a Longobardis. Capua ter deleta.
Proſcripta turba. Bannũ a recẽtioribus dicit̃ illa ſpẽs exilĳ, quæ ab antiqs dicebat̃ pſcriptio. Vnde Banniti, ĳ ſunt de qbus in iure ciuili & apud autores latinos dicit̃, q̃d carẽt iure togæ, qbus aqua & igni interdictũ eſt. C. de Epiſ. & cler. in noua Conſtitutiõe, quę eſt Friderici noſtri Aug. Bãno, inqt, impiali ſubiaceant. Bannum. Banniti.
Cauillẽſis. Syncopa. Cauilonẽſis enĩ, ut Aemilio Veron. uel ut hodie Cabilonẽſis dicit̃. Siculi. Guilhelmi Siciliæ Regis. Barũ. Oppidũ Iapyx ante uocatũ a Dedali filio Iapyge autore Plinio cap. 11. tertĳ. Ex Bari nũc noĩe tota pars ea terracꝫ cognoĩat̃. Barum.
Rapina. Occupatione, iniuſtaue poſſeſſione, quę cõtingit, ſiue qa res phibita eſt poſſideri, ut liber homo, ſiue qa pſona incapax, ut ſeruus, ſiue cauſſa iniuſta, ut raptor, ſiue iure ciuili inualida, ut cũ pater filio, maritꝰ uxori donat. Iniuſtæ poſſeſſionis ſpecies.
Nobilis e Sicula. Satis de hoc cõnubio dixius ad finẽ primi, ſup illo uerſu, Ex qua p̃claro. Forſitan hic. Scilicet, Imp. Fridericꝰ. Legatis parcere Regẽ Cenſeret. Et qdẽ recte. Nã Pomponio autore, Si qs Legatũ hoſtiũ pulſaſſet, cõtra ius gentiũ id cõmiſſum eſſe exiſtimat̃, quia ſancti habent̃ Legati. et ideo ſi Legati apud nos eſſent gẽtis alicuius, cum bellũ eis indictũ ſit, rñſum eſt, liberos eos manere. id em̃ iuri gentiũ cõueniẽs eſſe. Itacꝫ eũ qui Legatũ pulſaſſet Q. Mutius dedi hoſtibꝰ quoꝝ erãt Legati, utilius eſſe ſolitus eſt rñdere. Vnde apparet q̃ꝫ ægre Cęſar Aenobarbus, ceu ſeuerus Iuſticiæ patronus, tulerit, priorũ Legatoꝝ per ſummũ ſcelus admiſſum falſi, ut negari non põt, crimen, quũ illius ergo in nouos Legatos culpacꝫ carẽtes aĩaduertere cõſtituiſſet aĩo tã ptinaci.

Iamcꝫ graues ultrix Alemannia mouerat iras,
Magnacꝫ terrifico properabat cœpta tumultu,
Cum nouus ex Latio rumor, meliorcꝫ priori,
Hoſtibus extinctis, Siculo uictore receptas

Magna ſub ingenti franguntur pondera lapſu.
Nunc age, magnifici Proceres, ingentibus actis
Intrepidas adhibete manus: & iuſta ferentes
Arma, laboranti mecum ſuccurrite regno.
Tutius eſt ferro iam putrida membra recidi,
Quam partis uitio totum tabeſcere corpus.
Hæc eſt illa nocens quæ cunctas fortior urbes
Perſequitur, noſtramq; premit ſine fine Papiam,
Quæ Cuma, Laudamq; nimis uicina perenni
Inſectans odio, crudelibus urget utramq;,
Terrificatq; minis, aliaſque ferociter armis
Euertit: preſſaſque tenens in puluere uictum,
Non patitur releuare caput: regniq; ſuperba
Contemnit, ridetq; minas: quas odimus urbes
Diligit, & contra quas nos diliximus, odit.
Terdonæ ueteres nobis prohibentibus arces
Erigit, & uetitas audet ſarcire ruinas.
Nec timet iratum, quem ſcit procul abfore Regem,
Nec putat ulterius noſtros ſentire recurſus.
Fallitur, & uano ducit ſolatia uoto.
Sperato citius, caſtris Ligurina prememus
Mœnia, completo bellum condiximus anno.
Tunc nobis meritas cogetur pendere pœnas.
Et quæ nunc alias tutatur, & erigit urbes,
Non niſi poſt longum tempus renouanda iacebit.
   Ergo uiri fortes uobis adſciſcite, quantas
Quiſque poteſtis opes, ubi cum ſe torſerit annus,
Totus apud noſtram cöiens exercitus Vlmam,
Me duce per rigidam ſecurus, & integer alpem
Tranſeat, & fortem ſatis impiger occupet urbem.
Neue ſub hac ſpecie uos ad maiora uocari,
Aut Appenninum traduci forte putetis,
Sit procul iſte metus, Ligurum non longius urbe
Cogendum quemquam, per regia nomina iuro.

Vlma. Noſtrā Vlmā. Quod tunc illa ſub eius, ut Sueuiæ Principis, ni fallor, erat ditione. Nam cōſtat oppidū ipſum ſub aliorum quoq; dominio extitiſſe, ſeroq; Liberis Ciuitatibus adnumeratū: quod tamen modo inter præcipuas eius ordinis prænobile habetur. Vide Nauclerum. Danubius hic amnibus Hilaro, & Blauio receptis, nauigabilis efficitur.

   Interea ſolito belli fremebunda tumultu
Vrbs Ligurum, poſtquam natalia rura tenere
Comperit, euicta regales alpe cateruas,
Ticinum geminis incingere pontibus amnem
Adgreditur pauidam ſolita feritate Papiam,

Interea ſolito. Innuit alteram Mediolanenſium rebellionem, quam pariter altera in eos expeditio Aenobarbica ſecuta eſt. Hanc quoq; autor Appēdicis Annaliū Vr-

Ac circumpoſitos flammis ſimul atq; rapina
Lunellum. Depopulatur agros: mortalia corpora ferro
Confodit: aut duris adſtringit capta cathenis.
Lunellum renouat: Terdonæ mœnia raptim
Erigit: atq; nouas properat ſarcire ruinas.
Vigeuenum. Haud procul a tutis Ticini mœnibus alto
Fulgebant caſtella loco, de nomine certum
Vingeuum ſcriptura uocat, nil tradidit uſus.
Hæc tunc Guilhelmus Ferrati Marchio montis
Mœnia ſeruabat, ſimul & Ticina iuuentus,
Præſidio ſubmiſſa loci: ſed fortior hoſtis
Expugnata diu tandem munimina uictor
Occupat, & captis multo uix obſide uitam
Indulgens, proprio componit fœdera nutu.
Quæ tum ob Leges, & formam pacis iniquam,
Spreuit, & abiecto Ticinum pondere rupit.
Ergo ubi feſta ſuum cœperunt gaudia finem,
Norimberga. Protinus Herbipoli procerum, cum parte relicta
Norica caſtra petens, ibi Rex ad tempus agebat.
Hic, ut erant iuſſi legati Regis Achiuum
Notificant, quorum ſeries ni fallimur hæc eſt.
Occurrere uiro, mandataq; regia, Regi
Vxorem clara Regum de gente ſuorum
Spondebant, thalamoſque nouos & fœdera pacis
Perpetuæ, nexu ſolido firmare parabant.
Huic quoq; prædictæ reſtabat & altera cauſſæ.
Nam duce Boricio tumidorum Rector Achiuum,
Nuper ad Hungariam magnum direxerat agmen.
Cuius, ut interijt bello pars magna cruento,
Cum duce fuſa ſuo, ſcythica pereunte ſagitta,
Viribus ipſe ſuis uindictam ſumere cladis,
Inualidus, noſtrum quem nouerat omnia poſſe,
Notifico. Orabat Regem, ſæuis indicere bellum
Gentibus, ultoremq; ſuis adſciſcere factis
Tentabat: ſed caſſa uirum ſpes utraq; luſit.
Boricius. Nam meliora ſibi thalami iam fœdera Rector
Iunxerat, ad bellum breue tempus, & altera belli
Fortius incumbens priuati cura uetabat.

ſpergianorum diligenter ſcripſit. Lunellum. Oppidum, q̄d familiæ, quæ int̃ Italicos Comites cenſetur, dedit nomen, ſunt Beneficiarij Imperatoris.

Vingeuū. Hodie forte Vigeuenū nouum & amœnum oppidum, ſeceſſus Ducum Mediolanenſium, ab eis & ædificijs & aquis introductis nobilitatus. Nec minus, ut Volaterranus refert, Petro Candido Nicolai Quinti Pontificis ab epiſtolis miniſtro, qui Appianum conuertit. Ticina. Papienſis. Fortior hoſtis. Scilicet, Mediolanenſis.

Feſta gaudia. Feriæ nuptiales, ſiue dies gẽiales.

Norica caſtra. Norimbergã clariſſimã etiamnũ ciuitatum Germaniæ, a Celte noſtro illuſtratã intellige. Nã hoc eã noĩe in priori q̃z hiſtoria Pontifex Friſingẽſis ſignat: q̃d exiſtimauit eã a Noricis populis nomẽ accepiſſe, quũ limites illi ſuos eatenus, hoc eſt, ultra Danubiũ ꝓtuliſſent, remanẽte hodie noĩs ueſtigio, q̃d Germanice Nordgeu dicit. Quanq; ſint Althamero teſte, q a Nariſcis noĩatã uelint. Achiuũ. Grçcoꝝ. Homerus Græcos oẽs Achiuos uocat, ſicut & Danaos & Argiuos. Notificãt. Verbo hoc uſus eſt & Ouidius. Tranqllus itẽ notũ fecit, ꝓ ſignificauit ĩ Auguſto ponit. Nã duce Boricio. Geſta hui9 Borichi, qui ſe regiã apud Hungaros ſobolẽ dicebat, ſcribit Hũgaroꝝ hiſtoricus in Bela ſecũdo, et Geiſa itẽ ſecundo. Meminit Otho Pontifex cap. penult. ſecũdi lib. Aenobarb. hiſto. Aemilius Veronẽ, lib. de Geſtis Francoꝝ quinto. Volaterranus in Pannonia, & Mich.

Ritiꝰ li. de Regib. Hũgar. 1. Tumidoꝗ rector Achiuũ. Notũ uel ex Cicerõe, q̃bus uitijs Græca natio, dũ maxīe floreret, obnoxia erat. Altera belli. s. Polonici, de q̃ mox in seq. 6. lib. p̃ncipio.

Inde Ratisbonam Princeps, & publica regni
Cura, uocat Proceres, & rerum fama nouarum.
Hic inter Regis patruum, Regisque nepotem.
Hactenus occultam de pacis fœdere formam,
Nunc tandem uulgare parant, & ferre sub auras.
Quæ qualis fuerit rerum satis ordo docebit.
Nam patruus Regis, per septem signa Ducatum
Rite resignauit: quæ tradidit ille nepoti.
E quibus ille duo patruo tradenda resignans,
Austrica iura uiro pariter cessura reliquit.
Marchia tunc tellus erat hæc, nunc uero Ducatus.
Namq; uolens prisci defendere nomen honoris
Rex patruo, cum tres comitatus ille teneret,
His quasi compactis, & in uno corpore iunctis
Consilio Procerum, celebrem dedit esse Ducatum.
Neue secuturi factum subuertere Reges
Aut reuocare queant, regali tuta sigillo
Argumenta Duci, monimentaq; certa reliquit.
Atq; bono pacis cunctas florente per urbes
Hæc quoq; regali frueretur munere tellus,
Vltima iuratam suscepit Norica pacem.

Nam patruus Regis. Henricus senior Austriacus. Septẽ signa. Hoc est, uexilla. Ducatum. Scilicet, Baioariæ. Rite. Seruata regni ceremonia. Nepoti. Henrico Iuniori. Tellus hæc. Austriã intellige. Marchia erat, nunc uero Ducatus. De origine, nominibus, qualitateq; harũ dignitatũ, diffusius tractant Iurecõsulti, qui cõmentarios scripserunt in Feudales libros. Vnde ijs contenti, quæ in librũ secundũ retulimus, quia scholia scribimus, nihil addere uoluimus. Prisci honoris. Quia frater eius Leopoldus primus tulerat nomen Ducis a Chunrado Cæs. Aug. ut lib. 1. indicauimꝰ. Quod Crãtius nõ aniaduertit. Consilio Procerũ. Nã quod pluriũ consilio & autoritate fit, maiori nititur roboris firmitate. Dedit esse Ducatũ. Pro cõstituit, siue decreto concessit. Constat enim ex repetita Constitutione diui Aenobarbi nostri, feuda dignitatũ, & principatuũ regalium diuidi non posse nisi ex speciali Principis priuilegio. ut lib. 8. latius explicabimus. Diuus autẽ Imperator Cæsar Fridericus Secundus, nepos Aenobarbi, Ducatum Austriacũ, tanti erat tunc splendoris, in Regnum subuexit: quo tamẽ titulo posteritas abstinuit, præeminẽtijs, prærogatiuisq; regalibus contenta. Monimentaq; certa reliquit. Conuertit illa nuper in nostram linguam Auentinus, adiecitq; Elencho rerum Baioaricarum, quem ædidit. Austria regnũ olim appellatum.

Sic uelut antiqui reuocato tempore secli,
Aurea pacifico sub Rege reuixerat ætas.
Sed quantum placidæ firmata pace quietis
Præstiterat nostro Regis præsentia regno,
Italicis tantum populis iniecerat absens
Cladis: & astrictos laxauerat ante furores.
Sic dum dimidium tenebris absentia solis
Infuscat mundum, reliquo præsentia lucem
Fundit, & alterno partitur lumine cœlum.


Sic uelut. Simile. Sub Rege. Saturno. Notæ sunt quatuor illæ ætates, quas a metallis Hesiodꝰ appellauit. Aurea ætas sub Saturno fuisse dicitur. Quæ uindice nullo, spõte sua sine lege fidem rectũq; colebat. ut est apud Ouidiũ. Prudẽtius in Symmachũ. Hæc caussa est & origo mali, q̃d secla uetusto Hospite regnanti crudus stupor aurea finxit. Sic dum. Aliud simile. Aetates quatuor.

LIB. Quinti Finis.

¶ Argumentum LIB. SEXTI.

¶ Sextus in indomitos regalia signa Polonos
Excitat, Herbipolim repetit post prælia uictor.
Plena dolis Graios spreuit mandata ferentes.
Anglicus eximium mittit tentoria munus.
Chrysopoli positis Papalis epistola uerbis,
Ambiguis suspecta mouet, mox Norica Prīceps
Rura petit, patruosque suos in fœdera cogit
Prisca, Labeslaum Regem creat ex Duce primū.
Pace domi facta, Ligures inuadere bello
Approperat, reuocatq; suas in castra cohortes.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de Gestis FRIDERICI, I. Imp. Aenobar. AVG. Liber VI.



RGO REFORMATAE
post tempora plurima paci
Nobilis arridēs læto Germania uultu,
Dulcia sepositis tractabat gaudia curis.
Mutatos sese, mutataq; sæcula læti
Credebant homines: cœli quoq; blandior aura
Spirabat, meliorq; dabat sua munera tellus.
Non tamen in tanta Princeps ignaua quiete
Ocia carpebat, credens hoc perdere tempus,
Quo nihil adiectum regni prouentibus esset:
Quamq; alijs dederat pacem sibi sponte negabat.
Ergo nouam nactus tentandi fortia caussam,
Constituit sæuis indicere bella Polonis.
Hos, ut fama tenet, populos a cardine primo
Solis, & æstiuo Phœbeæ lampadis ortu,
Vistula præcingens torrentibus alligat undis:
At quæ fumantem mergi uidet æquore Phœbum,
Hanc rapido cursu prælabitur Odera partem:
Quod latus imbriferos telluris respicit Austros,
Rura Boemorum, syluis horrenda uetustis,
Tangit, ab arctoa scythici maris æstuat ora
Fluctus, & indomiti sedem posuere Ruteni.
Hæc regio Sclauos complectitur, atq; Polonos,

¶ Spiegeliana in Sextū LIGVRINI, seu de Gestis Aenobarbi Libr. Scholia.



Os, ut fama tenet, populos. Sequitur in describendo Poloniæ situ Radeuicū, qui Othonianę historiæ de rebus Aenobarbicis hactenus deductę, duos

Et gentes alias, quarum nec barbara nobis
Nomina, nec rigidi possunt notescere mores.

adiecit libros, ex quibus Gütherus suos reliquos quinque contexuit. Vistula. Hoc flumen uarie nominant autores: Visulam, Iustulam, Iustillam, Istulam. Historicus Polonorum tradit a ueteribus nuncupatum Vandalum: ab eoque Polonos olim Vandalos esse dictos: oririque in mōtibus Sarmaticis, in Ducatu Teschnensi: quod & Iornandes prodidit. Celtes noster ab Hercynio originem illi esse uult. Decurrit per medium Poloniæ, in Codanumque tribus ostiis egreditur: Polonice Visla uocatur, nostra lingua, die Vuisel. Odera. Eundem qui Sueuus, & Gutallus ab antiquis dictus est. Quidam esse putant Ptolomæo Viadus. Si Polonorum historiographo credimus: qui eum dicit oriri prope oppidum Odri, egredique quatuor ostiis in quendam lacum, unde euolutus in Balthicū mare exeat. Crantius Celti nostro subscribit. Scythici maris. Septentrionalis: quod secundum diuersas nationes, quas attingit, uaria asciscit sibi nomina. Nempe Germanicum, Sueuicum, Britannicū, Scythicum, Barbarum, Pomeranicum, Balthæum, Arctoum, Boreale, & Septentrionale, Glaciale, & Codonæum: ut in Taciti Germañ. diligentissime annotauit Althamerus. Non probo lectionem Irenici, qui non semel citans hunc locum legit, Suitici. Ruteni. Olim Roxolani, & Roxani: quorū quidam Albi dicuntur, uicini Lituanis. Moscouitæ item appellati, ex nomine fluuii Moscæ. Quidam rubri nominantur, Orientaliores, ac Borysthení propiores sunt. Sclauos complectitur. Ad originem licet fabulosam, respicit, quam habuerunt, ut communis opinio est, a Dalmatis, qui in sequentibus temporibus Sclaui sunt nuncupati: quibus nunc dominantur partim Reges Hungariæ, partim Veneti. Sclauonicus tamen est sermo Polonis, Vuindisch sprach, qui latissime patet. Nam utuntur eo Bulgari, Ruteni magna gens, ex magna parte Lituani, Boemi, Morauí, Bosinenses, Poloni, Dalmatæ, Croatii, & Carni. Lege Crantii Prooemium in Vandaliam suam. Sclauorum originem Procopius prosequitur: qui scribit Iustinianum Imp. contra eos misisse exercitum Germanorū, qui multos ex eis interfecerint. Et alias gentes. Lituanos, Masauios, Podolianos. Cōstat enim Poloniam esse amplissimam, eamque in minorem & maiorem diuisam. Nec rigidi mores. Pro rudis & ferinis. Sed cum sint hodie Poloni cū uitę synceritate, tū morū candore mansuetiores, ipsos recte existimat Vadianus colonos e Germania profectos.

Vistula. Vandalus. Odera. Septentrionalis maris nomina. Ruteni. Mosca. Sclaui. Polonia.

Terra suo munita situ, uix hostibus ullis
Armata tentanda manu: gens aspera cultu,
Terribilis facie, morum feritate timenda,
Horrendo uiolenta sono, truculenta, minaxque,
Prompta manu, rationis inops, adsueta rapinę,
Vix hominum se more gerens, horrore ferino
Sæuior, impatiens legum, cupidissima cędis,
Mobilis, inconstans, acerrima, lubrica, fallax,
Nec dominis seruare fidem, nec amare propinquos
Sueta, nec affectu pietatis docta moueri.
Hæc partim natura dedit: partimque nocentes
Tabida pestiferæ faciunt contagia plebis.
Nam quæcumque iacet scythico breuis insula Ponto,
Qui tenet hanc populus, nec terram uomere sulcat
Frigore perpetuo sterilem, nec squallida duro
Rura ligone mouet, nec uitem copulat ulmo,
Nec legit arboreos autumni munera foetus:
Venatu tantum, crebrisque alimenta rapinis
Quærit, & assiduis pirata senescit in undis.

At si quando famem penuria longa ciborum
Asperat, horrendum dictu, uix credere possum
Ipse quidem, sed rumor habet, sua membra uicissim
Pestifero miseri morsu lacerare feruntur:
Nec genitor nato, nec fratri parcere frater
Nouit, & elixa recreatur filia matre.
Non tamen inuictam terræ populiq; ferocis
Asperitas, potuit Regis compescere mentem,
Quo minus ad certos secura mente labores
Tenderet, & iustam uindicta pasceret iram.
Caussa belli Polonici. Hæc siquidem tellus communi iure tenenda
Funiculi sub sorte, tribus deuenerat olim
Fratribus, egregij generis: sed nomina nostris
Barbara legitime nequeunt accedere libris.
Horum, qui reliquos ortu præcesserat unus
Dux erat, & nuptam cognatam Regis habebat,
Nomine Gertrudem, Leopoldo patre creatam.
Cuius ob insidiam fratres, ceruice rebelli
Abiecere iugum, pulsumq; e sede paterna
Compulerant tota profugum discedere terra.
Ille sua pariter fugiens cum coniuge, Regem
Chunradum petijt: scelerataq; facta suorum,
Erumnasq; suas, ereptaq; iura Ducatus
Affini, Regiq; suo deflebat: at ille
Imperiosa satis regni mandata, minasq;
Misit, & ereptos reddi præcepit honores.
Intumuere truces, nec regia iussa, nec acres
Exaudire minas, nec iam parere iubenti
Curabant: missisq; alijs, iterumq; remissis
Spernebant tumidi, fraternaq; iura tenebant.
Sic Dux prædicto longum sub Principe frustra
Fleuit, & assidua mansit uetus exul in aula.
Ast ubi felici Fridericus regia gessit
Sceptra manu, patruiq; loco suscepit agendum
Quidquid inexpletum, dubiumue reliquerat ille,
Sæpius admoniti, nec tunc quoq; rapta iubentem
Reddere germano, timuerunt spernere Regem,
Nec iurare fidem, nec prisco more tributa
Annua, quingentas curabant pendere marcas,
Omine non fausto: nam postquam sæpe repulsa

At si quando famem. Apud Tartaros extant hodie reliquię eiuscemodi cruditatis & feritatis.

Hæc siquidem tellus, Refert caussam belli Polonici. Tribus fratribus. Scriptor Chronicorum Polonicorum cap. xvi. lib. iij. quatuor fratres nominat. Vladislaum a patre monarcham testamento institutum: quod natu maior esset. Boleslaum, Henricum, & Mieczlaum. Radeuicus, quem per omnia sequitur Guntherus, ut superius Othonem Pontificem, trium tantum meminit, Vladislai exacti, Boleslai item, & Casymiri. Quod & testat Otho ipse in cap. ultimo Septimi maioris historiæ.

Nomine Gertrudem. Idem scriptor Cristinam Imp. Henrici eius nominis Quarti filiam, huius Vladislai fuisse coniugē tradit. In quo insigniter lapsus esse uidet, quod Henrico illi, q apud nos quinto loco habet, nulla inquam soboles fuerit. Nec ratio temporum patit, ut id Henrico Tertio, qui Quartus nobis est, demus. Cognatam Regis. Neptem Chunradi Aug. ex fratre uterino, cui Ducatum Bauariæ, ut in primo libro diximus, tradiderat.

Leopoldo. Austriæ Margrauio.

Nec prisco more tributa. Polonos olim fuisse Tributarios Rom. Principi, qui idem Germano

Infremuit iusta patientia nobilis ira,
Agmina confestim rapiens per iniqua uiarum,
Difficilesq; locos, & quos præstruxerat hostis
Obijcibus uastis aditus, peruenit adusq;
Odera, Germanos quæ separat, atq; Polonos.
Hanc neq; Chunradus, neq; Regum tempore prisco
Distantem ripis, tumidamq; rapacibus undis
Armata transire manu temtauerat ullus.
At Rex inuictam (quod suscepisset agendum)
Nil patiens: ipsam quæ cunctis imperat (acri
Ingenio feruens) naturam uincere tentat.
Protinus innumeras socijs contexere puppes
Imperat: ut rapidum toto simul agmine flumen
Exuperet, pariterq; uiros transmittat, equosq;.
Obstupuere rei, postquam sua rura tenere,
Et ripam cunctis intactam Regibus ante
Conspexere uirum, uexillaq; regia campis
Irradiare suis: pauidiq; fugacia turpi
Terga dedere fugæ: quamuis ea castra Polonos,
Pomerios, Bruscos, Parthos, simul atq; Rutenos,
Atq; truces populos Scythiæ totius haberent:
Neue secuturis optata cibaria tellus,
Præsidiumue ferat, uillas, atq; oppida tuta,
Castraq; per longos uix expugnanda labores
Exurunt flammis, spoliataq; rura relinquunt.
Nec minus a tergo quæcumq; illęsa manebant,
Vastabat Princeps: his qui sibi mente feroci
Parcere noluerant, indignum parcere ducens.

rum Rex, constanter referunt Annales nostri, et latius prosequitur Munsterus,

Odera Germanos. Ob hoc carmen male audit poeta ab Irenico: quod suos Germaniæ limites pręscindere uideatur.

Pomerios. Vbi Polonia finem facit, peruenitur ad amplissimã Sclauorum prouinciam, eorũ qui antiquitus Vandali, nũc autem Vuini, seu Vuinuli appellant: horũ primi sunt Pomerani: quorum sedes protenditur usq; ad Oderã, ditissimũ amnem Sclauicę regionis: qui oritur in profundissimo saltu Morauorum, qui sunt ab Oriẽte Boemiæ: ubi & Albis sortitur principium: nec longis inuicẽ distant spacijs, sed diuerso currunt meatu. Albis enim in occasum ruens, primo impetu Boemos alluit cum Sorabis, medio cursu Sclauos dirimit a Saxonibus: nouissime Hamburgensem prouinciam diuidens a Bremensi, uictor Oceanum ingreditur Britannicum. Odera autem uergens in Boream, transit per medios Vuinulorum populos, diuidens Pomeranos a Vuilsis. Hęc Crantius cap. xviij. Secundi rerũ Vandalicarum. Bruscos. Nunc Prussos, Pruthenos, & Borussos appellant: quorum prouinciam Milites Teutonici S. Mariæ occupauerũt, pulsis infidelibus. Describitur a Crantio eleganter cap. vij. lib. vi. Vandaliæ. Hanc hodie tenet Albertus Marchio Brandenburgẽ. Borussiæ antiquitates Eras. Stella scripsit, rerũ meminerũt Syluius, Volaterranus, & noster Crãtius. Parthos. Parthi Scythico sermone exules dicuntur, autore Iustino: qui scribit ab exulibus Scytharum Parthorum Imperium deductum. Tartaros autem signat. Rutenos. Qui & Rusiani & Rusi, die Reüssen. Situm, mores item gentis, eorundemq; stemma Principum, refert Sabellicus. Origo gentis est Vandalica, ut adserit Crantius. Varias hominum sectas regio tenet. Nam sunt ibi Christiani, Armeni, Iudæi & Græci. Scythiæ totius. Scythia duplex est, & Scythæ bipertiti: alteri Europęi, de quib9 hic mẽtio fit: alteri Asiatici. Exurũt. Poloni. Princeps. Cæs. Fridericus.

Vandali. Vuini. Vuinuli. Pomerani. Odera. Albis. Prussi. Pruthení. Parthi. Ruteni. Scythia duplex.

Tum demum tumidis e fratribus alter, iniqua

Qui profugi fratris ſedem ditione tenebat,
Vt uidet interitum tandem certumq;,grauemq;
Adueniſſe ſuis irato Principe rebus,
Clamq; palamq; ſuos mittens,iterumq; remittens,
Sæpius accitos affatu ſupplice cœpit
Compellare patres,& deditionis apertæ
Principis arbitrio legem,ueniamq; paciſci.
Quam miſer hoc pacto tandem tulit,ut duo Regi
Millia marcarum,bis centum uero miniſtris
Penderet argenti,marcas bis mille probati,
Mille alias proceres ſtudiorum præmia ferrent,
Bis centum ſacræ daret officialibus aulæ:
At tibi qui rutilo fulgebas digna metallo
Corporis ad cultum,generoſi germinis aurum,
Viginti magnas daret uxor regia marcas:
Iuraretq; fidem Regi,dignumque fauorem,
Nec ſe de ſolio fratrem pepuliſſe paterno
Dedecus ob regni iurando iure probaret:
Denique uirgineam ſe præſentaret in urbem,
Staturus fratri ſummo ſub iudice regni,
Signaq; trans alpes deuotus regia miles
Præuaricatricem Ligurum ſequeretur ad urbem.
Hæc ubi iurando firmauit,& obſide multo,
Rurſus ad obſcœnos mores,uitiumq; recurrens,
Rupit,& æoliis dedit irrita ferre procellis.
Nam neq; caſtra ſequi uoluit,neq; uenit ad illam
Quam Rex fraternæ liti,condixerat urbem.
Victor ad Herbipolis famoſæ mœnia Princeps
Signa refert:ibi tunc alios rectoris Achiui
Legatos Graiæ portantes munera pompæ,
Verbaq; mandatis ſatis ampulloſa ſuperbis
Occurriſſe ferunt:quos,ut uentoſa loquentes,
Magnalia. Iactantesq; ſui nimium magnalia regis:
Vrbano ſermone diu geſtire,benignus
Rector inoffenſa patienter pertulit aure,
Spreuit,& irriſos probris fortaſſe laceſſi
Diſſimulans ſineret,ni ſe peccaſſe fatentes
Elati ſtultiq; uiri,generoſa potentis
Fletibus,& gemitu mouiſſent pectora Regis.

Profugi. Exulis Vladislai.

Quam miser. Easdem refert pacis conditiones Radeuicus cap.v. Tertii rerum Aenobarbicarũ.

Rutilo metallo. Auro.

Dedecus ob regni. Imperii Romani.
Virgineam urbem. Magdeburgum.

Vitium. Perfidiam.

Magnalia. Ecclesiastici scriptores hoc uocabulo nondum latina ciuitate donato, signant ingentia facta, & admiratione digna. Erasmus uertit apud Lucam cap. ii. Actorum pro magnalia, magnifica. Et irrisos probris. Lege cap.

Iurassentq; simul nunquam se talia regnis
Ferre suis, graiasq; domi suspendere nugas,
Verbaq; cum patrijs phalerata relinquere tectis,
Si quando nostram casus reuocasset ad urbem.
Sic tandem tuti, uix tota mente recępta,
A summo petiere uiro: nec tarda uoluntas
Affuit: ut Princeps puerum præsentibus illis
Accingi gladio Fridericum rite iuberet.
Hæc amitam pueri consortem Regis Irenen
Argolici, mandasse, ac sæpe rogasse ferebant
Astipulante uiro, propter consortia magni
Quo pueri patrem fuerat complexus amoris:
Donaq; larga quidem tam nunc, quam sæpius ante
Miserat, egregij puero regina decoris,
Mandatumq; uiris dederat: non ante reuerti
Quam dominæ possent ea gaudia uisa referre.
Nec minus Henrici, sub quo tunc diues agebat
Anglia, contigerat legatos Regis adesse.
Hij quoque compositis mandata loquacia uerbis,
Et preciosa suæ portabant munera terræ.
Quorum præcipuum miro spectanda decore
Scęna fuit, cui nec similem uidere priores,
Nec reor ulterius series uentura uidebit.
Materiam quæris? peregrino stamine texta
Creditur, artis opus, miras habuisse figuras:
Pondus humo tolli manibus, nisuue nequibat,
Arte leuabatur, spaciosaq; iugera campi,
Multorumq; capax hominum, plus quinq;, tenebat.
Hæc igitur tanto radiantia dona decore
Regia mellifluis ornauit epistola uerbis.

vi. lib. iam citati, quo locum hunc planius intelligas

Accingi gladio. Nam id summo honoris loco apud Vueteres habebatur. Rite. Ceremonia solenni. Fridericum. Sueuię Ducẽ adolescẽtem, filiũ Chunradi Aug. Irenen. Eodem nomine fuit mater Constantini, quæ rerum Byzantij potiens, excęcato filio, publicũ bonũ priuatæ charitati prætulit.

Henrici. Eius nominis secundi. Vir maximus fuit, ut qui Scotiã, Iberniam, Insulas Orcadas, Normandiam, Aquitaniam, Cenomanos, Pictauos, Vasconiãq; suo adiecerit imperio: quam gloriam scelerata deinde cęde diui Thomæ præsulis Cantuariẽsis obscurauit. Lege Volaterranũ & Aemiliũ Veronẽsem.

Henricus secundus Angliæ Rex.

Diues Anglia. Quib9 ea rebus abundet, Beda inde oriũdus docet cap. primo lib. primi ei9 operis, quod Historia gentis Anglorum inscriptũ est. Angli ueterum Sueuorum gens, quorum loca hodie tenent Saxones Britannię, quæ & Albion dicebatur, expulsis a se incolis, Angliæ nomen indidere. Scęna fuit. Græci scęnam tabernaculum & tentorium nuncupant: pro quo hic accipiẽdum est, ut ex Radeuico patet. Vnde Scęnopegia Græcis uox composita, dicta est a figendis tabernaculis: quorum mentio est in sacris Hebræorum monimentis. Nostri perperam scribunt Scęnophegia, quod apud Græcos respuat dictio aspirationem, teste Eras. nostro.

Anglia.

Angli.

Scęna.

Scęnopegia.

Anglicus Augusto Rex gaudia uera monarchæ
Optat, & æternæ felicia gaudia uitæ:
Sit tibi uera salus Rex optime semper ab illo,
Qui bonitate sua dat Regibus esse salutem,

Anglicus Augusto. Exemplar hui9 Epistolę extat apud eundem Radeuicum. Dat Regib9 esse salutem. Sumptum ex carmine regij pphe-

Inſpiretq; tua bona cœlitus omnia cordi,
Cuius clauſa manu Regum pia corda feruntur.
Gratulor,& noſtris merito congaudeo regnis,
Cum tu cunctorum quos cernunt ſydera Regum
Maximus,& toto nulli ceſſurus in orbe,
Prouer. 21. Fœdera noſtra tamen,regniq; minoris amico
Affectu,non ſpernis opes:miſſisq; frequenter
Muneribus,ſceptrisq; potens nos Rector honoras.
Munera grata quidem,ſed longe gratior illa
Quæ facit ut nobis ſint munera grata uoluntas,
Quæ ſeſe nobis de tanto culmine rerum
Inclinat,noſtræq; petit conſortia pacis.
Atq; ideo quidquid noſtris promittere regnis,
Aut feciſſe licet,deuota mente uolentes
Spondemus,cupideq; tuo ſacramus honori.
Sit precor in populis pax,& concordia noſtris,
Vnus amor,ſyncera fides,commercia tuta:
Obſequijs noſtris,ſtudijsq; fidelibus opto
Vti ſæpe iuuet,raro contingat egere,
Auxilij quoties aut res,aut tempus egebit,
Viribus alternis ſuffragia grata feramus.
Sic tamen:hic ut tu,qui me cunctosq; per orbem
Præcellis Reges,ius arbitriumq; iubendi,
Vt decet obtineas,mihi ſit parere neceſſe.
Tamq; tibi placeat nobis facienda iubere,
Quam nobis feciſſe placet:nec fœnora blandi
Quęrimus obſequij,nec paruis magna latenter
Pręmia captamus,ſummo ſit gratia Regi.
Incolumes ſeruamus opes,nullius egemus:
Regna uigent,fortuna fauet,multisq; timemur
Aquitania. Gentibus,& populis,Aquitanica me duce tellus
Vtitur:Andegauis Comitem uocat, Anglia Regem.
Non contra Reges alios,inopinaq; bella
Imploramus opem,tranquilla pace fruentes,
Andegauis. Pace tamen media fidos optamus amicos.
De quibus,ut nobis liceat ſperare,quis autem
Vtilior,maiorue mihi contingat amicus,
Quam tu,quem toti Romana potentia mundo
Impoſuit Dominum,quem totus ſuſpicit orbis?

tæ,quo prędicat Deum' quod ſe omnibus periculis & infeſtatione hoſtili liberatum in Regem exaltaſſet, ac regnum ſuum omnimoda felicitate feciſſet florere. Cui, clauſa manu. Iuxta illud Solomonis. Cor Regis in manu Dei eſt, ſicut flumina aquarũ: quorſum uolet, inclinabit. Quod piorum quidam ſic exiſtimat ſimplicisſime accipi poſſe, quod Deus gubernat Regum mentes, & cum fauet, dat felicia conſilia, & cuſtodiat regna: cum ſuccenſet, ſinit errare ac labi, ut incidit in magnas calamitates. Eraſmus in Cõuiuio Religioſo tractat,& excutit hunc ſcripturæ locum exactius.

Aquitanica tellus. Guennã hanc Galli hodie nuncupant:ad quos etiam tãdem redijt, poſt uarias cõtentiones Caroli Septimi auſpicijs.

Andegauis. Et ob hãc quoq; urbem, quam ab Anglo penitus exciſam Philippus Rex cognomento Auguſtus reſtituit, ingentem olim inter Gallos & Anglos con-

Munera

Munera parua tibi, ſed quæ placitura putaui,
Mittere cura fuit: tu ſuſcipe mente benigna
Quæ ferimus, miſſamq; tuis hanc, uſibus, opto
Semper habe ſcęnam, quæ te Dux maxime, uelis
Protegat expanſis, qui totum protegis orbem.
Nondum feſtinus mandata recentia lector
Prompſerat, atq; alij regalia tecta ſubibant,
Quos Rex Hiſpanus, quos Gallia miſerat, aut quos
Dacus, & Hungaricus Pannon qui præſidet aruis,
Quos alij proceres, magnum qui ſparſa per orbem
Regna tenent, alijsq; procul dominantur in oris.
Iſtam quippe domum, nunq; ſine plebe frequenti
Omnibus e terris, & ab omni gente profecta
Inuenies: qui linguas, moresq; locorum,
Et quidquid toto rarum contingit in orbe
Agnouiſſe uelit, nuſquam perfectius illa
Edidiciſſe queat: ſic plurima tunc quoq; turba
Hic aderat, diuerſa ſonis, & moribus impar,
Munera certatim, mandataq; læta ferebant:
Et ſua regna pio gaudebant ſubdere Regi.
Quos placidus Princeps blandis affatibus implens,
Reſponſis lætos, donis dimiſit onuſtos.
Inde Viro placuit dotalia coniugis arua,
Allobrogumq; domos motis inuiſere caſtris.
Cuius ut aduentum præcurrens fama per urbes
Diſtulit, & rerum pręconia magna peregit,
Protinus Allobrogum proceres, multiq; potentes
Italici, Veneti, Tuſci, ſimul atq; Latini,
Vuaſcones, Hiſpani, ſeu quos prouincia diues
Miſit, & Allobrogum contingens Gallia fines,
Chryſopolim celeres adeunt: ibi regia caſtra,
Teutonicasq; Ducum placet expectare cateruas.
Huc quoq; Romano celebres a Præſule miſſi
Legati uenere duo, Bernardus, & ille
Qui poſt in cathedra Rollandus nomine uerſo
Dictus Alexander, multos magnosq; tumultus
Pertulit, Eccleſiæ cuius ſub tempore longum
Sciſma, quater ſenos exarſit pene per annos.

tectionem interceſsiſſe ex Gaguino et Aemilio Veronēſi cognoſces. Cauſſam eius attingit poeta lib. Nono.

Rex Hiſpan9. Alphonſus Nonus, Ferdinandi Regis Legionis filius. Gallia miſerat. Rex Ludouicus Septimus: qui & Iunior a ſcriptoribus appellatur. Aut quos Dacus. Danorum Rex, nimirum Sueno: qui & Petrus, ut primo libro indicauimus. Pannon. Hungarię Rex. Nam qui hac tempeſtate Pannoniam inferiorem, quæ ad Daciā & Dalmatiā uergit, incolunt, a Scythis ſe traxiſſe originem prædicant, & Hungaros ab Hungarorum rege nomen habere. Errant qui Hunos, quibus origo Germanica fuit, & Hungaros unam tradunt eſſe gētem. Diuerſa ſonis. Lingua, uel ſermone.

Pannon.

Vaſcones. Horum eſt Pompelon, quaſi Pompæi ciuitas, nunc Pampilona regni Nauarræ caput. Chryſopolim celeres adeunt. Veſuntionū, ut ſupra ſignat, urbē, quæ Biſuntiū nūc appellat̄ in comitatu Burgundiæ, ciuitas eſt imperialis, ac metropolitica.

Pompelon.

A Romano Præſule. Adriano quarto, cuius meminimus ſupra. Bernardus. TT. S. Clementis preſbyter Cardinalis. Rolandus. TT. S. Marci preſbyter Cardinalis, & Cācellarius Ro-

His præter ſolitum cenſus ingentis amorem
Quo Romana ſuos inflammat curia ciues,
Cauſſa mutandi Pontificij nominis.
Hæc quoq; cauſsa uiæ fuerat: quia nuper ab illa
Sede gradum referens, famoſo nomine quidam
Anglus, apoſtolica multum dilectus in aula
Præſul, Teutonicis fœde tractatus in oris,
Et ſpoliatus erat, nec adhuc crudele, recensq;
Alexāder tertius, cocus.
Flagitium, digna Princeps mulctauerat ira.
Reddita magnifico ſuper hac re pagina Regi,
Plurima uana quidem, ſed & hic monuiſſe putatur:
Vt memor impenſi tanti ſibi Cæſar honoris
Eſſet, & acceptæ Papa donante coronæ:
Nunquam Pontificem collati muneris alto
Pœnituiſſe uiro, nec ſi maiora dediſſet
Premia, triſticiæ poſthac oneriue futurum.
Hæc ideo Princeps, non contemnenda, nec absq;
Pondere, ſuſpectis credebat tradita chartis.

...manæ Eccleſiæ.

Nomine uerſo. Sergius ſecundus, Os porci prius appellatus, nomine ob turpitudinem mutato, initium dedit mutandorum nominū ſucceſſoribus, licet ab omnibus non ſit obſeruatum.

Alexander. Eius nominis tertius, patria Senenſis, qui habitu coci ignotus aliquādiu apud Venetos latuiſſe dicit̄.

Quater ſenos exarſit pene per annos. Cū Pontificiū geſsiſſet. xxi. annis, & iam quieturus a perturbationibus uideretur, moritur. Vidit tamen prius e medio ſublatos, quos contra eum Aenobarbus noſter creauit, quatuor Pōtifices, Victorē, Paſchalē, Calliſtūi & Innocentiū. Cenſus ingētis amorē. Tantū iā olim Pōtifices degenerarūt a maiorib9 ſuis, q patrimonij Petri exortes oratione & doctrina Chriſtiana promouebant Euangeliū, quod non diſsimulat Platina. Cenſus proprie dicitur exactio illa, quæ de facultatibus æſtimatis indicitur. Anglus præſul. Erat ille tum Archiepiſcopus Londonenſis, qui tamen hodie Cantuarienſi ſubeſt. Nam ut Volaterranus refert, in toto regno duæ ſunt deſcriptæ in Codice Fiſci metropoles, Cantuarienſis. ſ. & Eboracenſis.

Cenſus.

Codex fiſci Papalis.

Pagina. Epiſtola, cuius exemplar nunc extat apud Radeuicum cap. ix. Tertij rerum Aenobarb. Adrianus in literis ſuis glorioſsimum filium & chriſtianiſsimum principem appellat Fridericum: ſed eodem Radeuico teſte, licet cauſsa Legatorum Pontificiorum ſpeciem ſynceritatis uidebatur habere, tamen fermētum & occaſionem malorum latuiſſe poſtea compertum eſt.

Hec ideo Princeps. Quod iuxta Comici dictum, iſtæc cōmemoratio quaſi exprobratio eſſet immemoris beneficij.

Quod prius Auſonijs dum uerſaretur in oris,
Audierat Latiæ diffuſum plebis in ora,
Et uulgo dici ſolitum: contingere nulli
Lotharius Saxoniæ Dux.
Regna latina uiro, niſi cui Romanus amica
Traderet illa manu Petri ſub nomine præſul.
Hoc quoq; Romanæ præſtans in ſedibus aulæ
Vana loquebatur, qua uoce licebat imago.
Hic a Romano mendax antiſtite pictor
Fecerat Imperij ſumentem iura Lutherum,
Stare genu flexo, nec non epigrammata manus
Deſuper addiderat, ſimulatis conſona rebus.
Hanc Adrianus ei, ne uerę ſemina cladis
Res ſimulata daret, penitus delere figuram
Pactus erat: ſed adhuc minimi promiſſa laboris

Imago. Id eſt, pictura.

Pontifice. Innocentio ſecundo. Sumentē iura Lutherū. Hic fuit Saxoniæ dux Lotharius a Gallicis & Italicis ſcriptoribus appellatus: qđ hoc illis, ut Crantius ait, Imperatorium nomē uidetur. Quo ille ordine ad Imperij faſces promotus ſit, ſcribit idē in principio Sexti libri Saxonię ſuæ. Hunc cum Principes Imperatorem dicerent, diu reluctatum eſſe Baptiſta Egnati9 tradit: contra nihil reluctatum eſſe Crātius adſerit, una

Diſtulerat, fomesq; mali uiuebat imago. nimiq; Principum conſenſu Regem declaratũ. Naucierus idem quod Egnatius prodit: addens, quod Henrico Quinto defuncto, Principes Regni, ne de Septemuiris tantum intelligas, apud Moguntiam Quatuor regni optimates deſignarint: hunc Lotharium, Fridericum, uel Chunradum Ducem Sueuiæ, Leopoldum Marchionem Orientalem, id eſt, Auſtrium, & Carolum Comitem Flandriæ. Deſuper addiderat. Tales. ſ. uerſus, ut recitat Radeuicus.

Rex uenit ante fores, iurans prius Vrbis honores.
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

Ergo ubi magnificis acceſſit epiſtola uerbis,
Admonuitq; uirum: ſatis indignatus, ab illo
Imperium Princeps ſe ſuſcepiſſe negauit.
Cumq; refragari Legati, & dicere contra
Tentarent, & falſa ſua pro parte mouerent:
Infremuere Duces, quos omnes aulicus ira
Ille Comes præceſſit Otho, gladioq; cruentas
Acriter educto properabat ſumere pœnas.
Sed Rex in media (famæ non immemor) ira
Corripuit, tenuitq; uiros, iramq; repreſſit.
Et ſatis inplacide dimiſſos, iuſſit eadem
Qua uenere uia ueſtigia tuta referre:
Ne tamen ad dextram ſit copia, ſiue ſiniſtram
Detorquere gradum, nec nocte diutius una
Vno ſtare loco, donec referantur in Vrbem.
Vtq; hæc cauſſa ſuæ cunctis noteſceret iræ,
Protinus innumeris abſentibus acta libellis
Innuit, & tales properat dictare querelas.

Comes Otho. De Vuittelſpach pater Ludouici, ut reor, Bauariæ Ducis, auusq; Othonis eius, qui Philippũ Aug. ut dictum eſt, occidit.

Acta. Geſta. Libellis. Epiſtolis. Abſentibus. ſ. Optimatibus regni.

Cum mihi consensu diuina potentia ueſtro
Imperium frenare manu, cunctisq; per orbem
Gentibus auſonium dederit ſancire timorem,
Si quid opinato grauius, dignumue querela
Inciderit, ueſtras iuſtis conqueſtibus aures
Pellere non timeo: quorum me munere regna
Et primo cœpiſſe, & nunc accepta tenere
Glorior, & nunquam memorem gratumue pigebit.
Inde fit ut ſummi (modo dicere fas ſit) iniquos,
Pontificis uobis cogar depromere faſtus.
Nam cum Chryſopoli, magna cum plebe potentum
Conſilium nuper ſummis de rebus haberem,
Aduenere duo falſi de ſede prophetæ
Romana, qui ſe mandata ſalubria nobis,
Ferre paciſcentes, & toti commoda regno,

Cum mihi. Habes & huius Epiſtolæ exemplũ apud Radeuicum lib. ſupra citato.

Chryſpoli. Biſuntij.
Prophetæ. Cardinales ſignat prędictos, Bernardum, & Rolandũ. Prophetæ aũt omnes, qui ſacra ſcripſere, dicuntur: ne i ſolos duodecim hoc

Prophetæ.

Dulcia miſcuerant ſecreto mella ueneno.
Nam cum cœpta legi nobis a Præſule miſſa
Prima parte ſui ſapuiſſet Epiſtola pacem,
Protinus expreſſis auſa eſt ſubiungere uerbis,
Illius nobis collatum munere regnum,
Imperij faſces, & ſceptri iura dediſſe,
Et gaudere datis, & ſi maiora dediſſet,
Nunquam Pontificem facti, doniue pigere.

cognominis competere putes. Super hac uoce multis diſſeruimus olim in Commẽtarijs in Progymnaſ. Reuchlin. Videtur aũt Imp. non ſine mordacitate alluſiſſe ad illud CHRISTI. At tẽdite a falſis prophetis.

Quem cum Legati uiua quoq; uoce furorem
Adſtruerent, tantis exarſit curia flammis,
Vt niſi ſedato tumidis præſentia motu
De duobus Gladijs. Noſtra tuliſſet opem, miſeranda clade periſſent.
Ecce paterna fides, & magni Præſulis alma
Integritas, humiliſq; Petri ueſtigia ſectans.
Iam non ferre crucem dominum, ſed tradere regna
Gaudet, & Auguſtus mauult, quam Præſul haberi:
Eccleſiæ pacem gladijs, quæ rite duobus
Vtitur, alterutro nunquam bene firma remoto
Scindit, & in ſeſe geminos exaſperat enſes.
Dumq; ſacerdoti conatur iungere Regem,
Non uno tantum contentus, lędit utrumq;.
Quid uoluere duo gladij, quos Petrus in illo
Lucæ. 22. Indicat eſſe globo? totidem niſi nomina ſummi
Iuris in Eccleſia: quæ cum ſibi mutua quondam
Fœderis alterni nexu, ſuffragia præſtent,
Ioh. 18. Sunt diuiſa tamen: nec in unum poſſe uidentur
2. Cor. 10. Iuncta coire caput: nec eodem ſæpe recurrunt
Inſtituenda modo, licet unus utriq; ſit auctor,
A quo nomen habet ſub cœlo quæq; poteſtas,
Alter honos cleri conſenſum poſtulat: alter
Arbitrio Procerum, regniq; fauore paratur.

Gladijs, quæ rite duobus utitur. Sequit̃ commenticiam Scholaſticorum Theologorum ſententiã, qui CHRISTI uerba de duob9 gladijs, ut plæraq; alia, quæ propius ad philoſophiã cœleſtem pertinebant, ſubuerterunt, reclamantib9 omnib9 CHRISTI pręceptis, reclamante tota ipſius uita, reclamante doctrina apoſtolica, refragantibus tot martyrum millibus, repugnantibus uetuſtis interpretibus. Paucis illis uerbis. Ecce duo gladij hic, Mũdi gladium Imperatori, & Eccleſiæ, ſi CHRISTO placet, aſſeruerunt: quamuis ipſe affirmet, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, & Apoſtol9. Arma noſtra nõ ſunt carnalia, ſed potentia Deo. Sed quid attinebat hinc trahere publicam magiſtratuũ functionem, quam neque CHRISTVS, neq; Apoſtoli ademerant, quin eis, etiam idololatris incolumem eſſe uoluerunt, quod iuſticiæ diuinę ſeruiret? Dumq; ſacerdoti conatur iungerę Regem. Hoc eſt, dum ſuperioritatem, ut uocant, dominandi ſacerdotibus plane interdictam a CHRISTO, uſurpat. In illo globo. Id eſt, in cœtu apoſtolico. Summi iuris. Poteſtatis. Quo uocabulo etiã homo poteſtate prędirus dicit̃. Sub cœlo quęq; poteſtas. Non em̃ eſt poteſtas, niſi a Deo, ut ſignate Apoſtolus dixit ad Rom. cap. xiij. Alter honos. ſ. Pontificalis. Alter. ſ. Regalis.

Ergo quid ad ſummum de regni iure, quid oro
Pontificem ſpectat? nullum caput iſta ſuper ſe
Aſpicit, excepto cœlorum Rege, poteſtas.
Lucæ. 22. Eccleſiam regat ille ſuam, diuinaq; iura

Ergo quid ad ſummũ. An neſcis Friderice princeps chriſtianiſsime, inter uos nõ dominabimini, ſicut ſubditis domi-

Temperet, Imperium nobis fascesq; relinquat.
Adde, quod infandum tractantes pectore uotum
Latores apicum, mandatorumq; sequestri,
Diuinas spoliare domos, sacra tollere uasa,
Excoriare cruces, abrumpere textibus aurum:
Omnia quae possent auide corradere saeuis
Vnguibus, & secum collecta referre parabant.
Vtq; minus cautos mendacibus angere possent
Ac terrere notis, impresso plurima signo
Deprensa est uacuis apud illos pagina chartis,
Susceptura nouas quas (uellent) cumq; figuras.
At nos Teutonico cupientes parcere regno,
Et simul iniustas cleri prohibere rapinas,
Vertere pestiferos a primo limine gressus
Iussimus, & uacua lusos repedare crumena.
Vos (age nūc) Proceres, quibus hācautorib9 aulā,
Imperiumq; rego, praesens iniuria quaeso
Asperet, & iustos mecum stimulate dolores.

nātur Reges gentiū, hoc ualere scilicet, Tu Petre cū tuis successoribus Romani Imperij haeres esto perpetuus? Itē, Ego ueni ministrare, & non ministrari, esse, Imperatores & Reges terrarū, tua, ac successorum tuorum, in solio plusquam regio praesidentium, uenerabundi gemmata osculentur uestigia? Tum illud: Qui prim9 uoluerit esse inter uos, erit uester seruus. Et qui uoluerit inter uos fieri maior, sit uester minister, aliud significare nihil, q̄ apud nos est praecipiendi potestas, reliquam Ecclesiam manet parendi necessitas? Constat enim dicere solitum Benedictū. xij. Omnē Imperij potestatē suā esse: eo qd' CHRISTI IESV superni Regis esset unicus in terris Vicarius, successor Petri. Nullū caput ista sup se. Hoc si quis hodie cōstanter asseueraret, haeretici nomē apud Pontificios adolatores nō effugeret. Contrariā tamē partē, ut ueritati affinem, magni nominis uiri tutati sunt: licet hactenus eorum uicerit doctrina, qui uniuersam prope scripturam diuinam adulterinis interpretationibus subuerterunt. Apud quos nata sunt illa, olim ignota penitus sanctis, uocabula. Caput uniuersalis Ecclesiae, Generalis Vicarius, Deus terrenus, Pontifex maximus, Suprema potestas, Legitima potestas, Habitus gladij, Vsus gladij, et alia multa huiusmodi. Quid pluribus? Hodie habet Imperator, ut eorum utar uerbis, recognoscere Papam in superiorem, & expectare personę suae approbationem. Ecclesiam regat ille suam. Iuxta prēceptum Pauli: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Sed hic in promptu adest duplex nobis solutio. Vna, Ro. Pont. non alligari uerbis Apostoli: quoniam inferior nō habeat imperium in superiorem. Altera, quod ipsius uterq; sit gladius solius. Item omnia esse eiusdem propter illum CHRISTI sermonem: Data est mihi potestas omnis in coelo & in terra. Latores apicum. Id est, literarum apostolicarum. Sequestri. Signat Legatos, siue gestores negociorum Papae. Lauinius in libro quem scripsit de uerbis sordidis, Sequestrum dici uult, quod eius utraq; pars fidem sequatur. Idq; etiam Aul. Gellius probat: & Alciato non displicet: quod etymologia uocis huius a Modestino tradita subdura uideatur. Diuinas domos. Templa. Taxat Cęsar auariciam & sacrilegia sacerdotum Cardinalium, imprudentibus rerū pietatis praetextu imponentiū. Minus cautos. Simplices. Signo. Sigillo. Vacuis chartis. Puris, quas nūc principales scribae Alba uocant. Charta est pagina scriptioni apta, ex quacunq; materia illa sit, siue ex plumbo, siue ex cortice, siue ex lintheis, siue ex papyro: siue ex corio, quae dicitur mēbrana. De chartarū generibus Plinius multa cap. xij. lib. xiij.

Mat. 20.

Ibi.

Frid. Imp. prę ter Christum, aliud supra se caput non fatetur.

1. Tim. 2.

Mat. ult.

Sequester

Charta.

Membrana.

Interea magnos Proceres, Burgundia diues,
Pontificesq; suis excitos sedibus ultro
Regis in occursum commouerat: omnia late
Oppida, seu ualidis munitę turribus urbes.
Excipiunt illum ualuis reuerenter apertis,
Quaeq; relicta sibi iam libertate uetusta

Interea magnos. Cum ex hoc loco, tum ex cap. xi. Tertij hist. Aenobarbicę libri patet, utramq; Burgundiam iterum Imperio cessisse, omnimoda, ut ait Radeuicus, subiectione, & debita fideli-

Burgundia utraq; Imperialis.

Gaudebat tellus, uenientem milite pauco
Agnoſcit dominum ſupplex, Regemq; fatetur.
Ipſeq; Pariſiæ moderator & arbiter aulæ
Milite cum multo, dubium, pacatus, an hoſtis,
Colloquij cauſſa Regem Luduicus adibat.
Aſt ubi diſpoſitis illum dotalibus aruis
Teutonicas reuocaſſe gradum cognouit in urbes,
Regia magnifico pacis ſub imagine faſtu
Miſit, & æqua ſuis ab eo mandata recepit.

tate compromiſſa. Nam Pontifices, non tantū q aderant, ut Stephanus Viennenſis Archiepiſcopus & Archicancellarius Burgundiæ, Eraclius Archiepiſcopus & Primas Lugdunēſis, Otho Valētinus Epiſcopus & Ganfredus Auinionenſis, Syluius itē princeps Clarienſis, ſed & abſentes alij omnes tum antiſtites, tum optimates, ut eiuſdem Radeuici uerbis loquar, & p nuncios & per litteras Friderico fidelitatem fecerunt, atq; hominum, & beneficia ſua de manu illius reuerenter ſuſceperunt.

Oppidum. Omnia late oppida. Oppidum uidetur Alciato id eſſe, quod tanquam propugnaculum aduerſus hoſtes conſtructum eſt, & mœnibus uallatum. Id enim etymologia arguit: cum dicatur ab ope, id eſt, auxilio: quod eius cauſſa factum ſit: unde ut plurimum condebantur oppida, ut etiam natura loci tuta eſſent. Virg. ſecundo Georg. Adde tot egregias urbes, operumq; laborem, Tot cōgeſta manu præruptis oppida ſaxis. Propter quod etiam putat idem cum cæteris interpretibus Iurium, proprie dici oppida, ſiue urbs ſit, ſiue caſtrum, emporium, conciliabulum, pagus, uicus, præfectura, burgus, metrocomia, dum mœnibus cingantur, & ab incurſu hoſtium tuta ſint. Laurentius autem Valla, quiq; eum ſecuti ſunt Grammatici, oppidum omnem urbem dici exiſtimauerunt, præter Romam: quæ peculiari nomine urbs uocari cœpta, fecit ut cæteræ urbes oppida uocarent. Munitæ turrib9 urbes. Annotauit & idē

Vrbs. Alciatus, q in pontificijs recentioribusq; Canonibus, nō uidentur urbes appellari, niſi quibus Epiſcopus datus eſt. In antiquis em̄ decretis, maiorib9 tm̄modo urbib9 Epiſcopi cōſtituti fuere. Sed tamen hodie q̄ plurimæ in Germanis, Sarmatisq; urbes ſunt, quibus ſpecialiter nullus ſacrificulus antiſtes præeſt: quod hæ nationes, non pauca ex iure gentium adhuc retineant. Pariſiæ aulæ. Gallici regni, pars pro toto, familiari poëtis figura. Quidam Pariſium conditam uolunt a Iulio Cæſare, Pariſiumq; ſingulariter & fœminine nuncupatum. Quibus ut non accedamus, ipſe Cæſar in primis facit, qui, Ritio teſte, laudum ſuarum alioqui non obtrectator, eius, ut iſtis placet, operis Pariſij nunquam meminit, ut aliquoties Pariſiorum gentis, in qua Lutecia Strabo, Mela, Pliniusq; & Ptolomæus ſtatuunt, in eo propemodum tractu, quo nunc eſt. Inue

Pariſius. uias qui Pariſius indeclinabili forma per omnes caſus affirmet: & ita multorum ſeruat uſus. Vrbs ad Sequanam poſita, ubi nunc regia Gallorum, conſilium, quod Parlamentum appellant, & ſtudium litterarum, Caroli Magni opus: e quo ut uiri aliquot prodiere tum religione, tum multifaria doctrina inſignes, ita negari non poteſt, hic aliros nonnullos quorum prodigioſa barbaries propemodum bonis litteris, & ſimul pietati Chriſtianæ exitium attuliſſet, niſi propitius Deus in tam altis ignorantiæ tenebris, excitaſſet clariſsima illa duo Galliarum lumina,

G. Budæus, Iac. Stapulenſis. Guilielmum Budæum, & Iacobum Stapulenſem: quorum monimenta non tantum perhibent teſtimoniū doctrinæ ſuæ, ſed plane indicant etiam, q̄ ſint integri uitæ ſceleriſq; puri, amanteſq; æqui & honeſti: quæ dum doctrinæ accedunt paulo ampliori, magno in loco ſtatuenda mihi cum Vadiano noſtro uidentur. Ludouicus. Cognomento Iunior, de quo latius aliquanto lib. ix. Sed quam Germanorum gloriæ atq; uirtuti inuideant Gallicarum rerum ſcriptores, indicat hic locus, & mox præcedens. prætereunt enim ſilentio, quæ tanta fide, citatoq; teſtimonio Trecenſis Epiſcopi Radeuicus noſter retulit. Sed præſtat eius recitare uerba. Nam ſicut egomet, inquit, referente uenerabili uiro Henrico Trecenſi Epiſcopo cognoui, Ludouicus audito, quā ſtrennue partibus illis Fridericus præualuiſſet, pertimuit: nec iam ad colloquium, quod ſuſpectū habebat, ſed ad bellum ſe ratus proficiſci, clanculo non paruas copias collegerat: adeo, quod nouem Epiſcopos cū ſua militia una nocte in Trecenſi ciuitate tunc hoſpitaſſe memoratus præſul memoraret. cumq; tota terra illa nō minimo metu nutaret, ipſa trepidatio nobis pro uictoria putabatur. Meminit Nauclerus cōuentus, qui apud Diuionē ſuper tollendo ſciſmate indictus eſt, inter Fridericū, & Philippum, qui patri Ludouico iam uita functo ſucceſſerat. Aemilius ex Gaguino retulit in lib. Sextū operis ſui, iam dictū Philippum cū Aenobarbi nepote ex filio

Friderico Aug. per filiũ ſuũ Ludouicũ in Mediomatricibus renouaſſe fœdus, q̊d inter Principes Ro. Regesq́ Galliarũ antiq̄tus obſeruabaẽ. Magnifico faſtu. Qm̃ iſthęc Regũ tractatio p̱ nũcios, quorũ noĩa Radeuicus ponit, magis ad oſtentationẽ faſtus, q̃ ad reip. utilitatẽ facta eſt. eodẽ autore Radeuico. Et æqua ſuis ab eo mãdata recępit. Videtur per tranſlationẽ mandata accipere pro actis ipſis, pro q̄bus illa dari ſolent. Vt ſcilicet, ĳs modis Aenobarbici Legati cũ regĳs nuncĳs egerint, quibus illi erga eos utebantur. Iuxta illud uulgatiſs. uerſiculi. Tu quoq́ fac ſimile.

Iamq́ tuos Cæſar peragrans Germania campos,
Saxoniæ fines, claramq́ intrauerat urbem,
Quam prius infidis condixerat ille Polonis.
Quos ubi uelle dolum, iurataq́ pendere paruí,
Indefenſa fidem cunctis abſentia fecit.
Signa Ratisbonam ſua fert, ubi magna coibat
Concelebranda patrum ſolenni curia cœtu.
Huc quoq́ Pannonĳs legatio uenit ab oris,
Verba, preceſque ferens Geiſæ ſub nomine Regis.
Huic ſatis in teneris adoleſcens ſtrennuus annis
Frater erat Stephanus, quem Rex ad culmina regni
Aſpirare dolo Bela ſuaſore, ferebat.
Hic placido cultu puerum nutriuerat, ut qui
Vir bonus & prudens, & auunculus eſſet utriq́:
Hunc quaſi ſuſpectum regnis, & facta parantem
Impia, Rex odĳs uexabat frater iniquis.
Impoſitoq́ ſibi funeſtæ crimine fraudis,
Teſtibus, & falſis iuuenem damnare parabat
Iudicĳs, odiumq́ furens ferale coquebat.

Claram urbem. Magdeburgũ. Iurata. Pacta ſcilicet, et p̱miſſa, iureiurando adfirmata. Abſentia indefenſa. Id eſt, Contumacia: in quã incidunt, qui in iudicĳs citati, non abſunt, aut mox legitimã abſentiæ cauſſam nõ edunt. Quãto igiẽ magis, qui diem ſibi pacto cõſtitutũ iam negligũt. Sed notũ apud maiores, Polonorũ perfidiã in uulgi uerbũ abiiſſe. Solẽni cœtu. Congregationẽ hodie uocãt, quam Canoniſtæ uel ex duobus conſtare dixerũt. Cœtus uero decem homines requirit. Pannonĳs ab oris. Hungaricis. quoniã Hungari, ut dictum eſt, tenẽt nunc inferiorẽ Pannoniã, cuius limites multo breuiores, q̃ Imperium. Geiſæ Regis. Rex Bela Secundus eo nomine, qui cum patre Almo exoculatus eſt a patruo Rege Colomãno, ſucceſsit Stephano eius nominis ſecundo, filio Colomãni ſine liberis defuncto, ex Helena Seruiæ Regis filia Geiſam, Ladiſlaum, Stephanũ, & Almũ ſuſcepit. Geiſa natu maior, poſt mortem patris Imperio paterno potitus eſt: uſurpante pariter regno Stephano fratre, ut Radeuicus ſcribit, Belę auũculi ſuaſu. Quod & Poẽta ſecutus, Radeuicũ indicat: cum tamẽ alĳ id minime uel uno uerbo innuãt, ſed conſtãter referant, Stephanũ Tertium huius Geiſæ filiũ patruos habuiſſe initio ex ſucceſsione regnũ uſurpantes Ladiſlaũ, deinde Stephanum Belæ Secundi filios: qui, ut patet ex hiſtorico Hungarorum, breui tempore interiere. Hic Stephanus regnauit ann. XI. Moritur. M. CLXXIII. Quãuis principatus Aenobarbi incidit in poſteriores annos, quibus rerũ dictus Geiſa apud Hungaros potiebatur, quibus ille xx. annis præfuit. Bela ſuaſore. Nulla fit huius Belæ mentio apud alios, quos ego quidem legerim. Hunc. Scilicet, Stephanum. Suſpectum. Aemulum. Funeſtæ fraudis. Parricidĳ: quod non in patrẽ ſolum, ſed etiã in cæteros coniunctos cõmittiẽ, quorũ lex Pompeia meminit.

Contumacia.
Cœtus.
Bela.
Almus.
Parricidium.

At puer in magno ſpem tantum Cæſare ponens,
Rebus opemq́ ſuis, ſolum ratus eſſe ſub aſtris
Qui uelit, aut poſſit tumidos arcere tyrannos,
Hunc adĳt, tumidiq́ graues quas ſenſerat iras
Fratris, & indigno fœdatam crimine famam,
Exiliumq́ ſuum deflens: inſignia magni

Corda uiri,crebris tandem permota querelis
Impulit,ut sæuo fratri mandata,minasq;
Scriberet,& iuuenem famæ,domuiq; paternæ
Restitui,falso læsum rumore iuberet.
Ille furens odijs,& gaudens fratre remoto,
Cuius erat probitas animi suspecta nocenti,
Excusare suam fraternæ crimine culpam,
Inuidiamq; sui cupiens lenire furoris,
Hæc Regi mandata uiros perferre fideles
Iussit,& Augustas his fallere uocibus aures.
Germanum,quoadusq; nihil crudeliter egit,
Vel latuere doli,consorti fœdere iuris
Participem,nulloq; modo,nisi nomine tantum,
Partiri quod nemo potest,habuisse minorem:
At postquam durum patuit scelus,illud amice
Non potuisse pati,nec tunc quoq; sæuius actum,
Aut grauius quicquam,q̃ quod iam fraude reperta,
Cautus ab infido se subtraxisset amico.
Illum (cum posset tutus mansisse) coactam
Sponte sua simulasse fugam,caussamq; doloris
Esse,quod inceptos nequeat patrare furores.
At Rex huic finem nequiens imponere liti,
Cum maiora premant priuatæ pondera curæ,
Distulit,& iuuenem Veneti per stagna profundi
Prouidus,argolicam seruandum misit ad urbem.
Hoc quoq; conuẽtu Procerum,Dux ille Boemus
Fama Labeslaum, quem nominat, ob sua gesta
Fortiter, & bello nuper spectata Polono,
Ex Duce Rex fieri meruit, gessitq; potenti
Sceptra manu,cinxitq; nouo diademate crines.
Protinus ad patrias uestigia Rex nouus urbes
Retulit Italico pactus sua robora bello.
Nec minus egregium dictu,pulchrumq; putamus
Quod patrui Regis,Dux Austricus,atq; Frisingæ
Præsul sedis Otho,studio,curaq; nepotis
In pacem rediere bonam,quos ante feroces
Irarum stimuli,fraternaq; rixa cruentis
Frisinga. Vexabat odijs,cum Dux abrumpere quædam
Fratris ab ecclesia per uim tentabat:at ille

Scriberet. Missos etiã a Friderico Legatos, pro restituẽdo Stephano, Radeuicus tradit. Viros fideles. Geruasium Episcopũ de Castro ferreo, & Comitem Heidenricum. Iuris. Dominationis. Partiri quod nemo potest. Politici Regẽ sic accipiũt, quasi sup̃ma quædã & absoluta ptãs sit, supra quẽ ĩ suo regno nemo sit, sed ipse præsit omnibus: ex quo fit, ut Rex nisi unus dumtaxat esse nõ possit. Plures eñ Reges simul uni regno præsidentes, sese mutuo impedirẽt, naturãq; perimerent Regis, quæ non omnibus pręesset, sed haberet paritatem.

Amice pati. Pro ęquo animo ferre.

Argolicã urbem. Constantinopolim. Hoc quoq; cõuentu Procerũ. Quæ ad hunc locũ faciunt, nos aliquãto latius in principio Quinti ex Syluio retulimus. Lego apud Canonistas, quod mirũ eis uidebatur, cum primo Rex fieret Dux Boemiæ, quod non haberet, nisi unũ Episcopũ Pragensem: dictũq; propterea eum proprie tunc nõ habuisse regnũ. Extat in põtificijs decretis Canon, quo describit quæ prouincia sit regio digna noĩe. cui caput est. scito-te. 6. q. 3. Patrui Regis. Coniũctio sanguinis ab unde lib. primo explicata est. Frisingæ sedis. Hanc in mõte Frisingen uocato, excitauit prim⁹

Prisca suæ sedis certabat iura tueri.
His bene compositis Ripuaria Cæsar in arua
Tendit,& extremos Rheni percurrere fines
Accelerat,pacemq; locis,& iura reformat
Gentibus,hanc cunctis gaudens præponere curis,
Ne qua parte sui nutantia regna relinquat
Rector,ad Italicos moturus signa labores.

eius Antistes diuus Corbinianus, regnante iam apud Gallos Pipino Frãco Germanico. Sitũ loci scribit elegãter Otho ille noster cap.24. libri.5. historiæ suę prioris. Crucentis odijs. Iuxta prouerbium quod ab Aristotele refertur lib. Politicorum septimo, scilicet Acerba esse bella fratrum. Suppetunt abunde multa ex historicis exempla, quæ arguunt. Si quando simultas inciderit inter fratres, eam esse atrociorem, q̃ uulgarium inimicorum. Ripuaria in arua. Qui populi Ripuariorum nomine continebantur, lib. primo indicauimus. Ne qua parte sui nutantia regna relinquat. Hoc autẽ a [illegible]eo feliciter præstitit per omnem Germaniam, ut, quemadmodum Radeuicus ait, quod dictu mirum est, iam non regni Rectór, sed unius domus, unius reipub. paterfamilias haberetur. Nimirũ ratus cum Tito Cæs. diem eum se perdidisse, in quo non aliquid in rem Imperij, de iure item & iustitia inter omnes gentes conseruanda disposuisset.

Fratrum bella acerba.

Rursus Vangionum campos, Luthramq; reuisit,
Regalesque sibi quos struxerat ipse penates
Incoluit, paucis sedata mente diebus.
Dum sibi consilio sanctorum cuncta uirorum
Rite gerenda putans, uicinis munera larga
Erogat ecclesijs: turbæq; benignus egenti
Dilargitur opes: autorem nactus in hac re
Hernannum, meritisq; grauem, formaq; uenustum,
Sanguine conspicuum: qui tempore præsul eodem
Brixinensis erat, cunctis quos teutona tellus
Tunc habuit, claræ prçlatus nomine famæ:
Vnde uiri monitis ad magna negocia tendens
Diuinam studijs Princeps a seq;, suisq;
Tentabat castris auertere mitibus iram.
Iamq; procellosis aquilonibus aëra molles
Abstulerant zephyri, senij cum frigore pulso
Grata repubescit iocundi temporis ætas,
Dum uiret omnis ager, tellusq; decore resumpto,
Floribus, & uiridi iuuenescere gramine gaudet,
Cum iam desuetus post ocia longa iuuencus,
Cura laboriferi cogit iuga ferre coloni:
Quæq; diu tutæ tenuit naualia sedis,
Nauta ratem dubias pelagi deducit in undas,
Magnaq; pro regno gesturi prælia Reges,
Fortia, belligeras reuocant in castra cateruas.
Cæsar ad Italicum iam se procingere bellum

Luthram. Cæsarea cognominatur nostrate lingua. Clarum fecit oppidum fictícius lectus, Friderici Aug. Secũdi, quẽ illic quotidie sterni fabulant, quod singulo mane inuolutus reperiatur.

Luthra.

Sanctorum uirorum. Scilicet, Episcopum: qui & sanctissimi interdum appellabantur.

Iamq; procellosis. Pulcra periphrasi signat apparuisse uer.

Senij. Pro hyemis posuit. Tutæ sedis. Hoc est, portus, siue stationis nauium. Sub Principe bellũ. Qui belli ius ex Euangelio trahunt, plane CHRISTI, & Apostolorum doctrinã corrumpunt. Multo igitur rectius sentiunt, qui bellum quãuis legitimũ, inter necessaria mala ponũt. Diuus Augustinus, qui bello patrocinari alicubi uidet contra orthodoxos ueteres, quorum nullus non illud damna

De iure belli.

Apparat,& ualidas castris accire cohortes.
Ne qua tamen puram culpæ contagio caussam
Infuscare queat,sanctos adsciscere patres,
Et iustæ caussas exponere maluit iræ.
Qui postquam stimulos iamdudum bella uolenti
Adiecere nouos,iustumq;,piumq; fatentes,
Nomine quod regni geritur sub Principe bellum,
Protinus accensa stimulis grauioribus ira
Feruet,& ultorem ueniæ spe tutus adepta
In Ligurum pœnas Princeps accingitur ense.
Iamq; gradu refugo Romam sine laude reuersi,
Terribiles nostri Legati Principis iras,
Quæq; suæ trepidi tulerint discrimina uitæ.
Quantaq; probrorum conuicia cuncta gementes
Addiderant Adriane tibi,mœstoq; relatu
In Regem nimias acuebant Præsulis iras.
Iam tunc Romani partes dissensio cleri
Fecit,& in geminum secessit schisma fauorem:
Hij Legatorum partem,Papamq; sequuntur:
Ast alij Regis pulchrum,& laudabile factum
Excusant,fortemq; uocant,dignumq; corona.
Ac uelut elatos culpant,nimiumq; tumentes
Dissidij caussam fomentaq; prima dedisse.
Illa dies caussam,momentaq; prima malorum
Præstitit,& longæ uicturæ tempore pestis.
Principis,an Papæ fuerit pars iustior,alter
Qui melius potuit cognoscere iudicet: at nos
Ignari rerum,partem ueneremur utramq;.
At præsul subita,nimium quoq; feruidus ira,
Præsulibus nostri tam sæua piacula regni,
Contemptusque suos mœstis deflere querelis
Accelerans,tales ferri iubet undiq; chartas.

Si satis unanimes in Christi nomine fratres
Estis,& eiusdem proles certissima matris,
Contemptus nostros,& sacræ scandala uobis
Credimus ecclesiæ magno uentura dolori.
Quam male Legatos maiestas regia nostros
Audierit,quantaq; furens exarserit ira,
Vnius falso decæpta interprete uerbi,

uit,fatetᷣ ingenue,se non posse,etiam si uelit, eloqui,quantū malorꝝ durarū dirarumq; necessitatum insit bellis, etiā quæ iusta dicuntur,cap.7.lib. Ciuitat. Dei.19. quod & obiter a nobis superius tactum est.

Legati. Pontificij, superius nominati.

Si satis unanimes. Huius epistolæ habes apud Radeuicū exemplar:quē latuisse miror:alterā eiusdem Adriani ad Fridericum scriptam epistolam haud dissimili argumento: quā una cum Aenobarbi mīsiua haud grauabor adscribere, q̄d & ad

Vel qui præsentes aderant uidere: uel absens
Si quis erat, potuit certis audire relatis.
At nos, teste Deo, quod sceptrum, iuraq; regni
Diximus a nobis illi collata fuisse,
Non donata quidem, potius sed tradita nostro
Illa ministerio, uel ei commissa, per illud
Credidimus uerbum sat recte posse notari.
Nunquid ob ambigui suspecta uocabula dicti,
Debuit in tantam succendi filius iram,
Verbaq; mandatis opponere dura paternis?
Adde, quod eximio famosos nomine nostri
Custodes lateris, tanta feritate lacessi
Pertulit, ut gladios, & sæua pericula mortis
Vix fugerent: uetitosq; ultra procedere, tristes
Turpiter, ac trepidos ad limina sacra remisit.
Neue quis ad nostram toto de corpore regni
Audeat ulla sui deferre negocia sedem,
Obseruare aditus, angustaq; claustra uiarum
Dicitur, & mediam positis custodibus alpem.

hunc locũ opportune accedat, & simul ostendat, q degenerarint Ro. Episcopi ab humilitate, lenitateq; Apostolici Spiritus. ADRIANus Episcopus seruus seruorum DEI. FRIDERICO Romanorũ Imperatori salutẽ, & Apostolicam benedictionẽ. Lex diuina, sicut parentes honorantibus longæuitatẽ promittit, ita maledicentibus patri, & matri, sententiã mortis intẽdit. Veritatis aũt uoce docemur: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. Quapropter dilecte in Domino fili, sup prudentia tua nõ mediocriter admiramur, q beato Petro, & sanctæ Rom. ecclesiæ non quantã debebres reuerẽtiam exhibere uideris. In literis em̃ ad nos missis, nomen tuũ nostro præponis: in quo insolentiæ, ne dicã arrogantiæ notã incurris. Quid dicã de fidelitate beato Petro & nobis a te promissa & iurata: quomodo eam obserues, cum his qui DEI sunt & filij excelsi oẽs, Episcopis uidelicet? Homagiũ requiris, fidelitatem exigis, & manus eorũ sacrãtas manibus tuis innectis, & manifeste nobis factus contrarius, Cardinalibus a latere nostro directis, non solũ ecclesias, sed & ciuitates regni tui claudis. Resipisce ergo, resipisce tibi consulimus: quia dum a nobis consecrationẽ & coronã merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas nobilitati tuæ timemus. Ad quã Imperator ita respondisse fertur. FRIDERICVS DEI gratia Romanorũ Imperator semper Augustus, ADRIAno ecclesiæ Catholicæ Pontifici, Omnibus illi adhærere, quæ cœpit IHESVS facere & docere. Lex iusticiæ unicuiq; quod suũ est restituit. Non em̃ parentibus nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debitũ exhibemus honorẽ, a quibus uidelicet progenitoribus nostris, & regni dignitatẽ suscepimus, & coronã. Nunquid tempore Constãtini, Syluester regalis aliquid habuisse dignoscitur? sed eius pietatis concessione libertas concessa est Ecclesiæ, pax restituta, & quicquid regalis Papatus uester habere dignoscitur, largitione Principum obtinet. Vnde cum Ro. Pontifici scribimus, iure & ex antiquo nomen præponimus, & ad iusticiæ normã eidem nobis scribenti concedimus. Reuoluite annales, & si lectum neglexistis, quod asserimus illic inueniẽ. Ab his aũt qui DEI sunt per adoptionẽ, & regalia nostra tenent, cur Homagium & regalia sacramẽta non exigamus? cum ille noster & uester institutor ab homine Rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, qui pro se & Petro censum Cæsari persoluit, & exemplũ uobis dedit, ut ita faciatis, docet uos dicens. Discite a me: qa mitis sum, & humilis corde. Aut igiẽ regalia nobis dimittant: aut si hæc utilia iudicauerint, quæ DEI DEO, quæ Cæsaris Cæsari persoluant. Cardinalibus utiq; uestris clausæ sunt Ecclesiæ, & non patent ciuitates: quia non uidemus eos prædicatores, sed prædatores: non pacis „ corroboratores, nõ orbis reparatores, sed auri insatiabiles corrosores. Cum aũt uiderimus eos, „ quales requirit ecclesia, portantes pacẽ, illuminantes patriã, assistentes caussæ humiliũ in æqui- „ tate, necessarijs eos stipendijs & cõmeatu sustentare non differemus. Humilitatis aũt, quæ est custos uirtutũ, & mansuetudinis uestræ, non minimã notam incurritis, cum huiusmodi quæstiones religioni non multũ conferẽtes, secularibus personis proponitis, Prouideat itaq; paternitas

Epistola Adriani Papæ, ad Frideri. Imp. Aenobarbũ.

O honestã expostulationẽ.

Frideri. Imp. responsio ad Epistolã Adriani Papæ.



uestra, ne dum talia mouet quæ indigna ducimus, offendiculũ ponat illis, qui uelut ad imbrem serotinũ ori uestro aures suas arrigere festinãt. Non eñ non possumus respondere auditis: cum superbiæ detestabilem bestiam, usq; ad sedem Petri reptasse uidemus, paci ecclesiæ bene semper prouidentes. Bene semper ualete. Custodes lateris. Intelligit Cardinales supradictos. Canonistæ ideo de latere Cardinales Legatos dici, quod adsistant Papæ, qui de eorũ collegio ut Imperator de Senatorũ numero, existat. Tum multa de illorũ potestate, qualitate, prærogatiua, tradunt Hostiensis: & sectatores eius adimunt Papæ ius deponendi Cardinalem sinę concilio generali. Ioannes Monachus ait, cœtum Cardinaliũ esse in quasi possessione, ne quid ardui Pontifex inconsulto eorundem collegio statuat: sed memineris utrumq; Cardinalem. Ne quis ad nostram. Caussam Nauclerus ostendit, quæ Cæsarem eo adegit, ut posthac neq; Legatum Pontificium in Germanicum regnum, nisi a se uocatum, admitteret: neq; quempiam qui iam ad Romanum tribunal prouocarat, Romam proficisci pateretur. Vnde fortasse Lundensis ille Episcopus, ut ædicti Imperialis contemptor, intercæptus est, per Germaniam iter ad Vrbem arripiens prosequendi caussam appellationis prætextu.

Legati a latere.

At uos ecclesiæ fortes, ualidæq; columnæ
Pontifices (neq; enim uestris hoc credere fas est
Actum consilijs) uos hæc iniuria tangat.
Proq; Dei fortem stabiles opponere murum
Ne trepidate domo, solida quæ, pręside Christo,
Aedificata petra, quamuis concussa procellas
Sentiat, euerti tamen, & succumbere nescit.
Ac primo iuuenem monitis inflectere Regem
Cura sit, ut tantum properet purgare reatum,
Autoresque mali rabidæ feritatis Othonem,
Reinaldumq; simul: quorum Comes aulicus alter,
Alter in ecclesia falso iam nomine culmen
Pontificale tenet: famosi criminis ultor
Corrigat, & digna manifeste puniat ira.
Obsequiumq; Deo, nobis impendat honorem,
Illis spem ueniæ, cunctis exempla relinquat.

Proq; dei domo. Quin potius pro ambitione, fastu, et auaricia tua magis proferendæ ditioni, q̃ gloriæ CHRISTI studueris: quã retro uere Episcopi humilitate, mãsuetudine & paupertate adseruerũt: cum tu neq; præpositũ nomen in familiari epistola, uere Romani Imperatoris, neq; uerbum quidem in te dictum pro noĩe CHRISTI pati sustinueris.

Culmen pontificale. Quod Imperatore, ut reor, auspice ad Coloniensem ecclesiam Reinaldus Imperialis aulæ Cancellarius, inuito Adriano euectus erat. Vnde dicit, falso nomine.

Talibus accęptis a summo Pręsule chartis,
Pontifices, uno sic rescripsere tenore.
Scimus, & a Domino stabili promissa tenemus
Indubitata fide, nunquam de sede mouendam,
Quam Petrus in solida fidei consistere iussam
Protegit Ecclesiam Christo sub pręside petra.
Cum tamen insolitis sedes Romana procellis
Concutitur, capiti totius corporis angor
Condolet, uniusq; dolor transfertur ad omnes.
Hinc fuit alme Pater, cum regia pectora nuper
Illa recens dubijs mouisset epistola uerbis,
Cum fremerent regni Proceres, strepituq; feroci

Scimus, & a DOMINO. Extat & huius epistolæ exemplum apud Radeuicum, quæ satis indicat tunc temporis Episcopos nostros haud tã addictos fuisse Romanæ sedi atq; nunc sunt.

Solida petra. Abutitur notissimo scripturæ apud Matthæum loco, ad adserendum Ro. ecclesiæ primatum: quum CHRISTVS ijs uer-

Obstruerent

Obſtruerent ſtupidas inſuetis uocibus aures.
Vt neq; fulmineam te contra Principis iram,
Et ſæuas ſtimulare minas, nec rurſus in illum
Munimenta tuæ parti præſtare liceret.

bis ſignificauerit, ſe ſup iſtam petram, hoc eſt, ſolidam iſtā fidei profeſſionem extructurū eccleſiam ſuam: in quo fundamēto ſi cōſtiterit, nec inferi quidq; aduerſus illam poterūt, nedū homines. Proinde hæc uerba. At ego uiciſſim tibi dico, quod tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo meam Eccleſiam, & portæ inferorū non ualebunt aduerſus illam, non tantū ad Pontificem unū, ſed ad omnes Chriſtianos pertinent.

Vt ſi forte nouo lunam concurrere ſoli
Aetheris impulſu mirantia ſydera cernant,
In neutram belli ſecedere territa partem
Forſitan audebunt, & compatientur utriq;.
Hunc uelut innato, proprioq; calore timendum
Horrebunt, iſti placidę magis, atq; labore
Aſſuetæ ſocio, denſas purgare tenebras
Præſtabunt, tacitum, nil amplius auſa, fauorem.

Vt ſi forte nouo. Cōparatiōem & hanc neq; ineptā dixeris. Nouo ſoli. Quod talis appareat poſt defectum: qui, ut deprehendi poſſit, docet Seneca cap. 11. primi Natur. quęſtion. Concurrere. Opponere ſe.

Sic nos Cæſareas, & formidauimus iras,
Et tibi qua licuit fauit ſecreta uoluntas.
Illa tamen dubij ſenſus defendere uerba,
In tanto Procerum fremitu, medioq; furore
Omnibus infeſtis, nullo præſumpſimus auſu.
Quæ ſuper hæc nobis mandata legenda dediſti,
Legimus, & monitis cupidi parere paternis,
Protinus ammonitu regalia pectora blando
Iamq; ſoporatas precibus demulſimus iras:
Cuius, ut expreſſas poſſis agnoſcere uoces,
Dulcibus alloquijs ita reſpondiſſe putato.

Illa tamē dubij ſenſus uerba. Quæ literarū Papæ ſeries continebat. Inſigne, uidelicet, coronæ beneficium tibi contulimus.

Imperium geminis diſponitur, inquit, habenis,
Legibus, & ueterum ſeruato tramite morum:
His ego contentus, fines tranſire paternos
Nec uolo, nec poſſum: neq; enim prudentior illis
Laude ſuperuacua cupio, uel maior haberi.
Debita Pontifici faueat reuerentia: regnum
Legibus antiquis, & priſco more regatur:
Cuius ab æterno tantum collatio Rege
Prouenit: ad Proceres electio pertinet, in qua
Præcipuam uocem præſul de iure uetuſto
Moguntinus habet: paſtori prima recentis
Agrippina tuo conceditur unctio Regis:
Imperij nitidam ſummo ſacrare coronam,
Pontifici ius eſt: ut uero nomine poſſit

Ab æterno tantū collatio Rege. Idem Iuſtinianus Aug. Prodidit in principio Codicis ſui, multisq; rationibus Legum interpretes nitunt̄ oſtendere, a ſolo Deo ius & poteſtatem Imperij deriuari. Sed Canoniſtę, qui potiſsimū Papalem do-

Non dator Imperiј, ſed confirmator haberi.
Hæc ego magnorum ſuſcepi iura parentum,
Hæc retinere libet: ſi quis ſuperaddere quiſquam
Nititur, inualidum prorſus uacuumq; relego.
Sunt ſua iura patri, diuinis legibus orbem
Temperet, eccleſias, quo debet iure, gubernet:

minationẽ extruxerunt, locis aliquot Euangelicæ doctrinę inſigniter detorſis, reſpondent egregio ſcilicet, commento. Si Imperium eſt, inquiunt, a DEO, hoc non eſt immediate, ſed per debitam & ſubalternatiuam emanationẽ a Vicario CHRISTI, apud quẽ ſunt iura cœleſtis & terreni Imperiј. ad probandum hoc, ſuas, quas ſtatuerunt doctrinas citant. Electio pertinet. Iuxta eorundem traditionem Pontificis beneficio, quod ille transferat Imperium de gente in gentem. Verum ſuperius indicauimus, formulam illam de Electione uulgatam, non fuiſſe perpetuam, ſed magis cõmenticiam uideri. Præcipuam uocem. Hoc eſt, primã. ut Radeuicus indicat. Hodie poſtremam habet. Lege caput Conſtitutionis Carolinæ, quam Auream Bullam uocant, de Principibus electoribus in cõmuni. Recentis. Electi. Vnctio. Id genus Ceremoniarum alicubi ridere uidetur Leonardus Aretinus. Certe CHRISTVS & Rex, & Sacerdos, nulla externa unctione, ſed paterna uoce tantum. IPSVM AVDITE, uniuerſo orbi Imperator & Rex, & Dominus Dominantiũ conſtitutus eſt. Vnde autem fluxerit mos ungendi Sacerdotes, & Reges, oſtendit Polydorus. Nitidam coronã. In primo lib. de tribus coronis, quibus Imperator coronatur, nonnulla ex rerum ſcriptoribus retuli. Canonici iuris interpretes ideo ferreo primũ, deinde argenteo, poſtremo aũt aureo diademate caput Imperatoris cingi inter alia tradunt: quod ijs metallis Romani ſingulis quindecim annis recipiebant tributum de toto mundo, cum tamẽ illum nunq; occupauerint. Vnde & hoc cõmentum & ſane perridiculum, a grauibus autoribus eſt exploſum, ſicut & allegoriæ ad hoc triplex inſularum genus relatæ. Notum eſt illud non illepidum gloſſæ commentum in Rub. C: de indict. lib. decimo. Imperatorem ſcilicet, triplici corona inſigniri: quod ſit totius mundi Dominus, qui tres in partes diuiditur. Quod enim toti Aſiæ dominetur; promulgatum eſt. l. fi. C. de temp. appell. Quod Africæ l. 1. ff. de offi. præſe. præto. af. quod Europæ l. ij. C. de appell. Quod autem ex coronatione nihil noui iuris Cæſaribus accedat, libro proximo oſtendemus. Sed confirmator haberi. Sed & dator iuxta decreta Pontificum, & Canoniſtarum traditiones, quibus egregie Papæ utriuſq; gladij poteſtatem uendicant, contra genuinum CHRISTI uerborum ſenſum: quaſi ille frigidam illam ſuam diſtinctiunculam de habitu & exercitio inuenerit. Balbus Pontifex capi. 22. libro de Coronatione tradit, unde euenerit, ut mutato uetere inſtituto, Imperator confirmetur a Pontifice.

De tribus Coronis Imp.

Cogitet antiquos primæui temporis annos,
Præteritoſque dies, & ſęcula priſca reuoluat
Num Petrus? aut Clemens? num cætera turba priorum?
Sceptra latina dabat? Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul, regali munere creuit:
Nec tamen ut faſces, & regni iura Latini,
Vel dare præſumat, uel cuiquam tollere poſſit,
Exceſſere modum magnorum munera Regum,
Si tantum cuiquam ius in ſua regna dederunt.
Sed neq; tanta fuit largitio, nec dare quiſquam
Quo caret ipſe poteſt: huius collatio regni
Autorem ſortita Deum, contingere nulli
Iure poteſt hominum: collator muneris huius
Eſt Deus: hoc ſummis regnum confertur ab aſtris.

De Petro Apoſtolo.

Num Petrus, aut Clemens. Profecto dolendum eſt opus Lini, qui mox Petro ſucceſſit, intercidiſſe, quo cõplexus eſt res geſtas Petri. Quæ enim circũfertur a Clemẽte conſcripta Petri cũ Simone magno concertatio, prorſus aliena eſt a pectore apoſtolico. Receptum eſt, Petrum Eccleſiæ CHRISTI præfuiſſe ann. XXV. Antiocheæ. VII. reliq̃s Romæ. Præterea obſeruatum, id quod rei experimentum, ueritasq; hactenus edocuit, Vni-

Hoc tamen arbitrium Romanus tempore noſtro
Vendicat Antiſtes, documentaq́ uana figuris
Exprimit, & chartis dat grandia uerba ſuperbis.
Iamiam picturæ moneo tollantur inanes,
Cauta uerecundis miteſcat epiſtola uerbis.
Iam ueris tractare libet, iam muta loquaxue
Cedat: & e medio mendax tollatur imago.
Quid ſua uerba ferant ſtudeat penſare prius, quam
Regales incauta manus reprobandaue tangant.
Si cupit Eccleſiæ pacem cum Regibus eſſe,
Nec ſumus ignari, patri quid filius, aut quem
Debeat ille mihi uerſa uice iuris honorem.
Legatos ſiquidem minime procedere paſſi,
Nec in contemptum diuini patria ad urbem
Iuſſimus, aut odio ueſtigia uerſa referre:
Sed quia multa nouæ ſecum molimina fraudis,
Vel iam ſcripta notis, uel adhuc ſcribenda ferentes,
Optabant miſerum premere & exugere clerum,
Diuinas ſpoliare domos, ſecumq́ referre,
Quo nunquam Romana ſitis ſatiabitur, aurum.
An pulchrum ſatis eſt, & ſummo Præſule dignum
Impreſſas ſigno uacuas emittere chartas,
Quas poſſit lator uarijs inſcribere nugis
Cum uolet, & miſeris falſas affigere culpas,
Laturus ueram ficto pro crimine prædam?
Nam quod me queritur, poſitis cuſtodibus omnes,
Præcluſiſſe uias: nec me feciſſe negabo,
Nec niſi propenſa factum ratione fatebor.
Si quis habens cauſſam, ſacra limina iure probatam
Vel peregrinus adit, uia libera rite patebit:
At ſi quis nugas pacis turbator inanes
Illuc ferre cupit, nuſquam tranſire licebit.

uerſorũ ſcilicet, diui Petri ſucceſſorum, cuiuſcumq́ illi ſortis ſumantur, neminem tot diebus in eius ſede, aut conſediſſe, aut conſeſſurum eſſe, quotquot diebus diuus PETrus primus a CHRISTO Eccleſiæ Pontifex inſtitutus in ea conſedit. Et rurſum non tantum diui Petri dies nullus Romanorum Pontificum ſuo in pontificatu permẽſus attigit, ſed & ipſum quoq́ Petri nomen, quod ad Chriſtianæ Eccleſiæ ſolidiſsimam petram non immerito alludit, Romanorum Pontificum obtinuiſſe hactenus nemo uiſus eſt, quod hoc dyſtiſtico Bouillus cecinit.
Petri ſucceſſor, conſedit nemo diebus Tantis, & nomen nemo ſecundus habet. Clementis autem pietas, eruditio, atq́ modeſtia ſumma commendata eſt a ſcriptorib. temporum, rerumq́ Romanorum Pontificum. Huius meminiſſe uolunt diuum Paulum cap. ultimo ad Philippenſes, eiuſq́ eſſe eam, quæ ad Hebræos nunc uulgo inſcripta eſt epiſtola. Num cætera turba priorum. Scilicet, Romanorũ Pontificum, quos idem Bouillus non inſcite in triplicem ætatem diſpartitus eſt. Vt ſcilicet prima eorum ſit, qui in initio naſcentis Eccleſiæ ſub cruentis Imperatoribus uiuentes, mortalem corporis amictum, in proprij ſanguinis effuſione, ad CHRISTI imitationem exuerunt. De hijs indubie ſentit Fridericus. Secunda eorum eſt ætas, qui quamq́ pro CHRISTO ſanguinem non fuderint, nec palmam martyrij adepti ſint, ſecundo tamen loco per beatorum martyrum ueſtigia incedentes, doctrinis, orationibus, ieiunijs, lachrymis, eleemoſynis, & alijs huiuſmodi pietatis operibus eximiam animi mundiciem, & puritatem conſecuti, templum DEI & cohæredes CHRISTI effecti, in ſanctorum contubernia tranſierunt. Tertia ſummorum Pontificum diſtinctio eorum eſt, quorum quamplurimi uel a prioris uitæ ſanctimonia paulatim degeneres, animum genialibus delicijs inflexerunt, aut magis dominandi libidinem, quam pietatis ſtudio ſummi Pontificatus dignitatem

Clementis laus.

Pontificum Roma. triplex ordo.

contentiosis ambitionibus inierunt: qui neq; ut primi illi uiciniores Petro, martyrij palmam adepti sunt: neq; ut mediorum, syncera cohors usquequaq; uitæ sanctimoniam coluerunt, ut piorum Confessorum Catalogo publice promererent inscribi. Romanus Præsul. Id est, Episcopus. Nam ab initio neq; Papæ, neq; Pontifices, sed Romani Episcopi uocabātur. Nomen a uetustis temporibus deductum. Nam Athenienses, quos speculatum mittebant, quid in una quaq; subditarum ciuitatum boni maliue, æqui, aut iniqui ageretur, hos Episcopos, id est, speculatores uocabant. ut.c. qui Episcopatum. viij. quæst. 1. Vnde uero, & quare Rom. Episcopo nomen hoc Papæ fuerit inditum, tradit Io. And. in præfat. Clement. Regali munere creuit. Scilicet, tempore Constantini Magni, & Syluestri Papæ. Sed neq; tanta fuit largitio. Designat uulgatam illam Constantini iam dicti donationem, de qua apud nullos extat autores, præterq; in libro Decretorum: idq; in antiquis uoluminibus minime contineri, author est Antoninus in Chronicis. Quanq; Isidorus in historia sua scribit, eum urbe Roma Pontifici cessisse, ornamentisq; omnibus Imperialibus, diademate uidelicet, habituq; & albo equo, quo uehebat. Basilicas item dicitur nōnullas in urbe condidisse. Sed quid hæc ad tam immēsum Petri, ut aiunt, patrimoniū, elephantia Constantini, sanguine puerorū, & Syluestri baptismate partum? O beatas nugas, quæ tantū constituere Imperiū. In Laurentium Vallam, uirum propter ueritatem odio habitum & persecutum, quod probare conatus est, eo libello, qui iam uulgo notissimus est, nullum ius, siue munus Imperij Pontifici concessum, huiuscemodi dystichum iactum legimus. Ohe ut Valla silet, solitus qui parcere nulli est, Si quæris quid agat, nunc quoq; mordet humū. Picturæ tollant inanes. quæ Lothariū Imp. adorantē Pontificem, ut dictū est, exprimebant. Ecclesiæ. Sacerdotio. Regibus. Imperio. Quo nunquam. Taxat auariciam Ro. Curiæ, & aperit imposturam ad corradendum argentum a clero Germanico.

Episcopus.

De Donatione Constantini.

Hæc de responsis diui Pater optime Regis,
Salua pace tua, tibi rescribenda putamus.
Nam quæ præter ea superaddidit, utpote quasdam
Pactorum tacitas ignaro Principe leges,
Contractusque nouos, & conspirata latenter
Fœdera cum Siculis, melius reticenda uidentur.
Ille Palatinus iam tunc a Principe nostro
Regius, Italicas ueluti præcursor ad urbes,
Non aderat præmissus Otho: Reinaldus eodem
Accelerare parans multis præsentibus ante
Immunem culpæ, populiq; furentis ab ira
Protexisse uiros, multo se teste probauit.
Nunc age tranquillæ sanctissime pacis amator,
Iusticiæ speculum, placidorum sanctio morum,
Nunc age deposita, si quam dolor intulit, ira
In melius mentem reuoca: nobisque, tibiq;
Consule: neu placidam mundi turbare quietem
Ecclesiæ, regniq; grauis dissensio possit.
Mitior augustas mittenda uidetur ad aures,
Quæ tantos animi compescat epistola motus.

Guilielmus Siculus in Adrianū Pont.

Fœdera cum Siculis. Guilielmus Siciliæ Comes, qui patri Rogerio, quem Lotharius Cæsar regno Neapolis exegerat, successit, statim inito Principatu Ecclesiæ rem cōtrectare cœpit. Vnde Adrianus in eū, a se diris primum execrationibus deuotū, copias duxit, tamen parū feliciter. Nam apud Brūdusium conserta manu, Græcos & Apulos, qui pro Pontifice stabant, ingēti prælio fudit: raptoq; mox in Adrianū agmine, cōpulit ipsum ad ultro offerēdum eas pacis conditiones, quas antea respuerat: inter quas erat & illa, ut scilicet, se Regem utriusque Siciliæ declararet. Quod a Pontifice factum, Aenobarbus egerrime tulit, primaq; fax odij in Pontificem credita est. Protexisse uiros, Legatos Papæ.

Caussa odij Frid. in Adrianum.

LIB. Sexti Finis.

¶ Argumentum LIB. SEPTIMI.

¶ Septimus Augustę conuentū indicit, & inde
Intrat ad Italiam summos sumpturus honores.
Hinc Graium fraudes memorat, legataq; Papæ,
Atq; intercæptos comites, narratq; rescripta.
Dacorum Regi donantur sceptra, & ab Arcto
Conueniūt gentes, Ligurū & contendit ad urbē,
Scribuntur leges: Proceres hortatur, & ira
In Ligures totus candet fortisſimus Heros.
Acriter ad Trecium pugnatur, & obsidione
Mœnia cuncta quatit, portas turresq; refringit.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de Gestis FRIDERICI, I. Imp. Aenobar. AVG. Liber VII.



AMQVE PROFECTVris ad magna negocia signis
Rhetica rura tenens multo cum milite Princeps,
Qua celer Augustam placido Licus irrigat amne,
Proxima Vindelicæ tentoria fixerat urbi.
Hic ex diuersis uenientia partibus orbis
Agmina, septenis placet expectare diebus.
Cuius, ut aduentum tanta Romanus in ira
Comperit Antistes, uera tunc deniq; fama
Territus, Henricum pręmittens, atq; Hiacynthum
Ire iubet, placidisque uirum mulcere loquelis,
Scriptaq; pacificis minus aspera reddere chartis.
Nam iam cum ualido prudens Reinaldus Othone
Italiam, finesque tuos Verona tenebant.
His sine marte uiris ingressu Riuola primo
Inuictum, nullaq; manu superabile castrum,
Traditur, aëriæ primis in faucibus alpis
Extructum, ditione sua Verona tenebat.
Contulit his multum, gratosq; sequentibus usus
Præstitit, ut tuto transirent agmina gressu.
Tum quascumq; uiros urbes, aut magna subire
Oppida contigerat, populis gaudentibus ultro
Excæptos, læti decorabat cultus honoris.

¶ In Septimum LIGVRINI, Libr. Iaco. Spiegellij Selestadien. SCHOLIA.



Hetica rura. Rhetiæ nomē latisſimum olim patuit, ut ostendimus supra: sed & Aenobarbi nostri ætate, quod Radeuicus aperte indicat. Augusta hodie Sueuiæ caput, Rhetiæ ciuitas habita est, in qua et sita est, ut testatur Petrus Appianus nobilis Mathematicus. Vindelicæ urbi. Ipsam iamdictam Augustam intelligit. Alterā tamen Baioariæ suæ Auentinus optio iure uendicat. quoniam Geographi tam Græci, q̃ Latini Vindeliciam appellant, quicquid hodie nomine supioris & inferioris Bauariæ continetur, a qua nobilē illā Sueuorū Augustam, Licus dirimit. atq; ideo in Rhetis magis, quam Vindelicis sita esse censenda est. Nam Vindam eūdem esse fluuium, qui patrio sermone, Vuertaha uocatur,

Rhetia.

Augusta caput Sueuiæ.

Vindelicia.

Tunc Proceres, clariq; uiri, turbæq; minoris
Ambitiosa manus, studio deuota fideli
Sacramenta dabant, cunctas seruanda per urbes.
Principis Ausonij ius, famam, corpus, honorem,
Nec se læsuros, & si quis lædere tentet,
Vsq; uel ad mortem tota uirtute reniti.

magno receptum est errore: quem & nos, non tamen absq; clari nominis adsertoribus, secuti sumus alicubi. Henricum. Cardinalem presbyterum tit. S S. Nerei & Achillei: & Hiacynthum Cardinalem Diaconum S. Mariæ in Schola Græca: uiros prudentes, &, ut ait Radeuicus, in secularibus & ad curialia negocia pertractanda prioribus missis multo aptiores. Scriptaq; pacificis. Hoc est, emollire animum Friderici Aug. epistola blandiore argumento scripta.

Nam iam cum ualido. Radeuicus singulari cap. lib. tertij Legatorum Cæsaris laudem persequitur: indicans nullum eximiæ uirtutis facinus in ea expeditione gestum esse, in quo illi primas non obtinuerint partes. Valido. Magnanimo. Othone. Comite Palatino, cuius supra meminimus, ut & Reinaldi Cancellarij aulę Augustę. Riuola. Nostrate lingua, der Koud an Berner kluse. Idem ille locus in quo positæ sunt insidiæ, ut eleganter cecinit Poëta in quarto, repetenti iam Augusto Friderico Germaniam: & inclytum fortitudinis animi specimen edidit Otho Comes, cuius hic fit mentio. Sacramenta dabant. Etiam religionis Antistites: ut satis innuit formula iuramenti, quæ extat apud Radeuicum: & lecta mox ostendit, quod inuicto animo Fridericus Princeps minime superstitiosus, Imperij iura per Italiam adseruerit.

Riuola.

Mantua.

Inde tuos raptim transcurrunt Mantua fines,
Mantua famosi musa uulgata Poëtæ,
Vicinamq; petunt, acturi magna, Cremonam,
Quam Padus effusis delambit molliter undis.
Huc ex Italicis confluxerat urbibus ingens
Pontificum, Procerumq; manus: reuerenter ab illis
Susceptura sui mandata recentia Regis.
Quæ postquam quanto decuit splendore diserti
Exposuere uiri, placidaq; hic aure uerendi
Suscepere patres, magno complenda fauore,
Inde per Aemiliam uestigia uersa ferentes,
Te Rauenna petunt, Legatos Regis Achiuum,
Quos apud Anconam positos, hostilia quædam
Moliri audierant, horum Palæologus ille,
Hic Logotheta fuit, cœptis arcere parantes:
Hij contra Siculum specietenus arma mouentes,
Prætextu belli furialia uota tegebant.
Nam quæ littoreis stabant in finibus urbes,
Conciliare suo, nostroq; abrumpere regno,
Arte, dolo, belliue metu, precioue parabant,
Venalesque manus, & municipalia castra
Conflabant multo, quod Græcia miserat, auro.
His bellatricem iuuenum Rauenna cohortem
Improba, conductis mendituram miserat armis.
Vt plebs illa nihil cum spe mercedis iniquum

Mantua famosi musa uulgata Poëtę. Vnde Silius cecinit, ipsam esse domum Musarum, atq; ad sydera cantu euectã Andino. Sed clarior hic locus ante omnia sanguinis prodigio, qui ex corpore dominico fluxit, & a Longino martyre ex humo collectus, ac in sacellum Andreæ Apostoli cõditus dicitur: ut scribit Volaterranus, & cecinit Bapti. Mantuanus lib. de sacris dieb. tertio.

Vulgata. Nota. Musa. Versu, carmine. Famosi Poetæ. Virgilij: quem sicut & plærosq; calamitas & exilium clarum fecit. amissis enim possessionibus Mantuæ, ob uicinitatẽ Cremonæ Antonianæ, ad Augusti opes Romam se contulit, adiutus Mecœnatis amicitia. Illud inter cætera mirum recenset Volaterranus, quod Tacitus de eius laudibus commemorat. Dum eius quædam carmina recitarent in Theatro, ei omnes adsurrexe-

Virgilij honos & maiestas.

Iudicat:oblato nihil est quod abhorreat auro.

re ueluti Augusto. Apud posteros uero tanta eius praeiudicata potuit opinio, ut teste Macrobio, quamuis eius carmina multis in locis damnentur, laudem amittere non potest. Nostri autem sic eum taxant, ut Hesiodo superior, Theocrito aequalis, Homero inferior existat: quos sibi autores ad imitandum adsumpsit. Volaterrano tamen uidetur, quae ab Homero accepit, multo fecisse meliora. Nec recte scribi dicit Vergilius: citato graecae inscriptionis testimonio. Ingens Pontificum. Nomina habes apud Radeuicum, qui inquit, Veraciter adserere potero, multis antehac Regibus denegatã eam, quam tunc probitate sua euicerunt isti Legati principis magnificentiam & gloriam. Per Aemiliam. Eadem Flaminia: quae & nunc Romandiola, ut lib. tertio indicatum est. Te Rauenna petunt. Sillius lib. viij. primam corripuit. Lenta paludosae proscindunt stagna Rauennae. Vetus urbs, hodie nomen cum ueteri & opum & aedificiorum fama retinet. Olim Ostrogothorum Germanorum inclyta sedes: cuius Antistiti aemulo Romanae Sedis, duodecim ciuitatum Episcopi subiacebant: quae deinde sub Exarchatus, Graeci nominis dominatione fuere, cuius caput ipsa Rauenna: donec liberalitate Principum Francorum Germanorum, qui iam pridem Galliam occupauerant, Romanae Ecclesiae donatus est: quod Aenobarbum nostrum non latuit, ut lib. tertio latius explicauimus. Hostilia quaedam moliri audierant. Miserat per id tempus, ut Sabellicus clare indicat, & superius a nobis obiter tactum est, Manuel Graecus Imperator Romam, qui suo nomine arma ad Fridericum Italia depellendum, pollicerentur, & Orientalis Ecclesiae obsequium, ut in cunctis Romano pareret Pontifici, modo Pontifex & Romani ita euenire uellent, ut Occiduum imperium iterum Orientali iungeretur, uetusque monarchiae forma, qualis ab initio fuerat, in integrum restitueretur. At uidetur Sabellico Graecus, non tam spe impetrandae rei haec mouisse, quam quod Anconitanos, quos in fidem receperat, a Friderico oppugnari grauiter ferebat: ac simul quęrere, qua ui, quaue arte hostem infestissimum ex illorum ceruicibus depelleret. Hic Logotheta fuit. Volaterranus in commemoratione magistratuum Graecorum honorum nomina recenset, quae antiquitus certa obibant munera: postea tantum titulotenus habita. Interpretatur autem Logothetes, qui idem fere, quod scriba. Hij contra Siculum, Guilielmum Secundum, qui cognomini patri recens ab Adriano regi creato successit, cuius soror Constantia nupsit postea Henrico Aenobarbi filio, iustę aetatis uirgo, & minime quinquagenaria muliere maior: quod plerisque falso creditum est, ut lib. primo diximus. Vt plebs illa nihil. Alludit ad illud uulgatum. Nulla fides pietasque uiris, qui castra sequuntur, Venalesque manus, ibi fas, ubi maxima merces. Oblato nihil est quod abhorreat auro. Iuxta notissimã poetae sententiam. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? & illud Lucani.

Vsque adeo solus ferrum, mortemque timere Auri nescit amor.

Romandiola.

Rauenna.

Logothetes.

Inde reuertente, cum iam sua moenia tuti,
Vicinasque urbis portas intrare pararent,
Occurrere uiri, dignaque ferociter ira
Correptos, saeuo circumstrepuere tumultu.
Ductor erat iuuenis Guilhelmus nomine quidam,
Transuersorque malus uero cognomine forsan,
Quod quasi fraude mala transuerteret omnia, dictus.
Hunc licet ante fores urbis, medioque suorum
Agmine, regalis noxae non impiger ultor,
Nec numero comitum, sed regni feruidus ira
Irruit: & medium forsan mucrone cruento
Confodisset Otho: nisi multo denique fletu
Ignauę plebis pariter, precibusque suorum
Euictus trepido, ac sese peccasse, fatenti,
Donasset miserum magno pro munere uitam,

Inde reuertẽtes. s. nuncij, seu ut nunc uulgo nominantur, Oratores, & barbare Ambasiatores. Rauennatium, quos Anconam ad Graeci Imperatoris Legatos miserãt, uiros & nominis & loci primi, ut indicat Rad.

Vrbis. Rauennae, quã iam egressi erant Legati Latini Augusti. Occurrere uiri. Subaudiẽdum, reuertentibus Rauennatium Oratoribus, quos increparunt Aenobarbici, quod se contemptis Graecos Legatos apud Anconam icõuenissent.

Ductor. Quod is Prin

His quoq; dimiſſis, Anconæ proxima fortes
Caſtra uiri ponunt, Græcosq; potenter ab urbe
Accitos, regniq; minas, & iurgia paſſos
Tanta, quod iniuſſu Romani Principis auſi
Ambiguus ſuſpecta dolis incępta mouerent,
Argolicæ ſecum fraudis commenta referre.
Ocius, & toto iuſſere recedere regno.
Qui poſt quam Graiæ pepulerunt ſcandala peſtis,
Conuerſo repetunt Mutinenſia mœnia curſu.

cipem tenebat apud ſuos Rauennates locum. Tranſuerſorq; malus. Vtcunq; cognomẽtum, eiusq; rationem adfingens in carmẽ retulit. A Radeuico Maltrauerſar appellat. Regalis noxæ. Criminis maieſtatis, de quo Iuriſconſulti tit. iiij. lib. Pandect. xlviij. Sed regni feruidus ira irruit. Rurſum inſigne fortitudinis animi ſpecimen ędidit Otho Princeps: quũ eũ nec copioſus, ut ait Radeuicus, Maltrauerſaris nobiliſsimi Rauennatiũ comitatus, nec uicinæ ciuitatis metus terruerit, quin ut Legatus Imperij uindicaret Cæſaris maieſtatẽ, quã ipſe iam referebat. Græcosq; potenter ab urbe Accitos. Hic quoq; apparet, quã obnixe, uel per ſuos Fridericus Imperij dignitatẽ intactam retinere ſtuduerit, cuius iam uix umbram uides. Scandala. Obſtacula, impedimenta, quæ largitione Græci Legati intentabant. Mutinenſia mœnia. Nouam Mutinam intellige, Modonam uulgus appellat: ędificata eſt annum circiter. M. C. Principem loci ſua ætate Fridericus Tertius Ducem appellauit. Nulla ęque a ueteribus uetere Mutina memoratur ciuitas, notiſsima Bruti & Cæſaris ciuili bello.

Ferraria.

Huc Adriane tuos regalia caſtra petentes
Legatos, perfuſa Pado Ferraria miſit:
Quos ubi tranquillos, mandataq; pacis habentes,
Atq; reformandæ paci ueniſſe ſequeſtros
Agnouere Duces, ad cœpta negocia tutos
Dimittunt, placidumq; ſinunt explere laborem.
Ergo Tridentinę tuti cum Præſule ſedis
Prætereunt rigidas anguſtis faucibus alpes:
Qui tamen illęſas ad regia Cæſaris uſq;
Caſtra uiris pręſtare uias, tutasq; nequiuit.
Nam duo belligeri Comites, crebrisq; rapinis
Adſueti, quorum hic pugnax Henricus, at illum
Nomine uulgato Fridericum fama uocabat,
Nudatos ſpolijs, captosq; in dura feroces
Vincula conijciunt, tam qui ducebat euntes,
Quam, qui ſe tutos illo ductore putabant:
Nec prius emiſſi, proprio quàm fratre Hiacynthus
Obſide depoſito, ſeſe, ſociumq; laboris,
Præſule detento, miſeranda ſorte redemit.
Mox tamen & nutu diuino Præſul, & obſes,
Saxonis auxilio, Romanæ ob ſedis honorem
Saxonis Henrici, ſub quo duce Norica tellus
Tunc erat, horriſonis ſubduxit colla cathenis.
Afflictis grauiter raptoribus, atq; coactis

Ferraria. A ferro nomen accępit, ſicuti Argenta, & Aureolum uicina oppida ab ei9 generis metallis appellata ſunt. Sequeſtros. Mediatores nunc uulgus uocat. Duces. Legati Cæſaris. Præſule. Alberto. Comites. Arbitror fuiſſe e familia Vųelſonum. Abſtinuit enim a gẽtilicijs nominibus Radeuicus, Scriptorũ more tũ recepto: in quo uidẽtur imitati eſſe notarios Aulæ ueterum Germaniæ Principũ Auguſtorum. Rapinis Adſueti. Iam olim latrocinia, hoc eſt, furta publica uiolentaq;, zu gûtem teütſchen Straſſzreüberey, Germanis fuiſſe familiaria Cæſar, Mela & Tacitus oſtendunt. Socium laboris. Collegam Cardinalem. Præſule. Tridentino. Saxonis Henrici. Eius, q ab infantia Leonis cognomẽ accępit, ſicut pater ei9 Catuli, & Alber-

Reddere, quæ tulerant, & iustas pendere pœnas.

tus Marchio Vrsi, teste Crantio, fabulā de Leone peregre aduecto per eum refellente. Idem Henricus Superbus quoq; a moribus appellatus est, ut in Secundo libro a poëta. Raptoribus. Prædatoribus, qui & latrones dicti sunt, ut uulgo notum est.

Ergo ubi Vindelicæ non longe a mœnibus urbis
Augusto faciente moras, regalia castra
Ausonij subiere uiri, præmittere uiuo
Pauca sono cautela fuit, quibus ira uerendi
Si qua superstes erat, posset mitescere Regis.
Hæc tibi cunctorum Rex augustissime Regum,
Summus in ecclesia Petri successor, & idem
Deuotus tibi mente pater, cultorq; fidelis
Mittit, apostolica præmissa uerba salute:
Totaq; Romani nunc maxima curia cleri,
Te uelut eximium Regem, dominumq; salutant.
Cætera quæ ferimus, nudis quam tradimus, ecce,
Tradiderantq; simul, narrabit pagina uerbis.

Ausonij uiri. Legati pontificij. Viuo sono. Viua uoce, quæ ut Cicero dixit, plenius alit, & ut Plinius Iunior, afficit: ac iuxta dictum diui Hieronymi, habet quid latentis energiæ. Porro scriptura uox quæpiam est, sed quasi factitia, uereq; uocis utcunq; imitatrix. Deest actus, motusq;, hoc est, uita. Siquidem actio, ut autor Fabius, orationis quasi uita est. Rerum inuentio, ossium instar est. Ordo neruos imitatur. Elocutio carnem, cutem, coloremq;. Memoria spiritus uice fungitur. Quibus omnibus accedit pronunciatio, uelut motus quidam uitalis. Nullum enim certius argumētum uitæ, quam motus. Vnde & flumina uiua dicuntur, & argentum uiuum. Contra mortua, quæ torpent, languentq;.

Scripturæ uirtus.

Cunctorum rex augustissime regum. Quod iuxta mentem glossę in cap. in synodo. lxiij. dist. debeant Reges cæteri, quo in sui quisq; regni solio stabiliatur, ab ipso Imperatore corona donari, & eum de iure agnoscere. ut testantur glossæ in cap. uolumus. xi. q. 1. & cap. omnes. xxviij. q. 1. Item glossæ cap. super specula. de priuileg. & cap. per uenerabilem. de elect. ubi ualde caute & pensiculate scribitur, Regem Franciæ de facto non agnoscere superiorem: perinde ac si dicat, de iure tamē agnoscere debet: cum de iure, ut eadem affirmat, Romano Imperio subsit. Sed & Hostiensis, tum omnes fere sacrorum Canonum professores tradunt, Gallos & alios transalpinos legibus Imperij teneri. Petri successor. Vt hæredis appellatio nō solum ad proximum hæredem, sed ad ulteriores refertur, ita & Pontifex Romanus Petri successor dicitur, quamuis maximo numero alij medij intercesserint, cap. 1. de homicid. in Sexto. Nudis uerbis. Simplicibus, minime fictis, aut fucatis.

Iure Reges ab Imp. coronandi.

Hæres.

Protinus explicita papalis epistola fronte,
Talia continuo subnectit uerba relatu.
Quantus in officio studiosi cultus amoris,
Quanta paterna fides in te mitissime fili,
Extitit, ut primum diuino munere sedem,
Et pastoralis suscępi munia curæ,
Indubitata tibi deuotæ pignora mentis
Esse reor: quod prima tui gratanter honoris
Accępi mandata libens, quodq; omnia lætis
Sæpe ministerijs a te dictata peregi:
Quod tibi collatos diuino munere fasces
Imperij, sacramq; manu gaudente coronam

Papalis epistola. Eius exemplum est apud Radeuicum. Coronā imposui. Vno simul ore, pariq; consensu omnes Legum interpretes statuunt hæc, quę ad coronationē attinēt, fieri magis honoris & officij caussa, quam uel necessario, uel ut ex hac actiōe quicquam Cæsaribus accedat. Siquidem electio solum ad Imperatoris substantiam pertinet, ad solennitatē reliqua, ut cō-

Coronatione nihil Cæsaribus accedit.

Impoſui, uidiq; tuos gauiſus honores:
Quodq; tui cauſsa Romanæ iurgia plebis
Suſtinui, multosq; tuli, ſcis ipſe, labores.
Inter tot ueri certiſſima ſigna fauoris,
Si quid forte tuas, ita re cogente, ſub aures.
Vel minus exactum, uel acerbum pagina noſtra
Detulit, in ſubitam ſtimulari protinus iram
Non decet: in cunctis cauſsas, & tempora rebus
Aſpiciat, qui uera cupit decernere iudex.
Filius ille quidem ſapiens, & gloria patris
Creditur, eiuſdem qui blandimenta, minasq;
Aequa mente libens, & amica ſuſcipit aure:
Imo, tua quod pace loquor, qui parcere uirgæ
Suſtinet, huic odio perhibetur filius eſſe.

firmatio, inunctio, conſecratio, coronatio. Nec illud officit, quod ante coronationem appelletur Rex Romanorū, & perinde nequeat uſurpare Imperiȷ nomē, gubernaculaue: quandoquidē hæ duæ uoculæ, Rex Romanorum, et Imperator idem omnino ualent, & ſynonymæ ſunt, ut liquido cōſtat ex uerbis uulgatiſsimę. l. Bene a Zenone. &. C. ut nemo priuatus l. 1. In utraq; ſcribitur promiſcue, & Imperialis maieſtas, & regale culmen. Vnde uerum eſt, quod Balbus Antiſtes ille noſter Gurcenſis Epiſcoporum eruditiſsimus, ante eum grauiſsimi quoq; autores ingenue falſi ſunt, ſcribit in de coronatione: quod ſimul atque Germanorū ſuffragiȷs Cæſar eſt deſignatus, efficitur uerus, & legitimus Imperator, & inde incipiunt imperiȷ anni fluere, atq; eodem temporis ueſtigio poteſt quæcunq; ſunt poteſtatis Imperialis implere. ut in auten. ut præpo. no. Imp. § .1. Col. 1. & ibi Bald. in .1. conſtit. Sed quamuis ex unctione, conſecratione, coronatione nihil Cæſareis rebus accedat, non hæc tamen, aut ut leuia parui pendi, aut ut ſuperflua reȷci debent: cum eam uim habeant, ut ſancti ſpiritus munera conferāt, augeaturq; interius quod exterius unctio præſignat, ut tradit Hoſtieñ. de ſacra unctione cap. 1. At Innocentius affirmat hoc ſolenne infularum imprimis duo præſtare. Vnum, ut ex Rege Imperator efficiatur. Alterum, ut diuini ſpiritus illapſu, ſanctior atq; auguſtior euadat. His ſpecioſis cōmentis debemus, quod negari non poteſt, Pontificiam dominationem, iuramentaq; Cæſarum poſteriorum, ignota ueteribus Imperatoribus, qui imprudentes, ſerpentem, ut dicitur, in ſinu aluerunt. In cunctis cauſsas. Hanc uulgatam Iuriſconſultorum, & ſequentes e Prouerbiȷs Solomonis ſententias depromptas poeta de ſuo minime inſcite adiunxit. Filius ille quidem ſapiens. Lege cap. x. & xiiȷ. Prouerb. Solomonis, qui Sapientem filium ſimpliciter uocat, qui parentibus obtemperat, & ſeſe gubernari iuxta Dei mandatum patitur. Minas. Increpationem. Sane ſingularis, impię & profanę mentis nota eſt, contemnere parentū obiurgationem.

Electio facit uerum Imperatorem.

Qui parcere uirgæ. Eſt & hæc Solomonis in fine cap. xiiȷ. iam citati, qua parentibus pręcipit, ut ſæpe alias, ut doceant, regant, & coerceant pueritiam. Virga autem hic ſignificat nō tantum plagas, ſed totam pædagogiam: quæ complectitur doctrinam, honeſta exercitia, & certa ſtudia, ac certas operas, pręmia recte factorum, & pœnas delictorum.

Virga diſciplinæ.

Non decuit Regem, nec tanto Principe dignum,
Vrbanumq; fuit, mea dum tibi pagina nuper
Adderet ultrices uiolati Præſulis iras,
Obſequiȷq; mei non exprobrare profecto,
Sed monuiſſe uolens quædam tibi ſigna referret,
In tantum paucis accendi uocibus iram,
Quas minus exacta ſcriptor ratione notarat,
Vt noſtri ſocios lateris, ſemperq; fideles,
Te quoq; teſte, tibi, tanta feritate laceſſi,
Tanta pati ſineres irati fulmina regni,

In tantum paucis accendi uocibus iram. Vt hunc locum plenius intelligas adſcribam uerba ex Epiſtola Adriani Papæ, ut a Radeuico referuntur. Occaſione, inquit, cuiuſdā uerbi, qđ eſt, Beneficiū, tuus animus, ſicut dicit, eſt commotus: quod utiq; nedū tanti uiri, ſed nec cuiuſlibet minoris animum merito commouiſſet. Licet

Explendiq; uiros cœpti præclusa facultas
Cogeret irrisos ad limina sacra reuerti.
Si quid in illorum factis enorme notasses,
Indignumq; tuis, aut intolerabile regnis,
Significare tribus potuit tua pagina uerbis,
Atq; emendandum nobis seruare reatum.
Nunc semel admonitus placide, ne tale quid ultra
Attentare uelis: transacta sequentibus oro
Corrige, Romanæ seruato sedis honore:
Nos quoq;, si qua fuit turbato in corde querela
Ponimus, & dulcem tecum partimur amorem.
Latores apicum, mandatorumq; ministros,
Quæ legis, eximio fili pietatis honore
Suscipe: quodq; tuas per eos dictamus ad aures,
Illud ab interno synceri crede profectum
Pectoris affectu: tutosq; habitosq; benigne,
Hos saltem lætos ad limina sacra remitte.

enim hoc nomen, quod ē Beneficiū, apud quosdam in alia significatione, quā ex impositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quā nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscit retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum: & dicitur Beneficiū apud nos nō feudum, sed bonum factum. In qua significatione i uniuerso scripturæ corpore inuenit, ubi ex beneficio Dei, nō tanquam ex feudo, sed uelut ex benedictiōe & bono facto ipsius gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum ualeat ab omnibus iudicari. Vnde quod quidam uerbū hoc, & illud scilicet, Contulimus tibi insigne imperialis Coronæ, a sensu suo nisi sunt ad alium retorquere, non ex merito caussæ, sed de uoluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem regni & ecclesiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim uocabulum, contulimus, nil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus. Scriptor notarat. Hodie parum uetusto nomine Cancellarius, seu Secretarius dicitur. Scribit Aemilius Probus apud Græcos, honorificētius esse Scribarum officiū, quam apud Romanos. Hi enim mercennarios existimant, at Græci ad id munus neminem admittunt, nisi honestis natalibus, fideq; & industria cognitū: quod necesse sit eos omniū consiliorum esse participes. Extat Sabellici Dialogus de Officio Scribæ. Tribus uerbis. Pro paucissimis dixit, prouerbiali sermone. Diuus Hieronymus in dialogo Luciferiani & Orthodoxi. Tribus, ut aiunt, uerbis, rem istam grandem dissoluisti. Latores apicum. Baiulos literarum.

Beneficium.

Collatio Papæ.

Scriba.

Hæc tunc exposuit mandata recentia, pastor
Ille Frisingus Otho, quem tanto maior habebat
Hac de lite dolor, quanto propioribus illum
(Regis erat patruus) tangebat curia uinclis.
Vtq; pie scriptis a summo Præsule uerbis
Addidit ipse suas in pacis fœdera partes,
Protinus ingenui consedit pectoris horror,
Et nitidus rediīt sedato Principe uultus.
Vt si forte rosas, & candida lilia nimbus
Contudit, & nitidum uirgis decussit honorem:
Horrent informes spinæ, frustraq; petiti
Quærentem fallunt nudato stipite flores.
Mox ubi tranquilli clementior aura Fauoni

Vt si forte rosas. Comparatio.

Cœperit, excluſo ſpirare benignius Auſtro,
Protinus ad pacidos flatus ſua germina rami
Producunt, ſolitoq; nitent uirgulta decore.
Præter prędictam turbati Principis iram,
Reſtabant aliæ litis fomenta querelæ:
Quas ubi Legatis diſtinctas ordine Cæſar
Expoſuit: contraq; ſuo pro Præſule miſſi,
Optima ſollicite cauti reſponſa dedere:
Protinus optatæ pręſentibus oſcula pacis
Dulciter impendens, Papæ, Cleroq; ſalutem
Innuit, & lætos a ſe dimittit in Vrbem.
Iamq; precatores aderant a Rege Dacorum
Dacia. Dania. Electo nuper, populiq; fauore creato,
Principis arbitrio ſceptrorum iura petentes.
Annuit hoc pacto Rex, ut poſt bella reuerſum
Ante quater denos, properabat regulus illum
Cautus adire dies, regnum ſumpturus ab ipſo,
Obſequijq; fidem, iurando iure daturus.

Dacorum. Danorum. Cõualuit enim uſus, ut pro Dania, licet minus recte Dacia accipiat. De Dacia lege Eutropium in Aureliano. Vt ſcribit Munſterus. Modo Dacia eſt Vualachia, Bulgaria atque Ruſcia: ſicut & Mœſia inferior, in qua Danubius labitur in mare. Verum Stephano Taurino eſt Tranſyluania. Hæc Hungarię Regi, teſte eodem, quotannis pecunioſum uectigal pendit, nihil non habens minus quam politiam, & aëris temperiem. Olim Cimbrica Chernoneſus, hodie Dania appellatur, Denmarck, cui præeſt Rex, qui Sueciam & Noruegiam, Peninſulas in eodẽ mari obtinet. Quas Plinius refert immenſas inſulas, non pridem a Germania compertas. Bircheimerus has putat eſſe Sueciam, Daniam, & Noruegiam. Principis. Aenobarbi. Iura ſceptrorum. Inueſtitura nunc uulgo dicitur. Vnde apparet Daniam olim fuiſſe beneficiariam Imperij, ſeu regni Teutonici prouinciam.
Poſt bella. Poſt expeditionem Italicam.

Iamq; ſuas ualido uires Alemannia motu
Excierat: populiq; truces feruente tumultu
Partibus e cunctis ad regia caſtra fluebant,
Saxones, & rigidi qui Norica rura coloni,
Vueſtualiamq; tenent, quos aut Ripuaria tellus,
Aut cum Germanis Rhenum partita colonis
Francia, ſeu magno nomen ſortita Lothero
Terra tenet, tunc Allobroges dotalia læti
Arma mouent, Celtęq; leues, Cymbriq; feroces
Vindelici, Sueui, Sclaui, ſimul atq; Boemi,
Pannones, & lætis quos educat Auſtria campis,
Quiq; Carinthinis populus uerſatur in oris.
Non ego uel populos, uel nomina clara potentum
Franci. Enumerare queam: quoſcumq; a cardine mundi
Horridus, & gelida Boreas emiſſus ab Arcto

Norica rura. Diximus in primo Norici appellationem longius olim protendi. Hodie inhabitant occaſum uerſus Bauari. Ad ortum aũt ſunt Anaſini & Auſtriæ pars. Ad meridiem autem Styria, In Alpibus uero habitãt Carnici, partimq; Croati, gens Slauonica: compręhẽditurq; Norici nomine Comitatus Goricienſis, & Zilienſis, regionesq; adiacentes,
Aut cũ Germanis Rhenũ partita colonis Francia. Franci, gens Teutonica, ex paludibus maris Septentrionalis in loca, quæ Sycambri iuxta

Verberat,

Verberat, aërias donec ueniatur ad alpes,
Arma ferunt populi, non sunt qui mœnia seruant,
Non qui rura colant: pręmissis undiq; feruęnt
Castra uiris, magno scrutatum a Principe, per quas
Hos iubeat transire uias: nam tantus in armis
Plebis erat numerus, ne iunctis agmina castris
Nubiferę rupęs Alpis transcendere possent.

Rhenum tenuerunt, pro gressi, eam postea occupauerũt terram, quę hodie appellat Franconia. Deinde Rheno superato, Belgisq; in potestatẽ redactis, omnes fere Gallicas uires attriuere, ut iam non Gallia tantum, sed & prima, seu superior Germania, quæ Alemannia tunc peculiariter dicebatur, ab ipsis Francis Francia fuerit appellata, & in ea Moguntia metropolis Francorum. Quod non ignorauit Guntherus noster, Otho Pontifex, tum alij medię antiquitatis autores, ut lib. primo latius indicauimus. Celtæq; leues. Habent enim nationes sua uitia. Vnde & Latini superciliosi & elati dicuntur, Vani Ligures, Leues Galli, Iactabundi Hispani, Mendaces Græci, Pœni fœdifragi. Celtę autem hic signãt Gallos. Gallia enim a Sequana usq; ad Garunnam fluuium Celtica dicitur: a qua Celtę populi, & qui finitimi his Hispani sunt Celtiberi. Annotatum est ab alijs Celtarum uocabulum Græcis & Germanum & Gallum significare: item ueteres Romanos Gallorum uocabulo, Gallos omnes & Germanos nuncupasse. Hæc res non animãduersa, multis errandi caussa fuit. Nationum singularum uitia. Celtica. Celtiberi. Celtæ.

Cymbriq; feroces. Horum sedes nunc Saxonum ultimi, & alij quidam ad mare populi habitant. Feroces autem appellat, respiciens ad ueterum Cymbrorum sęuitiã & furorem, quem Romani non sine grandi iactura aliquando senserunt. Nomina clara potentũ. s. Ducũ, Marchionum, & Comitum, quæ antiqua Germania in multas duntaxat familias & populos diuisa, ignorauit. Huius faciem descripsit Tacitus. Cymbria.

Vtq; dedit ducibus cunctis loca congrua Rector,
Distribuitq; uias, scisso mox agmine, quidam
Cannales, Iulijq; Forum, multiq; Clauennam,
Cumanumq; lacum, multi petiere Tridentum.
Ipse Böemorum regem, multosq; potentes
Allobrogum, Sueuumq; Ducem, fidumq; nepotem
Te Friderice suum, Chunrado rege creatum,
Secum Rector habens, illas transcendere rupes,
Nomine, quas ueteri montem Iouis incola dixit,
Adproperat, iamiamq; domos, & rura iacentis
Italiæ cernens, fidas quas nouerat urbes
Ticinum, Laudamq; suam, Cumamq; salutat
Lætus, & in Ligures uiolentam concipit iram.

Quidã Cannales. Quã ex Norico i Marchiã, ni fallor, Taurisianam itur. Iulijq; forũ. Vt Henricus Dux Austriæ, item Hẽric9 Dux Carinthiæ, adiũctis subsidiarijs copijs Hungarorũ. Forum Iulij, uulgo Friaul uocatur, Plinio antiqua ciuitas, cui9 incolas Foroiuliẽses appellat. Hodie Sabellico Ciuidatũ. In hac regiõe ẽ Vtinũ oppidũ, insigne, ut uidim9, nuncupatum, teutonice Zu der Vuiden, a Principibus Austriæ, ut ferunt, circiter annum. M. CC. ędificatũ. Sabellicus Hunniũ uocat. Multiq; Clauennam, Cumanũq; lacũ. s. Franci, Ripuarij, Sueui. Superius memini Comi etiamnũ celebris nominis oppidi, prope lacum Lariũ, qui Comensis, der Comer see uocat. Clauenna, item oppidũ est. Paruit nuper Comitibus eius nominis, quos post exactos uidimus. Montem Iouis incola dixit. Hunc. s. Bernardi, non quidem illius abbatis celebrati, sed cuiusdam Augustensis archidiaconi, qui in eo monte nemora persancta degisse dicitur. Forum Iulij. Vtinum. Comum. Larium. Clauenna.

Prima feros belli motus, regniq; furores
Tuta loco, fidensq; nimis, Ligurumq; suisq;
Viribus, aduersis excepit Brixia fatis:
Quæ postquam Regi tentatis restitit armis,

Plus quocꝫ quam potuit, tandem contrita, solutis
Mœnibus, accępit dominum, quem fecerat hostem,
Vixq; redempta, suos multo luit ære tumores.
Vtqꝫ Ducis totæ subierunt castra cohortes,
Ne quid inhumanum, linguis, ac moribus illa
Dissona barbaries, castris impune moueret,
Consensu procerum tales a Cæsare leges
Compositæ, stabili & castrorum iure feruntur.

Contrita. A Rege Boeniorum, qui, ut dictū est, Aenobarbo, ex fœdere, quem iam pręcesserat, militabat.

Ne quis rixari ferro, pugnamqꝫ mouere
Audeat in castris: neu mota lite uocatus
Cum telo ueniat, lorica tutus, habensqꝫ
Quo tantum rixę dirimat certamina fustem.
Neu belli signum, nisi forte domestica quęrens
Telum. Agmina, uociferet: miles si fecerit ista,
Eiecto castris, & turpia plurima passo,
Eripietur ei castrorum tota supellex.
Armiger exusta candenti fronte metallo,
Detonsaqꝫ coma, post uerbera pulsus abibit,
Vel domini spolijs redimetur, & omnibus armis.

Ne quis rixari. Vt militares has leges facilius intelligas, legēdus est Radeuicus, qui illas eo uerborū tenore conscripsit, quo proditę sunt a principe nunquam satis laudato. Telo ueniat. Nā hæc uox ea solū significat, quæ alterius lędendi caussa habētur, ut dixit Bartolus. Castrorū tota supellex. Signat id, quod Radeuicus patrio uocabulo sic exprimit. Harnascha. Auferetur ei omne suum Harnachsa. Armiger. Hic pro eo, ut ex Radeuico constat, accipiendus, qui sub milite est, eyn reysiger knecht. Detonsaqꝫ coma. Nota erat hæc ignominiæ.

Vulneris, aut cędis conuictus, uoce duorum
Qui modo non fuerint uiolato sanguine iuncti,
Hic caput, ille manum perdet: si teste carebit
Altera pars, facinusqꝫ uolet formidine pœnæ
Abiurare reus, poterit iurare: uolentem
Quilibet oblato licite reprobare duello,
Passurus similem non uicto crimine pœnam.

Oblato duello. Singulari certamine, quod hodie sublatum est.

Miles equo, cursore carens, clypeoqꝫ, uel hasta,
Sit licet oppositæ partis, regalia castra
Tutus adire potest: si quis uiolauerit illum,
Sicut & in socio pacem uiolasse feretur.
Si fuerit bellator eques, clypeusqꝫ, uel hasta,
Non erit ille nocens: pœnamue merebitur ullam.

Non erit ille nocens. Subaudi, qui eū læserit.

Institor a nostro spoliatus milite, cuncta
Institor. Conduplicata feret: maxilla seruus adusta,
Vertice detonso, supponet terga flagellis:
Aut erit a domino prędicto more luendus.

Institor, Id est, mercator hoc loco. Significat enim & alia. Interdū est qui sub alio negociatur: unde institoria actio nata apud Iureconsultus.

Qui spoliare sacras aliquem conspexerit ædes,
Si prohibere potest facinus, prohibere laboret:

Si prohibere nequit, maneat securus: at ille
Iudicis arbitrio pœnam pro crimine pendet.
Vrbem, uel castrum nostro sub nomine tutum,
Impugnans, poterit pacis uiolator haberi.
Non erit in nostris nobiscum fœmina castris.
Qui reus extiterit, spolijs nudatus abibit
Turpiter, & naso mutilabitur illa reciso.
Seruus deprensi conuictus crimine furti:
Si fur ante fuit, probrosa morte peribit.
Sin minus, abraso signatus uertice frontem
Verbera dura feret, castrisqꝫ fugatus abibit.
Ni fuerit domini spolijs, armisqꝫ redemptus.
Si continget equum cuiquam reperire uacantem,
Nec dominum norit, non detondebit, ut illum
Ignotum faciat, nec clausum fraude tenebit,
Sed stabulatori nostro denunciet, ac sic
Inuento, ut proprio nullo prohibente, fruatur.
Quem si fasce nouo dominus deprendet onustum,
Non erit hoc licitum deiecto pondere raptum
Tollere: portantem patiens in castra sequatur,
Iamqꝫ ministerio liceat reuocare peracto.
Si quis pacificę plebis uillasue, domusue
Vsserit: abrasis signabitur ora capillis,
Et pulsus castris post uerbera multa recedet.
Lex eadem pœnę præscripta, minoris ementi
Teutonico, castris ut pluris uendere possit.
Hoc tamen adiecto, quicquid uenale ferebat
Eripiet camerę turpi pro fœnore custos.
Miles Teutonicus socium de gente Latina
Non habeat, nisi noticiam sermonis habentem
Teutonici: quod si præsumpserit, omnia perdat.
Inuentor foueæ, nullo prohibente repertis
Gaudeat: at si quis uim fecerit improbus illi,
Id noster digna Stabulator corrigat ira.
Nemo parum caute, nimiumue potenter agendo,
Conterat educto uinaria uasa liquore,
Quæ pręstare suum possunt castrensibus usum.
Has, aliasqꝫ sacro dictatas Principis ore,
Consensere patres, seruare per omnia, leges.

Seruus. Quem superius armigerum uocauit, hunc seruum uocat: ut qui ea ætate, edelknecht dicebatur, alius esse intelligatur a milite.

Sed stabulatori. Equorum, seu Stabuli magistro, q Marscalcus a Radeuico, ut & hodie teutonice appellat, a marca Germanorum uocabulo, quod equū significat, Pausania teste, quē citat Rhenanus noster in Commentariolo in Tacitum.

Marscalcus.

At Rex belligeras cupiens armare cohortes,
Vltricesq; uiris incudere fortibus iras,
Editiore loco, blando spectabilis ore,
Et tamen ingenuæ reuerendus pondere uocis
Constitit, attentas implens his uocibus aures.

Maxima sydereo laudum præconia Regi,
Rex ego terrenus, modo si foret illa facultas
Vocis, & officij merito persoluere possum,
Cum mihi deuoto tantos assistere cœtu
Aspicio Proceres, quorum me munere regna
Accepisse iuuat, studijs retinere laboro.
Nam neq; me tanti mea gloria muneris unquam
Inmemorem faciet, nostriq; fauoris egentem
Viuere dum potero, bello, seu pace, fatebor.
Sunt impressa meis suffragia uestra medullis,
Quoq; magis recolo, magis hæc recolenda uidentur,
Inmemor officij non sat memor extitit ante,
Nec bene gratus erat, qui gratus desijt esse.
Spem mihi de reliquo quæ præcessere dederunt.
,, Gratia præteritis, spes est adhibenda futuris.

Sed iam tempus adest, quo certo pignore possit
Vestra nitere fides: ad magna negocia rerum
Venimus, ingentes belli concępimus iras.
Nec mihi res agitur, nec certos sponte labores
Aggredior: belli caussas, iramq; coactus
Accipio, iustosq; mouet uindicta dolores.
Cernitis in quantos sese efferat improba fastus
Vrbs Ligurum, regniq; minas, mandataq; nostra
Ridet, & antiquis a Regibus edita iura,
Quæ cum legifero statuit reuerendus Othone
Carolus, ach pudeat, nunc demum tempore nostro
Respuit, abiecitq; ferox ceruice superba
Imperiale iugum, manifestaq; bella fatetur.
Hoc ego si patiar, sine caussa censear ensem
Inualida portare manu, Regumq; priorum
Degenerem, dignumq; minus perhibere nepotem.

Eloquentia Aenobarbi patrio sermone.

Otho primus.

Maxima sydereo. Hāc a Friderico patria lingua dictam esse oratione, ex Radeuico colligim9. Neque enim constat ilium exacte peritum fuisse latini sermonis. Quanquā neq; gratia, neq; artificiū ullū i ea desyderari posse uideat. Tantos proceres. Nomina eorū pete ex cap. xxv. lib. tertij hist. Aenob.

Legifero Othone. Primo eius nominis Augusto; unde legiferum appellat, uel qd Ro. Principis est cōdere leges, uel quod uetusta Saxonum iura emendauerit. Ferūt item annales eum ęquitatis iurisq; amantiss. peritos uiros iuri dicendo semper præfecisse. Nā genere fuit Saxo, a rebusq; præclare gestis, Magni cognomentū tulit, præcipue domito Boheslao Boemiæ Rege, superatisq; tribus grauiss. pręlijs, Hungaris Germaniam uastantib. ac captis trib. eorum regulis, quos uictores Germani Othone tamen renitente, sed frustra, uitam laqueo finire coegerūt. Ex Imperatoribus primus traditur a Ioanne. xij. co-

rona donatus, accepto Germaniæ Pannoniæq; titulo; ignota Cæsarum prioribus seculis Coronatione. Si Balbo credimus. Sed nec coronandi Pontificis consuetudo admodum est uetusta. Olim a clero populoq; Romano Pontifices electi, ubi intercesserat Imperatoris authoritas, Cathedræ diui Petri insidebant, nullis alijs cerimonijs adhibitis. Gesta huius Othonis scripsere plures, sed Crantius aliquanto fusius. Perhibere nepotem. Pro, præstare successorem, dixit.

Coronatio Imp. a Pontifice non admodum uetusta.

Ergo ne seuitiæ mea sunt electa nefandæ
Tempora, quæ tantos nequeant punire furores?
Fallitur ignauę (nisi fallor) opinio plebis.
Quicquid in Imperium nostro committitur æuo
Inuenit ultorem: dabit ach, dabit impia pœnas,
Interituq; graui commissa nefanda piabit.
Si bene uos noui, si non mea pectora fallit
Spectatę toties uestræ uirtutis imago.
Nam neq; uos nostri socios non esse doloris
Communis iactura sinit, quæ sponte dedistis,
Eripit inuito (nisi uos succurritis) hostis.
Munera uestra mihi parat extorquere: simulq;
Vos, & mei socij, facto contemnit in uno.
Dumq; putat bello, nec nostra requirere posse,
Arbitrium uobis, fructum mihi muneris aufert.
Nunc age Teutonici fortissima robora regni
Imperij uires, totius gloria mundi,
Magnifici Proceres, magnis intendite cœptis
Pectora, sitq; palam, nullam, sub limite magni
Esse poli, nostris, quæ tuto uiribus obstet,
Legibus aut latijs, impune recalcitret, urbem.
Si uos a patrijs laribus, thalamisq; pudicis
Noster amor, regniq; labor, iustiq; doloris
Adduxit ratio, si dulcia pignora, natos,
Plorantesq; domi liquistis sponte puellas,
Nunc ijsdem caussis ultrices acriter iras
In tumidos Latij depromite nominis hostes,
Atq; illud nostro detergite dedecus æuo.
Ne nostras impune minas spreuisse feratur
Vrbs Ligurum: quas Roma timet, nec iura, nec ullæ
Hoc prohibent leges, quotiens iniuria regnum

Cõmissa nefanda piabit. Signat perduellionis crimen, quod committitur cum quid hostili animo patratur aduersus rempublicã, uel Principem. Hinc perduelliones, qua dictione hi solum indicantur, aduersus quos ius belli est.

Perduellionis crimen.

Perduelliones.

Vexat,& Imperiȷ ſubito pax hoſte laborat,
Principis edicto iuſtiſſima bella gerantur.
Ille nocens populus,nos regni iura tuentes,
Vltrices aquilas,qui publica ſigna ſecuti,
Eximios certe referemus laude triumphos.
Vocibus Auguſti uirtus accenſa ſuorum
Incaluit:fremuere minæ,capuloq; reductas
Admouit grauis ira manus:uox omnibus una
Dicta probant,laudantq; uirum,ſtimulisq; morantē
Impellunt,fidasq; uouent in prælia dextras.

Capuloq; reductas. Ex primit alacritatis ſignū.

Sed ne præcipiti quicquam prudentia motu
Regia,neglecto præſumeret ordine iuris,
Primum propoſitis legalibus eſſe citandos
Hoſtes edictis,iuris ſuaſere periti.
Vtq; ſibi certam Ligures incumbere cladem,
Dilatamq; uident offenſi Cæſaris iram,
Iam ſpe maiores,ſcelerum depoſcere pœnas
Electos de gente ſua,legumq; peritos
Miſerunt in caſtra uiros,blandisq; potentes
Perſuadere modis,quorum ſermone diſerto
Poſſe putabatur miteſcere Principis ira.
Qui cum ſe cauſsis grauiter pœnalibus angi,
Legibus Italicis,& ſtricto iure uiderent,
Inq; coloratis ſuffragia nulla loquelis,
Eſſe,uel in multa quam promiſere moneta,
Rebus inexpletis,multum fruſtraq; rogatis
Principibus,mœſto repetentes mœnia uultu,
Impleuere ſuam magnis terroribus urbem.

Capitalia iudicia.

Cauſsis pœnalibus. Actionibꝰ ſeu iudiciȷs capitalibus. Sunt autē illa, ut inquit Iuſtinianꝰ, quę ultimo ſupplicio afficiunt, uel aquę uel ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo. Hæc uerba in uulgatis codicibus, ut plęraq; alia aliquanto deprauatius leguntur in libris Inſtitutionum Iuſtinian. Id teſtatꝰ codex, qui mihi eſt ī membranis abſque ullis ſcholiȷs ſatis diligentꝰ ſcriptus, annis abhinc plus minus.CC.

Multa moneta. Multa pecunia.

At Rex inſtructis properans ad mœnia caſtris,
Iam loca contigerat,qua certior Addua limes,
Finibus ab Ligurum magnæ ſecat arua Cremonę.
Qui quamuis medias populis inieceꝛit undas,
Non tamen hoſtiles poterant cohibere furores,
Quo minus alterno ſpumaret ſæpe cruore.
Gurgite tunc pleno ſolito torrentior ibat,
Auxerat & tumidas reſolutis alpibus undas,
Nec ſe belligeris tranſmitti poſſe cateruis
Ponte,uado,remoq; carens ſperare ſinebat.
Nec minus oppoſito Ligurinus in aggere miles,

Ligurinus. Mediolanenſis.

Magnanimi iuuenes, uel si uada tuta paterent
Excipere hos armis, ac propulsare parati
Constiterant, densaq; uadum statione tenebant.
Sic duplici caussa, fluuio, belloque repulsus
Iratus medijs exercitus hæserat undis,
Cornipedesq; uirosq; simul grauis horror habebat.
Tantum distantes alterno margine ripæ
Certatim ualidis torquebant tela lacertis.
Donec ab extrema riparum fronte, Boemus,
Cum Duce Dalmatico, sese rapientibus ultro
Iniecere uadis: hos agmina tota sequuntur.
Vrget eques peditem, multis uiolentior amnis
Lubrica fallaci uestigia subruit unda.
Vorticibusque cauis inuoluens arma, uirosque
Et rapidæ feritatis equos, correpta deorsum
Cuncta trahit: sic pene uiri periere ducenti.
Ast alij non tam uectu, quam remige freti
Cornipedum, solida tandem uestigia ripa
Fixerunt: turpique fuga perterritus hostis,
Mœnia nota petens, infaustum ciuibus omen
Rettulit: & cladis prænuncia signa futuræ.
Stabat in eiusdem deuexo margine ripæ
Turribus, & ualido castrum spectabile muro.
Nomen erat Trecium, Ligurum sub nomine tutum
Hactenus, & nullo tactum per secula bello:
Hoc latus excelsæ circumstant undiq; turres,
Illud fluminea tutum defenditur unda,
Ingentiq; rapax incingitur Addua ponte,
Quem seruat positis custodibus ardua turris.
Visa fuit Regi nostris accommoda castris
Illa satis sedes, propter compendia pontis
Et magno uentura bono: iussitq; cohortes
Expugnare locum: paret festina iuuentus,
Tutaq; belligero cingit castella tumultu.
At qui præsidium seruabat & oppida miles,
Frustra tentato conatus mœnia bello
Defensare manu, postquam cognouit ab urbe
Nil opis esse sibi, miseræ modo munera uitæ
Depactus, totis patefecit mœnia portis.

Magnanimi iuuenes. Appositiue. Fuisse circiter mille scribit Radeuicus.

Exercitus. Cæsareanus.

Boemus. Ladislaus Rex, de quo supra.

Cum Duce Dalmatico. Chunrado gñe Boioario, ex familia Comitũ Dachaionorum, quæ in Arnulpho mox defecit. Princeps Chunradus ille fuit, ut infra dicam, commendatus a uirtutibus non uulgaribus.

Armaq; uictori, castellaq; plena relinquens,
Nudus ad hostilem misere compellitur urbem.
Hos tamen euentus lætos, & gaudia rerum
Inuida turbauit casu fortuna sinistro.
Namq; nouæ quidam quærentes semina laudis,
Preclarumq; sibi cupientes dedere nomen,

Dedere nomen. Pro parere.

Mœnia terrifico strepitu Ligurina petentes,
Exciuere suis tutis de sedibus hostes,
Sæuaq; conflictu mouerunt prælia duro.
Primus in his Ekebertus erat, Comes ipse, sed alto
Sanguine, regifico minime cessurus honori,
Et magnos Reges animi uirtutibus æquans:

Ekebertus erat. Eius nominis tertius, in quo nobilis, florentissimaq; Pittenorum tunc in Baioarijs Comitũ gens extincta est, teste Auentino in Elencho rerum Baioaricarum: quod & mox Poëta indicare uidetur, Cuius & interitũ. Hasta Ligus. Mediolanensis. Gentile enim hic est nomẽ. Probus declinat, hic & hæc ligur. Hic & hęc, & hoc ligus, pro incola Liguriæ.

Pitteni Comites. Hic dum prolapsum quendam, rapidoq; uolutum
Turbine cornipedis, cuperet releuare suorum,
Hasta Ligus iuuenis uibrata per ilia magni
Transijt, & latebris animam deprendit in altis.
Sunt tamen incolumi iuuenem qui corpore captum,
Hostilemq; manu tractum fateantur in urbem,
Sæuaq; discerptis perpessum funera membris.
Hunc & teutonici Proceres, Italiq; potentes,
Et Ligurum bona pars ægre gemuisse feruntur:
Cuius & interitum lachrymoso tristia nectens
Carmine teutonicas defleuit fama per urbes.

Iohannes. Hic quoq; Cæsareæ multi periere cohortis:
Quemq; domi famosa Ducem Rauenna potentem
Miserat, occubuit, miseranda clade Iohannes.
Nonnulli rigidas collo subiere cathenas.
Ast alij frænis redeunt ad castra retortis.
Quos grauiter Princeps uerbis inuectus acerbis
Corripuit, pœnasque rei fortasse luissent,
Ni precibus blandis Proceres, multoq; rogatu
Fortunæq; uices, incertaq; fata loquendo,
Vix tandem iustam sedassent Principis iram.
Qui mox permixta tantis cum luctibus ira,
Vlcisci socios auide festinat, & arcta
Obsidione ream iam claudere cogitat urbem.
Totaq; septenis distinguens agmina turmis,
Ductorem cuneo præfecit prouidus uni
Cuiq; suum: nunc cornicines, sonitusque tubarum

Iohãnes. Si Hebræam originẽ sequimur, aspiratione addita, & uno ex duobus literis, n, dempto, Iohanes ꝓferendũ est. Græcis est quadrisyllabum, & prima, I, correpta, ꝓducta secunda, ω. Plura super hoc nomine in cõment. nostris in Reuchlini Progymnasmata scænica diximus. Notauit Picus Iunior nonnullos, quales habet & hodie ꝙ plurimos Italia, q paganismi obseruãtiores, hoc nomen, tum pleraq; alia, quæ nec dissimulat Erasmus noster, et ceu sua iam Christi agnoscit Ecclesia, fugiunt, & reijciunt. Sed uelint ro-

Prælia terrifico committere prima tumultu,
Signiferosque loco, uel læta, uel aspera primo,
Laturos, acies, æque dispergit in omnes.
At qua Cæsareæ, signum latiale, cohortis,
Regia fulget auis, magnorum densa uirorum
Agmina, ceu magni glomerauit uiscera regni.
Hinc famulum succincta manus, uulgusq; pedestre,
Pondera iumentis ingentia portat onustis,
Quæq; expugnandis creduntur idonea muris.
Vltima ceu modico subitura negocia uoto
Aere dato conducta cohors, & bellica miles
Dona sequens: precioq; suum mutare fauorem
Suetus, & accæpto pariter cum munere bello,
Hunc habuisse, dator precij, quem iusserit, hostem.

lint celebrata sunt, celebrabuntur, nec Imperatores illi, qui & multa eloquentia & maiori potentia freti fuere, aut res, aut noīa religionis extinguere potuerunt. Verbis inuectus acerbis. Huiusmodi. s. ut apud Radeuicum legimus. Mediolanenses omnia cum delibratione faciunt atque prudentia, fraudes & insidias componendo: eorūq; dolos fortuna persequitur. Nostri uero, quibus ob disciplinā & consuetudinē obediendi rectoribus fortuna famulatur, nunc cōtrario peccant. Non immerito ita uincuntur, depelluntur: quia omniū pessimum est præsente Imperatore, sine rectore dimicare. cum etiam uincere sine pręcepto Ducis, infamiæ sit. Totaq; septenis, Prosequitur quo instruxerit ordine Vrbis Mediolani obsidionem. Loco, uel læta, uel aspera primo. Hoc est, in prima acie, quæ & Principia uerbo militari dicitur, teste Vegetio: qui libro de re militari secundo sic ait, Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, & ut proprio uerbo utar, principiorum nomina, ac dignitates, secundum præsentes matriculas indicabo. Regia auis. Aquila. Conducta cohors. Mercennaria militia.

Aenobarbus ad milites.

Principia.

Sic pulchro felix acies instructa tenore,
Carmine belligero, longeq; sonantibus hymnis,
Diuinam sibi poscit opem, Ligurinaq; sensim
Mœnia securo petit imperterrita gressu.
At qui sollicita ciuis spectator ab urbe
Prodierat, primasque fores, uallumq; tenebat,
Nullo lasciuus strepitu, seu Regis honori
Hoc dabat, ingentis seu iam præsagia cladis,
Pectora certa trahens, nullo clamore superbus
Stabat: & insignem spectabat sedulus hostem.
At Rex dispositis pulchro satis ordine castris,
Obsidet, ingentem plus centum milibus urbem.
Hanc per circuitum spacio spectanda capaci,
Planicies, centum stadijs diffusior ambit,
Extructus quadris uallabat mœnia saxis
Murus: adhuc uasto præcinxerat agger hiatu.
Ad subitos belli strepitus, captosque fragores,
Grandibus impensis anno properatus eodem,
Turribus, & pinnis, tormentorumq; flagellis,
Hoc minus institerant, quod nulla posse putabant

Carmine belligero. Iuxta ueterum Germanorum morem, qui cantu & numine Deorum pugnam inchoabant. autor Tacitus.

Agger properatus. Propropere factus, quē Cōsul Mediolañ. metu futuri belli, multis tamen reluctantibus, fieri curauit priori anno, fossa, aquis plena, uice amnis circūfluente.

Obſidione premi, plenam tot ciuibus urbem.
Vnde nec Imperio, ſeſe præſtare fideles
Curabant, ac ſæpe iugum ceruice rebelli
Reſpuerant, regniq; diu plebs illa ſuperbis
Luxurians animis, tuto contempſerat iras.
Ergo ubi diuiſis ingentia mœnia portis
Teutonici tota Proceres indagine belli
Vndiq; cinxerunt, & regia ſigna ſuperbi,
Auſoniaſque ſuis uolucres colludere campis
Viderunt Ligures, & opertos milite fines.
Prima uiris alta tentoria cingere foſſa
Cura fuit, denſare ſudes, & ducere uallum,
Caſtrorum munire ſinus: ne clauſa latenti
Turba dolo, uel marte palam fremebunda diurno
Erumpat, ſubitoq; uiros, & caſtra furore
Turbet, & incautos inopina clade laceſſat.
Nam neq; tormentis, neq; rapto mœnia bello
Poſſe capi populoſa putant, meliuſque uidetur
Expectare famem, ui namq; hæc cuncta potenti
Expugnare ſolet, uel ſi confiſus ad arma
Proſiliens, pugnam ferus ultro conſerat hoſtis,
Fortunam tentare manu, facileſque triumphos.
Vnam portarum ſocia uirtute premebant
Cognati iuuenes, quorum Comes aulicus alter
Nomine Chunradus, Regis quoq; frater: at illum
Ductorem Sueuis Chunrado patre relictum,
Aequiuocum, iunctumq; ſibi Fridericus amabat:
Promptus uterq; manu, formaq; uerendus uterq;,
Nobilitate pares, & eiſdem in finibus æui.
Hos, uel quod teneris uigiles minus eſſe ſub annis
Credebant Ligures, uel quod uicinius urbem
Terrentes, ſocijs procul abſediſſe uidebant,
Hos primum tentare parant: tacitaſq; cohortes
Nocte pruinoſas mundo referente tenebras,
Mœnibus educunt, quo tempore membra diurnis
Extenuata malis, primo ſopor irrigat imbre.
Tunc etiam primo ſomni torpore grauatos
Inuadunt, turbantq; uiros, & caſtra laceſſunt.
Proſiliunt ſtratis ſtupidi, uix ſumere tela

Regis quoque frater. Nam pater Aenobarbi mortua Juditha matre ſua, duxit aliam uxorem de genere Comitum illorum qui dicebantur de Zuuainbrug, & de Sarburg, ex qua ſuſcepit hũc Chunradũ, quẽ Fridericus Cæſar Palatinũ Rheni effecit, mortuo iã Hermanno Pal. Comite Rheni, ſine legitimo, ut ait Nauclerus, hærede. Huic Chũrado fuit Heidelbergum perpetua ſedes, ubi, teſte eodẽ Nauclero, Præpoſituram cœnobij in Neuẽburg prope Heidelbergam in Parthenonen mutari curauit. Chunrado patre. Auguſto eius nominis

Noxue timorue finit: ferit horridus aëra clamor,
Multiplicatq; metus, ueris grauiora timentur.
Non tamen in tanto discrimine, mente carentes,
Immemoresue sui, ualidis hortatibus iram
Extimulant iuuenes: sumptisque uiriliter armis
Quæ tempus, casusq; dabant, certamina dura
Instituunt, ferroq; simul, lapidumq; rotatu,
Et quocumq; licet telo depellere castris
Nituntur tumidis sublatos uiribus hostes.
Iamq; Böemorum tentoria proxima clamor,
Armorumq; sonus per opaca silentia noctis
Impulerat: qui mox tremulo clangore tubarum,
Raucaq; terribili quatientes tympana pulsu,
Vicinam testantur opem: iam castra tenebant,
Iam sua teutonicis sociarant arma cateruis.
Attoniti subita miseri formidine ciues,
Degenerem petiere fugam, turpiq; relapsu
Mœnia nota petunt: sed nox, & porta, timorq;
Impediunt aditus, compressaq; turba laborat.
Sic bona pars ferro cecidit prostrata cruento,
Aut iniecta tulit captiuo uincula collo:
Semineces alij, numerosaq; uincula passi,
Illæso penitus redierunt corpore pauci,
Exemplumq; suis, documentaq; certa dederunt,
Ne spem nocturnis auderent ponere furtis.
Sed quia festino bellum procedere motu,
Obsessi fortuna loci prohibebat, & ingens
Tempora multa labor, momentaq; tarda petebat,
Multorum uirtus torpescere nescia, tardas
Non poterat tolerare moras, longamq; quietem
Oderat, & steriles ignaui temporis horas.
Ergo Palatinus geminis cum fratribus ille
Eximiæ uirtutis Otho, firmissima nostræ
Robora militiæ, flagrantes laudis amore,
Grande aliquid patrare manu, dignumq; referri
Inter magnorum celeberrima facta uirorum:
Vespere iam pene referente crepuscula noctis
Eduxere suas castris ad mœnia uires.
Atq; crematuras portam cum ponte latenter

tertio, cuius a principio mentionem fecimus.
Teneris sub annis. Pro iuuenilibus, qui a trigesimo producunt ad annos quinq; & quadraginta.

Geminis cū fratribus. Friderıcho et Othone Iuniore. Eximiæ uirtutis Otho. Comes Palatinus de Wittelsbach, Baioariæ, tum Landgrauius, deinde ab Aenobarbo nostro ob merita eius Dux appellatus. Propagata est ab eo inclyta illa soboles, quę hodie præ-

est Bauaris, duo fratres Vuilhelmus, & Ludouicus. Seriem generis texuit Auentinus.

Admouere faces: rapido tabulata uapori
Materiam fomenta dabat uiolentior aura.
Protinus e tota raptim concurritur urbe
Omnibus, hostiles amor est restinguere flammas.
Nam præter pontis discrimina, tota patebat
Vrbs Ligurum flammis, si non consideret ignis.
Nec mora, conflictu magno certatur utrinque.
Hij prohibere parant incendia pontis: at illi
Oppositis prohibere uolunt prohibere uolentes.
Tela uolant, strident lapides, densusque sagittis
Aër, nocturnas, & uincit, & adiuuat umbras.
Tandem restincta multo discrimine flamma,
Pene pari casu sera uix nocte dirempti,
Alternas cædes, & mutua uulnera passi,
Hij muros subeunt, illi sua castra reuisunt.
Nec Ligures nostris tardi magis, aut minus esse
Audaces, tumidique uolunt, factoque recenti
Sponte referre uicem, pulchrū & laudabile credunt.
Sæpius obsessis gaudent excurrere muris:
Et iaculo, fundaque leui, celeriue sagitta
Incautos turbare uiros, crebrisque lacessunt
Castra latrocinijs: portaque frequentius illa,
Quam ductor ualidis obsederat Austricus armis,
Erumpunt, tandem stimulis grauioribus ardens
Impulit ira uirum totis educere castris
Agmina: collato muros accedere bello.
At Ligures non iam muros defendere, uerum
Obuia ferre uiris ultro uenientibus arma
Accelerant, miscentque grauis certamina pugnæ.
Prima uolatilibus mandantur bella sagittis:
Protinus excussis auide concurritur hastis.
At simul ad gladios, & strictas cominus iras
Incaluit uirtus: tunc uero horrendus ubique
Clamor, & ingenti penitus collisa fragore
Arma sonant: tinnire cauas mucronis ab ictu
Audires galeas, incussa trementibus hastis
Scuta graui mugire sono, gemituque cadentes
Oppetere, & rigido terram prosternere trunco.
Instant castrenses, aduersaque pectora sæuis

Quam ductor ualidis. Lege cap. 36. tertij li. hist. Aenobarb.

Vulneribus lacerant, indignanturq; reſiſti.
Nec cedunt Ligures, nec de ſtatione mouentur
Obnixi, pariterq; necant, pariterq; necantur.
Donec uix tandem magna uirtute repulſi,
Et noſtris multa reſperſos cæde triumphos,
Linquentes, refugo tenuerunt mœnia curſu.
Hic inter multos, ſtolidiſſimus occidit ille
Statius, infauſti ſibi quem præponere Regem
Optabant Ligures, & ſceptra dicare parabant.
Cuius, & a noſtris multo ſimul ære redemptum,
Et captiuorum numeroſa plebe, cadauer
Mutatum ſolito Regum ſepeliuit honore.
Stulta ſuperſticio, quodq; huic ſors iuſta negaret
Viuenti, ſtolidus morienti contulit error.
Non mihi cuiuſdam Liguris reticenda uidetur
Improbitas, ſtultæq; ferox ueſania mentis,
Qui rapido fremebundus equo, fulgentibus armis
Conſpicuus longe, noſtris illudere caſtris,
Militiæq; rudes, equitandi lege carentes
Dicere teutonicos, probroſaq; multa pudendis
Gaudebat iactare ſonis, uanamq; ſuperbus
Oſtentans artem: rapido modo turbine uectus
Quadrupedantis equi, nunc certa lege reductis
In gyrum frẹnis, ſinuoſa uolumina torquens,
Vnum de multis, potiusue ex omnibus unum
Electum, dignumq; ſibi concurrere, crebro
Poſcebat, captoſque metu ridebat inani.
Vt quondam pueri periturus laude ſuperbus
Ille Philiſtẹus, trepidanti probra, minaſque
Iactabat populo, donec paſtoris Hebræi
Procubuit tumidam ſignatus uulnere frontem.

Stolidiſſimus Statius. Nobiliſſimum inter opti mates Mediolanenſium uocat Radeuicus. Fuit e familia (ni fallor) Statie lenſium prẹdiuite gente, quorum tum erant oppi da octo teſt. Merula: quẽ miror huius Statij non meminiſſe. Cæterũ Statij nomen inter ea, quæ ſeruilia habentur, ut Geta, Dauus, & iamdudũ Sclauus, annumeratum eſt. Improbitas. Audacia, quæ eſt temeri: ut audentia fortis uiri.

Statius.

Improbitas.
Audacia.
Audentia.

Vt quondã pueri. Q; peritus Sacrorũ Bibliorũ Poëta fuerit, uel hæc elegantiſſima ſimilitudo ꝓbat. Vnde conijcimus etiam Cœnobitã fuiſſe: quoniã adhuc ætate illa, quicqd literarũ ſupererat, e monaſterijs, ceu ſcholis, quales ueterũ conſtat fuiſſe monachorũ cœtus, petebant. Non igit miraberis Friderichorũ AA. tẽpora minime infelicia (quãuis a Romanis ſubinde Pontificibus, dominationẽ, iam olim a prædeceſſoribus ſuis meditatã, conſtituere ſatagẽtibus, innocẽtiſsimi Principes impetebant) multo plures habuiſſe, in ſola etiã Germania Epiſcopos, quorũ & uitæ innocentiã, & doctrinæ præſtantiã cõmendant Annales, ꝗ hodie uix tota Latinorum Europa dare poſſit. Superbus ille. Cum Golias, ut habet ſacra hiſtoria primo Regũ libro, totũ populũ Iudæorum corporis mole deſpiciens, ſingulari certamine ꝓuocaret, timẽtibus cæteris, Dauid iunior fratribus, tum patris oues paſcens, popoſcit a Rege, ut congrediendi ſibi ꝑmitteret facultatẽ. Necdum quidẽ tanto certamini habilis æſtimatus eſt, Rege dicente. Non potes ire ad Allophylũ, & pugnare cũ eo: quoniã tu puer es, & ille uir bellator eſt a iuuẽtute ſua. Nec eſſet admiſſus, niſi feciſſet fidem, ꝗd in ſua adoleſcentia Leo-

Guntherus cœnobita.

1. Reg. 17.
Dauid.

nem suis manib. strangulatũ, extractæ raptæ ouis cruribus peremisset. Ipse etiã despectus ab Allophylo, cꝙ aduersus armatũ prælıatorẽ cum uirga & lapidibus ꝓcessisset, retulit non uiribus se fretũ esse, non armis, sed in noie Dñi confidentẽ ad prælıũ esse progressum, ut lacessitę plebis auferret opprobriũ. Porro hic memineris, q̃s alienigenas latini appellãt, Hebręis esse Allophylos.

Allophyli. Philistæi.

Philistæus. Diuus Hieronymus in Hebraicis quęstionibus Philistæos putat esse, q̃s nos corrupto uocabulo Palæstinos uocamus, q ῑdem cũ ῑs sunt, q̃s sacra historia Philistῑm & Philistinos noĩat, de qbus in primo Regum scribit, in cuius cap. 17. unde hic locus sumptus est, legimus. Et egressus est uir spurius de castris Philistinoꝝ noĩe Goliath de Geth, altitudinis sex cubitoꝝ et palmi. &c. Signatus uulnere frontẽ. Sic eadem narrat historia ad finem cap. eiusdem. Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Præualuitq; Dauid aduersus Philistæum in funda & lapide, percussumq; Philistæum interfecit.

Non tulit elatæ Comes ostentamina mentis,
Albertus Tyrolensis erat, uanamq; superbi
Stulticiam Liguris digna compescere pœna,
Teutonicæq; parat gentis remouere pudorem:
Non tamen aut galea muniri tempora curat,
Aut gladio lumbos, aut ferro pectora texit,
Aut cursoris equi, quo prælia semper agebat
Officio fungi, clypeo contentus, & hasta,
Terga minora premens, uibrata cuspide, segnem
Impulit, armatumq; solo deiecit inermis.
Sed neq; degeneri dignatus tingere ferrum
Sanguine, non spolῑs, nullo discrimine partis
Victrices ornare manus, tellure iacentem
Liquit: & hic alῑs magni reputantibus, ipse
Negligit, & modico factum metitur honore.

Albertus Tyrolẽsis erat. Scilicet, Comes. Regioni in Noricis, seu mauis Rhætis Alpinis, cuiũ num ꝑdiuiti, quæ Archiduci Austriæ nũc paret, nomẽ inditũ ab arce Tyrolo, q̃ extat hodie haud longe a ripa Athesis iuxta oppidũ Ameranũ. Quo iure ad Austriacos Principes Comitatus ille peruenerit, in Scholῑs nostris in primũ Austriados lib. obiter indicauimus. Plura de eo bona si de refert Nauclerus, & ego in cõmentarῑs Staurosthici Io. Pici Com. Mirandulæ. Pudorẽ. Dedecus. Tingere ferrũ.

Contẽtus laude, q̃d uisus est potuisse. Modico factũ metitur honore. Erat em̃ uir minimæ, ut ait Radeuicus iactãtiæ, & qui semꝑ manu q̃ lingua ꝓmptior inueniri uolebat. Habes hic igitur in homine Germanico, eodemq; potestate prędito, non contẽnendum animi moderationis exemplum. Sane hac heroica uirtute nihil est nunc rarius.

LIB. Septimi Finis.

❡ Argumentum LIB. Octaui.

❡ Octauo Ligurũ speculatur prouidus urbem
Cæsar, & antiqui theatri procul aspicit arcem.
Mutua bella gerunt Ticinus, Cremonaq; fortis.
Inde fames, pestisq; ferox Liguꝝ urbe fremebat.
Guido Bladerensis caussam, sed pacis, agebat.
Et Cæsar pacis dederat mox conditionem
Ciuibus, & pulchrum duxit de more triumphũ.
Dimittit Proceres, Tisuidum, & castra reformat.
Curia Roncalῑs mandatur, castrametatur,
Consilium celebrat, Feudalia iuraq; dantur.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de rebus Gestis FRIDERICI, I. Imp. Aenobar. AVG. Liber VIII.



HAS INTER LAVDES, ET fortia facta uirorum,
Illam præcipue curam FRIDERICVS agebat:
Vt sine iactura grandi, sine clade suorum
Conficeret cœptos optato fine labores.
Et modo cum paucis, denso modo milite cinctus,
Ardua sollicito lustrabat mœnia gressu:
Spectabat muros, spectabat robora ualli,
Quæq; locum uasto cingebant aggere fossas,
Quacq; uiam cœptis facilem fortuna parare
Tuta uidebatur, cura, studioq; sagaci
Acriter intendens, oculis & mente notabat.
Hæc ita concussit trepidos uigilantia ciues,
Vt quotiens illum muros ambire uidebant,
Non secus, ac si iam ualidas effringere portas,
Turribus aut celsis infligere saxa pararet,
Mœnia tota graui tremerent confusa tumultu.
Tunc uarius totam clamor, strepitusque per urbem
Signaq; diuinas trepide pulsata per ædes
Fœminei planctus, lamentaq; mœsta sonabant.
At tuba pinnigeri iuuenes ad culmina muri
Terribili clangore uocat, densaq; corona
Vndiq; consistunt, & propugnacula seruant.

¶ SCHOLIA Iacobi Spiegel Selestad. in. VIII. LIGVRINI Librum.



ET modo cũ paucis. Innuit Cæsa. Fridericũ optimi Ducis officio fungi. de quo uide Iac. Com. Purliliarũ: quo certe nõ est alter, qui de re militari, præsertim ad temporũ nostrorum rationem diligẽtius scripserit. Hunc autorem superioribus annis necdũ alibi excusum, in publicum usum emisimus. *Iac. Purliliarum Comes.*

Infligere saxa pararet. E funda Balearica. Nam Bombarda lõgo post tẽpore inuẽta est, quæ oĩm pᵉma exigui pulueris cõmixtione, id cladis urbibus ac populis cõmenta est, ut Arietem, Balistã, cęteraque ueteris militiæ tormenta, iam inter initiorum artiũ inuenta numeremus. Bombardam alij Aegypti inuentum, alij Germanorũ esse uolunt. Auunculus meus in Epitome rerum Germanicarũ repertam scribit apud nos Anno. M. CCCLXXX. Nobilitarunt eam Pandulphus prosa, Catanæus uersu. Iac. Stapulensis pietati natus, congruum fuisse ait, autorem tantæ machinæ opus imbuisse. *Bombardarũ inuentum.*

Stabat ab obsessa non multo longius urbe
Quam semel exiliens arcu, iaciente sagitta
Ire potest, quadris moles incognita saxis,
Romano constructa modo: quam fama superstes
Dicere Romanum uulgo consueuerat Arcum.
Quatuor hic ualidis surgebat fulta columnis,
Tam sibi conueniens, ut uisu nemo sagaci
Posset ab alterutris unum secernere saxis.
Formam turris habens, cameras, tabulataq; multas

Interius ſortita locis, altaſque feneſtras:
E quibus & totus ibat proſpectus in agros,
Et facili poterant conamine tela rotari.
Hanc Romanorum quondam pro fornice Regum
Erexiſſe ſui certiſſima ſigna triumphi,
Fornices. Vel magis iratos alio quoq; tempore Reges
Mœnia uicta per hanc ſibi ſubieciſſe ferebant.
Præſidium plebs illa loco, ſumptuſque ciborum
Ad ſpacium belli, longoſque locauerat uſus.
Id caute feciſſe putant: nam quicquid ab hoſte
Exterius fieret, ſpectantibus inde uideri
Et facili ſocijs poterat noteſcere ſigno.

Hic transferre ſuis Fridericus commoda caſtris
Cogitat: & iuuenes iaculo, celeriue ſagitta
Fornicarij. Corpora, uel longe diſtantia figere, doctos,
Stare iubet contra, certoſque intendere iactus.
Vt ſi quis patulis, aut mittere tela feneſtris,
Aut ſpectaturos etiam producere uultus
Audeat, aduerſis configant ora ſagittis.
Ipſe flagellatam tormento rumpere molem
Apparat, & duro penitus confringere ferro.
Attoniti ſtupuere uiri, dextraſque petentes
Vitam depacti tradunt munimina Regi.
Qui poſtquam ſociam tutos dimiſit in urbem,
Collocat ipſe ſuos in tuta ſede fideles.

Hoc tamen in bello ueteris non immemor iræ,
Acrius in Ligures Ticini ſæua iuuentus,
Atq; Cremonenſes, odio graſſante fremebant.
Fors. Nam ſi quis Ligurum, fatis agitatus iniquis,
Fortuna. Illorum quandoq; manus, infeſtaq; tela
Inciderat: tunc dira ſui monimenta furoris
Aſpicienda dabant, iuguloq; uidentibus illis
Condebant gladios: aut duro ſtipite uinctum,
Certatim miſſis figebant undiq; telis.
Nec minus ex illis, ſi quiſquam forte maligna
Venerat ad Ligures, diſcerpti corporis artus,
Truncaq; de ſummo ſpargebant funera muro.
Tantus, ab antiquis furor, & diſcordia cauſſis,
Inter uicinas ſemper ſpirauerat urbes.

Hanc. Scilicet, turrim. Pro fornice ſui triumphi. Hoc eſt, loco, uel uice arcus triumphalis. De extructis fornicib9, ſunt enim & naturales, exempla affatim ſuppetūt. Cicero li. 2. de Oratore fornicem Fabiū memorat, qui fuit arc9 iuxta regiā in Sacra uia Fabio Cenſore cōſtructus. Fornices aūt arcus erant in memoriā rerum a triūphalibus uiris geſtarū, extructa, quaſi monumēta uictoriarū. Iuriſconſultis Fornicarij ſunt opifices, et propolæ, & inſtitores, qui tabernas a fiſco conducūt ſub fornicib9, ut ibi merces ſuas uenales habeāt. Budæo teſte, fornix, arc9, teſtudo cognata ſunt uocabula, ſed tamē non nihil inter ſe differētia, ſi quis ſcrupuloſi9 ingrat.

Forte maligna. Antiqui iūctim dicebāt Fors, fortuna, & forte fortūa, pro caſu & ſubita fortuna. Grāmatici ita diſtinguunt: ut Fors ſit caſus temporalis, ut hic a Poēta accipitur. Fortuna uero ipſa dea. Fortis fortunæ diem feſtum colebāt, qui arte aliqua uictitabant, inquit Donatus in Phormionem Terentij, qui id quoq; autumat, q̄d Fors fortuna in bono ponitur. Ab antiqs furor et diſcordia cauſis. Nā uulgo mortales iniurię tenaciſſime meminiſſe ſolēt, benefactorū q̄ facil

lime obliuisci. Quod admonet prouerbiũ. Ira postremũ senescit. Et huic diuersum innuit illud Aristotelis apophtegma, qui, autore Laërtio, rogatus, quæ res q̃ ocyssime cõsenesceret, respondit, Beneficiũ. M. Tullius utrũq; cõplexus, Cui placet, inquit, obliuiscitur: cui dolet, meminit.

Iamq; fames Ligurum, nostris optata, superbas
Cœperat insolito mentes contundere morbo,
Ac reor a summi proficisens iudicis ira,
Squallida tabificum corruperat aëra pestis.
Castra tamen Procerum uindex secreuit ab urbe,
Persequiturq; reos, parcens insontibus aër:
Castra uigent: non peste famis, cœliue laborant.
Vrbs eget, & dubio tabescit languida cœlo,
Iamq; fugam propria multi meditantur ab urbe,
Exagitatq; suos sedes natalis alumnos.
Sunt quibus extrema pro libertate tuenda,
Dulce sit in trepido mortem promittere uoto,
Esuriem, cœlumq; pati, bellique labores,
Dummodo pro patriæ sunt hæc toleranda salute.
At quibus in miseris turbato pectore rebus
Plus aliquid rationis adest, mentisque profundæ,
Fœdera proiecto pacis deposcere ferro,
Quasque uelit Princeps suadent admittere leges.
Maximus inter eos suadendi fœderis author
Vtile consilium Guido Blandratensis agebat.
Hic Comes eximius Ligurum conciuis, & idem
Charus erat Regi, nec ob hoc suspectus in urbe.
Talis fama uiri uulgauerat inclyta mores.
Hunc igitur medio trepidantis in agmine uulgi
Cum iam de summis ageretur quæstio rebus,
Inter Cæsareum pariter, patriæq; fauorem,
Talia prudenti cognouimus ore locutum.

Si mea pro uestris nunquam sollertia rebus
Pigra fuit, si uestra libens mandata peregi
Semper, & hoc ipso uobiscum tempore dura
Malo pati, & tristes partiri gaudeo casus:
Non modo quid moneam, sed quo pietatis amore,
Quaue fide ciues animo tractare sagaci,
Quæ facies rerum, quæ temporis huius imago,
Qui status, aut quæ sit nostrorum forma malorum
Plus quoq; quam satis est ipsi cognoscitis ipsi,
Certaq; fortunæ clarent exempla sinistræ.

Nostris optata. Eo nãque consilio Fridericus Mediolanũ obsederat, ut expugnaretur non tam machinis bellicis q̃ fame. C. Caligula Cæsar Germanici optimi patris filius pessimus, pestisq; hũani generis, optabat exercituũ suorũ cædes, famem, pestilentiã, ut legimus apud Suetoniũ. Pro salute patriæ. Iuxta illud uulgatissimũ uerbum. Pugna pro patria. Sane patriæ lata significatio est, nec solis mœnib9 terminat: quin & quandoq; patriam de prouincia dicimus. Patria.

Conciuis. Plæriq; arbitrãtur hanc uocem non esse latinam.

Si mea ꝓ uestris. Verba Blanderatensis Comitis ad Mediolanẽses, quibus exhortatur eos iam in rerũ desperatione positos, ad petendam a Cæsare pacẽ. Extat Oratio ipsa apud Radeuic., quæ indicat eum pro illa ætate bonis literis satis feliciter imbutũ. In prioribus libris sparsim quędã adnotauimus de Longobardicis, tum Regibus,

Senſimus, ut multi, mortalia quæq; regentem.
Nos quoq; fortunam, non culpa forte caremus,
Nouimus hunc olim populum, Regeſque creaſſe,
Et uirtute ſua quoſdam pepuliſſe creatos.
Nouimus Italicas leges, & iura per urbes
Ex iſto fluxiſſe loco: ſed durior æquo

Fortunæ imperium.

(Pace bona dixiſſe uelim) dominatio noſtra
Extitit: immodicis uicinas legibus urbes
Terruimus: ſcit Cuma quid eſt, ſcit regia Lauda,
Quoſque per Italicos, urbes, aut oppida fines
Strauimus, aut ualidis ſeruire coëgimus armis.
Mutauit fortuna fidem, dextramq; retraxit,
Atq; noua longum compenſat clade fauorem.

tũ inſtitutis, quæ ad hũc quoq; locũ faciũt. Siniſtræ. Aduerſæ. Nam iuxta uulgarem ſententiã, cui fortuna refragatur, huic quicquid tẽtauerit, infeliciter cedet. Mortalia quæq; regentẽ. Cebes Thebanus Fortunæ Imperiũ oſtenſurus, Obambulat, inquit, quocũq; gentiũ, & alijs quidẽ facultates eripit, alijs tradit. & cęt. Vnde ſtulta gentilitas ſimulachrũ eius cùm copia & gubernaculo pinxit: tanquam hæc opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni & Maro aſſenſit. qui. 8. Aeneid. Fortunam omnipotentẽ uocat. Verius Seneca Epiſt. 99. Errant, inquit, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere Fortunam. Non culpa forte caremus. Nam eodem Seneca teſte, ualentior omni Fortuna animus eſt, in utrãq; partem ipſe res ſuas ducit, beatæq; ac miſerę uitę ſibi cauſsa eſt. Vrbes terruimus. Vt ſolet inſolẽtes reddere Fortuna. Cõtra admonet Auſonius hoc eleganti dyſticho,

Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Non ultra ſtabilire ſuos, aut pellere Reges,
Sed Latio ſeruire Duci Ligurina neceſſe
Vrbs habet: & recto, liceat modo uera fateri,

De Carolo magno inter Gallos & Germanos contentio.

Ordine res agitur: Reges Alemannia nobis
Vrbibus Italicis leges, & iura, daturos
Mittere rite ſolet: poſtquam de partibus illis
Carolus, & Magni regnum ſurrexit Othonis,
Auſoniaq; frui Reges cœpere corona
Teutonici: quorum tuto contempſimus ante,
Reſpuimuſque iugum, nunc iuſtis ultor in armis
Bellator Fridericus adeſt: quem neſcia uinci
Menſq; manuſq; ſuis facit hoſtibus eſſe timendum.
Exemplo teſtata ſuas Terdona ruinas
Eſſe poteſt, quam ne uetito de puluere fruſtra
Iuſſerit, erectis urbs noſtra reſurgere muris,
Haud modicus timor eſt: exemplo debuit eſſe
Spoletum, iuſta deletum uindicis ira.
Quæq; per Italiam conata reſiſtere fruſtra
Oppida, Teutonicis uictor peſſundedit armis.

Poſtq; de partibus illis. Quod Munſterus quoque indicauit, pertinax exorta eſt inter Gallos & Germanos cõtentio, dũ illi Carolum ſuũ eſſe uolunt, Imperiũq; in ſuam tranſlatũ nationẽ: hi uero contra Carolũ ex ſua ortum uelint natione, & ſeſe Imperij putent donatos dignitate. Huic autem contentioni ſeu potius errori anſam præſtitit hiſtoriarũ inſcitia: quas ſi gloſſematũ ſcriptores, alijq; Canonũ interpretes accuratius legiſſent, nullus errori locus foret relictus. Nec enim negãdum, quoſdã ex Gallorũ Regibus olim imperaſſe, ſed Imperiũ a Grecis in Gallos aliquãdo eſſe tranſlatũ, id uero pernegandũ. Sed quoniam hic Carolus originem a Sicambris, ſeu Francis illis Rhenenſibus, de quibus ſupra mentio facta eſt, duxit: & illi ſeſe partim Galliæ, partim Germaniæ inſinuauerant, & ob uirtutes eximias, quibus conſpicui erant, ad principatus gerendos rapiebantur: hinc eſt, quod tam Galli, quam Germani hunc

uirum suum esse uolunt, qui utrorumque principem egit. Sed & inter nostrates scriptores de incunabulis eius non conuenit. Alij, hæc, ut Io. Auentinus, & Petrus Appianus, Bauariæ uendicãt. Alij, Eburonibus tradunt: quorum nunc terram Leodienses tenent, quod Carolus Martellus auus eius ex iam dictis Francis, quos hodie Orientales uocamus, oriundus, Tongros, Eburonesque, & alios his finitimos populos hæreditario iure possederit, præfecturamque totius Galliæ Belgicæ uirtute promeruerit. Alij Brabantis uendicant, ut Heda & Emondus Dynternas. Alij autem uolunt, quibus & ego accedo, natum in Ingelheym, ubi & in hunc usque diem conspiciuntur mira quædam uetustatis monimenta: licet antiqua illa ædificia plærumque iam sint collapsa: & recentiora, quæ Carolus Quartus in memoriam Craoli magni instaurauit, adhuc superlint: præsertim monasterium quod ex Caroli palatio fecit. Abduxit nuper, teste munstero, Co. Pal. Rheni fusiles quasdam lapideas columnas, quas Carolus Magnus aliquando e Roma adduxit, una cum multis alijs columnis, quibus Aquisgrani ornauit templum. Et magni regnum surrexit Othonis. Quod idem Munsterus diligenter retulit, huc pertinet. Nempe, quod deficiente Carolino semine, noua contentio de Imperij usurpatione nascitur, dum Itali id ad se trahere moliuntur, & item Galli sibi id deberi putant, Germani uero, in quos iamdudum translatũ fuit, id nequaquam alteri nationi permittendum arbitrantur: quin & Imperator Constantinopolitanus nouas excitat in Italia tragœdias, ut Imperiũ illud occidẽtale postliminio ad se reducat, immissis etiam Sarracenis, qui terram perderent. Et Itali quidem Berengarios Reges in Italia creant: Germani uero Henricum, Aucupem dictum, Saxoniæ Ducem eligunt in Romanorum regem. Porro Galli Germanis Principibus obedire recusantes, propriũ instituunt regem, nempe, Hugonem Capetũ, anno uidelicet CHRISTI D. CCCC. LXXXVIII. Succedens uero Henrico Romanorum regi filius suus Otho primus, cognomento Magnus, omnibus alijs præualuit: & Imperium quod exteræ nationes ad se trahere conabantur, potẽti manu apud Germanos retinuit. Profectus præterea in Italiam, Berengarium tertium, qui se pro Romanorum rege gessit, cœpit, secumque Bambergam duxit, ubi & mortuus est. Italiam uero ipsam, Longobardiam, Siciliam, Calabriam, & Apuliam, quæ Berengarijs paruerant, iterum Romano subiecit Imperio. Deinde cum Gallis pugnãs, qui omnes transrhenanas prouincias Imperio abstulerant, recuperauit, iterum Lothoringiam, Brabantiam, & Burgundiam, perpetuoque Romano subiecit Imperio: cuius iuris hactenus permanserunt, usque ad Carolum Quartũ: sub quo aliquid nouatum extitit, de quo, nescio, inquit Nauclerus, si iure subsistat. Quam ne uetito. Qualiter Cæs. Frideric. in prima sua expeditione statim transcensis alpibus Astam per uim cœperit, inde Terdonam rogatu Papiensium, quam Mediolanenses ipso in Germaniam reuerso, refecerãt, funditus subuerterit, cecinit poëta lib. tertio. Spoletum. Quidam Spoletiũ, ut Aretium, putant scribendum esse. Pontanus Spoletum, ut apud Plinium, ubique pronunciat.

Caroli incunabula.

Contentio de Imperio Rom.

Otho primus.

Spoletum.

Nec timeo socij fateor, ne Regis amore
Falsa mouere puter: dudum bene cognita uobis
Nostra fides, certis potuit notescere signis.
Nam quod nil propriæ prætextu suadeo causæ,
Nec fauor, aut odium, quæ publica commoda sæpe
Impediunt, sed certa fides, & pura uoluntas,
Hæc suadere iubent, scrutator pectoris alti
Scit Deus, & proprij mihi mens bene conscia uoti,
Omnia discutiens animo, nihil esse salutis
Censeo, placata nisi primum Cæsaris ira.

Quæ publica commoda sæpe Impediũt. Sumptum ex oratiõe C. Cæsaris Prætoris apud Salustium in Coniuratione. „ Omneis homines, inquit, P. C. qui de rebus „ dubijs consultant, ab „ odio, amicitia, ira, atque „ misericordia uacuos esse decet. Haud facile animus uerum prouidet, ubi illa officiunt. Scrutator pectoris alti Scit Deus. Allusit ad illud regij prophetæ. Scrutans corda, & renes Deus. Alti pectoris. Hoc est, summi intimorum secretorum, seu reconditiorum affectuum, & cogitationum: quas sacræ literæ per renes subinde significant. Quoniam, ut gignendi affectus, qui in renibus sedem habet, sit omnium potentissimus, quod ita, tanquam omnium affectuum sedes & origo, pro ipsis affectibus, per metonymiam usurpentur.

Psal. 7.
Hiere. 17.

Arma mouere libet, nudamq; lacessere pugnam,
Sed uix obstructis prohibemus mœnibus hostem.
Tuta loco clausis seruabimus ocia muris,
Sed prohibet uiolenta fames, miserosq; fatigat
Pestis, & aduersus pro Cæsare dimicat aër.

Claudianus assentator.

Pro Cæsare dimicat aër. Sic Claudianus in Panegyrico de tertio Honorij consulatu, in Honorij potius, quã Theodosij laudẽ, per assentationẽ plus quã teste Lud. Viue, scurrilẽ, cecinit. O nimiũ dilecte Deo, cui fundit ab antris Aeolus armatas hyemes, cui militat Aether, Et cõiurati ueniũt ad classica uẽti.

Omnia securi pro libertate feremus:
Sed libertatem contempta nemo salute
Sanus amat: neq; enim certæ susceptio cladis,
Quam uitare queas, nisi cum ratione salutis
Libertatis amor, sed gloria uana putatur.
Nunquid & in brutis, inmansuetisq; uidemus
Hoc ius esse feris? ubi uasta minoribus ultro
Imperitare uelint, maioribus infima cedant.
His ego de caussis, adsit modo uestra uoluntas,
Cæsareos ambire pedes, & fœdera pacis
Poscere, præcipuam fateor, certamq; salutem.
Nec placido Regi uictos parere pigebit.
Nullus honor siquidem populi, uel gloria maior,
Quam domino seruire pio. Postrema loquentis
Verba uiri, mixto suscepit turba tumultu.
Consilium pleriq; probant, pacisq; petendæ
Fœdera: nec desunt alij, qui dicere contra
Conuentus, fœdumq; puterit, dignumq; pudore:
Cum patria potius pro libertate cadendum.

Conuentiones.

Libertas.

Libertatem recusantes.

Maioribus infima cedant. Iuxta Pindari sententiam libro primo recitatã. Conuentus. Conuentiones, hoc est, leges fœderis, seu ut uulgo nunc aiunt, capitula pacis. Cum patria. Vt nihil est patria, proprijsue parentibus ulli dulcius, quemamodum cecinit ĩ Odyssea Homerus. Sed & Catonianum illud, q̃ nihil magis tritum. Pugna pro patria, admonet non pro quauis re, sed ꝓ defensione patriȩ pugnãdum esse. Nã Carũ more, Scholiastes inquit, mercede pugnare turpissimũ est, & plus quã gladiatoriũ. Pro libertate cadendum. Nã Philosopho autore, propositum reipublicæ popularis est Libertas, quæ res est, ut Iurecũsulti aiunt, inestimabilis. Vnde scite dictũ a Plautino Lorario in Captiuis. Omnes profecto liberi lubentius sumus, quam seruimus. Olim Romani concessere libertatem Cappadocibus ob amicitiam: quam illi recusauerunt, dicentes se eam ferre non posse, orauntq; ut sibi Rex daretur. Tunc Romani admirati, quod inuenirentur qui libertatem recusarent, permisere, ut quem uellent, Regem eligerent. Illi Artobarzanem elegerunt. Contra maiores nostri libertatem armis uendicarunt, haud unquam exteris stipendiarij atq; uectigales.

Tandem cõpresso fremebundȩ murmure plebis,
Præualuit ratio: missisq; potentibus urbis,
Austricus ille potens ductor, cum rege Böemo
Accitur, per eos Ligures mandata, precesq;
Insinuanda Viro cupiunt offerre potenti.
Qui neq; difficilem sese, durumq; rogatus
Exhibuit, gaudensq; ream cum ciuibus urbem
Pœnituisse sui, leges & fœdera pacis
Prouidus in scriptum tali ratione redegit.

Optimates.

Missisq; potẽtibus urbis. Optimates intelligit, qui Nobiles nunc ab Italis uocantur, & patricij. Sed re uera quicunq; dignitate & opibus plurimũ in repub. possunt, ij sunt optimates. Viro potẽti. Imperatori Friderico. Gaudensq; ream. Nam, Seneca autore, Nullum clementiã ex

omnibus magis, quam Regem ac Principem decet. Est autem Clementia, temperantia animi in potestate ulciscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. Vel est inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda. Vnde aurea illa Theodosij Aug. filium apud Claudianum de quarto Honorij Consulatu monentis sententia, Regibus, Principibusq; reliquis assidue cogitanda est, Sis pius in primis: nam cum uincamur in omni Munere, sola deos ,, æquat clementia nobis. ,,

Clementia.

Prima quidem Ligures fidei, pacisq; tenendæ
Iuramenta dabunt: Omnes quoscumq; nec ætas
Pupillaris habet, non septuagesimus annus
Contigit, in medio iurabit quilibet æuo.
Appendentq; nouem, pœnæ sub nomine, fisco
Milia Marcarum puro conflata metallo.
Præterea ueterum neglecta palatia Regum,
Lapsaq; correctis releuabunt tecta ruinis.
Vt quotiens magnam, uel Rex, uel regius urbem
Forte procurator, caussa ducente, subibit,
Digno magna loco tractare negocia possit.
Oppressasq; diu Cumam, Laudamq; solutis
Legibus, & longa penitus ditione remota
Respirare sinent, non prisca tributa requirent:
Præterquam ueterem diuini iuris honorem,
Quo super has urbes, Ligurum uiget inclyta sedes.
Syncera quæ cuncta fide complenda trecentis
Firmabunt uadibus, de quolibet ordine sumptis.
Hosq; per Italicas seruandos cautius urbes
Principis arbitrio custodia mitis habebit.
Et quibus illa locis fuerit commissa iuuentus,
Protinus expleto seruatos reddere pacto.
Chara suis patribus iurabunt pignora natos.
Consulibus positis, & facta pace repertis
Stare licet, plenus dum se conuerterit annus.
Postea nullus erit, nisi quem Rex ipse probarit
Electum populo, quibus hæc ad iura uocatis
Si tunc Italicis Princeps habitabit in oris
Hunc electorum bona pars, reuerenter adibunt.
At duo sufficient si transalpina tenebit.
Iurabuntq; fidem Regi, dignumq; fauorem,
Tam sibi, quam socijs, ea regni dona petentes,
Nec minus absentes accepto munere Regis
Coram plebe sua, coram primatibus urbis
Præstabunt eadem iurandi fœdera iuris,

Prima quidem. Refert tenorē capitū pacis, seu Cōuentionis, ut ait Radeuicus: & sumpta sunt ex cap. xli. tertij lib. de Gestis Aenobarb. Notandum aūt, sicut fœdera quæ super inducijs, quas Barbari treugas nominant, & pace, duces belli inter sese ex utraq; parte paciscūtur, seruanda sunt: ita fidem seruari non oportere, quā tempore belli hostis hosti, priuat9 priuato, iniussu Ducū sup priuatis cōpendijs paciscat, Iurisconsulti tradidere. Aetas pupillaris. Pueritia. Hanc a natali die Varro usq; ad annum quintumdecimū producit. Pupillum Iurisconsulti aliter frequentius accipiunt, eum scilicet impuberē, qui in patris potestate esse desijt, aut morte, aut emācipatione. Septuagesimus annus. In quo qui sunt, Senes appellantur: quia ætate ea corpus senio laboret, quando .s. decrepiti nuncupamur, atq; a generatione desistimus: quæ ætas quoq; frigida est. In medio iurabit quilibet æuo. Græci portiones uitæ humanę septem tradidere. Infantiā, Pueritiam, Adolescentiam, Aetatem uirilem, Senectutem, Senium. Varro aūt i Quinq; Gradus partitur, Pueritiam, Adolescentiam, Iuuenes, Seniores, & Senes. Horati9 ex his partes solū Quatuor

Fides quando non seruanda.

Pueritia.

Pupillus.

Senes.

Vitæ humanæ portiones, 7.

Si tamen Italicis fuerit Legatus in oris
Regius, hoc ipſum Regis uice iuris habebit,
Et de conſulibus diſponere cuncta ualebit.

prçcipuas recenſet, ipſarumcꝫ quum rationẽ, tũ mores graphice depingit in Arte. Cæterũ

Matt. 5. Marca.

damanata eſt eorũ ſententia, qui ex uerbis Seruatoris noſtri apud Matthæũ collegerunt, Christianis omnino nõ eſſe iurandũ: quem locũ excuſſit præter ueterum expoſitionẽ Eraſmus. Marcarum. Hodie nõ eſt Marcæ, quæ olim fuit æſtimatio. Nam ualuit lxx. Flor. Rhenen. Nunc aũt plus quincꝫ. ſ. additis, ut lib. primo in Bennæ Crucis mẽtione obiter indicaui. Veterum palatia regum. Merula ſcribit Traianũ Aug. nobiliſsimũ Palatiũ ædificaſſe in ea urbis parte, quæ adhuc nomen Palatij ſeruat. Vrbem. Mediolanum. Inclyta ſedes. Metropolitica. ſ. cuius Præſulis poteſtas & iuriſdictio olim late patebat. Quando, & quã ob rem acciſæ fuerint, refert Merula lib. hiſt. Mediolanen. tertio. Nobilitauit hanc ſedẽ diuus Ambroſius: qui nullo exemplo ante præfectus gregi dominico, quã in gregẽ dominicũ cooptatus, pulcherrimũ exemplũ omnibus monarchis ædidit, quanta ſit Epiſcoporũ dignitas: ſi modo uere ſint quod audiunt. Nulla ex uictoria armis parta, plus laudis tulit Theodoſius, quã quod ab Ambroſio ſe uinci paſſus eſt. Vtinam ille de quopiã noſtri ſeculi Epiſcopo dicere poſsit, ſi redire daretur illi, quod de ſuo Ambroſio eũ dixiſſe legimus. Nempe, ſe neminẽ noſſe, qui uere Epiſcopũ ſciret gerere, præter unum Ambroſiũ. Sed nemo poteſt Ambroſiũ agere, niſi qui pro pietate mori paratus eſt. Imo difficillimũ eſt, cuiquã uere ſacerdotẽ agere, qui libenter aliud eſt quã ſacerdos. Onera ſunt uerius quã ornamenta, quæ libertatẽ adimunt cũ dignitate: fitcꝫ nonnuncꝫ, ut dum utrũcꝫ uolunt eſſe, nec Principes ſint, nec ſacerdotes: ut uere dixit Eraſmus noſter, adactus miſeranda horũ temporũ calamitate. De ꝗlibet ordine ſumptꝰ. ſ. Capitaneorũ, Patriciorũ, & Populariũ.

Difficile eſt Epiſcopum, & ſimul Principem agere.

Ante tamen clauſa, quam uictor ab urbe recedat,
Captiuos omnes, ueterescꝫ nouoscꝫ, Boemo
Committent Ligures: quos protinus ille paternis
Reſtituet laribus, ſi iuſſu Principis illas
Cum populo Ligurum concordia iunxerit urbes,
Accipientcꝫ ſuos Ligures uerſa uice captos,
Quæcꝫ iuuant illos ſocijs conatibus urbes:
Sin minus, in ſolito retinebunt carcere uinctos.
Nec tamen hinc aliquam patientur Cæſaris iram,
Obſidibus poſitis, captiuis rite ſolutis.
Proxima lux Regis diſcedere caſtra uidebit:
Argenti ſummam Ligures pro pace ferendam
A ſibi ſubiectis poterint conflare colonis,
Dum tamẽ immunes Laudam, Cumãcꝫ relinquant.
Nauigium, portus, uectigal, ſiue monetam,
Vel quæcumcꝫ ſibi defendit commoda fiſcus,
Nec rapient Ligures: nec ſi quis forte nefando
Inuaſu, rapuiſſe uolet, patientur inultum.

Defendit commoda. ea ſcilicet, quæ Regaliorum nomine continẽt, de quibꝰ fuſius aliquanto lib. ſecundo.

Has poſtquam leges, & ſpe leuiora rebellis
Iam dudum populus, gratanter pacta recçpit,
Continuo totis effuſi mœnibus omnes
Procedunt: primuscꝫ ſuo cum Præſule clerus
Veſte ſacra nitidus, nudo pede, ſupplice uultu,

Vertice demiſſo, noſtræ monimenta ſalutis
Signa crucis pręfert: poſt hinc in uellere pullo
Infauſti ciues, ueſtigia nuda prementes,
Iudiciumq; ſui, pariter pœnamq; reatus
Admotos nudis portantes faucibus enſes,
Tacta pudore graui perfundunt fletibus ora.
Protinus e totis fluit ad ſpectacula caſtris
Miles, & adſtantes denſas hinc inde cateruas
Anguſtus dirimit medio diſcrimine limes:
Quo uix turba gemens ad regia Cæſaris ora
Perueniſſe queat, placida qui fronte ſerenus,
Pectore contritos, & ſe peccaſſe fatentes,
Suſcipit: & tali ſummo pro munerę Regi
Grates lætus agit, ſæua qui mente rebelles
Contudit, & timidos tandem reſipiſcere iuſſit.

At Ligurum primi proſtrati corpore toto
Cæſaris ante pedes, trepidis confuſa querelis
Pauca gemunt, ueniamq; ſuis exceſſibus orant.
Hoc tantum, ueniamq; ſonant, ueniamq; loquuntur:
Non odio regni bellum mouiſſe, ſed illas
Quas ſibi uicinæ feciſſent ſæpius urbes
Non potuiſſe pati tranquillo pectore noxas.
Nunc ueniam nactos, operam, curamq; daturos,
Vt redimant antiqua nouis pręmiſſa futuris.

Ligurum primi. Conſules & optimates: ut ex Radeuico liquet.

Non potuiſſe pati noxas. Hoc eſt, nocumenta. Nam teſte Alciato, apud ueteres noxa a nocendo dicta inuenitur. Quapropter culpa, pœna, detrimentū noxa eſt. Noxa.
Noxia ſolūmodo de maleficio ipſo dicit̃, nec tam generali ſignificatione accipit̃ ſicut noxa. Cicero lib. iij. de Legib. Noxiæ pœna par eſto, ut in ſuo uitio quiſq; plectat̃, uis capite, auaricia multa, honoris cupiditas ignominia. Nec adiectiue tantum dicitur noxia, ſicut opinantur Valla & Beroaldus. Noxæ appellatione, inquit Iuriſconſultus, omne delictum continetur. Noxia.

Mox ubi præſcripti recitata eſt pagina pacti,
Atq; probata uiris, optatæ pignora pacis
Accipiunt, iunctas conſorti fœdere dextras.
Nec minus emiſſi Ligurum de carcere longo,
Duraq; temporibus multis ergaſtula paſſi
Captiui, dudum uarijs ex urbibus, hoſtes
Ordine diffuſo, circa ueſtigia magni
Conſedere Ducis, ſquallentia tegmine fœdo
Corpora uelati, miſerandos poſſidet artus
Fœda ſitu macies, deformia turpis, & æger
Inficit ora color, preſſis cutis arida membris
Inſidet, humanæ tantum ueſtigia formæ
Seruat, & antiquam retinet natura figuram:

Iunctas dextras. Symbolū enim amoris, amicitiæ, concordiæ & pacis, iungere dextram eſt. Quæ tamen haud temere cuiuis, ut admonet prouerbium, inijcienda eſt.

Veſtigia. Pedes.

Magni ducis. Imperatoris Friderici.

Et ſi uera uelis imponere nomina rebus,
Non homo,ſed uiuens hominis uideatur imago.
Et tamen exultant longos fugiſſe labores
Carceris,& duras ſemel abieciſſe cathenas.
Ignotumq; diu poſt triſtia nubila læti
Aſpiciunt ſolem,Regemq; libentius ipſum,
Cuius ab exilio ſeſe uirtute reductos,
Ac uelut e ſtygijs tractos meminere tenebris.
Quis referat fletus,lachrymoſaq; gaudia tantæ
Plebis,& interna tactos pietate dolores?
Cum captiua diu,poſt durum corpora,tetri
Carceris exilium,lætis ſic reddita tandem
Ciuibus,& natos uix agnouere parentes.
Iam niueos canis,primo quos flore nitentes,
Vltima non fauſtis ad bellum miſerat hora
Auſpicijs,longas damnatos ferre cathenas,
Nec ſolum miſeros ſpacioſi temporis ætas
Fecerat ignotos,ſed ſquallor,& hiſpida ueſtis,
Et ſitus,& macies,& nullo pectine tacta
Vtraq; cæſaries,agnoſci pene uetabant.

Vtraq; cæſaries. Capilli,& barbæ,ſeu barbitij. Cæſaries autem ſpecioſa & crinita cumprimis decet fœminam: quæ ut ait Ambroſius cap. ix. Sexti Hexæmeron, eſt reuerenda in ſenibus, ueneranda in ſacerdotibus,terribilis in bellatoribus,decora in adoleſcentibus,compta in mulieribus,dulcis in pueris. Tolle arbori comam,tota arbor ingrata eſt. Ouidius item ſententialiter ſcribens ait: Turpe pecus mutilum,turpis ſine gramine campus,Et ſine fronde frutex,& ſine crine caput. De capillorum ratione abunde diſputat Pontanus in opere de rebus Cœleſtibus.

Cæſaries reuerenda.

Tunc demum uicta Fridericus ab urbe receſſit,
Modionumq; petens,priſco dignatus honore
Illuſtrare locum,ſacro diademate crines
Induit,& dextra geſtauit ſceptra potenti.
Hanc fortuna diu,Ligurumq; potentia diues
Eximiam regni, pro auorum tempore ſedem
Preſſerat,& longa uictam ditione tenebat.
Sed placidus Princeps primæuo cuncta decori
Reſtituenda putans,iniuſtis legibus illam
Exemit,priſcumq; loco reparauit honorem:
Sumptibus & proprijs ueteres ſarcire ruinas
Iuſſit,& annoſi ſenium deponere fati.

Modoëcia.

Modionumq; petens. Modoëciam uocat Volaterranus hoc oppidum, de quo nõnulla lib. primo dixi. Albericus ĩ ſuo indice uerbo corona, inter cætera notauit, Imperatorem ſecundam, hoc eſt, ferream coronam in Modoëcia comitatꝰ Mediolani recipere. Quamuis olim Imperator primo coronabatur ferrea, deinde argentea, poſtremo aurea corona. Poſtea ordine immutato, argẽteæ primꝰ locus erat,& modo hęc,modo illa,ut caſus tulerat, ꝓmiſcue & ſine delectu exhibebatur. Scribit gloſſator in Clem. 1. de iureiu. Quamuis ex ueteri inſtituto ſecũda corona ſit exhibenda in oppida Modöecienſi,tamen ſæpe tradita eſt Mediolani in æde diui Ambroſij, nec tã ob cauſsam coronatio fuit irrita. Sed Balbus Antiſtes lib. ſupra citato refert, quod tã glo. quã

interpretes hac in parte hallucinant: cũ per tot annorũ curricula Mediolanensis illa ex usu fuerit sublata, licet ut aliquid antiquitatis uestigiũ extaret, eam Pontifices Romæ aliquando exhibuerint. Quod item in Germania perinde, ut Romæ corona aurea Imperator insignitur, illa. s. eadẽ, qua Carolus Magnus primo usus est. Sacro diademate crines induit. Diadema græcum est, significatq; amiculum, quo caput Regis obligatur: a διαδῶ, quod est obuincio. Vsurpatur ꝓ corona nunc. Priscis fuit fascia linea & candida, quæ Regum capita cingebat. De qua Alexander ille Macedo, diadema manibus pertractans exclamasse fertur. O nobilem potius, quam felicem pannum, sub quo quãtum erumnarũ lateat si quis scierit, ne humi quidem iacentẽ tollet. Diadema.

Gestauit sceptra. Longobardici. s. regni. Ne autem de corona, quã ei pridem Adrianus pontifex imposuerat, accipias, indicat Radeuicus, inquiẽs: Princeps Romanus a Mediolano castra mouens, apud Modoicũ sedem regni Italici coronatur. Vnde hic locus satis abunde testat̃ uerum esse, quod Balbus pont. refert. Coronandi institutionem, tam quo ad ordinem coronarũ, quam quo ad locum plerumq; aliter atq; aliter immutatam fuisse. Proauorum. Hoc est, ueterum, tum Longobardorum, tum Romanorũ Regum. Quorum utrorumq; titulum sibi usurpauit Ludouicus Pius: ut testantur priuilegia ab eo Nouientensi cœnobio, haud procul a patria mea sito concessa, quæ ipse ego uidi. Coronationis institutio mutata.

Tunc bene re gesta, cunctisq; in pace locatis,
Cæsaris a facie cum tellus tota sileret,
Militiæ partem placuit dimittere castris.
Austricus, Allobrogũ dux, cũ Duce, Rexq; Boemꝰ,
Pannoniæq; simul sub eodem Rege cohortes,
Et Moguntino proceres cum præsule multi
Rege salutato, meritis & laude uenusti
Discedunt castris, conuersaq; signa ferentes,
Teutonicas repetunt transcensis alpibus urbes.
Ipse satis multos secum, ceu nullus abisset
In castris retinens, ad certa negocia regni
Ducitur, & pulchros inuicta mente labores.

Allobrogum Dux. Signat Bertholdũ Zeringensẽ eius nominis quartum, filiũ Chunradi Ducis, quẽ Fridericus adolescens cõpulit apud Turegũ, ut supra lib. tertio, dictum est, imperata facere. Annales hunc Bertholdũ Burgundiæ Ducem appellant: quod maiores eius illam una cum regno Arelatensi ab Imperio, licet absq; fructu, tenuerint, & ut ait Nauclerus, recognouerint: traduntq; quoque eum in odium Ertolfi Burgundionum Ducis, cuius paulo ante terras igni & ferro depopulatus fuerat, condidisse nobilem illam arcem Brisacensem, a diuo Maximiliano restitutam nuper. Testatur id turri dysthichon inscriptum, quod a Nauclero citatur, sed deprauate. Id iubente Maximiliano, Comitatui aulæ suæ recitauimus ut scriptum erat. Sic uidelicet. Hanc Dux Bertholdus portam struxisse notatur, A quo pro fraude Burgundia depopulatur. Minori autem Burgundiæ, quæ Ychtlandia uulgo dicitur, potenter præfuit: dicitur in ea Friburgum oppidum excitasse, uel ut alij mœnibus cinxisse. Moguntino præsule. Arnoldus ille erat tum Aenobarbicæ aulæ Cancellarius, qui tumultu postea plebeio apud Moguntiam occisus est: ut lib. primo inultis uerbis indicatum est. Proceres, Marchiones, Comites, Nobiles, ut ait Radeuicus.

Bertholdus Zeringeñ.

Brisacum.

Non tamen in tanto clari uictoris honore,
Italiæq; meru stolidæ uesania gentis,
Exemplo Ligurum, penitus compressa quieuit.
Namq; satellitio quidam stipatus iniquo
Ciuis erat Verona tuus, Tusuidus, ut aiunt
Nomen, ab infida causas, tacitosq; furoris
Vrbe trahens stimulos, castrum regale, quod illi
Appellare solent uulgato nomine Gardam,
Inuasit, cœpitq; dolo, rursusq; relicto

Regale. Iuris, seu ditionis imperialis. Gardã. Ab eo lacui illi inclyto Benaco nomen uulgus

Sæpius insanis illo desistere cœptis,
Spernebat Regem demens audire iubentem.
Infremuit tandem Princeps, Athesamq; rapacem,
Nec ratis officio, solitis nec pontibus usus,
Feruida quippe uadum fluuio iam fecerat æstas,
Contemptis transiuit aquis, urbisq; superbæ
Depopulatus agros, quædam castella nocentum
Diruit, & spretas impune transijt undas.

indidit, der Gard see. Porro supra ostẽdi, castrum etiam appellari posse oppidum.

Vrbis superbæ. Veronam intelligit.

Nec minus egregium quiddam Comes aulicus ille
Tunc quoq; gessit Otho: qui te Ferraria, iussu
Regis adire parans, intactas omnibus ante
Eridani fregisse uado nil territus undas
Dicitur, & tumidum primus transisse per amnem.
Hæc quoq; res multum curæ, iustiq; timoris
Vrbibus Italicis, & magnæ nomina famæ
Adiecit nostris, claro sub Principe, castris.
Quem nihil aggressum frustra natura uereri
Ipsa putabatur: cui sic famulantibus ultro
Subdita more nouo studijs elementa fauebant.

Ergo Palatinus stupidæ formidine magna
Plebis, & ingenti pariter susceptus honore,
Regia sollerti studio mandata peregit.
Vtq; quaterdenos fidei pacisq; tenendę
Accępit monimenta uades, ad regia castra
Vertit iter, cunctis digna cum laude peractis.
Hoc quoq; conueniens, & tanto Pincipe dignum.

Atq; inter castos memorabile Cæsaris actus
Scribendumq; puto, quod tempore Rector eodem
Illecebrosa suis purgauit scandala castris,
Eq; suo cœtu lixas, & scorta, nociuum
Ac petulans uulgus, satis indignanter abegit:
Penates. Nec docilis tolerare moras, pigrosq; quieti
Indulgere dies exclusis pectore sacro
Bellorum curis, pacis bene ponere tempus
Cogitat, & mundo prodesse laborat inermis.
Neue retractato Ligurum inconstantia pacto
Absiliat, solitaq; fremens Laudensibus ira
Immineat, totos urbis transferre penates,
Et ueterem mutare situm festinat, & urget,
Describitq; locum, quem torrens Addua totum

Cæsaris actus. Vt apud Lucanum. Licet ingẽtes abruperit actus. Totos urbis transferre penates. Ad tertium scilicet lapidem a ueteri laude Pompeia funditus extincta. Penates aũt expone, sedes, quarum tutelares Dij penates existimabantur regnante superstitione: de quibus longa est & intricata disputatio apud autores. Tribuit & cœlo penates suos, ut Martianus Capella in nuptijs ludit. In terra item, & sui cuiq; ciuitati, sui cuiq; domui penates. Nam una quęq;

Gurgitibus flexis aditu breuiore relicto
Circuit: ut modico munimina tuta labore,
Artificis præstare queat sollertia curæ.
Huc transferre lares, antiquaq; mœnia Rector
Imperat: atq; nouam regni sub nomine Laudam
Grandibus impensis sese patre auspice fundat.

domus parua quædam est ciuitas, seu potius una quæq; ciuitas magna quædam domus. Et ut singulæ ciuitates domusq; penates habent suos, ita & focum quoq;. Quin & curiæ singulę singulas habent Vestas a Romulo constitutas, ut scribit Dionysius Halicarnaseus. Porro penates æternũ ignem Virgilius non semel appellauit, qui & dij patrij ab eodẽ dicti sunt. Dij patrij seruate domum, seruate nepotem. Lares. Domos. Nam & uetustas deos urbiũ præsides, ædiumq; priuatarum custodes Lares existimauit & coluit, quos indutos canum pellibus effingebant, adhibito ad pedes eiusdẽ generis animali. Argumẽto, q ij pro domibus excubarẽt, nõ secus ac canes, au tor Plutarchus, Tibullus. Vos patrij seruate Lares. Porro Lares, quemadmodum est apud Ouidium, Gemini fuerunt filij Mercurij, & Laræ siue Larundæ nymphę. Ideo ueterum plęriq;, inter quos Euclides, geminos singulis hominum admiserunt Lares, alterum bonum, alterum malum: qualis ille fuit quem Plutarchus, Florus, & Appianus scribunt oblatum M. Bruto media nocte ad tenuem lucernam de bello cogitanti. Antiqua mœnia. Condita olim a Bois, si Plinio credimus, dicta laus Pompeia a Strabone Pompeio Magni patre: quod illo colonos duxerit. Sub regni nomine. Vnde superius regiam uocauit.

Lares.

Inde per Italicas famosa potentibus urbes
Curia Roncalijs, certo mandatur habenda
Tempore, quo pacis leges, & publica iura,
Aut ea, quæ fisci nationibus applicat usus,
Omnibus, in medium stricte seruanda, ferantur:
Commemorare iuuat, populo, quod forte sequenti
Proderit exemplo: ne quis fore credat inultum,
Quicquid in augustos ausus committere Reges,
Vel meditatus erat: nam tempore seruus eodem
Argolici regis, græci cognominis usu,
Hic Camiclinus erat, nobis Camerarius idem
Esse potest, domino secreta fraude parabat
Sanguinis insidias, & tres sibi criminis huius
Addiderat socios, quos ad mala gaudia promptos
Perdita sacrilegis audacia fecerat armis.
His male premonitis peragendæ fraudis iniquæ
Infandum mandarat opus, mox cęde peracta
Vsurpare sibi manibus diadema cruentis,
Et desolatum cupiens inuadere regnum.
Nescius ipse sui tractabat inania fati.
Nam re comperta, prius illi lumina lictor
Fodit, & exerta terebrato gutture lingua,
Cum socijs longa cruciatum perdidit ira.

Famosa curia. Celebris conuentus. Publica iura. Quæ multo iam tempore in desuetudinẽ abierant: ut in libertate fieri solet. Cuius potissimum amore Mediolanenses inhibere Germanorum in Italiam accessus, Aenobarbiq; nostri Imperium detrectare, eumq; uenientem suis mœnibus excludere conati sunt. Quæ fisci rationibus. De iure rebusq; fiscalibus lege priores titulos lib. decimi Codicis Iustiniani. Vel meditatus erat. Conatu. s. aliquo interueniente, per quẽ uoluntas sceleris pateat, quæ sine effectu in quibusdam atrocissimis delictis punit. De conatu puniẽdo Felinus pontificij iuris interpres, libellum ædidit non contemnẽdum. Generaliter em̃ ubi ipso iure pœna irrogatur, perfectũ oportet fuisse crimen. Conatus a crimine differt: quod hic in itinere, illud in meta existat. Porro uidetur poëta allusisse ad uerba constitutionis Arcadij & Honorij Augg. quæ continetur in. ix. lib. C. Iustiniani sub tit. viij. Argolici regis. Ma-

Conatus punitur.

Conatus. Crimen.

nuelis Constantinopolitani, qui tum, ut ex Radeuico colligere licet, Ciliciam cum exercitu ingressus, eam sibi armis subigere prouinciam tentabat. Fuit insigni perfidia, ut supra ostensum est, homo, qua & sibi humili loco nato. uiam ad Imperium astruxit.

Lege Sabellicum lib. v. Ennead. Nonæ.

Iam loca iussa petens ex omnibus undiq; terris
Principis edicto clarus conuenerat ordo.
Tantaq; Roncalias magnorum turba uirorum
Fluxerat, ut nec se similem uidisse priores
Crediderint, nec iam uisuros esse sequentes
De reliquo sperare queant: tentoria ponunt
Vndanti uicina Pado, quæ more latino
Ductus, ab antiquo, talis determinat ordo.
Semper in æquali Romanus tendere miles,
Si patitur natura loci, planoq; laborat.
At si difficili fuerint loca pendula cliuo,
Asperiusue solum, primo correcta labore
Complanare solet: iacto mox aggere fossam
Ducit, & ingenti cingit munimina uallo,
Protinus in quadram, uergentia, siue rotundam,
Pro ratione loci ponit tentoria formam.
Colonia. Principis in medio, digno spectanda decore
Castra nitent, celsi speciem referentia templi.
Quem circa Proceres, condigno iuris honore
Cuilibet exhibito, propius, seu longius absunt.
Inq; modum magnæ spaciosis fontibus urbis
Dirigit immensas ad portam porta plateas.
Ante fores ipsas regalia castra secuti
Artifices operum, seu qui uenalia portant
Castra minora locant, faciuntq; suburbia quædam.
Sic tanquam subitis, properata colonia tectis.
Atq; repentinę noua cernitur urbis imago.
Tunc quoq; præscripti seruato fœdere moris
Regia dispositis sederunt agmina castris.
Nec minus oppsitæ Ligures in margine ripæ,
Atq; alij ciues, tentoria iuncta tenebant.
Brixia quos genuit, quos misit Pergamus, & quos
Italiæ plures, in ijsdem partibus urbes,
Hæc quoq; castra suis porrecto ponte per amnem
Continuare parat Princeps, biduoq; labori
Impenso, medias cinxit pons peruius undas.
Nomina magnorum, quos præsens curia uidit

Magnorum uirorum. Hoc est, potestate prædictorum Principũ. s. Marchionum, & Comitum. Pontificum item. Procerum & Consulum, Opidanorumq; rerum publicarum Italici regni. Quæ more latino. Describit formam castrorũ in Roncalijs campis fixorum.

Quadram. Quadrangularem. Rotundam. Orbicularẽ. Faciuntq; suburbia quædam. Pro referunt, repræsentant.

Colonia. Hoc uocabulum in tit. de Censibus, & alibi in libris iuris legitur, sed nusquam ut opinatur Budęus, ab Accursio intellectum. Colonia aũt interdum ab incolentibus terram, inhabitantibusq; dicitur: interdũ a cultoribus terræ: id qđ ostendit diuus Augustinus cap. primo lib. x. de ciuitate Dei, his uerbis. Nam ex hoc uerbo colo agricolæ, & coloni uocantur: & ipsos deos nõ ob aliud appellant cœlicolas, nisi quod cœlũ colant, non utiq; uenerando, sed inhabitando, tanquam cœli quosdam colonos: nõ sicut appellantur coloni, qui conditionem debent genitali solo propter agriculturã sub dominio possessorũ, sed ut ait qdã latini eloquij magnus auctor, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Ab incolẽdo em̃ colonos uocauit, nõ ab agricultura. Hinc & ciuitates a maioribus ciuitatibus, uelut populorum

Commemorare patrum numerum, gentemq; referre
Non satis est promptū, non multū pertinet ad rem.
Id potius certa nobis ratione uidendum,
Quid bene dispositum, quid ab his feliciter actum,
Quæ noua prodierint tanto sub Principe iura.
Quasue recensuerit celeberrima curia leges.

examinibus conditæ, coloniæ nuncupantur. His uerbis Augustini utraq; significatio enarrat. Sed & Coloniam agrū colono locatū quandoq; appellat Iurisc̄osultus. Hic pro oppido, iure Coloniæ deducto, accipitur. Solebant aūt deduci ueterani, & pro diutinorū laborum mercede, unde senectutem tolerarent, iugera bina accipiebāt. Caussa deductionis erat, uel infrequentia urbiū: uel pœna, qua ueteres Coloni male de re publica meriti, mulctabantur. Sed nō tantū Romani Colonias, quamq; cæteris multo plures, sed etiam Asiani, Græciq; mittere solebāt: quo modo Athenis Ionicę ciuitates deductæ erant & propagatæ. Lege lib. septimū Herodoti. Ripæ. Padanæ. s. Pergamus. Bergomum intelligit, quod supra Laudam inter duos paruos amnes sitū est, Orobiorū, et ipsum ædificiū sicuti Comū, ut ex autoritate Plinij supra dictum est. Pergamus autē illa urbs Troadis in Mediterranea nobilis est a chartis hædinis, quæ prius ibi scribi cępę, pergamena postea sunt appellata. Pergama uero uocantur omnia alta ædificia. Vnde Calepinus Bergomas, Non immerito, inquit, urbis Cisalpinæ Galliæ, ex qua ego ortum duxi, Pergamū dici posset: quod in ædito sita sit. Sed Plinij autoritas nō paruipendenda fuit, qui Bergomū per B & O scribit, & eius incolas Bergomates appellat. Callimachus tamen in Attila Pergamū scripsit. Non satis est promptum. Excludente. s. ea lege metri. Sed illa referuntur a Radeuico, si forte requiris.

Veterani deducebantur coloni.

Bergomum.

Pergama.

Ergo sacros tantum patres, iurisq; peritos,
Et de Principibus paucos, quibus ipse timorem
Norat inesse Dei, tacitis Fridericus adaptans
Colloquijs, triduo secreta negocia toto
Rimatur: iurisq; uices, legumq; tenorem
Consulit: hanc illis gaudens iniungere curam,
Vt super ecclesiæ, seu regni iure, salubri
Consilio, monituq; uirum formare laborent,
Tandem prolato post longa silentia uultu,
In medio procerum spectabilis undiq; cœtu,
Talibus ora modis Princeps facunda resoluit.

Sacros patres. Episcopos, qui patres esse deberent, non domini. Patres omnia sua transfundunt in filios: Domini ad suū commodum seruis utuntur & abutunt. Iurisq; peritos. Qui. s. rerum humanarum diuinarumq; arbitriū disceptationēq; habeāt: quiq; uiros principes, & supra humanū fastigium euectos soluere & illigare legibus, interpretationibusque suis possint. Iuris namq; prudentia, ut ait Iustinianus, est diuinarum atq; humanarum rerum noticia, iusti atq; iniusti scientia. Hęc ergo ex multarum rerum inuestigatione producitur. Siquidem Iurisperitus non solum uniuersum ius ciuile (hoc enim necesse in primis est) uerum etiam philosophiam, præsertim moralem9 atq; dialecticas artes, Oratoriam, & uel maxime latinæ linguæ proprietatē, perspecta habere debet & cognita. Quibus ipse timorem Norat inesse Dei. Sciebat enim optimus Princeps, quod qui se contempto Deo existimabant posse gubernare negocia, seipsos decipiebāt. Virum. Se. s. Fridericum. Formare. Pro, informare, hoc est, instruere, more scriptorum Ecclesiasticorum usurpat, ut plæraq; alia. Latinis autem informare, est alicuius rei formam effingere. Princeps facunda resoluit. Per interpretem dictam esse sequentem orationem refert Radeuicus.

Patres.

Domini.

Iurisperitorū officia.

Informare.

Si modo non frustra, quotiens in nomine Christi
Tresue, duosue pari consensus iuris amore
Congregat, in medio perhibet se Christus adesse,
Quis dubitet tantis ad commoda tanta uocatis
More suo medium primatibus affore Christum?

Quotiens in nomine CHRISTI. Locus sumptus ex cap. xviij. Matthęi. Legumq; immunis & expers. Iuxta illud Vlpiani. Princeps legib9 solutus est. Quæ,

Princeps si legibus solutus.

Absit, ut hos unquam Christi præsentia patres
Destituisse uelit: quibus ecclesiasticus ordo,
Imperij leges, & publica iura reguntur.
Nunc igitur Proceres, communi fœdere iuris
Quicquid ad Ecclesiæ, uel regni commoda rite
Pertinet, in medium Christo præsente feramus.
Ipse quidem quamuis diuino munere Princeps
Summus in orbe ferar, legumq; immunis, & expers,
Non seruire quidem cogar, sed condere iura
Fas habeam, uestris cupio disponere cuncta
Consilijs: nostro non ægre spondeo iussu,
Vel sancire nouas, uel priscis legibus uti.
Nam nihil, ut uerum fatear, magis esse decorum,
Aut regale puto, quam legis iure solutum,
Sponte tamen legi sese supponere Regem,
Gratia sit magno, qui temperat omnia Regi,
Vndiq; bellorum tumidos suppressimus æstus,
Bellatrix positis Alemannia conticet armis,
Et uetus Italici deferbuit ira furoris.
Sed ueterum leges, edictaq; regia longo
Iusticio suppressa silent, quæ Carolus olim,
Quæ noster uulgauit Otho: uestigia iuris
Pauca sui Italicis agnoscit fiscus in oris.
Consulite in medium, quas me uel ferre recentes,
Vel senium passas leges renouare uelitis.

quid uelint, uerba dilige̅ter excutitit Salomonius. Cuius sententia est, Principem omnib9 illis solutum non esse legib9, quibus a se non seruatis respublica læditur aut honestas. Et si uerum amamus, inquit, pluribus & arctioribus tenetur Princeps legibus, quam priuatus aliquis. Opinione̅ quippe sequitur eorum, qui nega̅t lege Regia populum Rom. omne ius suum in Principe̅ transtulisse. Et propterea, inquit enim, latere non debet, quod non una pro omnibus futuris Principibus, lex regia ab initio lata fuit, ut rerum imperiti arbitrantur, sed sua cuiq; Principi certis conditionib9: adeo quod quibusdam maior potestas, quibusdam minor tributa fuit. Nam ante Vespasianum, qui fuit decim9 a dictatore Cæsare, nonus ab Augusto primo acclamato principe, nullus unquam omnibus legibus solutus fuit, quinimo multa, lege Regia, eos facere oportebat, ut proditum est historijs. Alexander Mammeę tam iustus & temperatus fuit, quod meruit legibus solui, quoniam sibi ipsi lex erat. Quomodo ergo Princeps supra leges est? Sine dubio est, ubicunq; iusta caussa, aut æquitas exigit de legis rigore remitti, aut de lenitate digredi. Condere iura fas habeam. Ipse enim Princeps sicut est legibus solutus, ita solus legem condere potest, recepto iurisperitorum dogmate: quod improbat idem Salomonius. Quoniam pop. Ro. erat legem ferre, quod sibi reseruauit, licet eandem uim habere Principis placitum uoluerit, quam lex populi habebat. Non tamen quod lex esset, dictaq; constitutio, ad legis differe̅tiam. Et quoniam plus est legem esse, quam pro lege seruari: uti plus est ciuem esse, q̃ pro ciue haberi: sic potior erat lex populi, quam Principis constitutio. Ex quibus concludi posse uidetur: si unum constituisset Princeps, & diuersum populus statuisset, præualuisset lex populi: neq; mirum: quia populi minister est Princeps, minimeq; nouum, plus ualere quod ab uniuerso populo fit, quam quod a parte: pars populi quidem est Princeps. Cæterum ante Octauium antiquorum nemini, ut legibus solutus esset, concessum fuit. Significat autem hoc (inquit Dion) ab omni legum necessitate liberum, nulliq; iuri scripto obnoxium: ut qui absq; ulla disquisitione omnem Regum potestatem haberet, quamuis nomine abstinent. Vestris consilijs. Nam consiliarioru̅ cœtus ius faciendi potestate̅ no̅ habet, sed consultandi tantu̅: nisi lege nominatim talis potestas tributa fuerit. Quæ Princeps inconsultis sapientibus constituit, facilius eneruantur. Vel sancire nouas. Exigente. s. euidenti utilitate. Quoniam ut Vlpianus dixit, in rebus nouis co̅stituendis, euide̅s utilitas esse debent, recedatur ab eo iure, quod diu æquum

Princeps quomodo supra leges.

Placitum Principis.
Constitutio Principis.
Lex populi.

Quanta Principis in constituende autoritas.

uisum fuit. Et Iustinianus in senatu sic concionatus est. Imperialē fortunā rebus humanis Deus præposuit, ut possit oīa quæ nouiter contingūt & emendare, & cōponere, & modis & regulis cōpetentibus tradere. Notanda ꝓfecto sunt uerba hæc, & euidēs utilitas, & modis & regulis cōpetētibus. Quoniā Princeps nō nisi iustas leges potest cōdere. Iusticia pendet a publica utilitate, cuius gratia Princeps est: & idcirco si tenet iustas ferre, ut paulo inferius noster quoq; Princeps Aenobarbus ingenue fatet, ut & apud Radeuicū, consequēs sit, iuste positas, sine iustiori caussa tollere ne possit. Priscis legib. uti. Maxie iustis: pro qbus abrogandis non præsumit pro Principe, ut quicqd agit iuste agat. Quāuis id alias uulgariter receptū sit. Quādo igit factū Principis est contra publicā utilitatē, aut æquitatē, cessat pro eo uulgaris ꝑsumptio. Nam nihil (ut uerū fatear) magis esse decoꝝ, aut regale puto. Sic diuus Alexander modo dictus. Nihil tam propriū Imperij est, quā legibus uiuere. Sic Theodos. & Valentinian. Augg. Digna uox, inquiunt, maiestate regnātis, legibus alligatū se Principem profiteri. & cętera. Budæus tamē colligit multis demonstrari posse, Augustum & Principem nō modo legibus esse solutū, sed etiā legibus non teneri. ut Dion dixit. Bellatrix Alemannia. Epitheton populo conueniens, ut latius in Scholijs nostris in primū Austriad. librum indicaui. Longo Iusticio. Iusticium iuris statio est, quasi inhibitio: quod uerbum olim licet publicam Iuris cessationem significaret, quo tempore lege agi non poterat, nec tria uerba prætori dicere licebat, do, dico, addico, potest tamen, ut libro tertio quoq; relatum est, & priuatā iuris cęssationem moribus nostris significare. Antiqui indicere Iusticium dicebant, cum dictionem iuris inhibebant: & remittere Iusticium, cum pristinam facultatem tractandarum litium publice restituebant. Iusticium.

Ac primum moneo, quicquid statuisse libebit,
Vtile sit, iustum, naturæ, moribus aptum,
Temporis, atq; loci patiens, & prorsus honestum.
Ast ego quicquid erit, tota uirtute tueri,
Et sancire paro: nec me regnante licebit,
Has cuiquam nostras impune lacessere leges.
Ac si quis tumidus præsumpserit obuius ire,
Supplicium præsens, manifestaq; pœna docebit,
Non magis inuictum bello, quam legibus esse.

Ac primū moneo. Verba sapienti bonoq; Principe digna: cui9 est curare in primis, ut quā paucissima mutent. quia oīs „ nouatio periculosa est. „ Deinde si qd erit statuendū, ut ad eam quā Aenobarb9 noster regulā proponit exigat: quā oportet ubiq; in condendis legibus adhibere in consiliū. Alioqui ne lex quidē erit, fatentibus & ethnicis, ni iusta sit, ni æqua, ni publicis cōmodis consulens. Lex enim ad archetypum æqui & honesti respondet: nec alio spectat, quām ad rem cōmunem in melius prouehendam. Laudatus est in hoc M. Antoninus pius, quod nihil unquā egerit, quod omnibus per literas etiam non conatus sit approbare, redditis caussis cur id iudicarit expedire reipublicæ.

Ast ego quicquid erit. Frustra enim, ut prudenter & grauiter dixit Aristoteles, condunt bonæ leges, nisi sint quorū opera bene conditæ seruentur. Quamuis Augustus lege ciuili solutus sit, lege autē honestatis quæ ualidior est, nunquā soluitur sine iustiori caussa, custos tamē, non uiolator legum esse debet: qui diuersum loquūtur, aut Principibus adulantur, aut credunt propter Principes a Deo homines factos. At uero uerius est. ut ait Salomonius, adinuentos atq; institutos Principes fuisse, ut cōmodis prospiciant populorū. Quod cum non lateret diuinū Gregorium, se Christianis præpositū, ut prodesset, scriptis suis haud semel testatus est, seq; Seruum seruorum Dei nuncupauit, scripsitq; primus: quē cæteri post eum Pontifices, uti in hoc instituto, reliquis utinā sic actionibus æmulati essent. Supplicium præsens. Ad quod non temere ueniendum esse Plato censuit: item ne acerbius sit, q̃ pro re cōmissa. Sicut nec ad pœnam exempli & q̃ raro ueniendū putauit: quod nihil sit tam horrendū, quod non contēnatur assuetudine. Non magis inuictū bello. Siquidē ut Imp. Iustinianus dixit, Impatoriā maiestatē non solū armis decoratā, sed etiā legibus oportet esse armatā: ut utrūq; tēpus & bellorū & pacis recte possit gubernari, & Princeps Romanus non solū in hostilibus prælijs uictor existat, sed etiā per legitimos tramites calumniantiū iniquitates expellat: & fiat tam iuris religiosissimus, q̃ uictis hostibus triumphator magnificus. Porro inter Augusti titulos, ut inuicti uocabulū præcipuū habet: ita par est

Imp. custos Legum.

Principem id re ipsa præstare, quod non raro dicitur: cogitareq́; , ut sancte admonet Erasmus, quam sit absurdum inuictum dici, quem uincit iracundia, qui quotidie seruit libidini, quem captiuum quo lubet, ducit, agitq́; ambitio. Eum demum uere inuictum esse, qui nulli cedit affectui, nec ulla rerum specie ab honesto potest deflecti.

Inuictus.

Talia facundo regaliter ore sonantem,
Spectabat studio miratrix Curia uultu.
Quod neq; doctrinæ studijs imbutus, & æuo
Pene puer, canos, scripturarumq́; peritos,
Sensibus, & blanda præcederet arte loquendi.

Quod neq; doctrinæ studijs imbutus. Et ætatis illius, & gentis uicio, Cæsar Sigismundus erubuit aliquando propter ignorantiam Principum electorū, qui latinas literas neq; legere, neq; intelligere possent. Habuit em̄ in precio literas, & literatos, quos supra illos, qui genere tantū sunt nobiles, in sua curia honorabat & locabat. Interrogatus, cur id faceret, nobilitateq́; & illustri natos genere contēptui haberet? Respondisse fert. Iure ego illos colo, & cæteris mortalib. præfero, q̄s natura parens & DEVS singulari donauit ingenio. Subnciens, illos solos a natura & Deo posse creari: in sua aūt potestate sitū, ut nobiles titulo & prædijs faceret, quocūq; placeret mométo. Scribit caussam auūculus meus cap. 48. epitom. rerū Germanicarum, quare Principes erubescunt discere literas, et loqui latine, etiā si sciant. Quanquā Fridericus prorsus non fuit ignarus literarū, seu ut dicitur, idiota. Nam ut Radeuicus in fine operis sui testatur, Latinam linguam melius intelligere q̄ pronunciare potuit, in patria admodum facundus.

Sigismundus Imp. literarū cultor.

Idem nobilitatis illiteratæ contemptor.

Et æuo pene puer. Adolescens, seu iuuenis: quorū administratio plærūq; lubrica est, periculisq́; exposita, & propter rerū inscientiā, & quod præsentes solū res sibi ante oculos ponant, plærūq; uana sequant, & incerta consilia, illis maxīe consultorib. credētes, q blandiri nouere, magis q̄ uera dicere. Canos. Id est, Senes, prudentes. Sensibus. Quicquid in homine, aut in alio aīali est, quo aliqd percipit sentiturq́;, est Sensus. Hinc sensus illi exteriores quinq;, et interiores mens animusq́;, unde est sensus doloris, sensus rei uisæ, uel auditæ, tum læticiæ, laudis, gloriæ, uirtutis, uitij, metus, sensus de interioribus, & quid de hoc uino sentis? qd de cantu? quid de ornatu? splendoreq́; cultus? adde etiā quid de prudentia, de iudicio illius, qd de philosophia, quid de theologia, qd de reip. administratione? Quæ paulo pluribus dixit uerbis Ludouicus Viues in cap. 1. lib. de ciuita. Dei. 11. quoniā philosophi nostrates mentē dici sensum non patiunt, cum Augustinus, diserte sensum esse dicat. Tametsi quid philosopho nostri temporis cū noticia sermonis, hoc est, ut ipsi interpretaī, cum grāmatica? Blanda arte loquendi. Festiuam facūdiam intelligit, qua in sua lingua excelluissem Cæs. Aenobarb. modo diximus, teste Radeuico.

Adulescentiū administratio periculosa.

Sensus.

Protinus ingenuo quidam sermone diserti
Ora fatigantes, pro consuetudine gentis,
Siue suum Regi studium iactare uolentes,
Siue facultatem potius monstrare loquendi,
Officio linguæ, studijsque loquacibus, illum
Insumpsere diem: quos inter clarior unus,
Præsul erat Ligurum, uix exæquanda relatu
Omnibus, a primo quos, inquit, uidimus, æuo.
Gaudia cunctorum, facundo protulit ore.
Lætior iste dies, & clarior esse meretur:
Cum te pacificum populi mitissime Princeps
In medio residere sui, legesque citantem
Hactenus extinctas, gaudens uidet Itala tellus.
Hæc est illa salus, quam tot iactata procellis
Expectare solet miseræ sors naufraga terræ.

Tyrannus Rex.

Præsul Ligurū. Archiepiscopus Mediolanensis. Lætior iste dies. Apud Radeuicū sumptum Orationis est initiū a. 24. uers. Psalmi. 117. s. Hæc est dies quā fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Quantos, qualesue tyrannos. Reges. Tyrannus em̄ a Rege distat factis, nō nomine, ut dixit Seneca cap. 12. primi lib. de Clementia. Eos Iuuenalis Satyra. 10. coniūxit. Ad generum Cereris sine cęde, & uulnere pauci Descendūt Reges, & sicca morte tyrāni. Pressa metu. Qui, ut uere dixit M. Tul

Scimus ab antiquo, quantos, qualesue tyrannos
Senserit Italicæ fortuna miserrima plebis:
Cum totiens proscripta bonis, addictaq; ferro,
Aut spolijs nudas, aut sanguine pasceret iras.
Nec legem ratio, sed Regum sola libido
Poneret: & ferro gaudens, non iure potestas.
Nec minus infestis gens hæc malefida tyrannis,
Atq; his sæpe suo conata resistere damno,
Pressa metu potius, quam læta fauebat amore.
Hinc odium populis, & sediciosa simultas,
Et furor Italiæ multos grassatus in annos
Prodijt, & geminas fecit dissensio partes.
Et partim patriæ, partim regnantibus urbes
Adsistunt: sæuoq; diu collisa fragore
Bellorum, alternam senserunt mœnia cladem.
Quis Ligurum cædem, quis uulnera sæua Papiæ,
Quis referat Cremæ, quis tristia damna Cremonæ?
Hæc inter uarias oppressis legibus urbes
Exarsit rabies, & longa licentia ferri.
Tu uelut eximium post tristia nubila tandem
Sydus ades, tu bella fugas, pacemq; reducis:
Tu leges & iura nouas: te præside rerum
Grata redit facies, certusque renascitur ordo.
Nunc age, diuinæ quicquam sententia mentis
Dictabit ius esse, iube: pro lege uoluntas
Principis esse solet: quicquid decreuerit ille
Esse ratum, mos est, & iuris habere uigorem.
Vtere iure tuo, quicquid rectumue, piumue
Esse putas, seruare iube: nos uera uolentes
Omnia suscipimus: libertas maxima nobis
Tam placido parere uiro: sic ore diserto
Præsul in assensum Regis propensius omnes
Impulit, & magno percussit corda fauore.
Tunc quoq; compositis quidam resonantia uerbis,
Regia Cæsareæ cecinerunt carmina laudis.

lius malus est custos diuturnitatis. Siqdem ut p̄clare dixit Ennius, Quē metuūt oderūt, quē qsq; odit p̄ijsse expetit. Qz læta fauebat amore. Idē Cicero autor ē, ad opes tuendas, ac tenendā potentiā, nihil æque aptum esse atq; dilectionē et charitatem subditorꝝ. Vehemēter aūt amor multitudinis cōmouetur, ipsa fama & opinione liberalitatis, bn̄ficētiæ, iusticiæ, fidei, oimq; earꝝ uirtutū, quæ pertinēt ad mansuetudinē morū, ac facilitatem. Quicquā sententia mētis. Cum cōtingit sapientē uirum principatum gerere, tum optime cū mortalibus agi existimaī, si leges & oia in manu eis reposita sint. Hinc ex Platonis sentētia Prudentius in lib. aduersus Symachū primo cecinit. Nimirꝝ pulchre quidam doctissimus, esset Publica res, inqt, tunc fortunata satis, si uel Reges saperent, uel regnarent sapientes. Non aūt perperā dixit, diuinæ mētis, quoniam oīs lex est inuentio et donū dei: ut dixit Martianus ex Oratione Demosthenis in Aristogitonem. Esse ratū mos est. Pomponius de Orig. iuris. Constituto (inquit) Principe, datū est ei ius, ut q̄d constituisset, ratū esset. Quæ uerba intelligit Salomonius de Principe olim Romano, non aūt hodierno: quoniam mutata est forma ab illa ueteri. de quo tn̄ articulo inter doctores etiā antiquos uariatū constat.

Metus subditorum.

Dilectio subditorum.

Regis sapientia.

· Et iuris habere uigorē. Iuxta Vlpiani sn̄iam inqentis Quod Principi placuit, legis habet uigorē. Sed ex uerbis quæ sequūtur. s. utpote lege regia, quæ de eius impio lata est, colligit idē Salomonius, per solā electionē nullū Imperiū electo qu̧ri: et per hoc neq; ius cōstituendi, nisi a populo per legē noiatim decernaī. Hinc illa orta est dubitatio multū diuq; inter recentiores, uariantibus etiā sententijs disputata, Ex sola ne electione Imperij ius potestasq; deferaī? Demū omni

Electio, et cōsensus populi Imperium stabiliunt.

Ludouicus quartus.

Nemo Princeps bonus, nisi idem uir bonus.

Rectum, ius. Pium, æquitas.

ambiguitate per sacrarū literarū antistites mature, solerterq; discussa, Imp. Cæs. Ludouicꝰ Quartus Bauarus legē sanciuit, ꝓmulgauitq;, quā Balbus Eps de Germania optime meritus, in suo de Coronatione libello ad uerbū refert: ne qs in eo amplius aberret, in quo oīs Imperij dignitas, maiestasq; continet. Quicqd rectūue, piumue, Esse putas, seruare iube. Necesse est em̄, ut Princeps placitis boni uiri utat: quoniā Po. Rom. in eū omne Imperiū suū, & potestatē concessit, ut in bonū uirum. Quāuis uirū bonū inuenire licet, qui bonū Principē non possit agere. At bonus Princeps esse nō potest, q non idē sit uir bonus. Huic tuto ꝑmitti possunt oīa, mediocri non oīa, malo nihil. Quanq; nunc eo redierūt quorundā Principū mores, ut hæc duo multū inter se pugnare uideant, uir bonus, & Princeps. Planeq; stultū & ridiculū habeat in Principe, boni uiri facere mentionē. ut nimis uere dixit Erasmus. Rectū, ꝓ iure accepit: q̄d ius oīa recta & inflexibilia exigat, ut nobilis ille Grāmaticus Donatus ait. Piū autē pro æquitate usurpauit, q̄ ex iure multū remittit. Cæsareæ carmina laudis, Signat Panegyricos, quos cū audit Princeps, ne protinus
„ credat, aut faueat suis laudibus, sed, ut sapienter Roterodamus admonet, si talis nondum est,
„ qualis prædicatur, admoneri se cogitet, deiq; operam ut ijs laudibus aliquando respondeat. Si
„ talis iam est, adniti debet, ut se ipso melior euadat.

Postera lux aderat, solio reuerendus in alto
Consedit Iudex: ex omnibus undiq; multi
Vrbibus ac uicis aderant, queruloq; ferebant
Innumeras clamore cruces: hoc quippe querelas
More solent aperire suas. Rex omnibus aures
Commodat, & querulis iudex clamoribus idem
Aequus adest, certo dirimens examine lites.
Sed quia tam multis finem dare Curia præsens
Non poterat caussis, placuit satis utile quiddam
Ingenuo pulchrumq; Duci, cunctasque per urbes
Edoctos in iure uiros, ueriq; sequaces
Imposuit, medio qui cuncta negocia iuris
Limite discuterent, nec eos ex urbibus ijsdem
Ne fauor, aut odium sensus corrumpat eorum,
Sed magis ex alijs, ad munera pulchra uocatos
Elegit, sacra, uel delegauit ab aula.

Innūeras clamore cruces, hoc quippe querelas. Idem scribit Radeuicus, subijciēs Fridericū, ut uidisset multitudinē eorū qui cruces baiularēt, dixisse. Mirari se prudētiam Latinorum, qui cum maxime de scientia Legum glorientur, maxime Legum inuenirētur transgressores. Edoctos in iure uiros. Ciuili scilicet. Pontificiū enim ante Innocentij Quarti tempora nō admodum fuit in precio. Refert Radeuicus Bulgariū, Martinum, Iacobum & Hugonem, qui ea tempestate Bononiæ profitebantur Leges celebri nominis fama, ab Aenobarbo constitutos Iudices, tum alios multos fuisse accitos iurisperitos. Ne sensus corrumpat. Sentit, ne sententiam & iudicium ferant iniquum. Ad munera pulchra, Quod DEI uice iudex iustus defungatur.

Postea sollicite regni de iure uetusto
Quæstio mota fuit: quod desuetudine longa
Priscus inumbrabat neglecti temporis error.
Ac primum Ligures super hoc a Rege rogati,
Vectigal, portus, cudendæ iura monetæ,
Cumq; molendinis, telonea, flumina, pontes,
Id quoq;, quod fodrum, uulgari nomine, dicunt,
Et capitolicium certo sub tempore censum,
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.

De iure regni. Nempe de regalijs, fiscalibus rebus feudalibusque consuetudinibus: quæ recte iure regni complexꝰ est. Feudalia em̄ placita, inter quę Regalia, ut superius ostensum est, suum quoq; locū sortita sunt, autoritatē Legalem habent, & ita allegari possunt, ut præceptor meus Zasius docuit. Nec em̄

frustra in corpus iuris ciuilis insertæ sunt. Hostiensis tamen, & Egidius Bellamera, negant Feudalia placita autoritatem legis habere. quoniã huiusmodi consuetudines a priuatis uiris Oberto de Horto, & Girardo Capagisto, quibus non fuerit condendæ legis autoritas, sint collectæ: sentientes ob id, ꝙ nihil secius operẽtur q̃ consuetudines. Sed pro Zasio nostro est cõmunis opinio, ex cuius luculentis in Feudales usus cõmentarijs, nõnulla citauimus lib. 2. Ligures rogati. Mediolanenses, ut Poetæ perpetuo: Insubres & uerius alijs. Merula lib. 1. rerum Mediolanẽ. de Feudorum origine loquens. Cæterum, inquit, qui nouissima Feudorum iura Cæsares descripsere, ante omnes Curiam Mediolanensem celebrant: ut plane significare uideantur, hoc siue tributi, siue magis perpetuæ seruitutis genus Mediolani primum cœpisse. Nam quoties de Obæratis in dominos, & rursus de iure dominorũ in Obæratos certabatur, cognoscendę caussæ & dijudicandæ litis arbitriũ Consulibus & Paribus Curiæ Mediolanensis Cæsares delegasse legimus. Vt non solũ sine prouocatione eorũ iudicium foret, sed quod hij statuissent, id a cæteris receptũ uim legis quodãmodo haberet. Vectigal. Id est, quod pro rebꝰ ciuitati inuectis, uel euectis publico soluitur: ea est Octaua pars. Vnde Octonarij quandoq; dicti exactores. Portus. Portorium signat. Est autem Portoriũ uectigal quod de rebus mercibusue in portum importatis soluitur. Vnde & portus nomen sumpsit. Cuius exactor & manceps Portitor appellatur. Cicero in Officijs lib. primo. Improbantur hij quæstus qui in odia hominũ incurrunt: ut portitorum, ut fœneratorũ. Et Virgilius Charontem portitorem dixit, tanq̃ exactorem illarum pecuniarũ, quas ex superstitione Aegyptiaca uita functi ore ferũt. Argyrippus apud Plautum, quia Lena dixerat, Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum referet, in iucunda perstans metaphora respondet. Ego pol istum portitorem priuabo portorio. Cudendæ iura monetæ. Hoc est, aurũ, argentũue conscindendi in titulos, faciesq; minutas. ut scita periphrasi dixit Iuuenalis Sat. 14. Apud Iurisconsultos Triũuiros monetales legimus, qui prę essent monetæ probe cudendæ. Quos diu nostra desyderat Germania. Quod pauci sint, qui priuatorũ obliti, publica curent. In cudenda aũt moneta bonus Princeps præstabit eam (monitore Roterodamo) fidẽ, quã & Deo debet & populo: qui hac in re quatuor ferme modis, ut idẽ ait, expilari solet. Primũ, ubi nomismatis materia mixtura quapiã uitiat. Deinde cũ ponderi detrahit. Praeterea, cũ circũcisione minuit. Postremo, cũ æstimatio nũc intendit, nunc remittit, utcũq; uisum est Principis fisco conducere. Moneta uero quæ tam aurea, q̃ ærea, uel argentea sit, sic noiata uidetur, q̃d & precij & autoris nos signi impresione admoneat. Cumq; molendinis. Baldus a molis dictũ putat Molendinũ: cum sit triuiale uocabulũ, ut plerisq; uisum est Grãmaticis, q̃d antiqui id moletrinã & pristinũ uocauerint. Telonea. Teloneũ gręca uox est, quæ significat mensam, aut locũ publicanorũ, ubi colligũt uectigal, q̃d gręce τέλος dicit. Hic aũt ut uulgo solet, uel pro ipso uectigali, uel iure uectigali, q̃d id sine Principis concessione imponi non possit, accæpisse uidet. Flumina. Hoc est, ut ait Radeuicus, utilitatem oẽm ex decursu ipsorũ fluminũ prouenientem. Pontes. Nam & illi uectigales sunt. uulgari uocabulo Pontiuegium appellant: q̃d soluitur tam ab hominibus, q̃ de mercibus, quæ per pontes transeunt. Bruckenzoll: ut non minus barbara uoce Pedagium, seu Pedaticum, Weggelt uocant. Fodrum uulgari nomine dicunt. Itali, intellige. Capitolicium censum. Quia id tributi non de facultatibus, sed de suis capitibus soluebatur. Sacro fisco. Id est, Cameræ Imperiali, ut appellant enarratores Feudalium placitorum, ac scholium in Rubrica. C. de Iure Fisci, libro decimo. Dicitur autem Camera Imperialis, quicquid ad commodum pecuniarum Imperij pertinet.

Feudalia placita, autoritatem legis habent.

Vectigal.

Octonarij.

Portorium.

Portitor.

Triumuiri.

Monetales.

Moneta falsificatur. 4. modis.

Molendinũ.

Fluminũ ius.

Pontiuegiũ.

Camera Imperialis.

Hæc, & si qua pari fuerant obnoxia iuri
Prælati, Proceres, missisq; potentibus urbes
Libera Romano liquerunt omnia regno.
Tanta tamen clari fuit indulgentia Regis,
Vt quicumq; bona priscorum munere Regum
Hactenus ista fide possideat, idq; probare
Legitimis poterat, uel demonstrare tabellis,
Principis assensu, titulo gauisus eodem,
Nunc quoq; possideat; reliquis in iura relatis

Obnoxia pari iuri. Scilicet, Regaliorũ, de q̃bus nonnulla meminit Bald. in Rubrica de priuil. Fisci. Tu uide titulũ, et quę Feudistæ in eũ retulerũt, Quæ sint Regalia in Vsib. Feudorũ. Prælati. Interpretes Canonici iuris tradũt, quod Prælati appellatiõe non solũ Episcopi, sed & Abbates, ac

Prælati.

Regia, librarum triginta milia puri
Annuus argenti fisco solet addere census.
Tunc Proceres stabilem iurando nectere pacem
Rector, & adiecta certo sub nomine pœna,
Italicas late iussit uulgare per urbes.
Mox de communi Feudorum iure, quod illa
Perspicuis non dum scriptis expresserat ætas,
Has dedit, & scripto iussit notescere leges.

cæteri, ut aiūt, inferiores modo iurisdictionem habeant, ueniant intelligendi. Proceres. Duces, Marchiones, Comites: de qbus lib. 2. dixi. Vrbes. Ress. Pubb. Ciuitatū. Missis potentibus. Hoc est, Per missos optimates suos. Liquerūt. Processerunt, q̃d, ut oīa barbare, maxime, enarratores Pontificij iuris resignare dicūt. Romano regno. Id est, Principis dispositioni, in signū, ut dicit̃, præeminētiæ status Imperialis. Indulgentia. Laudant̃ in Imperatoribus indulgētiæ, id est, facilitas, clemētia, comitas. Vnde & indulgētissimi dicti in panegyricis. Antiqui indulgitatē uocauerūt, quæ a nobis dicit̃ indulgentia. Munere. Beneficio, quod Feudū interpretant̃. Bona fide. Quę maxīe debet in Feudis a Principe Romano concessis, exuberare. quia Feudū a Fide dicit̃, & omnes contractus cum Principe initi sint bonæ fidei: ut eleganter dixit Baldus in tit. de pace Constan. Legitimis tabellis. Instrumentis. s. Inuestituræ, uel breui testato. Est aūt inuestitura confirmatio collationis rei Feudalis per Dominū factę. Et est duplex. Propria, & Abusiua. Propria, quando Dño tradente Vasallus in possessionē realem inducitur per Dn̄m, uel eius nuncium. Abusiua, uel uerbalis, quæ uerbis fit, cum actu corporeo: ut quū Dominus dicit, inuestio te cum isto annulo, uel ense, uel hasta, uel alia re porrecta pro loci consuetudine. Et debet hæc inuestitura fieri ad minus corā duobus Curialibus, quos pares Curiæ noīamus, teutonice, Lehenleūt. Alias non ualebit, nisi corā alijs testibus fiat per breue testatum, iuxta cap. 1. quid sit inuestitura. Est aūt Testatum instrumentū publicum: et dicitur Breue, quia breuibus uerbis fit, autor Bald. in c. 1. de Controuers. inuest. Dicitur aūt Testatum, qa testes aliquando inscribūt se instrumēto, rem actā testando. arg. eorū quæ dicunt̃ in auten. de Instru. fid. & caut. §. sin uero moriant̃. coll. sexta. Sunt tamē & alij modi, per q̃s possessio bonorū Feudaliū doceri potest, de qbus uidendi sunt, qui in Vsus Feudales scripserunt. Titulo eodem. s. Imperialis beneficij, seu noīe regni, & hoc intelligendū per nouam inuestiturā. Nam iussus Dñi,

nedū assensus, ut teneas rem Feudi, nisi inuestitura pręcesserit, uel fiat corā Paribus Curiæ, aut in eorū defectu, corā alijs honestis, non facit legitimā possessionē, Feudi præsertim recti. Hæc enim proprie comes est iuramenti: quū perpetuū habeatur in abusiua inuestitura, q̃ ipsa debeat præcedere, antequā Vasallus præstet iuramentū fidelitatis. Scripto iussit notescere leges. Easdem refert Radeuicus cap. 7. quarti gestorum Aenobarb. ijs uerbis quibus proditæ sunt, & hodie, ut aiunt, Mediolani extant in Codice, qui uulgo Liber Lombardus uocatur. Promulgauit & alias leges, quæ sunt recęptæ, leguntur\q; in Feudalibus Vsibus.

Indulgentia. Feudum. Inuestitura. Propria. Abusiua. Pares Curiæ. Testatum. Breue.

Si quis habens Feudum, precio seu uendere totū,
Seu pro parte uelit, dominiq; licentia desit,
Seu dare, seu uadio supponere cogitur, illud
Qui dedit amittet, non qui suscępit habebit:
Nullaq; uel longi præscriptio temporis obstet,
Quo minus ad Dominū redeant translata priorem.
Prætoriq; bonæ fidei præstetur in illum
Actio: quæ precium cogat redhibere solutum.
Hæc magnus fieri uetuit Lutherius, at nos
Facta retractari uolumus, facienda caueri.

Licentia.

Licentia. In bonā partem accipit, pro cōsensu, seu indulto, & potestate facta: ut uulgo nunc loquuntur, & solent dicere Iurisconsulti: data est mihi licentia eundi, redeundiq;. Qualiter etiam plæriq; Ecclesiasticorū scriptorū locuti sunt, & Iul. Capitol. in Maximinis. Quāuis Laurent. Valla mauult dicere, facio tibi potestatem eundi & redeundi, q̃, do tibi licentiam. Seu dare. Generaliter pro alienare posuit: quo uerbo Fridericus usus est. Nulli, inquiens, liceat Feudum totum, uel partem aliquam uendere, uel pignorare, uel quomodolibet alienare. & cætera. Verbum autem dare, proprie de eo intelligitur, qui per traditionem do-

ditionē dominiū transfert. Vadio supponere. Pro pignori dare, seu pignerare usurpauit. Proprie tamē uadium, uel quod idem uadimoniū, est sponsio sub certa pœna se iudicio staturū. Id etiā uadari dicitur, quod uidelicet ea de caussa, qui multæ fidei possessor non erat, uadem, id est, fideiussorem dare tenebat. Vel longi præscriptio temporis. De hac non parū multis agit Imp. Iustinianus lib. 7. Est aūt præscriptio, exceptio quæ ex temporis lapsu substantiā capit, & actioni obijcitur. Longi aūt temporis est inter præsentes decem, inter absentes uiginti annorum. Longissimi uero tēporis. xxx. xxxx. uel. c. annorū continuata possessio. Prætori. Ius dicenti, qui ex sua iuris dictione habet cōparatas actiones, de qbus Iustinianus lib. Institut. quarto tit. sexto. Olim aūt prætor dicebat, quicunq; militū Imperator, & prętoriū domus imperatoria. Bonæ fidei. Quod sint & stricti iuris actiones. Bonæ fidei numerantur a Iustiniano loco iam citato. §. Actionū aūt quędam, & para. seq. Est aūt duplex bona fides. Altera, quæ fraudi doloq; opponitur, & cōmunis est actionib. stricti iuris: in qbus quoq; abesse debeant fraus dolusq;. Altera, quę per Antonomasiā dicta est, & præcipua in bonæ fidei contractibus, unde & eis nomen impositū est, uersatur. Actio. Iure gentium olim actiones nullæ erant, sed manu regia controuersiæ dirimebant. Deinde in. xij. tabulis actiones repertæ sunt, & certis uerborū formulis conclusæ, quas a Pontificibus litigaturi accipiebāt. Qui formulā male concæpisset, a caussa cadebat. Porro actionis uerbū generale est, & speciale. Nam oīs actio dicit, siue in personā, siue in rem sit petitio. Vadium. Præscriptio. Prætor. Prætorium. Bona fides duplex. Actiōes olim nullæ.

Quæ cogat redhibere. Vnde & redhibitoria dicta est. Hanc ædiles instituerūt. Sed hic generaliter redhibere, pro restituere accæpit. Cum in certis casibus redhibitioni tantum sit locus, ut docet Vlpianus in tractatu de ædilit. ædicto. Magnus Lutherius. Imp. Cæs. Lotharius. Crantius Ludderum patrio, hoc est, Saxonico uocabulo scribit uocatum. Meminit eius Poëta supra lib. sexto, & nos ibidem. Nota sunt quæ ille tulit super rebus Feudalibus, cuius placitū de non alienando absq; Domini consensu Feudo, Cæsar Aenobarbus extendit ad præteritos casus, q̄d ab eo proditum erat ad futuros, qūos præcipue lex respicere solet. Facta tetractari. Intellige ante promulgatam illam a Lothario legem. Nos enim inquit Fridericus, ad pleniorem regni utilitatem prouidentes, non solum in posterum, sed etiam huiusmodi prius illicitas alienationes perpetratas, hac præsenti sanctione cassamus. & cætera. Redhibere.

Successor Feudi, totum si forte per annum
Atq; diem, tacto primæ iam tempore pubis,
Siue dolo, seu desidia, seu mente superba,
Perdat, & hæc dominus proprios assumat in usus,
Spreuerit a domino Feudalia poscere iura.

Primæ iam tēpore pubis. Id tribuunt masculis in. xiiij. Fœminis in. xij. anno. Dolus. Vero scilicet, & præsumpto. Desidia. Negligentia. quæ si magna est, culpa interpretatur. Vnde sibi imputet, si quis in suis rebus diligentior non sit. Seu mente superba. Hæc addidit de suo uerba, quia nulla fit in sanctione de eisdem mentio. Quāuis placitis Feudalibus cōueniat reuerentiā a beneficiario exhiberi: cui superbia contēptus parens opponit. Negligentia.

Publica militiæ uasallus munera iustæ
Non renuat, dominiq; libens in castra uocatus
Aut eat, aut alium pro se submittat iturum
Arbitrio domini, uel quam laudauerit ille
Compenset, redimatq; suum mercede laborem.

Publica militiæ. Hoc capitulo Germanos q̄q; sub Alemanniæ nomine cōclusit. Vassallus. Ni fallor superius dixi hanc uocem latinā non esse, ut omnia ferme barbare ab Italis, & in ipsa Italia sunt tradita, quæ ad feudalium rerum pertinent notitiam. Quos in Feudali re dominos, & Vasallos uocamus, patronorum & clientum instar obtinent. Laudauerit. More interpretum iuris, quos ab hoc uerbo Laudum, plane barbarum uocabulum traxisse putant, pro definitione arbitrorum. quoniam sententia proprie dici nequeat, quod ab arbitro pronunciatum est. Quod tamen Alciato non fit uerisimile. cum id quod unusquisq; etiam priuatus sentit, latine & eleganter sententia dicatur, nec aliter soleant Iurisconsulti arbitrorum definitiones, q̄ sententias appellare. Vasallus. Laudum.

Si patris dominum uassalli filius acri
Læserit offensa, festinet prouidus illum

Conciliare pater: quod ſi contemnet agendum,
Munere priuetur: ſi uero audire monentem
Filius indomita neglexerit aure parentem,
Non erit in Feudo ſucceſſor idoneus illo,
Ni prius accenſam domini placauerit iram.

Si contemnet. Maxime a domino requiſitus. Munere. Bñficio, ſeudo. Non erit. Subaudi, filius.

Si tuus ex Feudo cuiquam uaſſallus id ipſum
Contulit, atq; tuo uaſſallum munere fecit
Ipſe ſibi, ſi forte tuam, iam tertius ille
Succeſſor, meruit factis atrocibus iram,
Nec tibi pro culpa domino mediante ſecundo
Fecerit ipſe ſatis: reprobato protinus illo
Ad dominum redeant Feudalia iura ſecundum.
Si tuus ille ſuum tibi conciliare fidelem
Spernit: & aut torpens, aut perfidus eſſe probatur,
Ambobus ſpretis ad te tua iura recurrent.

Si tuus ex Feudo. Adſcribã uerba Imp. Friderici, quo facilius hunc locũ intelligas, ſi forte Radeuicus tibi ad manũ nõ eſt. Illud quoq; præcipimus, inqt, ut ſi uaſallus de Feudo aliũ uaſallum habuerit, & uaſallus uaſalli dominũ domini ſui offenderit (niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine fraude anteà habuit) feudo priuetur, & ad dominum ſuum, a quo ipſe tenebat, reuertatur. Niſi requiſitus ab eo, paratus fuerit ſatisfacere maiori domino quem offendit. Et niſi uaſallus, idemq; dominus, a domino ſuo requiſitus, eum, qui maiorem dominũ offendit, reqſierit ut ſatisfaciat, Feudum amittat.

Inter uaſſallos unius forte patroni
Quæſtio. Quæſtio de Feudo quoties agitatur eodem,
Quo Feudi domino gaudent, hoc iudice certent.
Si tibi pro Feudo, quod te tribuente, fatetur
Accæptum, tu uero negas, uaſſallus agendam
Forte mouet litem, non tu, ſed Curia iudex
Audiat, & certo determinet ordine cauſſam.

Quæſtio. Lis, controuerſia. Quãuis Bartolus cum quęſtionis uerbũ in lege reperitur, poſt litem cõteſtatam ſolummodo accipi ſenſerit: quod improbatũ eſt. Nam q̃d in lite eſt, id etiã de quæſtionis uerbo dicendum eſt. Proprie autẽ etiam ante iudicium accæptum litem eſſe Paulus Iuriſconſultus oſtendit: qui litem, actionem ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit, ſignificari ait. Nam & cum litem conteſtatam eſſe dicimus, uerba indicant quando adhuc conteſtata non erat, nihilominus litem fuiſſe. Quo domino. Patrono, teutonice, Lehenherr. Sed Curia. Hoc eſt, ut Feudiſtæ aiunt. Pares Curiæ, Lehenmañ.

Marchia, ſeu Comitis poſſeſsio, ſiue Ducatus
Integra permaneant: Feudalia cætera multis
Participanda patent, domino dum quiſque fidele
Spondeat obſequium, iurandaq; fœdera præſtet.
Sic tamen, ut dominos eiuſdem nomine plures
Vaſſallus feudi non compellatur habere.

Boëmiæ Rex primus arator.

Integra permaneant. Id eſt, nõ concedanť diuiſim. Quia ſunt Feuda regalia & dignitatum, ut lib. 2. diximus, primi gradus, qui intra certã conſiſtit nobilitatẽ: uſq; adeo, ut ſi priuato concederet Ducatus, is iã nobilis & Dux eſſet. ſicut Aeneas Syluius ſcribit de primo Principe Boëmiæ, qui fuit arator. Poteſt aũt qlibet Rex, uel Monarcha in ſuo regno Duces creare, Marchiones, & Comites, eisq; tales dignitates infeudare: ut tradit Aluarotus in cap. 1. Quis ſit Dux. tum alijs locis, Baldus in cap. 1. de Feu. Marchiæ, dicit, q̃d Papa uſurpat conceſsionẽ talium dignitatũ inquantum poſsit. q̃d ſequunť præcipui Feudaliũ iurium enarratores. Contrariũ docentes, Papæ blandiunť dixit Zaſius. Sed Imperator Germanorũq; Proceres tales minime agnoſcunt. Fridericus tertius, ut ab auũculo noſtro accępimus, Ro. Pontifici, qui ſe incõſulto Marchionẽ Eſtenſem Ferrariæ Ducẽ appellauerat, rñdit, Iam tã ſibi licere Epõs ſacrare, q̃ ſedi apoſtolicę Duces creare.

Præterea quotiens feudali iure recepto,
Vassallus domino fidei iuramina præstat,
Excipiendus erit Romanus nomine Princeps.
Omnibus his leges uoluit subnectere pacis.

Præterea q̃tiens. &c. Sacramẽti præstandi forma tradit̃ diffuse in cap. primo de no. for. fid. q̃d sacramentum in summa hæc cõtinet. Nempe Vasallus iurabit, ꝙ nec consilio, auxilioue adesse sciens uelit tractatui, quo dño uel uitæ, uel mẽbri damnũ afferat, in ullamq; læsionẽ, uel iniuriã incidat, aut honorem quẽ habet, uel habiturus sit perdat. Quinimo si scierit, audierit, cognorit ullos talia moliri, impediet si possit: aut dñm commonebit, renuncians ei. Præterea dño, iustis ex caussis offendere uolenti, suppetias feret, auxilio aderit & consilio. Item res dñi amissas, pro uiribus recuperare perget. Secreta non pandet, & nihil eorum uel faciet, uel procurabit, quæ ad dominũ, ad suorũ iniuriam respiciant, aut contumeliam. Potest & uasallus generale præstare iuramentum. Videlicet, ꝙ Dño inantea fidelis erit, sicut debet uasallus dño: nec cõmissa reuelabit, ut habetur in cap. 1. qual. iur. Vas. deb. Et hoc iuramentũ sufficeret. Sed propter simplices, qui non nisi per indiuidua ducunt̃, prędictæ formulæ prolixiores inuentæ sunt, ut dicit tex. in cap. primo supra citato de no. for. fidel. Ex huiusmodi aũt iuramenti capitulis & nexibus, non est alienũ sentire, q̃d indicant quandã uelut umbram seruitutis. Vnde cum Papa a Comitibus, uel Imperator ab Ecclesijs Feuda accipiũt, sunt respectu Feudorũ inferiores dñis a q̃bus inuestiunt̃: licet absolute sunt supremi, & quasi, ut aiunt, dij tẽporales. Præstabunt aũt iuramenta Homagij, & seruient per substitutã personã. Hodie Vasallus in Germania nostra iurat dñi utilitatẽ proferre, & propellere incõmoda, parereq; cum paribus in iure dicundo. Excipiendus erit Romanus nomine Princeps. Id est, nominatim. Quamuis ipso facto, ut supra relatum est, exceptus intelligatur in omni iuramento, etiam si non nominetur. Sed & si quem antiquiorem dominũ haberet, excipiet. Generaliter autẽ contra omnes iurabit, etiam contra patrem, filium, & fratrem. ut cautum est placitis feudalibus.

Vasalli iuramentum.

Cæsar, ut extremo positus in fine loquendi
Vocibus, admonitas penetrarent altius aures,
Omnibus in nostro, quod toti prẽminet orbi
Gentibus & populis edicta potentia regno
Tradimus: ut cuncti bellorum clade remota,
Tempore iam nostro pacis seruare quietem
Incipiant homines: pœnasque nocentibus ultro
Addimus, & iustam legum proponimus iram.
Hãc Proceres cũcti, Comes, an Dux, Marchio, cõsul,
Et cum iudicibus, capitanea turba, uerendis,
Miles, paganus, ciuis, simul atq; colonus,
Et cum plebeio pariter grege, nobilis ordo,
Omnes hanc inquam penitus, quoscumq; non ætas
Pupillaris habet, non septuagesimus annus
Contigit, in medium concordi fœdere iurent.

Cæsar ut extrẽo. Quæ de Pace obseruanda sequũtur Fridericus singulari sanctione prodidit, sicut & Feudales leges constitutiõe singulari cõclusit. Habes & huius de Pace exemplũ apud Radeuicũ cap. proxime citato. Edicta potentia. Hoc est, ut ipse Imp. dixit, edictalem legem perpetuo ualiturã. Capitanea turba. Feudistę colligũt Capitaneos nominari tripliciter. Primo ꝑ Capitaneis regni. Secundo ꝑ Valuasoribus maioribus. Tertio pro Valuasoribꝰ minoribus: de quibus libro secundo satis dictum est. Paganus. Pro eo qui non militat accipiendum est, more Iurisconsultorum. Ecclesiasticis autem sunt, qui CHRISTI pietatem non colunt.

Capitanei triplices.

Paganus.

Ac ne forte sacræ ueniant obliuia pacis,
Singula iuratam renouent quinquennia formam.
Iudicis officio sua cuncti iura sequantur,
Contineantq; manum, uaginæ redditus ensis.

Iudicis officio sequantur. Pro, persequant̃. Est eñ persequi, iudicis officium implorare, & officij iudicis iploratio uerbo Iurisconsultorũ dici-

Persequi.

Torpeat: & scabie rubeat, non sanguine ferrum.
At si quid temere contemptis legibus actum,
Et uiolata sacræ fuerit reuerentia pacis,
Vrbs centum libris puri mulctabitur auri:
Oppida uicenis: at Marchio, seu Comes, aut Dux
Quinquagena dabit læsa pro pace talenta.
Magnates bis dena uiri, bis sena minores.
Vulnera, uis, cędes, liuor, mutilatio membri,
Insidiæ, fraudes, iniuria, furta, rapinæ,
Damnaq; legitimis mulctentur subdita pœnis.
Maior, qui pacis noxas punire recusat
Conuictus iudex, fului bis quinq; metalli
Appendet lbras, damnumq; resarciet omne
Legis ad arbitrium: minor atq; pedaneus in tres
Condemnandus erit: cuius fortuna laborans
Non potis est auro pœnales soluere noxas,
Arctatum uinclis, grauioraq; uerbera passum,
Sedibus a patrijs hunc quinquagesimus, annos
Amoueat per quinq;, lapis, tandemq; reuerti
Fas sit, & optatos patriæ contingere fines.

tur. Hæc tamen persequutio sola æquitate suggerēte conceditur: & ideo extraordinariū est iudiciū. Hic aūt generaliter accipiendū est. Conuictus iudex. Subaudi, de nō administrata iustitia, ac pace uiolata, non uindicata. Hic autem iudicis maioris appellatione complectitur omnē magistratum ab Imperatore, uel ab eo qui eius defungitur potestate constitutū: quales sunt magistratus rerumpubl. decuriones ciuitatum, locorum defensores. Minor atq; pedaneus. Scilicet, iudex. minor: q̃d negocia minora discernat. Pedaneus idē dictus, q̃d nō uehat curru, sed pedibus pficiscat in forū. Vnde extat in... lib. Codicis Iustinianæi tit. itidē tertio sanctio illa Iuliani Imperatoris. Quædam sunt inquit negocia in quibus superfluū est moderatorem expectare prouinciæ: ideoq; Pedaneos iudices, qui negocia humiliora disceptent, constituendi damus præsidibus potestatem. D. V. Kal. Aug. Antiochiæ. Mamertino & Neuita Coss. Sedibus a patrijs hunc. Ne iterum locus hic, quem restituimus deprauet, adscribam & ordinem uerborū, & ipsius Imperatoris uerba. Ordo est. Quinquagesimus lapis amoueat hunc per quinq; annos a sedibus patrijs. Imperator aūt, qui uero, inquit, ad prædictam pœnā persoluendam inopia dinoscit laborare, corporis sui coërcionē cum uerberibus patiat, et procul ab eo loco quē inhabitat quinquaginta miliaria per quinquenniū uitam agat. Quinquagesimus lapis. Id est, miliariū. Nemo em̃ ignorat ueteres lapidibus miliaria signasse, & ob id lapidem interdum pro miliario accipi.

Pedaneus iudex.

Miliarium.

Ne conuenticulum, uel conspiratio fiat,
Siue sodalicij, seu iuncti sanguinis astu
Vrbibus in nostris, tali sub lege uetamus.
Qui conuictus erit, libra mulctabitur auri.
Pontifices, sanctiq; patres, anathemate sacro
Spretores pacis, damnataq; legibus ausos
Intrepide feriant, humanaq; iura supernis
Legibus, & iustum studeant sancire timorem.

Ne Conuenticulū. In Iustinia. Codice sub tit. de Epis. & Clericis, Conuenticula genere neutro appellant, et in cap. cum ex iniūcto. sub tit. de Hæreticis in li. Decretal. nec genere fœminino enunciandū est, ut plerūq; fit, & Perottus putauit. Accipitur aūt fere hæc uox in malam partem. Vnde & huiuscemodi coitiones coniurationū metu a Principibus Romanis uetitæ sunt. quas & apud Isocratē Nicocles uetuit. Conspiratio. Cōiuratio. Nam & cōspirati, et coniurati, idē & unū. Siue sodalicij. Id est, collegij. Sodales em̃ sunt, qui eiusdē collegij sunt. Græci eiusmodi sodalitates ἑταιρίας uocant, quarum meminit Plinius Iunior in Epistola quadam ad Traianum. Astu. Prætextu. Iuncti sanguinis. Hoc est, Parentelæ, quo uerbo utitur Aenobarbi sanctio, & Capitolinus in Gordiano. Sane parētes, unde est dictio Parentela, hodie

Conuenticulum.
Sodales.
Parentela.

uulgo intelliguntur eiusdem gentis, & inuicem quoquo modo coniuncti: quod & diuum Hieronymũ non latuit, lib. aduersus Ruffinum secundo. Anathemate. Censura Ecclesiastica. Proprie tamẽ Anathemata dicuntur ea dona, quæ dicata Dijs suspenduntur in parietibus & columnis templi. Cuiusmodi nunc uisuntur potissimum iuxta monumenta diuorum statuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata. Vide Roterod. in Annotationib. in no. Test. Supernis legibus. Canonicas seu Pontificias leges sentit. ne de diuino iure intelligas. Sancire timorem. Iuxta uulgatum illud. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Anathemata.

Hactenus Italicas fieri consueta per urbes,
Angarijsque sacras etiam uexare frequenter
Ausa domos plærumque suis exactio cesset:
Aut exacta duplo redhiberi plura iubemus.
Qui pacis iurare modum formamque tenere
Improbus abnuerit, quæ possidet omnia uulgo
Diripienda patent, euertendique penates.
Qui uiolatorem pacis fouet, atque recæptat
Consensu culpæ, meruit consortia pœnæ.
Iuramenta metu, mortisue dolore coacta,
Præcipue ne quis multis nocitura loquendo
Publicet, aut in se crudeliter acta queratur,
Nullius meriti, uel ponderis esse iubemus.

Angarijsque. In uulgari significatu, pro ijs scilicet oneribus, ad quæ quis extra ordinem uel ferenda, uel præstanda adigitur. Dicuntur & Parangariæ. Vegetius libro secundo angarias appellat omnia munera, quæ a militibus fiunt, etiam non uilia. Vt annotatũ est ab Erasmo in Matthæum, Suidas indicat uocem esse Persicam. Idem Budæus obseruauit in posterioribus in Pandectas Annotationibus. Nullius meriti. Iuxta generalem doctrinam. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. Item, quæ contra ius fiunt, debent utique pro infectis haberi. Angariæ. Parangariæ.

¶ LIB. Octaui Finis.

¶ Argumentum LIB. NONI.


¶ Acre Placentinus Cremonẽses dãnat: & inde
Cæsar Sardiniæ fines, Ianuamque tenebat.
Ille Frisingus Otho morit, mox Papa superbit.
Deficiunt Ligures, ueniunt legata, Ligurque
Victus erat, Papæ sua pristina iura reponens.
Pugnaque conseritur, cum magna clade suorum
Depopulatur agros, & cingitur obsidione
Ligur, & ingentem capiunt sua mœnia cladem.
Cumque fame iam pestis adest, & crimine magno
Insidiæ Regi, Ligurum de more, struuntur.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de rebus Gestis FRIDERICI, I. Imp. Aenobar. AVG. Liber IX.



NTER CAVSSANTIS creberrima iurgia turbæ,
Caussari. Et querulas uarijs ex urbibus undiq; lites,
Magna Placentinos, & pulchræ rixa Cremonæ
Vexabat ciues, & adhuc uetus illa simultas
Spirabat, stimulisque uiros agitabat acerbis.
Nam licet has iunctis connexas finibus urbes
Gurgite uix medio dirimat Padus, illa Papiæ,
Hæc urbi Ligurum, concordi fœdere iuncta,
Hactenus alternas studijs hostilibus iras,
Atq; graues odij stimulos agitare solebant.
Sed tunc antiquis accesserat hæc quoq; caussis.
Nam dum Roncalias peteret Fridericus, eumq;
Signa Cremonensis sequerentur bellica turmæ,
Emisit tumidos inimica licentia ciues,
Irritansque uiros, quasi per colludia quædam,
Instituit, uerum collato milite bellum.
Nec sine cęde quidem, nec prorsus sanguinis expers
Pugna fuit, sed utraq; uiris ex parte peremptis
Præbuit alterno casus solatia damno.
Ergo Cremonenses caussa meliore, simulq;
Ingenuis freti facundi laudibus oris,
Acribus inuidiam stimulis, & Principis iram,
Quippe nec illicitos satis excusantibus ausus
Hostibus, accumnlant: donec uix deniq; multo
Aere dato, taliq; reis est reddita pacto
Gratia, deiectis ut tota turribus urbe,
Mœsta ruinosis lacerarent mœnia muris.
Fossa. Quasque metu Regis cœpissent ducere, rursus
Ingesto patulas implerent aggere fossas.
Hactenus Italicis pulchro satis ordine rebus
Dispositis, ad quæq; uolens extendere Cæsar
Vlteriora manum, Tyrrheno gurgite clausos
Sardiniæ fines, & Corsica rura potenter
Conciliare suis parat, atq; adsciscere regnis.

¶ In Nonum LIGVRINI LIBR. Ia. Spiegel. Selestadi. SCHOLIA.



Nter caussantis iurgia turbæ. Apte uerbo forensi utitur. Caussari enim, est caussam rei gestæ afferre, siue excusationem.

Illa Papiæ. Scilicet, Cremona. Hæc urbi Ligurum. Scilicet. Placentia.

Inimica licentia. Intellige, Placentinorum.

Per colludia quędam. Hoc est, per speciem singularis, siue leuis certaminis, seu pugnæ, ut uulgo aiunt, torneamentalis. Idem indicat Radeuicus.

Reis. Placentinis.

Cœpissent ducere fossas. Signate dicit. Nam fossa ꝓprie est receptaculum aquę manufactum.

Tyrrheno gurgite. Nota sunt quæ scribit Seruius super hoc Poëtæ in 1. Aeneid. Tyrrhenū nauigat æquor. Sardiniæ fines. Hos Ptolomæus lib. tertio describit. Dio-

Atq; ideo geminos proceres præmittere, quorum
Hic Comes, hic Præsul: suspectaq; pectora gentis
Pacem, an bella uelint, cogendi, an sponte sequantur,
Attentare libet, securos Ianua missis
Altaq; Pisa uiris aditus præstare iubentur.
Vtraq; Tyrrhenas longe metuenda per undas,
Vtraq; famosis late uulgata triumphis.
Quid tamen inciderit, cur hæc legatio finem
Non fuerit sortita suum, perpendere nobis
Inde licet: quod ab his regionibus utraq; sedes
Plurima ferre solet dominatu commoda longo.
Vnde satis liquide mandata negocia regni
Præpediisse queunt occulta fraude uideri.
Sed neq; tuta dolo uersutæ Ianua plebis,
Nec sale Tyrrheno, nec quos natura locorum
Vix aditu stricto, multoq; labore petendos
Opposuit montes, irati Principis acres
Eualuit uitare minas: ueniaq; petita,
Vix precio fraudem marcharum mille redemit.
Hoc tamen adiecto, ne claudere pergeret urbem,
Iussus ab incępto populus desistere muro.

Sardinia.

dorus parē facit Siciliæ magnitudine. Eadē Sandaliotes, & Ichnusa est nuncupata. Lege Solinum, & uide Martianū Capellam lib. vi. & Syllium lib. xii. Insula tota cœli grauitate infamat. Pausanias dicit, teste Volaterrano, eam serpentes herbasq; habere innocuas: præter herbam quandam similē Lappæ, quā edentes ridendo pereūt. Ex quo prouerbium in sanitate desperata. Sardonius risus, quod latissime explicat Rōterod.

Risus Sardonius.

Corsica rura. Et Tyrrheni maris insula est Corsica, durante etiamnum nomine, notissima uino pręstātē, quod Romam exportatur. Cyrnos græce nuncupabatur olim, ut ait Dyonysius: quod montibus tanquam capitum uerticibus abundet. Græci enī κόρσ@, ut tradit Pollux, tempora, id est, partem capitis nominant. Corsica, Strabone autore, maligne colitur, asperaq; & inaccessibilis est, adeo, ut qui eius montes habitant, ex latrociniis uitam degant, immanitateq; beluas ipsas superent. Potenter. Virtute bellica. Hic Comes. Emicho, ni fallor, de Linigen. Hunc reperio adcitum testem subscripsisse instrument. literarum, quo Aenobarbus recens Cæsar appellatus ratum habuit, ædem in Selestadio a maioribus suis, adinstar, ut Annalium uerbis utar, Dominici sepulchri factam, dicatamq; diuæ Fidei in Concha Ruthenens. dioc. in Archiepiscopatu Bituricen. in ducatu Aquitaniæ. M. C. LII. Indict. prima vi. Cal. Febr. in Hohenburg. Hic Præsul. Chunradus Eistetensis. Ianua. Genua, ut supra. Vtraq; sedes. Et Genua. s. & Pisa. Pro urbe enim hic usurpauit sedem: ut Virgilius ꝑ habitatione perpetua. Nec uero hæ sine sorte datę, sine iudice sedes. Et Iurisconsultus. Eam domum unicuiq; debere existimari, ubi quisq; sedes & tabulas haberet, suarumq; rerum constitutionem fecisset. Vnde possessio non a pedibus, ut uulgo legitur in l'. 1. de acquir. posses. sed a dictione pos, unde fit impos & compos, & potis, itemq; a sedibus dicta est. Hinc capere sedes, mutare sedes, occupare sedes, & similia apud ueteres exempla. Ille ergo possidet, qui sedere, id est, sedem ponere potis est, a sessitando. Galli etiamnum uulgo cōtinuare possessionem, Sessire uocant, ut ait Alciatus. Plurima ferre solet. Verum hoc esse cognosces, ubi legeris Volaterranum in descriptione Liguriæ lib. iiii. & in rebus Pisanorum lib. v. Item Iac. Barcellum Historicū Genuensem lib. primo Hispanici belli. Occulta fraude. Callido ingenio, quod peculiare est Italis. Grammatici quidam fraudem in uerbis, dolum in faciendo consistere crediderunt. Verum Iurisconsulti tradidere, quod dolus fit alterius circumueniendi caussa: fraus autē proprie dicatur etiam si decipiendi cōnsilium non adfuerit: sed is qui deceptus est a seipso, uel ex euentu fraudatus est: unde quatenus alter circumuentus sit, fraus dolo inest. Mille marcharum. Argenti. Ab incępto desistere muro. Quod murum sicut nec urbem ulli populo licitum
» est constituere, nisi ex Principis autoritate. Quod in his gentibus non procedit, quæ liberę sunt,
» & uacantia occupant. Illæ enim iure gentium reguntur, quo iure Romani Imperatores non

Sedes.

Possessio.

Itali callidi.

Dolus.

Fraus.

præcellunt. Appellantur autem ideo muri sancti, quod in eis sine Principis uel Præsidis autoritate aliquid committi non potest. Quod tamen de muro proprie accipiendum est, hoc est, publico, qui urbem munit & mœnia continet. Improprie namq; accipitur de priuato ædificio, quod paries dicitur, ut apud Corn. Tacitum lib. xv.

Murus. Paries.

Cœperat æstiuis succedere torpida castris
Conuerso iam bruma gradu, placuitq; potenti,
Multimodoq; Duci, terræ melioris opima,
Intactosq; prius diducto milite passim
Et late sparsis fines insidere castris.
Nec mora, frugiferis opulentam finibus Albam
Occupat, hibernis satis hospita mœnia castris.
Hic quanto poterat Princeps terrenus honore
Proxima syderei coluit natalia regis.
Inde per Ethruscas Legatos destinat urbes,
Campanasq; domos, & quas in littore curuo
Aequorei lauat unda salis: qui debita fisco
Iura uetusta petant, per quos statuantur in omni
Vrbe magistratus, & ciuica quæq; potestas.

Bruma. Alba.

Torpida bruma. Ab effectu: quod hyems frigore torpeat. Autumnũ uero respiciens ad Italiæ situm æstiuo tempori inclusit. Bruma pars ẽ hyemis, cum dies sunt breuissimi. Terræ melioris opima. Hoc est, in loca fertiliora, utpote nondum bello tacta, quæ possint abunde suppeditare militi uictum. Albam. s. Pompei. Sunt enim & alibi cognomines. Hæc autem est ciuitas uetusta in regione Subalpina, in ripa fluminis Tanari.

Ethruria. Campania. Fodrum.

Ethruscas urbes. Per totam Ethruriam amœnam, ac iuxta opulentam regionem. de qua uide Volaterranum mox ab initio libri Geograph. Quinti. Campanasq; domos. Quæ a Sarno ad Lirim clarissimũ amnem interfluo Vulturno patent. Omnium, inquit Florus lib. primo, non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga est. & quæ sequuntur, sumpta ex cap. v. Tertij Plin. Campaniæ laudes elaganter cecinit Sillius lib. viij. Prosequuntur item Solinus, Strabo, Eutropius. Cicero de lege Agraria. Campani semper superbi bonitate agrorum, & magnitudine fructuum, salubritate aëris, & pulchritudine regionis. Et quas in littore curuo. Signat urbes illas maritimas; itemq; nobiles portus de quibus uide Volaterran. lib. vi. & Pontanum itidem lib. vi. belli Neapolitani. Qui debita fisco Iura uetusta petant. Quæ solo Fodri nomine Radeuicus complexus est his uerbis. Proximumq; natalem Domini apud Albam ciuitatem celebrans, nuncios pro colligendo Fodro per totam Tusciam & maritima, atq; Campaniam direxit. Vnde apparet Italis Fodrum appellatas esse omnes illas exactiones, quæ ad Commeatus præstandos spectabant. Non ignoro hanc quoq; uocem in uetustis Francorum Germanorum legibus, quarum codex apud nos in diuæ Fidei templo extat, usurpatam esse, sed pro pabulo tanto equorum: ex quo libuit in gratiam cultorum uenerandæ uetustatis, quæ sequuntur adscribere uerba. LOTHARIVS Imp. & KAROLVS Rex in palatio Valencianis. cap. xiij. Vt missi in illorum missatias curam habeant, ne homines nostri, aut alij quilibet, uicinos suos maiores uel minores, tempore æstatis, quando ad herbam suos caballos mittunt, uel tempore hyemis quando Marescalcos illorum ad Fodrum dirigunt, deprædentur, aut opprimant. Et an sic egerint hoc etiam, ut prædiximus, ueraciter, missi nostri inuestigent, & nobis renuncient: ut in Seniore hoc sic emendemus, quatenus homines suos in potestate habeant, & contenti sint debitis, & indebita iniuste non appetant.

Reditus.

Præterea reditus, cunctis de finibus illis,
Quos famosa prius possederat illa Mathildis,
Pluribus inuasos, Rex in sua iura retraxit.
Inde recollectos, & tanquam corpus in unum
Partibus ex multis quadam grauitate reductos,

Reditus. Id est, prouentus, obuétiones, einkommung. Et in hac significatione per simplex dicta scribi debet. Est aũt nomen generale, sicuti prouetus, seu conuentiões.

Nescio quid prisci se iuris habere uolenti,
Ac uelut hæredi, cumulato munere Princeps
Concessit Catulo, qui Regis auunculus, illo
Tempore Dux ualidus fœlicia castra nepotis
Milite non pauco, mentisq; uigore iuuabat.
Hunc ex Romano Catulorum sanguine clarum,
Et genus, & nomen (nisi fallit fama) trahentem,
Teutonicus uerso Vuelfonem nomine sermo
Dixerat, ambiguæ deceptus imagine uocis.

Cōprehendit aūt omnia iura seu utilitates, quæ percipi possunt. Quam significationē etiam frugem habere aliqui dixerunt. Contra Iulianus, q fruges esse, quibus homo uescatur censuit: præter carnes & poma, quæ sentētia uerior ē, atq; ita usus obtinet. Fruges. Illa Mathildis. Huius inclytę fœminæ genus fuit e gente ueterum Marchionum Saxoniæ: texuit id Crantius cap. xiij. lib. rerum Saxonic. v. a scriptoribus Italicis intactum, tametsi ipsam summa uehant laude. Mathildis princeps fœmina. Eam pater Egbertus, ut idem tradit, cuidam Bonifacio Comiti in Lumbarbia uirginem elocauit. quod & uerius esse puto. Quamuis aliter Itali referunt: quod .s. Beatrix Henrici. II. qui nobis tertius est, soror, Bonifacio uiro Lucensi potenti nupserit, cuius hæres Mathildis filia simul cum Gotfrido coniuge Lucam, Parmam, Regium Lepidi, Mantuam, & quod nunc uocant Patrimonium possedit. Patrimonium Petri. Merula ipsam generosissimam Reginam nominat: quod in Aemilia, Flaminia & Ethruria late imperauerit, regnumq; & opes suas, cum nullam haberet sobolem, testamēto ad Romanum pontificem, uelut æternum Petri patrimonium peruenisse, ut & omnes fere testantur, scribit, sicut in nostra usq; tempora pars illa Ethruriæ nomen patrimonij seruat. Nec cui mirum uideri debet, fœminam tam potentem Henrici Aug. Quarti conatibus se obiecisse, in gratiam Rom. Pontificum, quorum unicum erat ea tempestate profugium: quum & pater, & frater cognominis patri in Germanijs subinde res Augusti perturbare tētauerint. Inuenio Mathildim primum graui prælio in Parmensi agro, ab Henrici Aug. filio, quem pater cū exercitu miserat in Italiam, ut eam præsidio obtineret, esse superatam. Deinde cum pater Aug. in Italiam descendens Mantuam, Ferrariamq; Mathildis recepisset, tanta eam indole fuisse, ut Henrico ausa sit se opponere, prælioq; cum eo congressam, acie superatum Italia deiecisse. Catulo. Hoc est, Vuelfoni, ut mox ipse poēta indicat. Vuelfo. Fuit autem hic Vuelfo Henrici Ducis Bauariæ & Saxoniæ, cognomento Superbi, de quo supra, frater, & ut indicat Auentinus, Dux Spoleti, Tusciæ Marchio, & Sardiniæ Princeps. Vnde dicit, Dux ualidus, uel quod rerum fortasse cum fratre potiebatur: quum Annales referant, sicut & ex hoc loco colligitur aperte, Ducatum Spoletinum, Marchiam Tuscanam, principatum Sardiniæ, cum relictis a Malthildæ ditionibus ab Aenobarbo nostro in beneficium (zum lehen) acceperit, transigente inter prædictum fratrem eius, & Henricum Austriæ Ducem. Hunc Vuelfonem ait autor Annalium Vrspergen. se uidisse, atq; eius nominis Sextum, supremūq; fuisse. Qui regis auunculus. Huius enim Vuelfonis soror Iuditha, mater fuit Aenobarbi nostri. Iuditha. Lege in Chronico Vrspergen. annos Lotharij Saxonis, & Nauclerum in fine Generationis. xxxiiij. & uide Elenchum Auentini. Mentis uigore. Hoc est, consilio, in quod asciscendi sunt, ut admonet adagium, mediocris ætatis uiri: propterea, quod in his nonnihil detrito uirium uigore, ualet tamen usu rerum aucta prudentia.

Nunc ex Romano Catulorum. Luctatiorum appellata nominibus. Catuli. Duorum Catulorum uirtus enituit: præcipue alterius, in primo bello Punico: alterius in Cimbrorum cęde. Fuit & alius Catulus sororis Catilinæ uir, Eq. Rom. iussu Sullæ interfectus a Catilina. Et genus & nomen. Vrspergens. Chronic. de gente Vuelfonum loquens, Creduntur, inquit, uiri illi inclyti fuisse de gentibus illis, quæ sub Valentiniano Imperatore de Scythia erumpentes, diuersas partes Germaniæ occupauerunt. Nauclerus, qui Sueuiæ suæ, hoc est, ut uulgariter dicam modernæ, Vuelfonum familiam uendicat, sequitur eos, qui illos in hanc prouinciam aiunt uenisse, cum reliquijs Troianorum a Sicambria (illa scilicet quam Bürckheymerus ex meris nugis uere dixit constructam.) & post multa secula sub diuo Carolo, quendā ex maioribus huius generis duxisse ferunt uxorem, Senatoris Romani filiam: ex qua genuit filium, quem Catilinam uocabant, ab auo materno eiusdē nominis, quod iuxta linguā Teutonicā Vuelff dicitur. Ego indigenas arbitror fuisse. Ab Italis autem Catuli nomen inditum ei, qui apud eos incla-

tuerat, quam & professus est, cum cœnobij Morimundensis Abbas declaratus: in quo & obijt in medio, ut refert Radeuicus, & mox poëta innuit, ut medius fratrum cleriq; gemẽtis. &c. tam Episcoporum, quam Abbatum. x. Cal. Octobr. Anno ab incarnatione Domini. M. LIX. Anno Imperij Aenobarbi patrui. iij. Regni. v. Nobiles Latinorum poëtas Maronem, Lucanum, Nasonem, Iuuenalem lectitasse, maxime autem familiares habuisse post Ciceronem & Salust. Senecam & Boetium, historię, seu annales ab eo digesti manifestant, quibus nomen suum ad noticiam posteritatis transmisit. Diuum Augustinum non legisse tantum, sed propemodum excussisse etiam sui ipsius, quos uocat Thologicos, excursus testantur, & octauus maioris historiæ liber ostendit. Delectabatur item doctrina Gilberti Pictonum Episcopi cöetanei sui, cognomento Porretani: & aliquanto iniquior fertur extitisse diuo Bernardo, qui contra Petrum Abelardum Britannum acerrime scripsit. Sed ea de re in morte est palam confessus, ut lib. v. meminit Aemil. Veronens. & ingenue alumnus suus Radeuicus fatetur: qui ut singulari quodam cap. lib. quarto rerũ Aenobarb. multis uerbis, tũ a se epitaphijs quoq; editis memoriã Othonis ad posteros transmittere studuit, ita se manu sua extrema eius lumina clausisse scribit. Medius fratrum. Cœnobitarum. s. & monachorum Morimundensium. Id enim cognominis occuparunt facticiæ religionis professores. Olim autem Fratres absolute dicebantur omnes Christiani. Fratres.

Cleriq; gementis. Episcoporũ & Abbatũ, ut modo dictũ est. Pontificij iuris interpretes aiunt in materia fauorabili & indifferẽti appellatione Clericorũ intelligi Sacerdotes cuiuscunq; sint status. Lege Panormitanũ in Rub. de Vit. & hon. cleric. Clericus. Sacram auram. Spiritum, quo substantia animæ constituta est. Aethereo sua reddere regi. Siquidem animæ omnium hominum pertinent ad imperium Dei, qui earum cõditor est. Vnde dixit, Diuini muneris. Hoc est, opificij, nimirum respiciens ad illud scripturæ. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Geñ. 1.

Interea ueterem prauis auctoribus iram
Summus, & extinctas animo refricare querelas
Cœperat antistes, magnumq; potentis honorem,
Anxius inuidiæ stimulos Adrianus habebat:
Præcipue postquam sua iura recognita fisco
Assensu Procerum, per cunctas comperit urbes,
Indoluit facto, quantumq; uidebat honoris
Accessisse Viro, tantum Pater ipse putabat
Decessisse sibi: tunc quicquid atrocius actum
Ante uidebatur, Legatorumq;, suosq;
Contemptus, regniq; minas, mandataq; duris
Asperiora notis, ceu quædam pabula flammæ
Inuidiæq; faces, ardenti sponte camino
Adijcit, & rapidos fornaci suggerit æstus.
Hæc quoq; caussa recens aderat, quod regia missi
Quærere iura Viri, dum per castella, locosq;
Pontificis summi, mandata fidelius æquo
Publica conficiunt, nimia feritate timendi
Insolito miseros urgebant pondere ciues.

Prauis auctorib9. Nũc quoq; Episcoporũ uulg9 nihil audit ab assentatoribus, etiã doctis, nisi dominia, ditiones, gladios, claues, potestates: atq; hinc fastus quorundã plusquam regius, sęuitia plusquam tyrannica, ut ait piorũ quidam. Extinctas querelas. Ea. s. transactione, quæ facta fuit inter Aenobarbum, & ipsum per Legatos suos apud Augustã, ut supra in principio Septimi lib. narratum est. Recognita fisco. Bene recognita dixit: quod restitutio non nisi caussa cognita plærumq; fieri solet. Restitutio. De ijs autem iuribus intelligendum est, quę ut patuit proximo lib. prodita sunt a Friderico cõsilio Principũ regni apud Roncalias, ubi uulgata illa lex Aenobarbi, cui caput est. Habita quidem, iussu eius in Codicem Iustinianęũ relata sub titulo. Ne filius pro patre, promulgata est, Anno a nato CHRISTO M. C. LVIII. Ardenti sponte camino Adijcit. Qui enim ab amico discedere uult, si modo inimicus reconciliatus amici loco habendus est, facile quærit occasionem. Scite autem adlusit prouerbio, quo usus est Horatius. Oleum camino addere. Hæc quoq; caussa recens, Quam

Castra petunt, sociasq; gradu properante cateruas.
Interea Regum Legatio fida potentum,
Diuersis studijs, ad magni Cæsaris aures
Attulit, ex uarijs mandata recentia regnis,
Principis Argolici quidam mandata ferentes,
Securos in castra gradus, pacemq; petebant.
Iamdudum siquidem Stapulensis morte Vuibaldi,
Quem Dux Argolicis oppresserat ultima terris,
Suspectos Regi sese uehementer haberi
Audierant, gentemq; suam purgare parabant.
Nec minus Hungariæ rector, iam fraude recenti
Comperta Ligurum, mandata fidelia pacis
Scripserat Augusto, pluresq; prioribus illi
In pœnam sceleris spondebat mittere uires.
Anglus, & urbanis, illo qui tempore Gallis
Rex erat, ambo, uiros ad regia castra fideles
Legarant: pacisq; fidem, magniq; fauorem
Cæsaris, oblatis certabant poscere donis.
Hos inter Reges uetus, & grauis inde simultas
Orta ferebatur, quod Galli Principis uxor,
Coniuge dimisso rectori nupserat Anglo.
Inde ferox odium, stimulisq; ardentibus ira,
Sæuaq; limitibus dirimendis bella furentes
Vexabant: ideoque sibi properabat uterque
Alterius damno consciscere Cæsaris arma.
Hos omnes hilari uir prudentissimus ore
Laudauit, donisque suis dimisit onustos.

Principis Argolici. Emanuelis Græcorũ Imperatoris, de quo in prioribus libris. Hungariæ rector. Geysa, de quo lib. modo citato. Anglus. Henricus, eius nominis secũdus. Vrbanis Gallis. Non existimo de ueteribus illis accipiendum, qui a Romanis subacti, tandem cultioribus moribus esse cœperunt, sed ad discrimen populorũ, qui Belgicam inhabitãt, quod Teutonũ, seu Germanorum nomine contineantur: a quib9 ad Italos & Gallos collatis, asperitatem morũ omnino sublatam dicere non possis, quod eã, sed quæ nata bello pectora deceat retineant. Rex erat. Ludouicus Septimus, q & Iunior appellabatur, ut indicaui lib. vi. Galli Principis. Iam dicti Ludouici, qui ab expeditione, quam cum Chunrado Imperatore, de quo supra, in terram sanctam suscepit, reuersus in Galliam, nihil antiquius habuit, quam ut Leonoræ Aquitaniæ Ducis filiæ, matrimonium dirimeret: non sine admiratione suorum, quod eam per plures annos uxorem habuerat, & duas ex ea filias susceperat. Consultore in ea re fretus diuo Bernardo Clareuallensi, Leonoram dimissam, Henricus Andegauensis uxorem duxit: isq; mortuo Stephano Regi, ut conuenerat, in Angliæ regnum succesit: uir maximus bello, ut lib. Sexto indicauimus. Repudij caussam alij, quod Leonora parum pudica uideri cœpit, alij propinquitatis arctioris uinculũ, quo constitutũ constare coniugiũ pie nõ posset, fuisse tradũt. Repudiatam mox sunt secuta bella, quæ scripserunt diffuse Gaguinus, & Aemil. Veronensis.

Galli urbani.

Repudium Leonoræ.

Interea reduces Legati castra subibant,
Fœda reportantes Ligurini criminis ausa.
Cognita res, cunctos, Regemq; ferocibus ipsum
Concussit stimulis, iterumque recanduit ira.
Ne tamen Augusto, quicquam sub Principe, certo
Ordine non fieret, rursus tribus esse citandos
Edictis Ligures iuris suasere periti.
Quæ postquam tumida spreuerunt mente superbi,

Reduces Legati. Coloniensis pontifex, Otho Comes Palatij, et Gozuinus. Ligurini criminis. s. defectionis Mediolanensium, seu reatus maiestatis. Rursus tribus esse citãdos Edictis. Quare id factum sit, quũ Princeps nullo iuris ordine adstringatur, & tantum

Curia damnatos regni denunciat hoſtes.
Vtq; uiros iuſtæ ſtimulis grauioribus iræ
Rurſus ad armiferos incenderet ipſe labores,
In medio Procerum cœtu, uulgique corona,
Talia mellifluo Fridericus protulit ore.

rogaſſet Regni Proceres, qua pœna coërcendi eſſent, patet in ea Oratione, quam Epiſcopus Placentinus nomine Principum ad Aenobarbũ ubi peroraſſet, ut ſequitur, habuit. Extat hæc apud Radeuicum, præterita a Gunthero. Damnatos hoſtes. Hoc eſt, per ſententiam publicos inimicos declaratos: quos ueteres, quia cum illis duellum', id eſt, bellum eſſet, Perduelliones, ut obiter dixi ſuperius quoq;, appellabant. Ea enim dictione hi ſoli indicantur, aduerſus quos ius belli eſt. Quapropter priuatus inimicus, noſter perduellio non eſt: latrones quoq; perduelliones non ſunt. Vnde & Cicero lib. Secundo Officiorum, Pirata, inquit, nõ eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. Porro tradunt Iuriſperiti noſtri, hoſtes Imperij licere etiam poſtquam capti ſunt interficere: quod tamen Imperatores Romani a CHRISTO alieni prohibuerunt. Vnde æquius eſt, ut eorum opinioni accedamus, quibus uidetur, in ipſa acie ſolum licitũ eſſe trucidare hoſtem, maxime qui ſe dedere nolit. Nam deditícium hominem occidere, crudeliſsimum eſt, nec boni Imperatores hoc potiuntur: ab ea quippe humanitate abhorret, quam naturaliter homo homini debet. Quamuis recte magis ſentit Alciatus, inter Chriſtianos aliud eſſe. Quod quæ inter eos mouẽtur arma, plus quam ciuilia ſint, nec ius poſtliminij in his eſſe exiſtimet. Hincq; ait, uideri antiquiſsima cõſuetudine introductum, ut capti libertatem non amittant, ſed præſtita uictori pecunia ueniam recedendi impetrent. Nec ignorandum, Iuriſconſultos ſubinde, Damnas uel Damnes eſto, ut alij legunt (ea ratione qua & Copes dicitur copioſus, licet cum Alciato ueterem lectionẽ magis ſequimur) pro damnato per ſyncopam dixiſſe. Vnde Nebriſſenſis perperam admonuit, ubi in Iuriſconſultorum Pandectis legitur, damnas eſt, mendum eſſe.

Perduelliones.

Deditícium occidere, crudele.

Sæpe quidem ueſtras ad prælia cogere uires,
Et fidas adhibere manus, iterata malorum
Improbitas, Ligurumq; frequens iniuria cogit.
Res oneroſa quidem, nec ſi dubitabilis eſſet
Grata fides, totiens ad magna negocia pigras,
Atque recuſantes auderem poſcere dextras:
Sed quia communis labor eſt, uobiſq; minori,
Quam mihi, quod geritur curæ, non ſuſpicor eſſe,
Auxilij quotiens ueſtri, certiq; fauoris
Tempus eget, regnumq; recens fortuna laceſſit,
Tutus ad inuictum ueſtræ uirtutis amorem
Confugio, certuſq; manus imploro fideles.
Scitis, & horrendum uobis, durumq; uideri
Ceu mihi, non dubito, periuræ ſæpius urbis
Prodigiale nefas, quam uix modo munere noſtro
Delicti ueniam, fructumq; ſalutis, adeptam
Excitat in ſolitos feritas recidiua furores.
Quæ iam de reliquo fidei, paciſq; tenendæ
Spes ſupereſſe poteſt, cum ſacramenta, fideſq;
Totq; uades Italas noſtro ſub iure per urbes
Infidæ rabiem nequeant compeſcere plebis?

Sæpe quidem ueſtras. Exhortaẽ Fridenc. Aug. Principes, ne uiolata a Mediolanenſ. fidei paciſq; fœdera nuper icta, ſinat iulta: ad quod ipſe nullo priuato dolore rapiatur, ſed ad uindicandum Imperij maieſtatem dignitatẽq; læſam. Res oneroſa quidem. Senſus eſt, tam intolerabile, tãq; atrox eſt Mediolanenſ. facinus, ut ſi etiam de ueſtra in me fide, animiq; promptitudine dubitarem, quum tamẽ utrãq; ultro ĩ uobis ſpectatã habeã, nũc uobis uel inuitis pro ſummo meo iure imperare poſſem, ut arma in meos nõ tantũ, ſed ipſius regni, cuius uos uiſcera eſtis, hoſtes perfidiſsimos mecum moueatis. Periuræ ſæpius urbis Prodigiale nefas. Narrat Radeuicus, Mediolanenſes, dũ tãc iuratis fœ-

Det pœnas, periura, graues, crudelia tandem
Facta luat, meritoq; cadat, quæ stare recusat.

derit pactis a se uiolatis conueniretur, cum aliud in medium adducere nequirent, respondisse. Iurauimus quidem, sed iuramentum attendere non promisimus.

Audierant, aliusq; alium certante fauore
Præueniunt, stimulisq; uirum maioribus urgent.
At Rex rem tantam, tantique laboris egentem,
Non nisi Teutonico peragendam robore credens,
Germanos Proceres, cognataq; signa nepotis
Baugariæ Ducis, atq; alios plerosq; potentes,
Teq; thori sociam sacri generosa Beatrix,
Ex transalpinis ad sese conuocat oris..

Ipse per Italicas paucis comitantibus oras
Vndiq; discurrens, bello quæcumque sequenti
Vel prodesse sibi, uel obesse putauerat hosti
Accelerat, castella uiris armisque cibisque
Instruit, atq; nouam ualido munimine Laudam
Cingit, Ticini passuram pondera belli.
Cumq; sibi fidæ tetigisset mœnia Cumæ,
Belligeras uires, atque auxiliaria poscens
Agmina, plura suis ultro collata petitis
Accepit, fidæ gauisus plebis amores.

Baugariæ Ducis. Atq; Saxoniæ, Henricus ille .s. qui ab ætatis initio suę Leonis cognomentũ, ut pater eius Catuli, et Albertus Marchio Vrsi, accepit: & post ab Aenobarbo, quod corruptus auro Italico ab eo defecerat, duobus, ut supra dixi, Ducatibus per Sententiam eiectus, in Anglia exiliũ egit apud Sororium Regem Richardum, ut scribunt Otho Frising. Vrspergen. Chronographus, Nauclerus, & late prosequitur Crantius lib. vi. Saxoniæ. Leo. Catulus. Vrsus.

Transalpinis. Quæ & transmontanæ. Intelligit autem Germanicas: quæ lib. x. referuntur. Ticini belli. Papiensis. sic enim id oppidum nunc mutato nomine uocatur. Fidæ mœnia Cumæ. Hoc est, Comi, quod & Nouum Comum, ut alibi indicauimus. Dicit autem suæ, quod Comenses pulsos sedibus per Mediolanenses, sententia sua restituerit: nec a finibus illorum prius abierit, quam ueterem Comensium & Insulanorum, qui, ut sequitur, erant partium Mediolanensium sedasset discordiam, posito illic præsidio in munita, quam ipse imminentem urbi construxerat arce, Paterellũ, ut refert Nauclerus a Teutonicis uocatam: quam mox reuerso illo in Germaniam, Mediolanenses capto, in uinculaq; coniecto Germanico præsidio, demoliti sunt. Paterellum.

Cumano præcincta lacu iacet insula quædam,
Belligeris fœcunda uiris, quæ fœdere prisco
Infidæ Ligurum sese sociauerat urbi:
Nauigioq; potens piratica bella gerendo,
Gaudebat crebris stagnum infestare rapinis.
Hanc Rex ob uarios bellorum prouidus usus,
Conciliare suis sapienter cogitat armis.
Nec fuit hoc frustra: structa nam classe, paranti
Assultum bellumq; uiro, deuecta carinis
In medium plebs illa lacum, uictore recepto
Cessit, & ex illo generoso tempore Regi
Fida fuit, puroq; fidem seruauit amore.

Cumano lacu. Iuxta usum. nam qui pure scribit, Comẽsis, diceret, cũ a Cumis Campanorum Comanus, & Cumæus, ut tradunt Grammatici, deflectantur. Est autẽ lacus Comensis pars illius inclyti Larij, quem nobilissimi musæ celebrarũt, Oppida, quæ ille infra supraq; complectitur, tum uetera, tum noua refert Volaterranus. Stagnũ. Lacum. Sed improprie: quod lacus perpetuã habet aquam, Stagnum autem temporalem. Plebs illa .s. Insulanorum. Nam sic ut Chronogra Lacus Comensis. Lacus. Stagnum.

Insulani. phi, atq; Annales indicant, ab Insula generali uocabulo sunt appellati, de quibus latius scribit Radeuicus, & meminit etiam Nauclerus.

Mulcta.

Tunc quoq; conceptum, tacitumq; Placetia uirus
Quo minus euomeret, sese cohibere nequiuit.
Nam dum Cæsarei per fines urbis iniquæ
Nomine pœnali, quæ Ianua soluerat æra
Legati ferrent, ipsa mox urbe latrones
Egressi, spoliare uiros, & regia fœda
Non timuere manu contingere turpiter æra.
Ergo graui Princeps ex hoc quoq; concitus ira,
Maiestate sui securus nominis, ultro
Ingreditur trepidam paucis comitantibus urbem,
Regalesq; minas, metuendaq; uerba superbis
Ciuibus incutiens, uix exoratus ab illis,
Quam tulerant summam concessa pace recepit.

Pœnali nomine. Hoc est, mulctæ: licet mulcta nō proprie dicat̃ pœna. Nam Labeonis opinio, qui pœnam & mulctam idē esse scripserat, a Paulo refellit̃, quarū dissimilitudinē ille ostēdit: & habetur in notissimo tit. de uerb. significat. Vsus tamen cōtraxit in arctiorē significatū: quoniam ꝓ pecuniaria tantū pœna recipitur: qualis Genuensibus ab Aenobarbo imperata est ꝑ sententiā, unde & fisco debebatur.

Vrbis iniquę. Id est, hostilis. s. Placentiæ. Latrones. Prædones. Latrunculator aūt præfectus est apparitorum & militum, qui latrones conquirunt. Vulgus pro iudice rerum capitalium usurpat, absq; ulla tamē, ut omnia, autoritate. Regiā æra. Pecuniam fisco applicatam. Fœda manu. Sacrilega.

Latrunculator.

Instabat ueneranda dies, qua Christus ab imo
Ora solo turbæ referens optata fideli,
Victor ab inferna captiuos sede reduxit:
Hunc quanto potuit Mutinensi Cæsar in urbe
Egit honore diem, finesq; Bononia iuris
Ingreditur studiosa tuos, ubi castra, suasq;
Tempore iam longo non uisas ille cohortes
Liquerat, eximio magnis in rebus Ebrardo.
Ergo ubi legitimis Ligures iam sæpe citatos
Edictis spreuisse uidet, nimiumq; tenaci
Proposito fixisse pedem, ne uel modo quicquam
Præcipitanter agat, famosa Rector ab urbe
Præcipuos in iure uiros, legumq; peritos
Euocat, & quæ sit contemptus pœna requirit.
Quæ discussa diu, cunctorum deniq; talis
Iudicio descripta fuit: direptio rerum,
Seruitium populi, subuersio funditus urbis.

Turba.

Fidelis.

Instabat ueneranda dies. Perelegās Dominicæ Resurrectiōis descriptio.

Turbæ fideli. Nam & de paucis turba, nempe de decem, sicut cœtus, ut supra dixi, intelligi potest. Vt non tantum, qđ uulgo receptum est, uox hæc infinitam signet multitudinem. Fideli aūt more Christianorū poëtarū pro CHRISTO fidenti, credenti, seu eius promissis fiduciam danti usurpauit. Substantiue Fideles ab Ecclesiasticis opponuntur Paganis, ut in commentarijs nostris in hymnū Prudētij de Christi miraculis, cui caput ē. Da puer plectrū, choreis ut canā fidelibus, fusius, ut omnia, scripsimus. Ab inferna sede. Apud antiquos, infernū adiectiuum semper esse inueniemus: ex religione plurimi substantiuum fecerunt. Fides nostra habet, CHRISTVM inferos adijsse, uere mortuū & sepultū, ac neq; animā apud inferos, neq; corpus eius in sepulchro detineri, atq; ita corrūpi potuisse. Ad huius ueritatis confirmationē cū adducitur Psalmi. xvi. testimoniū, uti & Petrus atq; Paulus eū ad probādum CHRISTI resurrectionē adduxerūt, rident nos Iudæi atq; dicunt: hic Dauidem cecinisse, se seruandum a Domino, quem colendum sibi, & in quo speraret, unicū ꝓposuerit, ne in sepulchrū, uel ad inferos descēderet, & ne uideret foueā, id est, nō reconderetur in foueā corrūpendus. His obijcere licebit, quod Petrus citato. x.

Infernus.

uersu modo dicti Psalmi in Actis, patribus illorũ obiecit. Egit honore diem. Anno Dominicę incarnationis M. C. LIX. Bononia iuris studiosa. Addendũ hic ijs, quæ lib. tertio de Bononia diximus. Eã .s. ut Plinius scribit, solã relictã fuisse, ex his duodecim, quas Ethrusci trans Apenninũ duxere, Felsinam tunc uocatã. Deinde a Bois, q eã Ethruscis ademerãt, Boioniam, & per paragrammatismũ Bononiã. Hodie aũt non tantũ illic uiget Iuris studiũ, sed & quidquid bonarum literarũ nomine censet, adeo, ut hæc una ciuitas tropæũ ingeniorũ erexisse uideat, ut olim in laudẽ Athenarũ Demosthenes dixisse fert. Opinatur Alciatus, priuilegium Theodosij Imp. Bononieñ. scholasticis cõcessum, esse subditiciũ. Hoc studiũ ob perfidiã Bononiensiũ transtulit Patauiũ Fridericus Imp. II. Eximio Ebrardo. Babẽbergensi Episcopo: qui, ut scribit Radeuicus, erat religione & scientia prędiṭus, uitęq; purioris institutionibus instructus, adeoq; sacrarum literarũ studio deditus, ut inter arma, occupationesq; forenses, nunq; eas intermitteret. Vnde Aenobarbus, licet omnes Episcopos, seu cuiuslibet ordinis Ecclesiastici uiros diligeret, peculiariter tamen adhibuit in consiliũ hunc Ebrardum: eumq; dignũ existimauit, ut Radeuici uerbis utar, in cuius arbitratu & discretione operas suas locaret, & onus simul, ac honorẽ communicaret. Ab urbe. Bononiensi. Contemptus. Id est, lesę maiestatis, & defectionis. Quæ discussa. Notanda tria, quæ sequuntur capita pœnę Maiestatis, in bona, in personam, & in locum. Rerum. Bonorum. Seruitium populi. Seruitutem personarum. Subuersio urbis. Loci ad aratum, ut uulgo loquuntur, damnatio.

Bononia. Felsina. Ebrardus Babenbergeñ. Episcopus. Tres pœnę Maiestatis læsæ.

Intereant castris a summo Præsule missi
Prudentes, clariq; uiri Guilhelmus, & ille
Qui post scismatica longum feritate rebellis
Perstitit ad tumulum, successoriq; reliquit:
Hij post sermonum primordia blanda suorum,
Et delinitas facundis uocibus aures,
Aspera, nec placida Friderico mente ferenda
Attulerant, certis ita definita figuris.

Præsule. Papa Adriano. Guilhelmus. Cardinalis Diaconꝰ, antea Papiensis Archidiaconus. Et ille qui post scismatica. Signat Guidonẽ Cremensem, itidẽ Cardinalem Diaconũ cõtra Alexandrũ, q Adriano successit, papa ab Aenobarbo appellatus est. Successoriq; reliquit. Nam Fridericus quatuor pontifices in odium Alexandri creandos curauit: qui omnes superstite Alexandro uita sunt functi: quod & supra, ni fallor, indicauimus. Constat aũt monimentis quorundã, tres priores Aenobarbicos papas fuisse, tũ uitæ sanctimonia, tum multis alijs nominibus Alexandro maiores, cuius ambitio notata est etiam ab externis rerum scriptoribus. Hij post sermonũ .s. Guilielmus, & Guido: quibus Radeuicus duos addit, Octauianum, & Henricum itidem Cardinales, qui antea quoq; ad Aenobarbum Legati missi sunt, ut in superioribus libris uidimus.

Non licet Augusto, nisi tantum Præsule summo
Conniuente, sacram Legatos mittere ad urbem,
In qua, iura Petrus merito tenet omnia solus.
Non liceat fisco castella, uel oppida Papæ,
Collectis urgere suis, nisi tempore tantum,
Quo Princeps primam Romæ gestare coronam,
Imperijq; nouos admittere gaudet honores.
Pontifices Italos omnes non expedit esse
Principis ad fidei modo iuramenta uocandos.
Non licet cuiquam Regis mandata ferenti,
Pontificum uexare domos: hunc more uetusto,
Solus rite sibi Princeps defendit honorem.
Quicquid ad eximij recte patrimonia Petri

Conniuẽte. Adsentiente. Sacram urbem. Romam, quam nemo alienigenarum Regũ sibi uendicare est ausus, sed uel ,, captam, uel incensam, ,, uel direptam Imperatorum ditioni reliquerunt. ,, Exemplũ habes in Genserícho Vandalorũ principe, & Teutricho nostro Gottorum Rege: alter in Aphricam redijt, alter Rauennæ regni sui sedem locauit. In qua iura Petrus. Inuenias hodie, qui tam impudenti mendacio subscribant,

Pertinuit dudum, possessio, siue tributum,
Restituatur ei comitissæ terra Mathildis,
Et Spoletanus sub eodem iure Ducatus.
Quicquid ab excelsis Romanæ mœnibus urbis
Pendentem seiungit Aquam, Ferraria, Massa,
Et cum Sardois uberrima Corsica campis,
Pontifici summo prisco de more tributum
Soluat, & antiquas iusto sub canone leges.

quum a Nerone, sub quo Romæ Petrũ passum esse credimus, usq; ad Phocę principatum urbs Roma in Imperatoris potestate fuerit. Eius rei, ut cætera omittantur, argumentũ est certissimum. Quod Bonifacius quartus, cupiens Romæ eo loco ubi Pantheonis templum usebatur (sic nuncupatum, quod Cybeli matri & omnibus Dijs commune esset) delubrum in honorem intemeratę Virginis extruere, necesse fuerit ei facultatem ædificandi a Phoca obtinere, adeo Pontifex (urbis non tam dominus, quam inquilinus) omni ditione carebat, ut ne Sacellum quidem unum sine Imperatoris iussu ædificare potuerit. Collectis urgere suis. Pro

Collectæ. exactionibus, quę nomine Fodri, quo iterum Radeuicus hic utitur, significantur iuxta sanctionem apud Roncalias, ut abũde supra declaratum est, accępit. De dominicalibus, ait Radeuicus, Apostolici nõ esse colligendum Fodrum, nisi tẽpore suscipiendæ coronæ. Vtuntur nũc uulgo iuris pontificij professores, item fisci ecclesiastici procuratores Collectarum uoce: a qua Colle-

Collectarij. ctarij dicti uideri possunt, qui in iure illi coactores habentur, qui in auctionibus reliqua Publicanorum solent emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorũ procrastinationẽ nequiuerunt exigere: ueneruntaũt huiusmodi nomina, cũ mala sint, modico precio. Fidei iuramenta. Hoc est, fidelitatis, & ut loquuntur Feudistæ, homagium, seu hominiũ: de quibus diffusæ tradi tur in cap. 1. de no. for. fidel. & nos supra eius sacramẽti capita summatim recitauimus. Quibus adijciendum est, iurantem fidelitatem Domino, esse astrictũ nõ solum respectu Feudi quod habet, sed respectu etiam suorum propriorum bonorum in hijs quæ ex persona sua sunt explicanda. Quapropter Vasallus inimicos Domini prohibere & arcere tenetur, nõ solũ ne per territoria feudalia cõmeatum habeant, transeant, sed etiam per terras suas proprias arcebit, nec uictualia eis præstabit, nec ulla uel consuetudine, uel familiaritate sese eis cõmunicet, sed quãtum potest per se & suos eis resistet. Regis mandata ferenti. Signat, nuncios Imperatoris non reci-

Mensores. piendos in palatijs Episcoporum, & fortasse Mensores quoq;, quos Germani hodie uocabulo peregrino Forier appellant, qui iuxta Vegetium & Modestum, in castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant: uel qui hospitia in ciuitatibus præstant. Scotus, ut refert Alciatus, in Palatino officio Mensorem Lampadarijs iunxit: traditq; eos subditos fuisse Præfecto Prætorij per Orientem. Notum est Mensorem etiam in alia significatione capi. Extat item in lib. xij. C. Iustinianæi tit. de Mensoribus. Quidquid ab eximij. Vide Volaterranũ lib. v. Geograph. in rebus Pisanorum. Possessio, siue tributum. Possessio, id est, prędia agri,

Possessio. quos Sedes Apostolica occupauerat, seu usu tenebat. Possessionis autem uerbũ non solũ apud Iurisconsultos & in Constitutionibus pro proprietate ipsa, seu prædio capitur, sed etiam apud alios autores. Vnde possessiones urbanæ & rusticę Ciceroni in Philippicis. Possessio autem nõ tantum corpore, sed animo etiam retinetur. Quod corpori & animo possessioni incumbere Iurisperiti dicunt. Et hoc uerbo Diocletianus Cæsar usus est in l. consentaneum, sub. tit. quom. &

Amittitur possessio. quand. iud. sentent. prof. deb. Possessio anni spacio amittitur ab eo, qui possidere animo saltem desijt, si quidem alius possessionem occupauerit, ita ut post annum agere deiectus interdicto retinendę possessionis nõ possit. Porro tributum pro quouis uectigali posuit. Comitissæ terra Mathildis. Hoc est, Iurisdictio, quam ad urbes, oppidaq; & loca, de quibus supra, beato Petro testamento relicta, olim eorum Domina Mathildis habuit. Terram enim hic pro territorio, siue comitatu accępit. Et Spoletanus Ducatus. Hunc cum tribus alijs insignibus Ducatibus, Romano. s. Narniensi, & Beneuantano Longobardi constituere post cędem Cephis, regnũ & regium nomen repudiantes, ut scribit Merula. Poëta & usum loquendi in hac uoce retinuit. Nemo ẽm ueterũ Spoletanus, sed Spoletinus dixit. Pendentẽ seiungit Aquã. Tinesi, hoc est, sectione, sic exigente metri ratione, usus diuisit in duas partes, nomẽ oppidi in Ethruria Aquæ

Aquula. pendentis. Ptolomæo Aquula: unde Aquulenses, qui Plinio Aquasenses, ex manifesta loci, ut

Massa. ait Volater, cõiectura. Massæ. Apparet nomen oppidi noui, sicut & Ficorolũ: quorũ memi-

nit Radeuicus. Sardois căpis. Hoc eſt, Sardinia. Nā a Sardo, ſiue Sardon, quæ ipſa eſt hodie Sardinia, cui q̃ndā nomē, ut paulo ante dictū eſt, fuerat Ichnuſæ, deducit̃ Sardonius, Sardous, & Sardonicus. Antiq̃s iuſto ſub Canone leges. Intelligit cõſueta, q̃ uel ad uectigalia, uel id genus alia munera, ſeu onera ptinēt: quæ plerūq; certo nūero, mēſura, & tpe p̄ſtant̃. unde iuſto ſub Canōe dicit. Quo uocabulo iuriſpiti certas p̄ſtationes accipiūt, de q̃bus affatim tradit̃ in tribus poſteriorib. libris. C. Iuſtinianæi. Ad hmōi aūt munera, onera, p̄ſtationes, ſeruitia q̃liacūq; neceſſario ſubeūda reqrit̃ cõſuetudo, q̃ uetuſtiſſima & poſt hoīm memoriā ſit. ea em̄ priuilegij ius habet, & qualis nūc eſt p̄ſumit̃ ſemp retro fuiſſe. Nec in ea cõſuetudine introducēda uidet̃ Principis ſciam neceſſario reqri: cū non ſimplicit̃, ſed in uniuerſum iuri oīm officiat. Qua rōne, ut Alciatus putat, & aduerſus Impatorē ex tali iure, poterūt plęræq; Italiæ urbes p̄ſcriptione ſe tueri, tāetſi Impator ignoraſſe ſe alleget: p̄ſertim cū ex fama ſatis potuerit hoc Cęſar ſcire, ſi mō res Italicas curaſſet. Curat aūt minimū, ut idē ait: ut q tot egregias urbes, eius fidē implorātes, in ſumas calamitates incidere pmittat, cū ipſe interim, uel ſacrificulorū p̄culis, uel alijs nō æque neceſſarijs rebus operā inſumat.

Sardonius.
Sardous.
Sardonicus.

Hæc ſatis argutis rationibus omnia Princeps
Extenuans, doctis diſſoluit ſingula uerbis,
Oppoſuitq; ſuam rupta de pace querelam,
Quam ſecum tali firmatam lege ferebat.
Ne cum Romanis Siculo, Graioue tyranno
Ipſius iniuſſu ſociaret fœdera Præſul.
Deniq; uel ſtricto iuri, legumq; rigori
Stare, uel arbitrio ſapientum uelle uirorum,
Facturumq; ſatis, ſuſcepturumq; libenter
Conditione pari ſeſe promiſit: at illi
Accæpiſſe quidem, ſed non præſtare paratos,
Ridiculum quiddam, ſeſe ueniſſe, ferebant.
Nam ſe iudicio Papam, qui iudice nullo
Fungitur in terris, ſubponere poſſe negabant.
Pluribus exhibitis fruſtra, ſubiecit & illud
Cæſar, ut electi bis tres a Præſule ſummo,
Totq; ſua de parte uiri, quibus omnia uero
Poſtponenda quidem certa ratione putentur,
Omnia ſollicita dirimenda negocia cura
Suſcipiant, certoq; Dei peragenda timore.
Sed nec in hoc Præſul conſenſit, & omnia nutu
Ire ſuo cupiens, iuſtæ ſe ſubdere legi
Reſpuit, ut magnæ cauſſas qui quæreret iræ.

Doctis diſſoluit ſingula uerbis. Neſcio quo cõſilio Guntherus, ne reſponſionem Aenobarbi ſpecialiter referret, p̄terierit: quum tam fideliter a Radeuico relata ſit, cuius adſcribā uerba. Imperator, inquit, ad hęc uerba Cardinaliū tale dedit reſpõſum. Quis nō ignorem ad tanta negocia nō ex animi mei ſententia, ſed ex conſilio Principū me reſpondere debere, ſine præiudicio tamē Sapientū, hoc abſq; conſultatione reſpondeo. Epiſcoporū Italiæ q̄dem nō affecto hominiū, ſi tamē & eos de noſtris regalib. nihil delectat hēre. Qui ſi gratāter audierint a Romano Pręſule, q̄d tibi, & Regi? conſequēter quoq; eos ab Impatore non pigeat audire, quid tibi, & poſſeſſioni? Nūcios noſtros nō eſſe recipiendos in Palatijs Epiſcoporū aſſerit. Cõcedo, ſi forte aliquis Epiſcoporū habet in ſuo proprio ſolo, & non in noſtro Palatiū. Si aūt in noſtro ſolo & allodio ſunt Palatia Epiſcoporū, cum profecto omne q̄d ædificat̃ ſolo cedat, noſtra ſunt & Palatia. Iniuria ergo eſſet, ſi quis nuncios noſtros a Regijs Palatijs prohiberet. Legatos ab Impatore ad Vrbem non eſſe mittendos affirmat: cum oīs magiſtratus inibi beati Petri ſit, cū uniuerſis regalibus. Hæc res fateor magna eſt & grauis, grauiori q; & maturiori egens conſilio. Nam cū diuina ordinatione ego Romanus Impator & dicar, & ſim, ſpēm tantū dn̄antis effingo, & inane utiq; porto nomen, ac ſine re. ſi urbis Romæ de manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa. &c. Præſul. Romanus. Vel ſtricto iuri, Illud eſt q̄d a iuſticiæ & æquitatis rõne deflectit: q̄d ſummū ius ueteres dixere, pro ſuma iniu-

Frider. Imp. reſponſio.

ria, summa malicia. Stricti iuris tres esse spẽs, non inscire Accursius tradit in l. placuit. C. de Iud. Constantinus tamẽ rescripsit, in oĩbus rebus præcipue attendendũ esse iusticiæ & æquitatis, q̃ stricti iuris rationẽ. Proinde obseruandũ hic, q̃ se demiserit Princeps, alioqui generoso & excelso animo. Legũq; rigori. Hic obijciẽ actionibus, quæ in bonũ & æquũ concęptæ sunt: quia in eis non seruaẽ legitimi iuris rigor, q̃d in tabulis, aut moribus utentiũ expressum est. Arbitrio sapientũ uirorum. Hoc est, Arbitrorũ, uel potius Arbitratorũ: ut ex Poëta, & latius ex Radeuico patet. Sunt autẽ Arbitri, qui ex compromisso adeuntur: quorũ sententiæ metu pœnæ parentur. Arbitratores uero sunt, qui tanq̃ boni uiri arbitrari & constituere aliquid debẽt, iuris dispositioni minime obnoxij, nec cõminatione pœnæ formidabiles: quorũ sententia magis transactioni, q̃ iudicio conformis est. uidenẽ em̃ partes transigere arbitratu illius, cũ priores arbitria suæ instar iudiciorũ dirigant, & non multũ ab ordinarijs differant. Conditiõe pari. Scilicet, Compromittente Papa. At illi. Pontificij Legati, quos uulgus itidẽ barbare uocat Ambasiatores.

Arbitri.

Arbitratores.

Qui iudice nullo. Sed & nulla solidæ scripturæ autoritate, imo sua ipsius definitione: qua statuit credendũ de necessitate salutis, se esse super oẽm humanã creaturã. Vnde nactus adulatores insignis noĩs, unã iurisdictionẽ post aliã sibi usurpauit, præferendo se oĩbus mũdi Principibus, præsertim Imperatori Romano: quẽ posteriores Papæ, iniuste ab Italia prohibuerunt, ut scribit late piorũ q̃dam ob zelũ & ueritatis assertionẽ persecutus. Pluribus exhibitis. Subintelligendum, concordiæ medijs, quæ placidissimus Cæsar Aenobarbus proponebat. Bis tres. Cardinales. Totq; sua de parte uiri. Sex scilicet, Episcopi, ut ait Radeuicus, religiosi, prudentes, & qui Deum timeant. Vnde subdit Poëta, certoq; Dei peragenda timore. Sed nec in hoc Præsul consensit. Exigens ab Imperatore capita fœderis, quod inter Papam Eugeniũ, & ipsum ictum erat: ut ipse Imperator testatur in Epistola, quam ea de re scripsit ad Eberhardum Archiepiscopum Salczburgensem. eam recitat Radeuicus cap. xxxv. lib. 4. Iustæ legi. Hoc est, tam æquo compromisso. quod iure non poterat declinare, præsertim non nisi sui ordinis iudicibus seligendis. Magnæ iræ. Id est, diutinæ discordiæ, quæ & secuta est inter Sacerdotiũ & Regnum. Sed uti ille ostendit, Papæ regna affectando, discordiæ & bellis ansam dederunt.

Papa mundi idolum.

Papa recusat compromissum.

At Ligures tacitæ molimina fraudis, in actum
Sæuitiæ proferre parant, Treciumq;, quod illis
Ereptum, ualido iamdudum milite Rector
Munierat, terrore graui, ualidaq; minantur
Expugnare manu, tormentaq; bellica raptim
Secreto fabricata dolo, subuectaq; plaustris
Marte graui seiuncta ferunt, magnaq; repente
Mole leuant, castrumq; nouis assultibus urgent.
Missilibus telis alij, celeriq; sagitta
Mœnia summa petunt, lapides agitata minores
Funda rotat, magnos balearica machina muros
Incutit, & duro munimina uerberat ictu.
Ast alij clypeis densa testudine iunctis
Fossarum supplere lacus, murosque latenti
Suffodisse dolo, seu duri roboris ictu
Frangere, seu gradibus scalarum scandere turres
Acriter, & celsas properant comprendere pinnas:
Hoc magis urgentes, quod regia signa propinquis
Finibus, & magnas metuebant Cæsaris iras.
Nec minus e summis animosi turribus hostes

Plaustrum.

Testudo.

At Ligures tacitæ. Et ex hoc loco iterũ intelligis Poëtę nõ defuisse ingeniũ. Tam canoro uersu, ceu suã materiam nactus describit expugnationẽ arcis Treciensis: in quã Aenobarbus, ut ui itẽ bellica cœperat (ut cecinit nõ minus eleganter Poëta ad finẽ lib. 7.) præsidium suum locauerat. Plaustris. s. magnis illis instrumẽtis, q̃bus erigunẽ tormẽta, qualia diuersi generis a Vitruuio describunẽ, suaq; peculiaria recipiunt uocabula. Porro M. Varro autor est Plaustrum ab eo dici, q̃d ex omnĩ parte palam est, & quæ in eo uehũtur reuelata perlucẽnt. Huic opponiẽ Acera. de quo Gellius. Densa testudine. Quæ diciẽ fieri a militibus, quando conspertis clypeis connexi, et colli-

Saxa rotant, franguntq; ſuos in prælia muros.
Vndiq; tela pluunt, baliſtæ turbine ruptus
Sibilat, & longis reſonat ſtridoribus aër.
Prima, ſequenſque dies, cœpto momenta labori
Magna dedit, uictos patefecit tertia muros.
Iamq; fatigatis toto iam corpore noſtris,
Nec reuocare manum, nec reſpirare licebat,
Aut mutare locum, primo, quem quiſq; tuendum
Cœperat, at Ligurum ſibi mutua ſigna frequenter
Succurrunt, mutantq; uices: ſemperq; uidetur
Augeri numerus, ſemper ſuccreſcere uires.
Succubuit numero uirtus, ſæuoq; tumultu
Effractæ patuere fores, pugnaxq; iuuentus
Aut miſero gladios hoſtiles ſanguine tinxit,
Aut tulit iniectas collo, manibuſque cathenas.
Hic tamen in duris habito diſcrimine rebus.
Nam quoſcumq; illic uictor de gente Latina
Repperit, enſe ferox, & inexorabilis omnes
Perculit, & ferrum gentili ſanguine pauit:
At quos Teutonici manifeſte ſanguinis index
Lingua uenuſtabat, tractandos mitius eſſe
Credidit, & captis ſublata cæde pepercit,
Hiſque quater denis, regni quos fama clientes
Vera fatebatur, in uincula dura cöactis,
Infandis alij perierunt cædibus omnes,
Ipſaq; caſtelli fractis munimina muris
Euerſa, & rapidæ ciciderunt tradita flammæ.

gati ſubeunt hoſtiles muros, quæ dicit̃ Phalanx. Iuuenalis, Iunctæq; umbone Phalanges. Animoſi hoſtes. Cæſariani ſcilicet, milites, & Trecienſes. Baliſtæ turbine ruptus. Baliſtæ tormẽta ſunt q̃bus ſaxa maiora & grauiora mittunt̃: ut notat Marcellus. Ouidius in Triſtibus. Quã graue baliſtæ mœnia pulſat onus. Lucanus lib. 3. pro machina haſtã iaciente accępit, cum inq̃t, Neq; enim ſolis emiſſa lacertis Lancea, ſed tenſo baliſtæ turbĩe rapta, Haud unũ contẽta latus tranſire quieſcit. Silius lib. 1. utrãq; excuſsionẽ his uerſibus expreſsit. Adductis ſtridula neruis Phocais effundit uaſtos baliſta molares. Atq; eadem ingentis mutato pondere teli, Ferratã excutiens ornũ, media agmina rumpit. — Phalanx. — Baliſtæ.

Turbine. Id eſt, maximo impetu, quo baliſta emittit ſpicula ſua. Noſtris. Cæſarianis, & Trecienſibus. Virtus. Milites Aenobarbici, et Treciani. Numero. Militũ Mediolanenſi: qui multitudine ſuperabat. Pugnaxq; iuuẽtus. Aenobarbicũ ſcilicet, præſidiũ, & oppidani Trecienſe. Victor. Mediolanenſis. De gentẽ Latina. Italica. Et ferrũ gentile ſanguine pauit. Propterea dixit ſupra, tacitæ molimina fraudis, in actum Seuitiæ proferre parant. At quos Teutonici ſanguinis index Lingua. Nam ut facies homini tantũ, ſicut ait Plinius, data, quæ unicum prope diſcrimen eſt, quo quis ab altero internoſcatur, ſic illi ſoli peculiaris cum primis eſt ſermo, unus patrij ſoli & certus index. Nam quemadmodum unaquæq; regio ſuam habet uernaculam linguam, ita ſingulæ propemodum ciuitates aliæ aliter pronunciando, illam adeo uariant, ut cuias quiſq; ſit, nihil certius indicet, quam ipſa hominis uox. Regni clientes. Beneficiarios & Vaſallos Imperij.

At Cæſar tantæ comperto uulnere cladis
Indoluit, luctuq; graui commotus, & ira
Continuit gemitum, preſſitq; in corde dolorem.
Fortia Principibus præbens exempla dolendi,
Non placuit meritas noxarum ſumere pœnas,
Vlciſciue ſuos, aut bella mouere, priuſquam

Gemitum. Indignationem. Exempla dolendi. Diſsimulandi dolorem.

Curia Roncalijs iamdudum indicta cõiret.
Hic Ligurum fraudes,& fœdera rupta,ſuaſque
Omnibus offenſas,mirantibus,atq; ſuperbæ
Perfidiam plebis,iuſto damnantibus ore,
Edidit,atq; ſuæ conſciuit robora cauſſæ.
Protinus hoſtiles infeſto milite fines
Irruit,& latos ferro,ſimul igne,rapina,
Depopulatur agros,fines,uinetaq; ferro
Cædit,& arboreos detracto corticè truncos
Excoriat,nullis ultra iam fœtibus aptas.
Vtilius reputans damnis,quam ſanguine fuſo
Deterrere reos, tumidaſque retundere mentes.
Aut ſi forte truces,uel ſic reſipiſcere nolint
Conſumpti pereant,uel deditione ſupremi,
Vel famis exitio ſumptu breuiore ciborum,
Seq; , ſuoſque ſimul cogantur tradere muros.
Præterea portas poſito cuſtode per omnes
Abſtulit utilium clauſis commercia rerum.
Neue quis hoſtili uenalia deferat urbi,
Audenti pœnam,prodenti præmia fixit.
Sæpe fores urbis ſtipatus milite forti
Accedit, tutos ut mœnibus euocet hoſtes,
Sæpius egreſſos impune,iterumq; reuerſos.

Egregia tandem Fridericus fraude,fefellit
Eductoſque ſua Ligures pauliſper ab urbe,
Conuerſosq; fuga,ſocijs præcurrere iuſſis,
Faucibus anguſtis intercipit,atq; negato .
Portarum ingreſſu,captis,ferroue peremptis
Pluribus,incolumes uix paucos reddidit urbi.
Cumq; procul Ligurum fines penetraſſet,agroſque
Depopulans,magno momenta potentia bello
Adderet,hoſtili uelox equitatus ab urbe
Quingenti iuuenes,animis,armiſque ualentes
Regia tranſlatæ petierunt mœnia Laudæ,
Inuentoſque greges,latis armentaq; campis
Ad ſua conuerſo cogebant mœnia curſu.
Hos Dux Anconæ raptis Guarnerius armis,
Duces. Atq; alius,ſub quo tunc præſule diues agebat
Mantua,præcipuæ meritus preconia famæ,

Offenſas. Iniurias,quibus animi hominũ offenduntur. Superbæ plebis. Scilicet, Mediolanenſis.

Momenta. incrementa,uires. Petierũt mœnia Laudę. In die Pentecoſtes anni prædicti, ut ex Radeuico cõſtat:qui, iuſte, inquit, eos diuina ultio perſecuta eſt,ut qui ſanctiſſimo diei debitam reuerẽtiam & honorem exhibere contempſerũt, ipſi cum diſpendio, atq; dedecore reuerti cogerẽtur:quod & Poëta innuit,dicẽs. Hos Dux Anconæ. Ductor auxiliaris militię quam Anconitani miſerant. Duces ueteribus erãt,qui præcedo-

A tergo iuuenum ualida comitante caterua,
Horribili clamore premunt, prædaq; recæpta,
Sexq; decemq; uiris Ligurum de gente peremptis,
Vix alios muris pauidos urbs mœsta recæpit.
Iamq; quater denis ferro flammaq; diebus
Inclytus hostiles Princeps uastauerat agros,
Oppidaq; & ualidis munitas turribus arces
Cœperat, inter quas nulli superabilis ante
Cesserat, inuicto quędam munitio Regi,
Quam montem sancti plebes uocat illa Iohannis.
Iamq; fere cunctis mutilauerat undiq; membris
Infidum reprobumq; caput, tantumq; relictis
(Cætera subdiderat uictor sibi castra) duobus.
His aliud quiddam pulchrum, fortuna recensque
Addidit: & largi cumulauit dona fauoris.
Namq; suos equites opulenta in rura Cremonæ.
Et prædabundas emisit Brixia turmas:
Cumq; per inuasos late discurrere fines
Cœpissent, nulloq; metu uentura cauerent,
Præmoniti dudum, latebrosis sedibus hostes
Prosiliunt, terrentq; uiros, funduntq;, fugantq;,
Attonitosque necant, & ferrum sanguine pascunt.
Sic sexagenos equites, peditesque trecentos
Vel gladius fudit, uel constrinxere cathenæ.
At Cæsar reprobæ uastatis finibus urbis
Fida suæ repetit uictor munimina Laudæ.
Hic iam dimissis Italis, uxoria signa,
Et transalpinas libet expectare cohortes.
Creuerat interea Ligurum cum tempore pestis,
Appositisque malum, capiens augmenta diebus
Ingruerat, totamq; fames possederat urbem.
Non tamen infaustos homines mala tanta docebant
Pœnituisse sui, quos desperatio tutos
Fecerat exclusa certæ formidine cladis.
Vnde nec insidias infandi, occultaq; mortis
Expauere sacro molimina reddere Regi.

bant. Vnde Maro. Dux fœmina facti. Nuper in dignitatis gradum Ducis nomen translatũ est. Quanquam Radeuicus Guarnerium hunc Marchionem Anconitanum nominat. Atq; alius. Scilicet, Carsidonius.

Horribili clamore. Vt ait Radeuicus, paucorũ Alemannorum.

Infidum caput. Ipsum scilicet, Mediolanum.

Brixia. Fœdere iuncta Mediolano.

Hostes. Cremonẽses, a suis exploratoribus opportune moniti. Latebrosis sedibus. Hoc est, ex insidijs, quibus fefellerunt Brixianos securos earum.

Reprobæ urbis. Mediolani.

Non tamen infaustos. Hoc ideo dicit, quod nõ nunquã malum fit occasio bonorũ. In humanis malis primas tenent, bellũ, pestis, fames. Desperatio. Quę est, definitore Tullio, lib. Tuscul. quarto, ægritudo sine ulla rerũ expectatione meliorũ. Salustius. Ne forte desperatione adducti, uitæ mortem præferrent. Infandi. Quod eius sceleris rei iuxta legem Maiestatis non modo pœnam animæ, hoc est, uitæ amissionẽ sustinent, sed & memoria eorum post mortem damnatur.

Desperatio.

Protinus immani metuendum corpore quendam,
Cuiq; erat ex facili, uerum simulare fauorem,

Allectum precio,ſtimulant,ut regia caſtra,
Veſanum ſimulans,uerbis ac geſtibus intret,
Exceptumꝙ dolis,inuento tempore,Regem
Interimat,quocunꝙ modo:nec tardior ille
Conſilijs parere malis:hoſtilia magni
Proxima conſpicuæ Regis tentoria Laudæ
Subuerſa facie,cunctis incognitus intrat.
Exceptuſque ſemel,totis ludibria caſtris,
Et faciles præbere iocos,riſumꝙ mouere
Gaudebat,ſtultæ ſimulator callidus artis:
Deſcriptio furioſi. Squallidus,illota facie,barbaꝙ comaꝙ
Horridus impexa,ſciſſo pannoſus amictu,
Fulgur habens oculis,ſpumanti ſordidus ore,
Nunc pauidus uultu,nunc efferus,& modo mitis,
Et modo trux,modo blāda loquēs, mō iurgia nectēs,
Nunc humilis,nunc ore minax,ac feruidus ira,
Nunc celer inceſſu,nunc tardior,& modo pallens,
Et modo terribili ſuccenſus lampade uultum,
Nunc riſu lachrymas, gemitu modo gaudia rumpēs,
Sæpe genas alapis,colaphis ſupponere colla
Gaudebat,prudens hominis ſimulator inepti.
Sic olim Priamum,perituraꝙ Pergama mendax
Teucri. Ille Sinon,Graia munitus fraude,ſubiuit,
Illuſuſque diu miſeris illudere Teucris
Optabat,ſenſuꝙ dolos tractabat iniquo.

Vtꝙ per expreſſi certiſſima ſigna furoris,
Omnibus in caſtris ſuſpectus deſinit eſſe,
Ipſum etiam Regem cœpit funeſtus ineptis
Sani. Delinire iocis,dum tandem tempore rapto
Prodijt in uerum ueſania ficta furorem.
Nam cum more ſuo,primo Rex lucis in ortu,
Inſani. Ad matutinos diuinæ laudis honores,
Strennua neglecto rapuiſſet membra cubili,
Omnibus in caſtris pingues efflantibus auras,
Et matutinæ preſſis torpore quietis,
Dæmonis impulſu,ſæuiſſimus ille ſatelles,
Opportuna ratus peragendæ tempora fraudis,
Pronus in alterutrum,uel ſeſe ſubdere morti,
Vel patrare nefas,incautum fortibus ulnis

Veſanum. Furioſum. Dolis. Inſidijs. Inuento tempore. Hoc eſt, per opportunitatē, ſiue oblatam occaſionē. Squallidus illota. Perelegās furioſi, & ſimul ſtulti hois deſcriptio. Modo pallens. Id eſt, timidus.

Succēſus lampade. Id eſt, Iracūdus. Sic olim Priamū. Qui quinquaginta filiorū pater, deinde iuſta progenie orbatus, poſtremo ſenex captus, & occiſus eſt ad aram Iouis Hercæi: ut canit Homerus, Cicero, & Iuuenalis meminere, nec non poetarum lux Maro.

Mendax ille Sinon. Hiſtoriā pete ex eodem Marone quā cecinit multis uerſibus lib. ſecūdo Aeneidos. Seruius mendacij artem Sinonem probe calluiſſe īdicat, quod præmiſſis uera falſis ſubiungeret, ut lib. tertio de Arenoldo Brixiano Gūtherus cecinit. Teucris. Troianis, Semidoctū uulgus eoſdem Teucros, & Turcas tam barbare, ꝗ falſo uſurpat.

Expreſſi ſigna furoris. Cicero in. 3. Tuſcul. de inſania & furore loquēs. Eos enim, inquit, ſanos ītelligi neceſſe eſt, quorū mens motu, quaſi morbo perturbata nullo ſit. Qui contra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. Et paulo poſt. Græci aūt maniam unde appellent non facile dixerim: eam tamen iſtam diſtinguimus nos melius ꝗ illi. Hanc enim inſaniā quæ iuncta ſtulticię patet latius, a furore diſtinguimus. Græci uolunt illi quidem, ſed

Implicat, & grauiter robusto corpore pressum
Extrudit castris, altæq; crepidine ripæ
Præcipitare parat, fluuioq; immergere Regem.
Fecissetq; reor, ni Cæsar fraude reperta
Multa reluctatus, castrorum in fine supremo,
Implicitusque manu prensis hæsisset utraq;
Funibus, & magno socios clamore uocasset.
Qui mox excusso somni torpore ruentes,
Iniectis manibus circumstant undiq; monstrum.
Ac primum rigidos ulnarum soluere nexus,
Illæsumq; Ducem, caute subducere, tentant.
Inde flagellatum, condignaq; fraudis adeptum
Præmia, flumineis torrens absorbuit undis.

parũ ualent uerbo. Quẽ nos furorem, melancholiam ipsi uocãt: quasi uero atra bili solũ mens, ac nõ sæpe uel iracũdia grauiore, uel timore, uel dolore moueatᷣ. Quo genere Athamantẽ, Alcmæonem; Aiacẽ, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affect⁹, eum dñm esse rerum suarũ uetant. xij. tabulæ. Itaq; nõ est scriptũ si insanus, sed si furiosus esse incipit. Stulticiã eñ censuerunt .i. inconstantiã sanitate uacantẽ, posse tamẽ tueri mediocritatem officiorũ, & uitæ cõmunem cultũ atq; usitatũ. Furorem aũt esse rati sunt mentis ad oĩa cæcitatem. Quod cũ maius esse uideatur quã insania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientẽ cadere posit, non posit insania. Desinit esse suspectus. Hæc uox sicut suspiciosus bifariã dicitur, & qui suspicatur, & qui suspectus est: sicut ignarus, qui ignorat, & ignoratur, & alia consimiliter. Suspectus. Ignarus.

Vesania ficta. Ve particula tum intensionẽ significat, tum minutionẽ. ut uetus, uehemẽs, uegrande, ueiouis, & uesanus, qui constituta mente non est. Inde uepenis apud Martialem lib. 11. parua mentula. Drauci Nata sui uocat uepenem, Collatus cui gallus est Priapus. Nam iocatᷣ in Natã Poëta, q̃d subactoris sui membrũ uirile, & quidem uastũ, diminutiuo nomine Vepenem blandiens appellabat. Qui uero bipennẽ, aut Pipinam, teste Iano Parrhasio in primo in Raptũ Proserp. libro, hactenus legerunt, ad sales Poetæ non aspirant. Nam cum more suo. Lege ult. cap. libri Aenobarbicorũ gestoꝝ, in quo Radeuicus, de moribus Friderici loquẽs. Si actionẽ, inquit, diuturnã forinsecus pergras, antelucanus basilicarũ & sacerdotũ suoꝝ cœtus, aut solus, aut minimo comitatu expetit: eosq; tam grandi sedulitate ueneratᷣ, ut oĩbus Italis erga Epos & Clericos seruandi honorẽ & reuerentiã, ipse formã & exemplũ tribuerit. Officijs diuinis tantam præbet uenerationẽ, ut oẽm horã, qua corã ipso Deo psallitᷣ, competenti ueneretᷣ silentio, nec ullus interim eũ audiat de quolibet sollicitare negocio. & cætera. Ad matutinos. Pelagius secundus decreuit, ut septẽ Canonicæ horæ quotidie a Sacerdotibus celebrentᷣ, uelut præsentaneũ remediũ humanę imbecillitati futurũ: quo sicuti iustus septies in die, quemadmodũ ait Solomon, forte per incogitantiã, cadit, ita per orationis curã toties resurgatᷣ, reualeatq;. Singulis aũt horis Gregorius præfationẽ dedit initiũ psalmi Dauid, Deus in adiutoriũ meum intende, Dñe ad adiuuandũ me festina. subiecitq; hymnũ illum. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. quẽ in Niceno Conuẽtu æditũ fertur Damasus Pontifex oĩm primus in fine Psalmoꝝ adiecisse. Huius rogatu digessit diuus Hieronymus Psalmoꝝ librũ in septẽ partes, ad numerũ dierum unius hebdomadæ: ut quilibet dies certũ Psalmoꝝ numerũ haberet, qui caneretᷣ, quod ita distinctũ nunc ex ipsius Damasi decreto in oĩbus templis legitᷣ. Strẽnua mẽbra. Agilia, minime torpida, qualia reddit somnus longior. Strenuus eñ dicitur nauus, agilis, promptus, quasi strena & munere dignus. Strena aũt uocatur mun⁹, quod datur die festo ominis boni gratia, & peculiariter, quod die Dominicæ natiuitatis, & principio anni noui datur. Nam & populus Romanus Calen. Ianuar. hoc est, anni noui principio ex ritu uetusto Strenam dabat Augusto, quod specimen erat maximæ in Principem dilectionis. Pingues efflantibus auras. Id est, stertentibus. Matutinæ quietis. Somni matutini. Inter mala corporis Vigiliæ sunt plærisq;, ut ingt Plinius. Qui bñ concoxit, mane tuto surgere poterit: qui parũ, quiescere debebit. Et si mane surgendi necessitas fuerit, redormire. autor Corn. Celsus in primo. Inter ea quæ extenuant corpus numeratᷣ uigilia, & somnus nimiũ breuis. Augustus non libenter de mane surgebat: quem Carolus, qui eius modo nomẽ retinet, sequitᷣ. Contra Iulianus Imperator euigilabat, surgebatq; semper nocte dimidiata: secutus exemplũ Alexandri Macedonis, quod mox referemus. Certe, ut Christianus Hora-

Ve. Vepenis. Aenobarbi pietas. Canonicæ horæ. Strenuus. Strena. Vigiliæ.

tius cecinit. Post solis ortum fulgidi Serum est cubile spernere, Ni parte noctis addita Tempus labori adieceris. Fluuioq; immergere. Abduæ. s. ad cuius ripã Aenobarbica castra protendebãtur. Fraude reperta. Cognitis insidiis, seu intellecto dolo. Notum aũt, quod Grãmatici repertum Fortunæ, inuentũ studio tribuũt. Vnde Inachus apud Ouid. Tu non inuẽta, reperta es.

Repertum. Inuentum.

Torpore somni. Quod nimius somnus solutis mẽbris torporẽ instillet. Hoc intelligens Alexander, lecto stratus, ænea concha supposita, brachioq; extra cubile protẽto, pilã tenebat argenteam: ut quũ neruorum rigorem sopor laxasset, lapsæ pilæ tinnitus somnũ abrumperet. Idem secutus est exemplũ Iulianus Cæsar, ut scribit Ammianus. Vere dixit Homerus, non esse Principis solidam dormire noctem: quũ nullum mare tam graues habeat tempestates unq;, q̃ omne regnũ assidue. Si nõ sine iudicio talem Aeneam suũ fingit Virgilius, unde quæso Principi Christiano sit ocium, totos fallendi dies, imo perdendi maximam uitæ partem alea, choreis, uenatibus, morionibus, & his etiam nugacioribus nugis?

Princeps, exemplo Alexãdri, non dormiat solidam noctem.

Non tamen hoc sceleris comperto fine quieuit,
Abstinuitue dolis reprobæ uersutia plebis,
Ecq; suis octo magna mercede paratos,
Furtiuis Laudam stimulant incendere flammis.
Horum, qui primus scelus attentauit, in ipso
Ignibus admotis deprensus criminis actu,
Quas decuit pœnas ligno persoluit adactus,
Certaq; complicibus scelerum, ne tale quid ultra
Ausuros impune putent exempla reliquit.
Alter, ut explorans hostilia castra subire
Posset, & innocuæ speciem prætendere mentis
Induerat monachum: sed & hic deprensus, eodem
Supplicio mortem, probrosaq; fata subiuit.

Auri potentia.

Reprobæ plebis. Populi Mediolanensis. Magna mercede paratos. Nec mirũ. quando Philippus Rex oĩa castella expugnari posse dicebat, in quę modo asellus onustus auro posset ascẽdere. Et sicut dicebat, ita faciebat. Nam pecunia cunctos mortales corrũpens, & proditores auro concilians, urbes plurimas occupauit, totamq; Græciã turbauit. ut docet Demosthenes in Oratione pro Ctesiphonte. Quod & testatur Horatius. 16. Odã lib. carm. tertio. quã scribit ad Mecœnatẽ de potentia auri. Ligno adactus. i. Patibulo affixus: ueteribus Gabalũ, ut Nonius, inqt, Varronis testimonio. Complicibus. Pro sociis, more Ecclesiasticorum, uocabulo Latinis parũ probato usurpauit. Nisi q̃d apud eos semper accipit in malã partem. Vt explorans. Id est, Explorator, ein kundtschaffter, außpeher, ab explorando dictus. Explorare antiqs refert Festus, pro exclamare usos, sed postea ꝑspicere, & certum cognoscere cœpit significare: ut explorator sit, qui speculator. Sunt tamen qui speculatorem alium oĩno esse uelint ab exploratore. Caligula Cæsar Exploratorias coronas in exploratione hostium dedit, ueteribus ignotas. Induerat monachum. Cucullum, ut nunc dicunt: uel simpliciter raso capite, mentiebatur uitam arctioris religionis.

Gabalum. Complices. Explorator. Explorare. Speculator.

Nec reticere libet, quid tempore Cæsar eodem
Ambiguo quodam scriptos auctore salubres
Accępit monitus, uenturum in regia quendam
Castra, ueneficiis, magicoque furore potentem,
Deformem facie, longi dispendia passum
Temporis, alterius fraudatum luminis usum.
Spretorem mortis, solitum quascumq; potentum
Pro nihilo reputare minas, huiusque sequaces
Viginti, pluresque uiros erroris habentem,
Qui gentilis Arabs, tanquam munuscula Regi
Aduceheret, fręnos, calcaria, cingula, bullas,

Longi temporis dispendia passũ. Hoc est, Senem ætate. nõ inscita periphrasi. Seq̃ces. Discipulos. Gentilis Arabs. Pro, natiõe Arabs: quæ dedit eius magię alũnos, quę dęmonũ tota opera & autoritate constat, quã tamẽ Gręci magiæ noĩe non dignantur. Quodq; liget digitos. Annulos itelligit. Qd colla coerceat aurũ. Signat catenas ad cultũ ę

Quodq; liget digitos, quod colla coerceat, aurum:
Omnia ſulphureis ita delibuta uenenis,
Vt ſi forte manu Princeps contingere nuda
Cœperit, infecto permixtum ſanguine uirus
Aeſtuet, & toto dominetur corpore peſtis.
At ſi ſacra manus contactu forte nocenti
Cautius abſtineat, ſica ſub ueſte latenti,
Regia uel fixo fodiat pręcordia cultro.
Ergo ubi ſigna ferens prædicta ueneficus ille
Caſtra Ducis magni facile agnoſcendus adiuit,
Captus, & iniectis aſtrictus membra cathenis,
Exhibituſque Viro, promiſſa uera loquenti
Supplicij uenia, multumq; diuq; rogatus,
Prodere quid peteret, quoue hoc autore moueret:
Spreuit, & inualidas ſeſe fragileſque negauit
Formidare minas, ſi quid truculenter in ipſum
Actum forte foret, damnatum carmine Regem,
Præſtigijſque ſuis, pœnas ſibi morte daturum,
Protinus inq; ipſa ſocium ſibi clade futurum.
Forſitan hæc alijs poterant metuenda uideri,
At Cæſar fucata dolo figmenta, minaſque
Riſit, & appenſum ligno iuſtiſſimus ultor
Faucibus eliſis, condigna morte peremit.

collo pendētes, torques appellamus. Olim inſignia ſtrenui bellatoris, et uirtutis præmia. At nūc paſsim ſine ullo delectu ditiores etiā nebulones, ſcarabæi, ſpuriæ itē fœminæ & purpuratorū, ſi dijs placet, religionis antiſtitū, opulentiorūq; ſacerdotū ſcorta, & plęriq; alij, q̄bus arriſit lipiens fortuna, torques ex auro induunt. Sica. Hoc eſt, breuiore gladio, ſeu ferreo cultro. Vnde Sicarij homicidę, qui ſica hominē interficiūt, de q̄bus lex Cornelia, & Iuſtinianus in Inſtitut. de pub. iud. §. ſicarij. In q̄ idem Imp. q̄d, quia nōnihil ad eū, qui paulo poſt, ſequitur locū facit, adſcribendum putaui. Eadē, inq̄t, Cornelia lege & Veneficos capite dānari, q̄ artibus odioſis, tā uenenis, q̄; ſuſurris magicis hoies occiderint, uel mala medicamenta publice uendiderint. Sed per abuſionem Sicarios omnes uocamus, qui cædem telo quocunq; commiſerint. autor Quintilianus. — *Sica.* — *Sicarij.* — *Veneficus capite plectendus.*

Præſcripta ſigna. Id eſt, Indicia tam habitus, quam habitudinis ipſius Arabis. De ſignis longe elegantiſsimis cap. habes apud eundem autorem libro quinto. Veneficus. Idem & maleficus in iure ciuili dicitur, ubi extat tit. de Maleficis & Mathematicis. Viro. Cæſari Friderico. — *Veneficus.*

Promiſsa ſupplicij uenia. Iuxta conſtitutionem Impp. Arcad. & Honor. quæ refertur in tit. ad Legem Iuliam Maieſtatis libro nono Cod. Iuſtinian. In eius fine ſic legitur. Sane ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio ueræ laudis accenſus, initam prodiderit factionem: præmio & honore donabitur. Ipſe uero, qui uſus fuerit factione, ſi uera (tamen incognita adhuc) conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione tantum ac uenia dignus habebitur. Carmine. Incantatione. ut, — *Proditores factionis honore digni.* — *Carmen.*

Carmina de cœlo poſsunt deducere Lunam.

Et in. xij. tab. Qui fruges alienas excantaſſet, & qui malum carmen incantaſſet. Præſtigijſq; ſuis. Magicis & ueneficis artibus: quarum inuentorem fuiſſe Mercurium, diuus Auguſtinus autor eſt. Vnde præſtigiatores, qui & Perſtrictores appellantur, ij ſunt, qui unam rem pro alia facientes, aſpectum hominum fallunt: a præſtringendo, quaſi præſtingiatores. Nam præſtringere, ut Marcellus ait, obtenebrare eſt. Sunt autem, qui cum r, uocem ſcribendam tradunt, & eius ſecundā ſyllabam longā eſſe. — *Perſtrictores.*

℄ LIB. Noni Finis.

¶ Argumentum LIB. DECIMI.

¶ In Decimo magni coniunx Augusta Beatrix
Cæsaris, Italicas uenit deducta sub oras,
Principibus comitata suis, & Crema gemiscit.
Castra locat, Romamq; suam clementius audit.
Hinc redit ad Ligures uictor, Papamq; creauit.
Crema petit pacem, rursus Liguresq; petuntur.
Tandem concepta Princeps perferbuit ira,
Cremaq; uicta iacet, uiginti milia capti,
Vrbs fluit in cinerem, Cęsar dat munera, grates,
Castraq; dimittit, Ligurinus obambulat aulam.

¶ GVNTHERI Poëtæ clarissimi, LIGVRINI, siue de rebus Gestis FRIDERICI, I. Imp. Aenobar. AVG. Liber X.



NTEREA MAGNI CONiunx Augusta BEATRIX,
Principis accitu, ualidas ex orbe cohortes
Teutonico, rapiens superata fortiter alpe,
Nam fortem faciebat amor, nexusque mariti
Fœderis Italicos fines ingressa tenebat.
Huic præter Proceres alios, famæq; minoris
Germana de gente uiros, fidissima Saxon
Ille puer, Regumq; nepos, Regisque propinquus, — Teutonia.
Saxonas, & Noricæ nuper sibi reddita terræ
Signa gerens, geminæ sociauerat agmina gentis.

¶ Iac. Spiegel Selestadieñ. Scholia in Decimum LIGVRINI Librum.



Rbe Teutonico. Sic Bartholin9 noster claudens lib. Austriados tertiū, Germaniam uocauit Arctoū mūdum: et haud immerito, quū sit uasta prouincia, ut ibidē diximus. Si Beroso credim9, quæ a Romanis Germania, primū a Tuiscone Teutonia uocata est. Eius item meminit Tacit9 de Germanis. Quos autē terminos olim, & q̃s hodie habeat Germania, diligenter ostendit Munsterus. Nam fortē faciebat amor. Seneca namq; teste, perhennis amor coniugis castæ manet. Nota itē illa Propertiana sententia. Omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior. Nexus. Vinculū. Mariti fœderis. Coniugalis: de quo extant tres libri eleganter scripti a Iouiniano Pontano. Sed nemo ueterū tum Ethnicorū, tum nostrorum copiosius tractauit Roterodamo illo magno Erasmo, quicq̃d pertinet ad connubialis uitæ rõnem, in eo lib. quē de Institutione Christiani matrimonij scripsit. Si quis em̄ alius, quē scripsit unq̃ ille ipse dignus, q̃ in oēm, quæ sub cœlo est, & CHRISTVM profitet, linguā, transfundat. Ex illo licet affatim petere modos, qbus coniuges alere, seruareq; possint mutuā charitatē. Famæ minoris. Signat equestrē ordinem. Saxon ille. Henricus Leo, de quo in p̃ceden tibus lib. satis superq; diximus. Regūq; nepos. f. Lotharij Aug. q Gertrudē filiam Henrico Bauariæ Duci, q natus erat ex filia Magni Saxoniæ Ducis, dotatā Brunsuico, omniq; quæ ad Visurgim erat, ditione, quæ patri Aug. ex sua quoq; coniuge dotalis ,puenerat, collocauit. Vnde Henricus pater Leonis ius sibi ad Ducatū Saxonię p̃tendit: quē filius Henricus, cui9 hic fit mentio, per transactionē, ut supra patuit, opa patrui Aenobarbi tandē adeptus est, a quo in postea iterū deiectus fuit, ut paulo ante indicauim9, ob eius tū perfidiā in Imp. Fridericū, tum summū, ob morum superbiam, in cæteros contemptum. Geminæ gentis. Saxonicæ. f. et Bauaricæ.

Amor coniugalis.

Horum igitur totis aduentus gaudia castris
Magna dedit, Ligureſque metu concuſſit acerbo.
Tempore post modico famoſus omnibus ille
Cæſaris Ethruſcæ Princeps, & Marchio terræ,
Teutonicaq; potens, & Dux metuendus, in ora
Aduenit Catulus, cumulataq; gaudia noſtris
Attulit, & ualido ſuppleuit milite caſtra.
Vicinam magnæ Cremam locus ipſe Cremonæ
Fecerat, & longo ſub eodem tempore dudum
Legibus antiquis obnoxia manſerat, at nunc
Excuſſo laxata iugo, Ligurumq; ſuperbam
Auſa ſequi rabiem, Regis iam ſæpe citata
Spreuerat edictum, nec iuri ſtare uolebat.

Catulus. Vuelſo, auũculꝰ Friderici, de quo itẽ ſupra mẽtio facta ẽ. Scribit Radeuicus, q̃d duo illi Duces ſanguine coniũctiſſimi, utpote unus eorũ alterius fratris filius; diuerſis inter ſe uirtutib. certabãt: Welſo dando, ſubleuãdo, ignoſcendo, Henricus ſeueritate, & malorꝝ pernicie gloriam adeptus eſt. Illius facilitas, huius conſtantia laudabat. Vuelſo negocijs amicorꝝ intentus, ſua negligere, nihil denegare q̃d dono dignũ eſſet: magnas potentias affectabat, exercitũ, nouum bellũ exoptabat, ubi uirtus eniteſcere poſſet. Et paulo poſt. Ita memoria noſtra, inq̃t, ingẽti uirtute, diuerſis morib, fuere ij uiri duo, in q̃bus quoq; ea tp̃a ſuũ Catonem in uno, in altero ſuũ Cæſarem inueniſſent. Auẽtinus indicat hunc Vuelſonem excitaſſe non ignobile cœnobiũ Staingadenſe in Bauaris, idq; eſſe conditũ circiter annum Dñi. M.C.XCI. Ego uidi cũ illic hoſpitio Cæſ. Maximilianus cũ paucis, q̃s ipſe ſelegerat, exciperet, ſeriem huius inclytæ familiæ; quę eadẽ fuit teſte eodem Auentino uetuſta, Comitũ Altorfianorꝝ Ambergeanorũq; domus, cognoĩata, die Vuelſen. Henricũ uero Monachũ, quæ nunc eſt pulcherrima illa ſedes & urbs primaria Bauariæ Principũ, ædificaſſe. Moritᷣ plenus dierũ año poſt Aenobarbi deceſſum. 5. qui fuit Dñi. M.C.XCV. cum Brunzuici, ut Crãtius refert, exornãdis Eccleſijs ſedulã pręſtaret operã, pro inſigni, quã aliq̃n geſtabat gloria, & pro exq̃ſitis in ſeculo rebus geſtis, cũ Solomone de uniuerſo ſuo labore, q̃ ſub ſole laborauit, nihil in terris cõſequutus, niſi memorabilẽ ſepulturã, & memoriã cum laude boni nõis ſempiternã. Scribit idem Crantius, q̃d hoc loco, q̃ñ ad Aenobarbi noſtri laudẽ facit, referendũ putamus: quũ Henricus iam per ſñiam excidiſſet duob. longe maximis Principatibus, Erfordiæ pedib. Imp̃atoris ꝓuolutus ueniã gratiamq; poſtularet, Fridericũ memorem tũ arctioris ſanguinis, tũ ueteris conſuetudinis quia diu familiariſsime uſi erant, eũ de terra ſua manu leuatũ & oſculatum, & lachrymis obortis conſolatũ eſſe: Quod eũ ſine Principũ aſſenſu reponere nõ poſſet, quẽ eorꝝ conſenſu deſtituiſſet. ,, ,, ,, Nec iuri ſtare uolebat. Nauclerus dicit cauſſam obſidionis: q̃d Cremẽſes non paruerint ſñiæ cõtra ſe ab Aenobarbo apud Roncalias latæ, ad petitionẽ Cremonenſiũ & Laudenſiũ; de demoliẽdis muris, q̃s in illorꝝ damnũ conſtruxerãt: & reſtituendis ſimul aquarꝝ decurſibus, q̃s concluſerãt. Radeuicus uero, q̃d & ſequitᷣ Poeta, Crema, inq̃t, cũ eſſet de Comitatu, hoc eſt, territorio, & diœceſi Cremonenſiũ, eiuſq; Eccleſiæ tã in ſpũalibus, q̃ tp̃alib. regenda foret arbitrio, ſpontanea ſe temeritate a ſuo capite abruperat, & q̃d nefas erat, hoſtibus ſociata, cũ Mediolanenſib. filia matri rebellare cœp̃at. Super q̃ conuẽta corã Principe, nec citatione legitima, nec uadibus, q̃s dudũ dederat, cogi poterat, ut aduerſum ſe experiẽtib. iudicio ſiſti curarẽt. Qua de re ꝓ abſentiæ cõtumacia, ac cõtumaci abſentia cõtra ſe ſñiam triſtẽ accipiũt, hoſteſq; iudicantᷣ.

Vuelſo. Henricus. Staingaden. Monachum.

His Cæſar ſtimulis, & centum mille talentis
Quæ dedit ipſa ſua prędiues ſponte Cremona
Impulſus, tumidam bello ſubuertere Cremam
Cogitat, inq; duas diuiſo milite partes,
Hanc ſecum Ligurum uaſtandos ducit in agros,
Aſt alius, magnæ confœderat arma Cremonæ,
Inuiſamq; iubet bellis inceſſere ſedem.

Hanc. Hoc eſt, alterã partẽ. Aſt alius. Subaudi, militũ ductor, Imperatoris ſcilicet, frater uterinus Dux Chunradus Com. Pal. Rheni, cui ſocios dederat Berchtoldum Zeringiæ Ducẽ, Vuernherũ Anconitanum Marchionẽ, & Ru-

Paret,& assultu ualido munimina tuta
Miles uterq; petit, subitusq; superuenit hosti.
Qui tamen intrepidus duris adsuetus in armis
Occurrit, confertq; manum: ferroq; perempti
Hinc illinc cecidere uiri, quos maximus inter
Præcipuo dignus Vuarnerus Marchio luctu
Occubuit, bellumq; simul, uitamq; reliquit.
Castra locant alij, clausosq; in mœnibus hostes
Obseruant, & quæ rapiendis congrua muris
Esse putant, magna properant effingere cura.
Nec minus obsessis inclusi mœnibus hostes
Crema. Bellica sollicito raptim tormenta labore
Exfabricant, illud tantum quod respicit hostes
Contenti munire latus: nam cincta palustri
Magna parte sui clauduntur mœnia cœno.
Nec latura pedum molli uestigia limo
Defendunt tutos lutulenta uolutabra muros.
Tunc quoq; Romulea legatio uenit ab urbe,
Sanguine pollentes, & claro nomine ciues,
Blandaq; Cæsareas Romanæ plebis ad aures,
Atq; Senatorum, cauti mandata ferebant:
Scilicet, ut posita tandem clementior ira
Romanista. Parcet ipse suæ Rex augustissimus urbi:
Neue quod a stolido scelus, & sine nomine uulgo
Senatores. Prodierat, ciues diffunderet ultor in omnes.
Auribus hoc placidis, & miti pectore Cæsar
Accępit, cladisque memor, qua tempore primo
Imperij, propria miseros attriuit in urbe,
Afflixitq; reos, animi pietate cöacta
Retulit in melius, responsaq; blanda uicissim
Reddidit, & magnis cupidorum pectora donis
Impleuit, geminosque uiros redeuntibus illis
Regia magnificæ laturos addidit urbi
Verba, Palatinum famosæ laudis Othonem:
Quiq; diu regno, studio curaq; fideli
Primus in Ecclesia, prudens Haribertus Aquensi,
Seruierat, dignaq; sui mercede laboris
Iam tunc præpositus, mox Præsul in urbe futurus
Chrysopoli, grato pręclari munere Regis.
Vsqueadeo magnis Ducibus seruire lucrosum est.

pertum Basileæ Comitem, ut refert Continuator Annaliũ Vrspergeñ.
Confœderat. Coniũgit, uel asciscit. Arma Cremonæ. Hoc est, milites, remissos a Cæs. Aenobarbo, q̃s Cremonenses auxiliares ꝓmiserant ad uastãdũ agrũ Mediolaneñ. Sedem. Cremã.
Miles uterq;. Et Aenobarbic9, & Cremonẽsis.
Nã cincta Palustri. Cõtinuator Annaliũ modo noĩatoꝝ, Erat, inq̃t, Crema oppidũ firmissimũ, continẽs unius miliaris Lombardici spaciũ, fossatis & aquaꝝ decursionibus, & locis paludinosis, & muris fortissimis undiq; munitum. Idem indicat Radeuicus.
Romulea urbe. Rõana, a Romulo, ut a Rõa Romanus, et Romęus gręce magis quã latine, autore Frãcisco Bonõio. itẽ Romanensis, q̃ uoce Varro usus est. Romanista barbaꝝ est, & cõuitij gratia nuper natũ uocabulum.
Atq; Senatoꝝ. Senatores sunt, inq̃t Vlpianus, q̃ in senatu sñiam dicere possunt, quã definitionẽ clarã, & imperito cuipiã obuiã, Accursius et Accursiani fere oẽs nõ intellexerũt: ignari, nõ aliud fuisse sñiam in Senatu dicere, quã in Cõsilio senatus q̃d sentiret explicare, de eo q̃d in cõsultationẽ positũ erat, & a cõsultando S.C. dictũ. Diu9 Augustus cũ inuenisset sup̃ mille incelebris turbę Senatores, relectis ĩdignis, ad pristinũ splẽdorẽ redegit. Cętera apud Budæũ in ꝑor. Annotat. in Pãdectas. Aquẽsi. Ea. s. quę est diui Caroli Aug. Frã

His mandata dedit, consensu Praesulis, atque
Totius populi, ueterem renouare senatum,
Reddere primæuo præfecti iura uigori.
Et si Pontifici placeant ea foedera summo,
Omnia in antiquam correcta reducere pacem.

cogermani opificiū, eadē Aquisgranum appellat, uulgo Ach, quum sint & alibi locorū ei9 nominis Ecclesiæ, etiam pontificales. Olim Corioualū, ut putant quidam dictū est. Aquisgranū. Corioualū.

Chrysopoli. Bisuntina fortasse, quod pulchra & aurea. Nam certam aliā nominis rationē ferre nequeo. Sunt eius nominis urbes, altera in Chalcedonia, altera in Cilicia. Veterem renouare Senatum. Constat ex Platina, id Romanos sæpius attentasse, incōsultis etiam Rom. Principibus. Quod ipsum patrū nostrorū memoria contigit pontificatu Eugenij. iiij. in cuius uita hæc à Platina traduntur. Romani ad libertatē aspirantes, sublato clamore, pulsisq; omnibus Eugenij magistratibus, nouos ipsi magistratus crearūt. Et apud eundem in uita Nicolai Quinti legimus. Stephanus porcarius, uir maioris animi quā potētiæ, multa liberādę patrię indicia præ se ferens, Bononiā a Pōtifice relegat: q Romæ aduocātibus cōiuratis propere redijt hac mente, ut cū urbem attigisset, sumptis armis populū ad libertatē cōuocando, Pontificē & Cardinales caperet. Idem ausi sunt Romani recenti memoria sub Paulo .II. in cuius uita uerba hæc sunt. Nonnulli minas eius cōtemnentes, tēpus uendicandæ libertatis expectabāt: quod postea eo mortuo illuxit. Primæuo pręfecti iura uigori. De præfecto urbi sic scribitur tit. xij. Primi Digestorum. Omnia omnino crimina præfectura urbi sibi uindicauit: nec tantum ea, quæ intra urbem admittuntur, uerum ea quoq;, quæ extra urbem intra Italiam, ut Epistola diui Seueri ad Fabium Cilonem pręfectum urbi missa declaratur. Initio eiusdem Epistolæ ita scriptum est. Cum urbem nostram fidei tuæ cōmiserimus. Quidquid igitur intra urbem admittitur, ad præfectū urbi uidetur pertinere. Sed & si quid intra centesimum miliarium admissum sit, ad præfectum urbi pertinet. Sed si ultra ipsum lapidem egressum est, præfecto urbi notio non est. Curam præterea habet, tutorum, curatorum non proborū: sed & numulariorū, ut ab illicitis abstineant. Macellum quoq; ac forū boarium, suarium, piscarium, olitorium curat, ut iusto ueniant res precio. Præfectus urbi.

Ipse per hostiles numeroso milite campos
Vndiq; discurrens, hostilia quæque gerendo
Cuncta metu, ferro, flammis, & sanguine miscens,
Mœnia iam Ligures in tuta cöegerat omnes:
Ac ne clausa satis faciant munimina tutos,
Quos bello uinci murus, uallumq; uetabat,
Molitur superare dolo, Ticinaque prudens
Agmina, præcipuos Ligurini nominis hostes
Præcursare iubet, prædaque patenter abacta,
Deceptos clausis educere mœnibus hostes
Ipse suos secum secreta in sede latenter
Collocat insidijs, & eos huc uertere cursum
Hoste premente iubet: nec lusit opinio Regem.
Nam postquam refugo simulatam puluere cauti
Conuertere fugam, tacitas improuidus hostis
Incidit insidias, circumfususque tumultu
Horruit: ac ueluti celeres in retia cerui
Sæpe cadunt, resonantq; graui collisa fragore
Cornua, clamososq; canes uenator in illos
Concitat, & cędit gaudens impune rudentes:

Superare dolo. Calliditate, solertia, quam ad uersus hostes adhibem9, uocaturq; solertia. Lege Comitem Purliliarum. Porro apud maiores nostros, ut cap. de Cautis lib. de Prudētia quarto, Pōtanus, inquit, Dolus duplex habebatur: & bonus, qui fraudē malasq; artes repelleret: & mal9, per quē ad iniqua captiosaq;, qui peruerso sunt ingenio, impellerentur. Prior sapientiæ comes est: posterior fraudis satelles. Plura de malo dolo i Progymnas. Reuchlini-añ. adnotauimus. Patenter. Palam. Ac ueluti celeres. Pulchra cōparatio, maxime cōsydera ta eius animalis natura, de qua Aristoteles cap. v. Noni de Natura Animaliū. Cerui, inquit, si- Solertia. Dolus duplex.

Ceruorum natura.

Sic postquam telis hostilibus undique septi,
In medium cecidere uiri, nec tela mouere,
Nec cessisse licet, gladijs impune necantur
Cominus, arctatiq; loco breuiore laborant.
Hic quinquagenis ferro, centumq; peremptis,
Sexcenti duras collo subiere cathenas.
Quos autem rapidis inuoluit proximus amnis,
Submersitq; uadis, seu quos lœtalia passos
Vulnera, uix tandem trepidos urbs mœsta recepit.
Nec breue, nec promptū numero cōprendere certo.
Fida nouæ repetit uictor munimina Laudæ
Augustus, lætamq; suis successibus urbem.

bilo & cantu uenantium capiuntur. Mulcent̄ em̄, alliciunturq; ea uolupta te. Itaq; alter uenantium cantat palā, aut sibilat: al ter clā ferit a tergo, ubi socius tēpus iā esse signi ficarit. Sed si ceruus ere ctas auriculas teneat, a cerrime sentit, nec latere insidię possunt: sin dimis sas, facile interimit̄. Idem refert Plini9. Nec hic prę tereundum existimo, ab huius animantis celerita te, fugitiuos ab antiquis uocatos esse ceruos, ut probat Crinitus Sex. Pompei autoritate, cuius uerba refert, quæ in peruulgatis codicib9 non habent̄. Vnde neq; illud alienū uideri debet, qđ Donatus, quo loco Terētius, quadrupedē, inquit, cōstringito. Quadrupes, inquit, ligaturæ genus in cruribus: aut itē quadrupedē posuit ꝓ ceruo, & fugitiuo. Collisa cornua. A quib9 gerēdis etiā dictos quidā existimāt Ceruos, quasi Geruos, G. in C. mutata. Pindarus tamē a Grāmaticis notat̄, qđ in hoc animantiū genere cornua Fœminę nō habeant. Quamq; Cæs. Maximilianus uerū id esse alicubi deprehendit, idq; in Syluā suā iussit annotari, qđ opus ipse plane suū, Experientiarū nō uulgariū, sub nomine olim suo in publicū ædendum uidimus inchoatū. Sed & Zenodotus autor est, nihil impedire, ꝓ diuerso regionis ingenio, nō eundē corporis habitū ceruis informari. Possunt hic cornua tantum mares habere, alibi etiā fœminę. Id qđ in Elephantis deprehendit̄, in quibus utrumq; sexū dentibus armari nemo nō tradit. At Ammianus in India fœminas edentulas nasci prodit. Aristoteles lib. supra citato scribit, Ceruos cornua deposituros secedere, atq; hæc abijcere locis asperis, inuentuq; difficillimis. Vnde prouerbiū etiam natū esse. Vbi Cerui abijciūt cornua. Quanquam Plutarchus (ut refert Roterod.) in Cōmentario de Pythijs oraculis, oratione prosa redditis, ostendit hoc oraculum æditum fuisse de Procle tyranno, ut illi fugere ac migrare liceret eo, ubi Cerui cornu abijciunt, significante Deo, ut defoderetur, & e medio prorsus tolleretur.

Liber Experientiarum Cæs. Maximiliani.

Elephantes edentulæ.

Anagnia.

Temporis eiusdem tractu, nondumq; reuersis
Quos ad Romuleam Fridericus miserat urbem,
Confinis magnæ, multumq; domestica Romæ,
Funera Romani pastoris Anagnia uidit:
Quem tamen inde suam translatum clerus in urbem
Sede sacra Petri sepeliuit honore fideli.
Ante tamen tumulo quam mēbra exanguia Præsul
Subderet, exorto geminas iam schismate partes,
Mansuramq; diu litem de Sede reliquit.
Nam cum de tanti rationem clerus haberet
Successore uiri, studijs melioribus ultro
Rollandus petitur, qui Cancellarius ante,
Sanguine conspicuus, ueteri mox nomine uerso
Factus Alexander, per tempora multa superstes
Ecclesiæ pacem sedato schismate tandem
Vidit, & optato tunc demum fine quieuit.

Funera Romani pastoris Anagnia uidit. Olim Hernicorū populorū Latij, nunc Campanos uocant, caput. Virgili9 Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit. Sillius pinguem uocat, propter soli fertilitatem. Hernicaq; impresso radūtur uomere saxa, Queis putri pinguis sulcaris Anagnia gleba. Romani pastoris. Adriani: qui cum Romā reuersus, a Consulib9 libertatem Romanam restituere conantib9 uexaretur, Anagniā petijt, ut lib. iij. obiter indicaui: ubi non multo post moritur anno pontificatus sui quarto, mēse de-

cimo, relicta magno in precio Ecclesiæ Romanæ ditione. Sunt, qui scribunt, hunc Adrianũ, de cuius memorabili uitæ exitu supra lib. modo dicto, nõnihil attigimus, dixisse, quod Ro. Pont. nemo sit miserabilior, seq; in illa sede tantas calamitates inuenisse, ut facta collatione, præteritę uitæ amaritudo, iucunditas & felicitas ei fuerit. Præterea pontificatum ambire, & sine fraterna dilectione ad illum ascendere, plane esse Romulo succedere in Parricidijs, non Petro in ouibus pascendis. Sede sacra Petri. Idem scribũt Platina, & Volaterranus. Studijs melioribus. Hoc est, suffragijs duodeuiginti Cardinaliũ, ut Aemilius Veronensis indicat: uel duorũ & uiginti, ut ait Platina. Rollandus petit. In Cæs. Friderici & Teutonicę nationis ignominiã, ut dicũt scriptores. Erat em̃ Rollandus iste, ut eorũ utar uerbo, euidens sacrosancti Imperij hostis, iuriumq; Augustorũ oppugnator acerrimus. Cancellarius. s. Rom. Ecclesiæ. Super hoc uocabulo, qđ Budæus putat latinũ non esse, idem plura in Annotat. prioribus. Hoc tamen latinitate donauit Fl. Vopiscus. cum in Carino Imperatore scribit, unum ex Cancellarijs ab eo præfectum urbi creatum. Sed & usus hoc uerbo dignitatẽ eam, maiestatẽq; uendicauit, ut ex Electoribus Romani Imperatoris tres Archicancellarij nominentur. Moguntinus, per Germanias. Coloniensis, p Italiam, & Treuirorum Antistes per Gallias. Alciatus in Rubr. C. de Primicer. lib. xij. Scribam Principis, Primicerium nominari docet, hoc est, honore inter Notarios primũ. Certe, qđ & præceptor, summusq; amicus meus Zasius annotauit, Principũ Scribę (siue eos Cancellarios, siue Secretarios, siue sacri Scrinij proximos, siue Libellorũ magistros nomines) magni semp apud Principes momẽti fuisse manifestũ est. Constitutiones quoq; Principũ, multis eos ornarũt priuilegijs. Nã ea dignitate funguntur, qua uicarij Principis. Accessus ad Principẽ semp conceditur. Et est eis potestas sedendi cũ iudicibus. Ad extraordinaria, uel tributa, uel munera, nec ipsi, nec liberi, neue alij de familia coguntur. Et qui diu Secretariorũ officio functi cũ fide fuerint, sacri palatij eis dignitas prærogatur. Quas in ꝓuincia domus habent, hospitis accipiẽdi onere nõ grauantur. In iudiciũ uocati nõ satisdabunt. Ab officijs dimissi, omnibus his qui post ad regendas prouincias sunt assumpti, pręferuntur. Palatina eorũ bona ex pari castrensibus accedũt peculijs. cum alijs multis priuilegijs, quę colligi ex iure poterũt. Sanguine cõspicuus. Nobili familia Senensi, patre Ranucio, cuius gentilicij nominis neq; Platina, neq; Volaterranꝰ meminere. Factus Alexander. Eius nominis tertius, Anno. M. LIX. Per tẽpora multa. Annis. XVIII. Sedato Schismate. Anno a CHRISTI natali. M. CLXXVII. De medijs, quibus ad pacẽ, qua schisma sublatũ est, uentũ sit, adeo nõ cõuenit inter Scriptores, præsertim Italicos, ut nunq; in re aliqua tã memorabili, tantũ tenebrarũ esse unum in locũ congestũ, scriptorũ uel negligẽtia uel inscitia, quantũ in hac, quæ de Friderici & Alexãdri põtificis recõliatione sunt litterarũ monumentis ꝑdita. Nõ dubito, quin lucẽ aliquã inferret, si modo extaret historia, quã teste Tritemio Christianus Archiepiscopꝰ Moguntinus de Aenobarbicis gestis scripsit: maxime qđ inuenio tum illo, tũ Magdeburgensi Pontifice suasoribus Fridericũ redijsse in gratiã Alexandri. Nõ tantũ uir eruditus & eloquens, quẽ suo tẽpore orantem Itali mirati sunt, ut idẽ Tritemius ait, sed etiã manu promptus, atq; uere forti animo fuit. Nam ut Annales nostri testantur, una cũ Reinaldo Archiepiscopo Coloniẽn. cõtra Romanos tũ Aenobarbo rebelles ꝓspere apud Montẽ Porcum pugnauit, Anno a nato CHRISTO. M. C. LXVII. Sed & Chunradus Episcopus, ex cuius Annalibus, quibus sua tẽpora cõplexus est, ea quæ primo libro ad historiã cędis Arnoldi Põtificis Moguntini attinebãt, adduximus, tã Christiani huius, quã schismatis etiam meminit hijs uerbis. Videns Dn. Fridericus Imperator durũ sibi fore, & cõtra Papã, & Archiepiscopũ, certamen gerere, eidẽ aduersariũ suscitauit. Instituit ergo Dn. Christianũ suæ Curiæ Cancellariũ loco Dn. Chunradi Bauari (q in sede Moguntina Rudolfo Zeringẽsi successerat) uirũ utiq; miræ prudẽtiæ in rebus ambiguis, & arduis, subtilissimi cõsilij & uelocissimi inuentorem. Erat etiã uir mirę patientiæ in aduersis. Nulla in ꝓsperis superbia extollebatur. Vultus benignitate omnibus gratiosus, & alijs honestis moribus adornatus. Hunc ergo, quia tã Ecclesiasticarum, quam secularium personarum fauorem cognouit habere, constituit Episcopum Moguntinum. Durauit hoc schisma Annis. XVIII. Tandem Dn. Christianus se interponens inter Papam & Imperatorem, ambos ad concordiam reuocauit. Quod autem Fridericus capto filio Othone (quem ei fuisse Annales nostri, apertissimeq; supra Poeta etiam prodiderunt, & obiter attactum quoq; a nobis est, quamuis Merula perneget, cui tamen in cæteris, quæ ad hanc pacificationem attinent, maior fides adhibenda est) apud Venetias sub pedibus Alexandri subcubuerit, ueniam præteritorum petendo, dicens: Non tibi sed Petro, ut exprimit pictura, quam ego ipse uidi in Comitio (locus est in Palatio Veneti Ducis, in quo noui magistra-

Pont. Rom. status miserrimus.

Cancellarius.

Primicerius.

Zasius.

Priuilegia Scribarum.

Christianus Episcopus Mogunt. scripsit gesta Frid. I.

Laus Christiani Episcopi Mogunt.

tus creari solent) cum ipso Merula poëticum magis argumentum, quam fidem historiæ crediderim: eoque magis ad Merulanam sententiam accedendum puto, quod uideam neque naualis pugnæ, neque Othonis capti, ne uerbo quidem meminisse Platinam: cuius historia de uita & moribus Pontificum aliquanto uerior est existimanda: quod eam ex publicis tabulis, & diplomatibus, alijsque legitimis documentis deprompserit. Conuenerat iam Venetias (inquit ille) Alexander, componendæ pacis Italiæ caussa: eo & Fridericus accedens, in uestibulo sancti Marci Pōtificis pedes osculatur: simul deinde ad altare maius profecti, accepta, dataque salute, de fœderibus pacis inter se multum diuque collocuti sunt, quæ postea sequenti die ex sententia cōfecta est. Certe nisi existimasset fabulam Platina, non reor, præterisset tam memorabilem rem silen-
„ tio, quam nonnulli commenti sunt. s. Adrianum Friderici collum pede comprimētem, dixisse.
„ Scriptum est. Susper aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

Optato fine quieuit. Cum iam, ut idem ait, a tyrannicis perturbationibus uideretur quieturus, pontificatus sui anno .XXI. die XIX. Sed eas o Platina minime pro nomine CHRISTI prouehendo pertulit, sed magis, ut negari non potest, sibijpsi illas mouit, sub prætextu pietatis Sacerdos arrogantissimus, tum pro sua dominatione constituenda, tū mundana Rom. Ecclesiæ ditione proferenda. Vnde auunculus meus in lib. quem de uita & moribus Germanorum Principū scripsit, Nescio, inquit, qdnā potius admirer, Pontificis ne superbiam, an Imperatoris contumaciam, uel cæterorum Principum secordiam ignauiamque, quod cum tanto reip. Christianæ interitu, ac irrecuperabili detrimento, tam detestandam execrabilemque Pontificis, Imperatorisque discordiam pertulere. Omnium enim malorum fontem inde usque ad nostra tempora profluxisse arbitramur. Idem scribit autor Annalium Vrsp. in Friderico. II.

Iac. Vuimphelingus.

Altera pars sacra, Octaui te sede locatum
Auspicijs decepta suis, ignara superni
Iudicij, falso Victorem nomine dixit.

Alexander papa.

Octaui te sede locatū. Nam licet in Alexandrū plurium suffragia indinassent, ea tamen nō poterant non esse suspecta. Conuenerant namque coniurati in Fridericum, neque ob aliud, quā quod egregius princeps Imperatoris & nomen & dignitatem in Italia tueretur, seque autore reflorescere: ut quemadmodum pauloante Pontifex Adrianus eum, recepta ab illis immensa auri ui, pronunciasset Abstentum, ut utar Cypriano uerbo, a quo neque Ritius in Regibus suis abhorruit, ita nunc non alter illi in sede succederet, quam qui male odisset Fridericum: quod & præstiterunt coniurati. Paucis tamen, ut non raro bonorum est numerus minor, exceptis, nouem. s. ut nostri Annales tradunt, tribus autem, ut externi: qui Octauianum uirum, ut nostri Annales ostendunt, humilem, mansuetum, religiosum, & per omnia probatum, ad concordiæ & pacis unitatem inter Ecclesiam & Imperium reformandam ac conseruandam utilem, elegerunt: indito illi Victoris nomine. At Cæsar ab initio neutrum salutabat Pontificem. Verum ut Alexander (qui horrebat Romanorum arbitrium, qui suum popularem externo homini haud dubie prælaturi uidebantur, si ad populum ea cognitio delata esset) Aenobarbum rogasset per Legatos, ut sua autoritate id dissidium tolleret: isque respondisset, electos ad se, Papiam debere uenire, non ut eos iudicaret, sed ut a prudentibus uiris addisceret, cui potius obedire deberet: spreto tam salubri responso, ut uir erat elati animi, Anagniam se contulisset, & quos mox Imp. honestos Episcopos de religione CHRISTI bene sentientes miserat, qui eum ad Papiense Conciliū, quod Fridericus exēplo Iustiniani, Theodosij, Caroli, & aliorū antiquorum Imperatorum, suo iure conuocarat, citarent, nimium superbe reiecisset: Octauianum per iam dictos Episcopos Papiam adductum, ibidem frequenti Antistitum conuentu Aenobarbus Victorē pontificem probauit: ratamque illi fecit suo assensu dignitatem: quem & Germania secuta est. Lege Radeuicum, quo nemo copiosius eius scismatis acta, & si omnes illius meminerint, monimentis literarum tradidit. Sed & Maximilianus inuito Iulio indixit Conciliū, ut in temporibus eius latius referemus. Ignara superni Iudicij. Sed qui id tibi Gunthere constare potuit? quum non omnes, quos homines recipiunt, ut diuus Hieronymus grauiter dixit, probet uere Episcopos Deus. Certe humano iudicio legitime creatus uidetur, in quem plurium suffragia congerunt, etiam si fuerit coniuratio perditorum. Quamquam ut Dei solum est certum iudicium, ita nouit etiam ille in populi sui salutem abuti parum rite electis.

Abstentus.

Octauiani laus.

Concilium Papień. Frid. statuit.

Victor papa.



Rursus ad hostiles uastandos impiger agros
Signa mouet Cæsar, lateque per omnia bellum

Rura trahens, quæcumq; nouis illęsa manebant
Cladibus euertit, grauiora prioribus addens.
Ast ubi continuis crebro spoliata rapinis,
Nec domino uictum, nec equo dare pabula tellus
Iam poterat, conuertit iter, rapidoque tumultu
Tendit ad obsessę trepidantia mœnia Cremæ.
Hanc equidem iam tunc a prima cœperat ingens
Obsidione timor, sed nunc ubi regia signa
Cæsaris, & latias uento quatiente uolucres
In campis uolitare suis, ipsumque uerenda
Maiestate suos hortantem ad bella maniplos
Aspiciunt, quatit ossa metus, cladisque futuræ
Præuia turbatam confundunt nubila mentem.
Non tamen infaustę uel nunc resipiscere plebi,
Seq; suosque pio Rectori subdere muros,
Vltrices uitare minas, ueniamque mereri
Subuenit: insistunt sceleri, maluntq; perire,
Quam dono uixisse Ducis, mors libera pluris,
Quam donata salus, concessaq; uita putatur.
Ergo pari studio ciues, ac nostra iuuentus
Arma uolunt, pacemq; negant, tormenta, grauesq;
Attollunt fabricas, diuersos machina in usus
Extruitur, quæ saxa rotet, quæ torqueat hastas,
Quæq; uel in muros, uel in altas æmula turres
Spargat inextinctas uiuaci sulphure flammas.
Tela, faces, & saxa uolant, niger aëra nimbus
Inficit, & missis subtexitur aura sagittis,
Ardet utrinq; furor, cœlumq; clamore feroci
Rumpitur, & stimulis grauioribus æstuat ira.
Hij, clausos uirtute pares se uelle uideri
Indignum fœdumq; putant, gaudentq; feroces
Inculcare minas: illi non esse minores
Nituntur, referuntq; uicem, ac maiora rependent.
Audaces mors certa facit, pellitq; timorem
Desperata salus: tunc si quos forte maligna
Comprensos, captosq; tenent, hostilis in illos
Grassatur rabies, socijsq; uidentibus ense
Colla secant, luduntq; manu, ceruice rotata
More pilę, aut miseros lacerant crudeliter artus.

Vel in altas ęmula turres. Gręce eiusmodi ignis iacula, Pyroboli uocantur. Teutonice, Feurmörszel. Horum fit mentio in Machabæis. Hij. s. Aenobarbici. Clausos. Cremēses obsidione cinctos. Desperata salus. Iuxta illud Poëtæ, Aeneid. ij. Vna salus uictis nullam sperare salutem. Plęrumq; enim, ut Seruius ibidem refert, desperatione robur augetur, ut Papinius. Est ubi dat uires nimi9 timor. Item scimus, captiuitatis mortē esse remedium. More pilę. Erat, Radeuicus ait, uidere miseriam: quādo hij qui foris, occisorum

Pyroboli.

Desperata salus.

amputatis capitibus, eis quasi pila ludebant; & a dextra in læuam reiectis, crudeli ostentui & ludibrio habebant: qui ueto in oppido, inhonestum arbitrantes si quid minus auderent, captiuos nostrorum sine misericordia supra muros membratim discerpendo, miserabile præbebant spectaculum.

Haud procul a sæuo belli semota tumultu,
Vicinum coniunx seruabat regia castrum,
Ne miseras cędes, infandaq; multa uideret,
Castaq; crudeli scelleraret lumina uisu.
Hanc, uisente uiro, per eam quam regia signa
Seruabant portam, tutis e sedibus hostes
Prorumpunt, strepituque graui tentoria Regis
Assiliunt, multosq; necant, maculantq; cruore
Hostili, proprioq; solum, sternuntq; caduntq;.
Cędibus alternis tota non uiribus ullis
Depelli potuere die, dum phœbus opaco
Infudit tenebras, demersa lampade mundo.
Nuncius absenti certissimus omnia Regi
Pertulit: ille graui concussus pectora motu,
Castra petit properans, & adhuc a cęde recenti
Signa cruenta uidet, captiuaq; corpora quædam
Vrbis in aspectu laqueo supponere fauces
Cogit, & ex alto suspendit in aëre ligno.
Tunc etiam quidam uinctos in castra trahebant
Sex Ligurum de gente uiros, qui iussa ferentes
Verba, Placentinis Ligurinæ nomine plebis
Hostibus inciderant: horum qui maximus unus
Esse ferebatur, se Præsulis esse nepotem
Gaudebat, generisq; notis, opibusque nitebat.
Hos quoq;, contempto non parui ponderis ære,
Quod pro morte sua redimenda pendere fisco
Spondebat, pœna Princeps affecit eadem.
Nec minus obsessi captos quoscumq; tenebant
Suspendunt, factiq; uicem mox reddere gaudent.
Tunc magna exarsit generosi Cæsaris ira,
Quod uelut ex æquo secum contendere uicti
Auderent, nec adhuc miseros agnoscere casus,
Fortunamq; suam uellent in morte fateri.

Vicinum castrũ. Nomen illi erat tum, ut idē autor est Radeuicus, Sanbassan. Cōiunx regia. Beatrix Augusta, quę aliquando, ut & Crantius refert, ingentem a Mediolanē. contumeliam passa est. Quum enī fœminea, ut putabat, securitate urbē intrasset, cuius uidendæ studio iam pridē ardebat, populus male affectus Imperatori, q iterum rebellionem meditabatur, insolens, fœdumq; petulātiæ suæ exemplū edidit. Quippe obliti debiti, oblitꝰ fœminei decoris, oblitꝰ armorum Cæsaris, quæ sæpius illi cum uictoria intentauit, Augustam fœminam capite obuerso, in caudam mulæ impositam, traditaq; pro freno cauda, non tantum in urbe circumuectam habuit summo ludibrio, sed etiam eo schemate uidendam per portam emisit. Vnde memor, tam insignis contumeliæ, ut eos rursus ad deditionē compulisset, non alia deditos lege accepit Aenobarbꝰ, quam qui uiuere uelint, Ficum de natura mulæ, dentibus eximerent, alioquin mox obtruncandi. Multos tum ferunt, præposuisse mortem ignominię: uitę cupidi fecere, ad quos eos suprema necessitas adigebat. Hinc quoq; natam esse aiunt, apud Italos familiarem illam contumeliæ notam, qua pollice digito inter duos ostenso irridentes dicunt. Ecco la fico. Hæc est autem illa ficus, eodem Crantio teste, quā tulistis Mediolanenses per summam ignominiam, unde horror est, digna superbiæ uindicta.

Ficus Mediolanē. Ecco la fico.

Infandaq; multa uiderēt. Mala .s. & scelera, quæ sæua belli tempestate ingruunt. Hæc recitat Roterodamus in explicatione Prouerbij. Dulce bellum inexpertis. Placentinis hostibus. Vsq; adeo

adeo uerum eſt, quod Sapiens dixit. Inimico reconciliato ne credideris. Licet enim Placentini nuper in Aenobarbi uerba iuraſſent, ſecrete tamen Mediolanenſibus fauebant, ficta deuotione, ſimulataq; obedientia Cæſari adhęrentes. Vnde non multo poſt ab eo, ut patebit, ſacroſanctæ Maieſtatis rei, hoſtesq; Imperij, pronunciati ſunt. Se Præſulis eſſe nepotem. Archiepiſcopi Mediolanēſis. Vir erat ille, ut ait Radeuicus, diues, & cuius conſilio Mediolanenſis ciuitas plurimum nitebatur. Iuriſperiti nepotis uocabulo uarie utuntur: ijs modo ad pronepotem extenditur, modo filij appellatione uenit, modo non uenit. Ego ſubſcribo ijs, qui nepotem nō proprie, ſed per interpretationē aiunt ſub filio cōtineri. Vulgarem autem uocabuli huius uſum narrauimus in Scholijs, quæ ad amici rogatum olim adtecimus Hymno Auiæ CHRISTI Annę dicto ab Roterodamo. Generis notis. Id eſt, imaginibus. in bonam partem, ut aliquando etiam accipitur, ſicut apud Ouidium. Ille Numantina traxit ab urbe notam. Plęrumq; tamē in malam partem, pro infamia & ſuggillatione. Notis autem ſcribere, Iuriſconſultis eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo uti. Tranquillus de Tito principe Romano. E pluribus comperi notis quoq; excipere uelocißime ſolitum; & cum amanuenſibus ſuis per ludum iocumq; certantem, imitari chirographa quæcunq; uidiſſet. Huiuſmodi exceptores ſunt hodie in ſeptis Iudicialibus miranda ſolertia omnia propemodum dicta, aduocatorū quoq;, nedum iudicum excipientes. Quales etiam olim fuiſſe in iudicijs Romanis probat adductis teſtimonijs Budæus in Annotation. priorib.

Nepos.

Nota.

Notis ſcribere.

Protinus obſeſſos pręconis uoce moneri
Imperat, ut miſeræ ſolatia nulla ſalutis
In bonitate ſua ponant ſibi, ne quis ad ipſum
Spe ueniæ fugiſſe uelit, pro ſanguine certet
Quiſque ſuo, propriamq; manu ſe ferre ſalutem
Nouerit, & ualidis tantum ſpem ponat in armis.
Inde quater denos, quos plebes perfida dudum
Illa Viro dederat, fidei, paciſque tenendæ
Pignora certa uades, fabricis, & turribus altis
Imperat adnecti, quiq; hæc, faſcęſque ſuorum,
Saxaque tormentis uiolenter ab urbe rotata
Excipiant, miſeris tutantes robora membris.
Quantus erat luctus, miſeri quæ forma doloris,
Quæ ſuper e totis populi ſuſpiria muris,
Cum pendere ſuis expanſo corpore natos,
Oppoſitos telis, miſeri uidere parentes.
Pectora ſingultu ſaliunt, gemituſque dolore
Rumpitur, atq; omni lachrymæ ſub caſſide manant.
Non tamen idcirco parcendum turribus illis
Eſſe putant, curantue ſuos auertere iactus.
Atq; aliquis toto diſtentus corpore pendens,
Saxa uidens, in ſe miſerum torquere parentem,
Luctifico clamore ciens, ita filius inquit,
Quid facis infœlix? huc tandem reſpice ſæue
Ac miſerande pater, lapidum compeſce rotatus,
Tela manu ſuppreſſa tene, non obruis hoſtem,

Præco.

Præconis uoce. Qui publice aliqd ore & uerbis denunciat, pręco dicitur, ut apud Virgil. in .v. Aeneid. Victorem Aeneas præconis uoce Cloanthum declarat. M. Cicero Epiſt. lib. vi. ad Leptam ſcribens, ex autoritate Balbi Iuriſcōſulti indicat Pręconis munꝰ ignobile, his uerbis. Simul ut accępi a Seleuco tuo literas, ſtatim quæſiui e Balbo per codicillos, quid eſſet in lege. Reſcripſit, eos qui facerent pręconium uetari, eſſe in decurionibus: qui feciſſent, non uetari. Quam ſentētiam & Alciatus ꝓbat. non em̄ ſimpliciter pręco muſicam profitet̄, ſed uoce & clamore populum alloquitur. Iuuenalis. Quondam hi cornicines et municipalis harenæ Perpetui comites, notæq; per oppida buccę. In bonitate ſua. Hoc eſt, miti & manſueta natura: quę non defuit Aenobarbo, & Regem maxime decet. Nihil eſt em̄ autore Seneca memorabilius, quā eum cuius irę

Filius est, quem morte petis: uel parcere nato
Si prohibet fortuna patrem, da tempora uitæ
Non spaciosa meæ, ueniatq; miserrima mater,
Pendentemq; prius uideat, mortique paratum
Quem genuit. sic ille miser sua fata parenti
Defleuisse suo: sic & pater anxius illi
Respondisse potest. non me tua fallit imago
Nate, nec ignara te nescius obruo dextra.
Agnosco miserum miser, accipioq; uocantem,
Heu pietas, non parco tamen: sed desine sæuum
Incusare patrem, non te, miserande, sed hostem,
Inq; meam structas cladem peto turbine turres.
Cogit amor patriæ, mallem distractus in illo
Stare loco, corpusque tuis opponere saxis.
Sors tua dura minus, saxi quem protinus ictu
Machina discutiet: nos turba miserrima, fastus
Teutonicos, Regisq; minas, longiq; dolorem
Funeris, amissa iam libertate timemus.
Vix ea, cum rapido moles excussa flagello,
Fortiter inflicto pendentem discutit ictu.
Sic aliquot pueri mortem subiere, sed omnes
Expositi fato grauiorem morte timorem,
Longaq; pendentes miserandaq; fata tulerunt.

nihil obstat, cui9 grauiori sententiæ ipsi qui pereunt assentiūtur, quē nemo interrogatuius est, imo si uehementius excanduit, nec deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum iniicere, & potestate sua in melius, placidiusq; uti. Quamobrē perfidię gentis imputandum est, quod clementia Principis sæpius læsa, ut fieri solet, in inexorabilē iram exiens, ipsum ad insigne seueritatis, quod mox sequitur exemplū adegit. Quę, ut docet Cicero primo Officiorum, reipublicæ caussa adhibēda est, quod sine ea rerum summa administrari non possit. Fabricis. Machinis, quibus alligatos Cæsar, obiiciendos decreuerat Cremensium tormentis: quæ nouem ipsi intra urbē habebant, uulgato nomine Mangas uocata, teste Radeuico, apud quem eadem, quę hic cecinit poëta fusius est legere. Quid facis infœlix. Pathetica uerba filii machinis affixi pro muris patriæ: ne pater in se hostile telum torqueat e tormentis in obsidentem hostem iaculandum. Non me tua fallit imago. Verba patris ad filium exhortantis, ut fortiter pro patriæ, quam ipse propugnet,
Patriæ amor. libertate moriatur. Amor patriæ. Vt hæc est unicuiq; iucundissima, quæcunq; contigit, ut testatur Homerus in Odyssea, q interprete Roterodamo sic cecinit. Vt nihil est patria, propriisue parētibus ulli dulcius. Sed & Cicero in Legib9 autor est, nos illis maxime obligatos esse: apud quem & habes Catalogum defensorū patriæ, in Orat. pro Sestio. Sors tua dura minus. Hoc est, melior, q. d. o fili, tua conditio est leuior, quia si & tu morieris, nullo id cruciatu longo continget, & ut uir fortis, pro patria mortem oppetes: uerū ego obnoxius ero erumnosę perpetuęq; seruituti. Estq; locus ab instantibus malis. Similis illi, qui est apud Lucanum lib. octauo. Sed tua sors melior, quoniam mors ultima pœna est Non metuenda uiris. Machina. Tormētum bellicum. Sed & uox ipsa consilia, quibus decipere hostem conamur, significat: ut in referenda eius origine narrauimus fusius, ut omnia, quæ in hymnum Prudentii, ad omnes horas scripsi.

Amissa iam libertate. Quum hæc non solum ab hominibus, sed etiam a bestiis expetatur, ut præclare dixit Cicero contra Rullum. Certe laus est illa maxima ciuitatis, in qua est libertas certa, æquaq; tam ciuibus q̄ peregrinis. Vide Aristotelem lib. Politic. iiii. & Sexto. Sic aliquot pueri. Attendendum memorabile Cremensium crudelitatis, uel potius immanitatis exemplū.

Pueri. Pueri. Id est, filii, ut apud Euangelistam iuxta idioma Hebræorum, cuiuscumq; sint ætatis, Paulus Iurisconsultus triplicem explicat huius uocis significationem. Prima est, cum seruos pueros appellamus: qui sermo etiamnum in usu est. Altera est, cum contrario puellæ nomine utimur, teutonice ein knab. Tertia est, qua ætatem indicamus: unde propria significatione, cum puerum dicimus, impuberem intelligemus, id est, qui quatuordecim annos non expleuerit.

Accipitur & in sacris literis pleniore significatione hæc uox, ut apud Esaiam, Maledictus puer centum annorum. Esa. 65.

Interea Ligures tantis ad mœnia Regem
Implicitum cœptis, alijs non posse putantes
Ferre salutis opem, sociosq; leuare labores,
Agmine collecto, quanto non ante, Manerbum
Haud procul a Cumis, uix expugnabile castrum
Assultu, raptoq; parant euertere bello.
Comperit hos motus, qui tunc in partibus illis
Virtutum merito generosum nomen adeptus,
Teutonica dudum miles de gente, uocatus
Cæsaris imperio, Comitem Gozuinus agebat:
Propositum Ligurum Regi, magnosque paratus
Significat, cautusq; suis a Principe castris
Supplementa petit, collectis omnibus ipse
Quos eadem tellus aptos, his rebus, habebat,
Arma rapit, iamq; obsessos euertere muros
Castrensiq; necem populo, seu uincla minantes
Aggreditur, turbatq; uiros, celeriq; relapsu
Conuertit, flectitq; fugam, fallitq; sequentes.
Sic iterum, sic sæpe suo Comes impiger astu
Ludificat Ligures, inceptaq; magna retardat.
Id satis esse putans, sociæ dum signa cohortis,
Auxiliumq; ferens, a Principe miles adesset,
Ergo ubi conspicuis uelox equitatus, in armis
Quingenti iuuenes, firmissima robora belli
Affuit, & ualido suppleuit robore partes,
Plura rati Ligures, & te quoq; Cæsar adesse,
Præcipitem petiere fugam, timidiq; soluta
Obsidione suos properant attingere muros.
Inminet attonitis uictor, spolijsq; retentis,
Pluribus occisis, aut uincula ferre coactis,
Non prius abstinuit ferro, quam cardine uerso
Hostibus exclusis fugientes porta recepit.
Iam crebris insida dolis, astuq; maligno
Ausa pium fuerat stimulare Placentia Regem.
Quippe nec occultis Ligurum malesana uolebat
Parcere colloquijs, alimentaq; grata ciborum,
Armaq; damnatæ mittebat perfida plebi.

Agmine collecto. Circiter. XXX. Mil. ut asserit Radeuicus. A Cumis. A Comensi lacu.

Comitem agebat. Hoc est, administrabat, quibus ab Aenobarbo præfectus erat, Comitatus. s. Sefrenensem, & Martusanum. Supplementa. Id est, subsidium, uel potius auxiliarem militem. Castrensia uerba sunt obsidium, præsidiū, & subsidium, sed ad alia etiam translata.

Incepta magna retardat. Hoc est, copiam pugnandi facere cunctatur.

Colloquijs. Tractatibus, ut nūc aiunt. Alimenta ciborum. Cōmeatum signat. Quod uerbū itidem castrense, uulgo Proffand, duo significat, uel facultatem ad tēpus Commeatus.

Ergo Placentinos, totiens offenſus ab illis
Imperij Cæſar manifeſtos deputat hoſtes.
Hoc ſatius reputans, quam ſi ſub melle uenena
Impia celantes, hoſtilia quæq; mouerent.
☞ Nulla quidem peſtis magis eſt operoſa nocendi,
Quam ſimulatus amor, nimiūq; domeſticus hoſtis.

a militia, alioue miniſterio recedendi, quam præbet militi Imperator eundi quo uelit, ad præſcriptum diem reuerſuro: & in hac ſignificatione numero tantū ſingulari ſere utimur. Vel cibaria & alimoniam publicam uel priuatam. Cicero pro lege Manilia. Iam cōmeatu & priuato & publico prohibebamur. Mittebat perfida. Vt rariſsimum eſt, amicitias recōciliatas pure colere. Bene autem perfida, quia iuſiurandum, hoc eſt, hominij iurata capita, quæ ſuperius recitata ſunt, uiolauit. Venena. Caius Iuriſconſultus Homeri autoritate probat uocabulum uenenum indifferens, ſignificatumq; a coniunctis accipere. Nam bonum & malum uenenum dici poteſt. Hodie tamen uulgaris conſuetudo admiſit, ut quotiens ueneni mentionem facimus, de malo intelligamus. Venenorum remedia diffuſe attingit Dioſcorides lib. ſexto. Per tranſlationem aūt hic intelligit Placentinos ideo externe ſe amicos agere: ut nacti occaſionem, grauius lędant. Quod eſt iuxta prouerbium a diuo Hieronymo contra Ruffinum uſurpatū, altera manu panem oſtentare, altera lapidem ferre. Nulla quidem peſtis. Catholica ſententia, cuius uim ſi quis in humanis uerſatus rebus non aliquando expertus eſt, hic iure cenſendus eſt beatus. Neſcio an poëta ad illud uulgatum apud Michęam cap. vij. alluſerit. Inimici hominis domeſtici eius. Quod ſi Polydoro credimus, cōgruit in familiares inimicos, quibus nihil nobis pernicioſius eſſe poteſt: quando illi ut clancularij hoſtes nō facile cauētur. Simulatus amor. Hoc eſt, amicus. Quippe ab amore, ut etiam diuus Hieronymus annotauit, amicus dicitur, enarrans locum ſcripturę modo citatum. Cum autem omnium rerum ſimulatio eſt uitioſa, tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat, tum amicitiæ repugnat maxime: delet enim ueritatem, ſine qua nomen amicitiæ ualere non poteſt, autor Cicero in Lælio. Domeſticus hoſtis. Cum hoſtis hodie ſignificet eum cum quo bellum publicę geritur, pro inimico accępit: quo uerbo ſignificamus omnem quem odimus qui amicus non eſt.

Venenum. Amicus unde. Simulatio. Hoſtis.

Iamq; rebellatrix ſuppreſſo Crema timore
Præteritis afflicta malis, metuensq; futura,
Cœperat in ſeſe grauiter mulctata reuerti.
Iam ſe poſſe minus trepidi, triſtesq; fatentur,
Nec ſolitis turbare uiros excurſibus audent.
Ne tamen omnino nulla ſint fraude nocentes,
Muſcipulis ſimiles laqueos, nexuſque tenaces,
Furtaq; mirandæ non apparentia fraudis
More nouo, notaq; minus reor hactenus arte,
Per quaſcumq; uias, & circa mœnia tendunt.
Vt ſi cauta parum laqueo ueſtigia quiſquam
Inſerat, ante quidem quam ſe diſſoluere poſſit
Adſit, & obtruncet, captumue cōerceat hoſtis.
Præterea denſis ſcrobibus tellure cauata
Præcipites fodere dolos, foſſasq; latentes
Iniectu texere leui, quas incidat hoſtis
Inſcius, & ſubito pateat diſcrimine morti.
His alijsq; dolis, quos tendere callida plebes
Sueuerat, ultrices tandem Fridericus in iras

Mulctare. Mulcta. Pœna.

Grauiť mulctata. Condemnata. A mulcta, quā uocem Grammatici quidam a mulcendo per antiphraſim dictam putāt, mulctare uerbum dictū ſignificat condemnare et punire. Sic Plautus mulctare matrimonio, Terentius & Maro lib. xi. mulctare morte, Trāquillus mulctare gentilicijs hęreditatibus, Corn. Tacitus, mulctare uerberibus dixerunt. Ex uſu tamē, ut proximo lib. quoque indicauimus, anguſtiore ſignificatiōe mulcta pro pecuniaria tantū pœna recepta eſt. Sicq; uariæ differentiæ introductæ ſunt. Quod pœna quælibet coercio ē, mulcta ſolius pecuniæ: quod pœna certa eſt, legeq; expreſſa, mulcta ab ius di-

Excitus, extremamq; manum præstare labori
Accelerans, iam quippe uiro post oppida clausa
Sextus agebatur brumali frigore mensis,
Omnibus affectis, finemq; optantibus olim
Bellorum, quocumq; modo munimina bello
Expugnare parat: tardum sibi quippe uidetur
Expectare famem, cum longos ciuis ad usus
Plurima de totis cautus collegerit agris.

tentis arbitrio pendet: Quod pœna a quocũq; iudice infligi potest, cui criminis exequutio demãdata sit: mulcta ab ordinarijs tantummodo, hisq; qui pro tribunali sedent. Quod mulcta fisco datur, pœna etiam parti applicari potest. Quod mulcta infamiam nõ irrogat. Quod a pœnæ irrogatione cũ quis criminis conuictus est, prouocatio nõ est: at mulctæ indictio per iudicem appellationis reuocari potest: sed & si ultra modum a lege constitutũ Præses prouinciæ mulctam dicat, ipso iure rescissum est: si pœnam, appellatione opus est. Is quoq; q̃ mulctam dixit, officio suo functus non est, & ideo eam reuocare potest: at qui pœnam constituit, amplius ea de re non aditur. Sunt autem pœnę per leges & S. cõnsulta certis delictis constitutę: mulcta specialibus quibusdam. ut cum quis in ius uocatus iudicem negligit: contumaciæ enim infligitur. Plinius Episto. lib. iiij. Licinius Nepos prætor acer & fortis, mulctam etiam dixit senatori, qui ad iudicandum non uenerat, egit ille in Senatu caussam suam: egit autem sic, ut deprecaretur: remissa est mulcta, sed timuit, sed rogauit, sed opus uenia fuit. In sese reuerti. Id est, cognoscere seipsam. Vnde, in se descẽdere dictũ ꝓuerbiali sermone, est sua ipsius uitia inspicere. Persius. Vt nemo in sese tentat descendere nemo, Sed præcedẽti spectatur mantica tergo.

Muscipula.

Muscipulis. Muscipula est instrumentum quo utimur ad mures capiendos, Græci μυάγραν appellãt. Hoc autem uocabulo male literati, ut Beroaldus in Asinum Apuleianum annotauit, pro ipso cato, qui & felis domesticus dicitur, utuntur. Notaq; minus arte. Vt sit uera Ouidij sententia. Ingenium mala sæpe mouent. Extremam manum præstare. Pro eo quod est, ut habet prouerbium, Summam manũ addere, rem omnino absoluere, seu extremum finem imponere. Sumpta metaphora ab artificibus, ut explicat Erasmus in Chiliadibus. Labori. Obsidioni. Quocumq; modo. Id est, nulla non arte adhibita, seu tentata. Vt solent comędiarum aut tragędiarum scriptores, qui fabulas suas in actus quosdam distribuunt. Vnde illud Horatianũ. Nec sit quinto productior actu, in extremo actu plurimum artis addere, sicut scribit Tullius ad Qu. fratrem. Illud te ad extremum & oro & hortor, ut tanquam poetæ boni, & actores industrij solent, sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis, & cætera.

Prouidentia.

De totis cautus. Id est, prospiciens. Prospicientiæ munus, quę alio nomine ac maxime noto, dicitur Prouidentia, in aduersis prosperisq; æque uersatur rebus, commodis etiam atque incommodis prospectandis, ijsq; etiam prouidendis, atq; ut auertendis damnis, sic etiam inuitandis compendijs. Non solum enim diuersissimas res acutissime dispicit, uerum etiam & consulit, & consilio dat operam. Quæ autem sit eius opera, & quæ uis, exemplo prudentis ac probati agricolæ ostendit eleganter lib. iiij. de Prudentia Pontanus.

Cautus.

Cautus autem proprie dicitur, uel qui tantum id uidet, ne a recto delabatur, ipse de uia digressus: uel qui id maxime curat, ab alijs ne decipiatur.

Protinus ad muros, munitas undiq; turres,
Inuectasq; rotis, & magno pondere firmas
Ducit, & hostili celsas super aggere sistit.
Harum summa tenent, quos, uel balista, uel arcus
Morte procul missa facit hostibus esse timendos,
Qui iaculum ualido longe torquere lacerto
Longius excussa didicere potenter habena.
Inferiora uiri fortes, ex agmine toto

Munitas undiq; turres. Eleganter describit turres, machinas illas ambulatorias, quarum & superius meminit. Et q̃a quæ de eiusmodi turribus scribit cap. xvij. lib. iiij. Vegetiꝰ huic loco, unde desumpta uideri possunt, non incongruunt, quo planius ille intelligatur,

Turres ambulatoriæ.

Electi, promptiq; manu tabulata tuentur:
Qui dum trans fossas porrecto ponte patentes
Mœnibus assiliunt, & muros rumpere tentant,
Qui loca summa tenent, iaculis, leuibusq; sagittis
Infestant miseros per propugnacula ciues:
Ne confringendis liceat succurrere muris.
Tunc & subiectas facilis despectus in arces,
Et leuis ex alto trepidos conatus in hostes:
Qui si forte suos rursum conuertere uultus
Incauti tentant, uehementibus ora sagittis
Figuntur, nec scire licet, necq; cernere fas est
Vulneris autorem, latebris quem lignea tutum
Occultant tabulata, cauis pluit aura sagittis
Desuper, & toto funduntur ab æthere mortes.
At quæ de muris nostras fluitantia turres
Tela petunt, infirma uolant, spacioq; tenoris
Languida, uix summo delibant robora ferro.

haud grauabor ea adscribere. Turres, inquit, dicuntur machinamēta ad ædificiorum speciem ex trabib9 tabulatisq; compacta: & ne tantum op9 hostili concremeretur incendio, diligentissime ex crudis corijs, uel centonibus communitur: quib9 pro modo latitudinis additur altitudo. Nā interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, uel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarum tanta sit, ut nō solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superēt. His plures rotę męchanica arte subduntur, quarū lapsu uolubili magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros. Circa uero mediam partem accipit pontem, factum de duabus trabibus, septumq; de uimine: quem cito prolatum, inter turrim murumq; constituunt: & per eum ingredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati & sagittarij collocantur, qui defensores urbis contis, missilibus, saxisq; ex alto prosternant. Quo facto, ciuitas capitur sine mora. Quid enim auxilij superest? cum hi qui de murorum altitudine sperabant, repente supra se aspiciant altiorem hostium murum. Græci eiusmodi turres, quibus ad iam dictum modum in urbium expugnatione muri conscenduntur, Epibateria appellant: quam dictionem in Caluitij laude usurpauit Seneca. Funduntur ab æthere mortes. Hoc est, ab altitudine, seu culmine turris superāte summitatem muri obsessæ ciuitatis. Mortes numero multitudinis dixit more scriptorum Ecclesiasticorum, apud quos legere est mortes, & mortium. Spacioq; tenoris. Hoc est, propter longiorem progressum, quo ius attenuatur. Summo ferro. Id est, acie ferri, cuius illa extrema pars est.

Epibateria.

Si rapidas tormenta faces, ad lignea forte
Robora torserunt, & turribus ignis adhesit,
Desuper effusis incendia protinus illa
Restinguuntur aquis, aut uino sparsa quiescunt:
Aut si restingui nequeant, & feruida uiuo
Sulphure flamma uiget, fumantia membra securis
Amputat, & toti succisa parte medetur.
Turbine fulmineo magnos tormenta molares
Mœnibus infligunt, murosq;, & tecta flagellant.
Fundaq; contorto transuerberat aëra plumbo,
Et medijs liquidæ glandes in nubibus ardent.

Si rapidas tormenta faces. Docens eīn. & Vegetius, quemadmodū ambulatoria turris possit incendi, Huic, inquit, tam manifesto discrimini succurritur multis modis. Primū, si confidentia uel uirtus ē militaris eruptione facta, globus egreditur armatorū, & ui hostibus pulsis machinamentum illud ingēs direptis corijs ignis exurit. Qd' si oppidani exire nō au-

Aſt alij foſſas, iniectu ceſpitis, implent,
Hoſtileſque petunt denſa teſtudine muros.
Suffodiunt alij turres, ac fortia ſubter
Fundamenta cauant, aut duri roboris ictu
Impellunt muros, labefactaq; mœnia quaſſant,
Aut emota loco muri, compagé ſoluta,
Saxa remoliri cuneis arctata laborant.
Aut uelut in plano ueſtigia certa ferentes,
Scalarum gradibus celſas apprehendere pinnas
Contendunt, pugnantq; ſimul: nec ſegnior hoſtis
Vndiq; diſcurrens nunc hos, nunc obuius illos
Excipit, hærentes ſcalas detrudit ab alto
Margine murorum, uicinos cominus enſe
Percutit, aut duro contundit tempora conto:
Longius amotos, lapidum torrente ruina
Obruit, aut iaculis, & certo ſauciat arcu.
Aeſtuat ira minis, ſæuius crudeſcit utrimq;
Clamor, adhortantes incendunt pectora uoces.

deant, maiores baliſtas, malleolos, uel phalaricas cum incendio deſtinant: ut perruptis corijs, uel centonibus, intrinſecus flamma condatur. Malleoli uelut ſagittæ, & ubi adhæſerint (quia ardentes ſunt) uniuerſa conflagrant. Phalarica autem ad modum haſtæ ualido præfigitur ferro, inter tubum etiam & haſtile, reſina, bitumine, ſtuppiſque conuoluitur infuſo oleo, quod Incendiarium uocant. Quæ baliſtæ impetu deſtinata, prærupto munimine ardens figitur ligno, turritamque machinam frequenter incendit. Depoſiti quoque homines funibus cum hoſtes dormiunt, in latebris portant lucernas, & incenſis machinis rurſus leuantur in murum. Liquidæ glandes. Miſsile glans eſt plumbeum in modum glandis formatum; Saluſtius in Iugurtino. Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Denſa teſtudine. Hoc proximo libro explicatum eſt. Ac fortia ſubter Fundamenta cauant. Eo cap. quo Vegetius oſtendit, quibus modis fodiatur terra, ne machina noceat, refert memorabilem Rhodiorum aſtutiam: Quorum cum inquit, ciuitas oppugnaretur ab hoſtibus, & turris ambulatoria ſuper murorum altitudinem ac turrium omnium pararetur, mœchanici ingenio Inuentum eſt tale remedium. Per noctem ſub fundamento muri cuniculum fodit, & illum ad quem die poſtero turris fuerat promouenda, nullo hoſtium ſentiente egeſta terra cauauit intrinſecus: & cum rotis ſuis moles impulſa fuiſſet, atq; ad locum, qui ſubtus cauatus fuerat ueniſſet, tanto pondere ſolo cedente ſubſedit, ut nec iungi muris, aut moueri ulterius potuit. Ita ciuitas liberata eſt, derelictaq; machina. Cuneis. Id eſt, trabalibus. Sunt autem trabales ſpecies tormentorum: dicti a trabibus. Horum meminit Horatius in Odis. Proprie namq; Cuneus inſtrumentum eſt quo in lignis findendis utimur. Per tranſlationem autem dicitur etiam multitudo peditum, quæ iuncta cum acie primo anguſtior, deinde latior procedit, & aduerſariorum ordines rumpit: quia a pluribus in unum locum tela mittuntur, autor Vegetius. Scalarum gradibus Contendunt. Apte dicit, contendunt: quod qui ſcalis nituntur, frequenter periculum ſuſtinent. exemplo Capanei, a quo primum hæc ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta ui occiſus eſt à Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur.

Malleoli. Phalarica. Incendiarium. Glans. Aſtus Rhodiorum. Trabales. Cuneus. Capaneus ſcalarum inuentor.

Vtq; procelloſum uentis agitantibus æquor,
Oppugnat miſera perituram ſorte carinam,
Rumpunt uela nothi, commixta grandine nimbus
Ingruit, & miſeros affligit ab æthere nautas,
Aſſiliunt fluctus, ualidis agitata procellis
Verberat unda latus, nexu tabulata ſoluto
Rupta gemunt, hauſtoq; mari rimoſa fatiſcunt,

Vtq; procelloſum. Similitudo ualde pulchra. Decimus fluctus. Hic apud Poëtas pro maximo & undabundo celebratiſsimus eſt. Sic plebs infelix. Adaptatio egregia. Bertolſum fama uocabat. Radeuicus. Sed neq; noſtris, inquit,

Stant miseri nautę, quacq; impetus acrior urget,
Hac studio maiore rati succurrere tentant.
Hic latices trepidus salsos in stagna refundit,
Et properat rimæ sarcire patentis hiatum.
Ille uacillantem fluctu iactante carinam
Remigio, doctacq; manu sustentat, & ipsi
Decertans pelago, perfringit remige fluctus,
Vela notho, clamore uiri, stridore rudentes
Quassa fragore ratis, plangoribus insonat unda.
Dum tandem decimus uiolento gurgite fluctus
Insiliat, uictamcq; premens obsorbeat alnum.
Vix modicum tempus disiectacq; fragmina summis
Fluctibus & tabulas uideas per stagna natantes:
Naufragio pars hausta perit, pars reddita coelo
Enatat, & nudi ueniunt ad littora nautæ.

Sic plebs infelix, cladisque ignara propinquæ
Fortis in aduersis, & adhuc inuicta resistit.
Iam quantum poterant muris accedere turres
Admotæ fuerant, longicq; ad mœnia pontes
Prodierant, bellocq; furens animosa iuuentus
Fixerat in summi uestigia margine muri.
Occurrunt hostes, & spicula, saxa, facesque
Coniiciunt, hastisque uiros, sudibusque repellunt,
Deturbantcq; solo, quosdamcq; uiriliter ausos
Insiluisse leui trepidantia mœnia saltu,
Obtruncant ferro, quos inter, fata duorum
Sicut acerba nimis, sic & miseranda fuerunt.

Horum unus trepidos dum per sua mœnia ciues
Territat insultans Bertolfum fama uocabat,
Primus in attonitos saltu se miserat hostis
Dum fugiunt omnes unum, pauidisque fatiscunt
Mentibus, a tergo furtim librata securis
Tempora flauenti decussit tecta capillis,
Totacq; detracta est capitis membrana resecti,
Atcq; peremptoris nitido superaddita cono,
Hostilemcq; comis galeam pendentibus umbrans,
Præbuit infandi signum crudele triumphi.
Alternis manibus, ferro, pedibusque resectis
Nomine fama caret, cladis memorabilis extat

uirtus in rebus aduersis, nec Cremēsibus sæuitia defuit. Nempe unus militum nostrorū nominē Bertolfus de Arrar, qui cum primis de ponte saltu in ciuitatem uenerat, circumdatus undicq; ab hostibus: dum pugnando se fortisimū ostendisset, multoscq; solus usq; ad magnam partem ciuitatis persecutus fuisset, a quodam retro longa securi prostratus est. Nam in anteriori parte, per medios ructem uniuersi uitabant, audaciam hominis metuentes, pariter & admirantes. Quem tandem cum occidissent, unus de illis crudeliter in mortuū sæuiens, cutem capitis, ut dicebat, abstraxit, & prius decentissime capillatā galeæ suæ affixit, ipse turpis & indecentissimus, nec uiri fortitudine pmotus, nec humanæ cōditionis sortem miseratus. Alium quocq; præcisis manibus ac pedibus, graue ludibrium per plateas serpere permiserunt.

Vmbrans. Tegens.
Signum crudele. Imo percq; immane, si modo legeris cap. Pontani, q̄d scripsit de immanitate,

Truncus in hostili fœde tellure uolutus
Palpitat, & miseri præbet ludibria fati.
Non impune quidem, non gaudia longa malorũ
Ciuis agens, magnæ cladis suscæpit eodem
Damna die, belloq; diu conflixit, at inde
Pulsus, in internam trepidus se contulit arcem.
Iamq; suis rebus certa diffidere tandem
Cœperat ille fide, placuit consulta salutis
Sæpe prius neglecta sequi, pacisque petendæ
Vtile consilium certæ præponere cladi.
Nec mora, colloquium cum Saxone poscit habendũ,
Cumq; Peregrino, quem tunc Aquileia diues,
Eximium claræ Patriarcham laudis habebat.
Horum facundis lenitas uocibus aures
Permulcet, ueniamq; sibi sermone diserto
Præparat, & doctis excusat crimina uerbis:
Non odio regni, nec seditione rebelli
Arma tulisse manu, sed ne sua fata superbis
Hostibus, & tumidæ gemeret subiecta Cremonæ.
Fœdera cum populo Ligurum iurata fideli
Dum licuit coluisse manu, nunc illa soluto
Quando ita Rex iubeat, tandem se iungere nexu,
Nec plures adhibere moras, id poscere tantum
Puniat ipse reos uictor, quocumq; libebit
Afficiatq; modo, tantum ne uicta Cremonæ
Ludibrio fiat corrupto Principe plebes.
Hæc ubi sunt placita Duci, lenita resedit
Ira ferox animi, multumq; domestica magno,
Ac bene nota uiro, tetigit clementia mentem.
Protinus assensu Procerum moderamine tali
Vtitur, ut nec se uenia, uitaq; repulsos
Infausti doleant ciues, nec lenior æquo
Incitet ad similem multos uindicta fauorem.
Mœnibus incolumes tuto migrare relictis,
Quodq; semel ualeant humeris deferre sinuntur,
Cætera uictori rapienda relinquere iussi.
Quis rogo luctus erat? quis tota per oppida clamor?
Qui gemitus populi? dum paucis rebus onusti,
Multa relinquentes, miseri sua mœnia ciues

quam inciditur post uictoriam.

Cum Saxone. Duce Saxonię, et Bauarię Henrico supra memorato.

Peregrino. Erat is uir eruditus, facundus, et ut ait Radeuicus plurimis uirtutib9 adornatus. Huius Antistitis orationem ad Cremenses idẽ recitat cap. 65. quarti rerũ Aenobarbi. Aquileia diues. Hodie fortuna est mediocri. Vel forte respexit ad illã ueterem, quæ potens urbs per tres annos sustiuit obsidionẽ Attilę Hunorũ Regis illi9 illaudati egregiarũ urbium euersoris. Excidiũ Aquileiæ de quo latius Sabellicus, urbi Venetiarum dedit originẽ. Patriarcham. Quatuor tantum principio fuere Patriarchæ, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitan9. Postea accessere alij, ut Constantinopolitanus, et Aquileiensis. Romæ ut ferunt, extant quinq; etiamnum Ecclesiæ Patriarchales. Nempe ad Ioannis Lateraneñ. ad Petri, ad Pauli, ad Mariæ, cognomento Maioris, & ad Laurentij ædem.

Aquileia.

Patriarchæ.

Multumq; domestica. Magna laus Friderici. Siquidẽ ut grauiter Seneca dicit, nullũ ex oĩbus magis q̃ Regem aut Principem decet clemẽtia: quæ teste eodẽ, quo rarior in Rege, eo mirabilior habenda est. Clementiæ tñ locus, ut Cicero sapiẽter admonet Brutũ, alijs rebus alijs tẽporib9 esse debet. Quod & ab Aenobarbo, qui temperamentũ adhibuit, ut mox ipse Poeta innuit, obseruatũ est. Clausis. Cremensibus, obsidione cinctis.

Clementia.

Arſuraſque domos,& limina chara ſupremo
Ore ſalutarent,dulceſque relinquere cunas,
Orſa ſui generis,cultaſque parentibus ædes
Prodirent,querulæ uiginti milia turbæ.
At quos uel Ligurum populus,uel Brixia clauſis
Miſerat auxilio,nudati rebus & armis
Omnibus,accæpta uix tantum a Principe uita
Indecores,mœſtiq; ſuas referuntur ad urbes.
Protinus ad prædam ſpoliandaq; mœnia raptim
Curritur,& præda miles diteſcit opima,
Omnibus ereptis caſtrenſibus oppida flammis
In cineres collapſa fluunt,euerſaq; fractis
Turribus,antiquos expendunt clade tumores.

Expendunt. Soluunt, compenſant. Clade. Calamitate exilij. Antiquos tumores. Inueteratā ſuperbiam, ſeu contumaciā, & rebellionem pertinacem in Principes Romanos Teutonici ſanguinis: q̃d ſatis indicant Annales Teutonicorum ſcriptorꝫ de Cremēſibus ſic loquētes. At illi confidētes in ſui caſtri firmitate, eo q̃d olim Lotharius Imp. uiribus deficiens, non auſus fuerit idē caſtrū obſidere, de auxilio quoq; Mediolanēſiū & Brixienſiū confidentes, pręceptis Imperatoris ſuperbe contradixerūt, ac mulieres choros ducentes per plateas cantant. Sicut olim Lotharius, ſic & Fridericus cogetur recedere inglorius.

Cantilena in Aenobarbū.

Victor ad excelſæ munimina fida Papiæ
Vertit iter,ſolitamq; ſuis gaudere triumphis
Ingreditur pulchram caſtris uictricibus urbem.
Gaudia Ticinæ plebis, celebreſque triumphos
Cæſaris,& magni ſpeciem deſcribere plauſus,
Dignum uate foret,ſed & hoc,& multa relinquo
Cautus,& inualidæ parcendum credo camœnæ.
Iamq; alibi ſimiles in eadem diximus urbe,
Exhibitos Regi,deuotæ laudis,honores,
Poſt clades Terdona tuas,ideoq; premenda,
Ne bis agatur idem,pręſentia facta uidentur.

Triumphandi mos interruptus.

Celebreſq; triumphos Cæſaris. Romana re a libero ſtatu per Imperatores in tyrannidis ſpeciem redacta, quū plura iam per libidinem, q̃ ratiōe gererent, ſępius atq; in diuerſos modos uariata atque interrupta eſt triūphandi ratio: ut multis exēplis oſtendit Fulgoſus libro tertio: quo teſte, Belliſarius poſtremus fuit, qui ſub Imperatoribus poſt Auguſtū triūphauit. Hunc aūt honorem, ut multa alia ad militarē uirtutem pertinētia, ceu longo poſtliminio in Italiā reuocauit Caſtrucius Lucenſiū Princeps Piſis, Piſtoria, magnaq; Ethruriæ parte armis parta, cū ad Altūpaſſum Florētini pop. copias, capto Raimundo Cardona earū Duce, fudiſſet. Veteri eñ more, quantū fieri potuit, reuocato triumphali curru urbem Lucā iniuit Salutis anno Trecenteſimo uigeſimoſexto ſupra mille. Alibi diximus. Lib. tertio. ibi. Inde profectūrū. Bene autē, diximus: quia hiſtoriā perpetuā narrauit, nullo figmento admixto. Premenda. Pręterienda. Ne bis agat idem. Quod, ut admonet Cicero in Lælio, ſeu de amicitia libello, uetamur prouerbio. Præſentia facta. Triūphales ob uictam Cremā honores intelligit.

Reuocatus in Italiam.

Stabat adhuc ſtudijs hęrens,& fixa nefandis
Vrbs Ligurum, necdum cœptis deſiſtere,uel tot
Cladibus ipſa ſuis,uel Cremæ ſorte recenti,
Vel fatis Terdona tuis,edocta,uolebat.
Sed quia iam bello tellus afflicta bienni,
Frugibus,& ſolita minus ubertate uigebat,
Hoſtiliq; ſolo crebris iam ſæpe rapinis

Vel fatis Terdona tuis edocta. Videt alludere ad ſniam uerſiculi uulgo iactati. Felix, quē faciunt aliena pīcula cautū. In eandē ſententiā Plautus. Feliciter ſapit, q alieno periculo ſapit. Socijs. Partes Cęſarianas ſequētibus. Sūptus. Cō-

Exhausto, socijs etiam non parcere Regem
Sumptus, & immensæ cogebat copia plebis,
Milite dimisso, spoliatæ parcere terræ,
Constituit, uerso dum rursus cespite solem
Aspiciat ieiunus ager, dum semine iacto
Læta tumescat humus, dum plena turgeat urna
Bacchus, & arboreis redeunt sua munera ramis.
Ergo ubi belligeris ex omni parte cateruis
Stantibus, arrecta capiendis uocibus aure
In medio cœtu pulchro stetit ore serenus,
Indixitq; manu, placidoq; silentia uultu.
Incipit ex alto doctis facundia uerbis,
Atq; lepos consuetus adest, magniq; capacem
Ponderis ingenuam comitatur gratia uocem.

meatus. De esca nãq; & potu sumptum quoq; dici, manifesto deprehenditur ex hoc in Captiuis Plautinis uersu. Me saturum seruire apud te sum ptu & uestitu tuo. cũ cibus & pot9 sit quoq; impensa seruis necessaria. Sumptus.

Immẽsę plebis. Signat exercitũ Aenobarbicũ, qui fuit, ut tradunt, plus centies mille hoim. Pulchro ore. Id est, læta & hilari, qualis ei fuit, facie, ut Radeuicus formã eius describens refert, cuius hæc uerba sunt. Forma corporis decenter exacta, statura longissimis breuior, procerior eminẽtiorq; mediocrib9. Flaua cæsaries, paululũ a uertice frontis crispata. Aures uix superiacẽtibus crinibus operiunt, tonsore pro reuerẽtia Imperij pilos capitis & genarũ assidua succisionẽ curtante. Orbes oculorũ acuti & perspicaces. Nasus uenustus. Barba subrufa. Labra subtilia, nec dilatati oris angulis ampliata, totaq; facies læta & hilaris. Dentiũ series ordinata, niueum colorẽ representat. Gutturis & colli non obesi, sed parumper succulenti: lactea cutis, & quæ iuuenili rubore suffundatur. Eumq; illi crebro colorem non ira, sed uerecundia facit. Humeri paulisper prominentes. In succinctis ilibus uigor. Crura suris fulta turgentibus honorabilia, & bene mascula. Incessus firmus & constans. Vox clara. Totaq; corporis habitudo uirilis. Hactenus Radeuicus eius temporis æqualis historiam suam clausit. Quæ autem per tres in Italiam sequentes expeditiones, & postremo in Armenia gessit, scripsere multi, diligentius uero Nauderus, Crantius, & Aemilius Veronensis, cuius uerba de Friderici interitu haud grauabor adscribere. Cæsar, inquit, nobilissimo ualidissimoq; cũ exercitu ex Germania profectus, Pannoniamq; emensus, ad Græcos peruenerat, ad urbemq; Regiam Bosphoro transmisso longe lateq; nominis sui terrorẽ iniecerat, iam in Armeniã copias perduxerat: colebaturq; a gentis Proceribus a sancta caussa non alienis. Dum Selephium fluuium transmittit, equo offendente, iam grauis ætate, lapsus ita affectus est, ut inter manus sublatus, paulo post expirarit. Hoc & ab autore illius temporis Tyrio traditur, & propius fidem est, q̃ quod a nonnullis fertur. Sed ab ætate iam ingrauescente & grauitate hominis abhorret, eum, dum positis armis, uesteq; ad æstum leuandum natat, extinctum. Forma corporis Aenobarbici. Mors Friderici. I. Aenobarbi.

Non ego digna satis Comites præconia uobis
Ore referre paro, nec si prudentia magni
Nestoris, aut Ithacæ nobis facundia linguæ
Afforet, æquandas meritis ingentibus unquam
Sperarem nostro conceptas pectore laudes.
Ne tamen immemorem, forte ingratumq; putetis
Quamlibet exiles uobis pro tempore grates
Lætus ago, maiora quidem, modo uiuere detur,
Expectare iubens, uenient sua tempora rebus
Et meritis referetur honor. Vos ardua regni
Pondera sollicitis humeris gestanda dedistis.
Vos gelidas mecum transcendere sæpius alpes

Non ego digna satis. Oratio Cæs. Friderici ad milites ornata, magnifica, & suauis: continens gratiarũ actionẽ, laudẽq; militũ, quos remissos ad tẽpus reuocat, dicto die ad bellicos labores, proposita mercede amplissima. Vtitur aũt ab initio Extenuatione, noto Rhetorũ colore. Pręconia. Magna laus dicit pręconiũ, quia pręco pro laudatore ponit. Plautus in Menechinis pro pręmio Præconium.

Coniugibus, patriaq; domo, natiſque relictis
Exiguum quiddam, facto iam more, putatis.
Neſtor. Quid referam prompta ſuſceptos mente labores,
Quos Terdona dedit, quos Aſtum, quos prior illa
Obſidio Ligurum, tumidæq; rebellio plebis?
Imperij ſummum multo mihi ſanguine nomen,
Et diadema graui perfuſum cæde paraſtis.
Aëra peſtiferum, miſerandaq; funera paſſi,
Senſiſtis ſocios coniuncta ſorte labores.
Et nunc obſeſſa brumali frigore Crema
Vlyſſes. Quanta uel e cœlo, pro me, uel ab hoſte tuliſtis.
Hæc & plura quidem, quorum me nulla uetuſtas
Immemorem faciet, pro me ſuſcepta recordor
Lætus, & immenſæ mercedis debitor eſſe
Gaudeo, quam pleno cumulatam fœnore reddam.
Nouimus, & memori ſcriptos in corde tenemus
Qui toties noſtris ad certa pericula iuſſis
Proſtiterint, quos bella pati, duroſque labores
Iuuerit, atq; hilarem pariter cum pectore uultum.
In ſummis præſtare malis, qui prælia primi
Tentare, aut murum conſcendere fortiter auſi.
Multaq; præſentes oculis, quæ uidimus iſtis
Et uero pro teſte ſumus, ſit gratia ſummo
Magna precor Regi, qui me fulcire meorum
Dignatus ſtudijs: alij uenalia caſtra,
Aiax. Et mendicatas certa mercede cohortes
Alliciunt: ego gratuitis ultroq; paratis
Fidens auxilijs, ad magna negocia rerum
Tutus eo, fidas ducens in bella cateruas.
Nunc quia uaſtatis hoſtilibus undiq; campis,
Victum terra negat, caſtriſque alimenta miniſtrans
Plus ſocius ſtudio, quam bello lęditur hoſtis,
Reſpirare iuuat, laxataq; ſoluere caſtra,
Ruraq; dimiſſis ad tranſalpina cateruis,
Sumptibus aſſiduis oppreſſæ parcere plebi.
Dum melius promittat ager, repetitaq; cultu
Producant lætas Ligurina noualia fruges.
Protinus expleto (nobis reuocantibus) anno,
Si bene nota fides, in caſtra redibitis omnes.

pręconis uſurpauit, non pro eius officio, ut Valla interp̃s putauit. Magni Neſtoris. Is, qui fuit Neptuni ex Chloride filius. Sunt em̃ & alij Neſtores. Huic in bello Troiano ad eloquentiã partes ſalubris cõſilij dant. Vnde dicit, prudẽtia. Et tres ætates attribuit Homerus in Odyſſeę tertio, a q̃bus Neſtoris anni apud Latinos in prouerbiũ abierũt. Ithacæ linguæ. Hoc eſt, Vlyſſeæ. Nam, Non formoſus erat, ſed erat facũdus Vlyſſes. Is Gręcos a Troia diſcedere uolẽtes retinuit facũdia ſua. Horatius eum exitiũ gentis Troianæ appellat: quoniã eius aſtu latens Achilles muliebri habitu inter filias Lycomedis, deprehẽſus eſt, & in Troiam ductus, qui Hectorem occidit, et fratres eius plures, contiinueq; Troianis ipſis inſidiabatur. Vnde quicq̃d actũ eſt poſtea in Troianos, Vlyſſes feciſſe uidetur. Eum Homerus breuem & prudentiſsimũ refert, Aiacem longum & ſtultiſſimũ prodidit. Ithacẽſis a patria dictus Horatio lib. primo Epiſtolarum. Ithaca autẽ inſula eſt Ionij, clara tantũ Vlyſſe, ſterilis alioquin & parua, etiã Ciceronis teſtimonio in Orationib. his uerbis. At ſi uos id, q̃d iure debet, ueſtra patria delectat, cuius tanta uis eſt, ut Ithacam illã in aſperrimis ſaxulis tanq̃ nidulũ adfixam uir ſapientiſsimus immortalitati anteponeret. Facto iam more. Nihil em̃ tam difficile, q̃d non fiat uſu

Ne prius

Nec prius hostili bellum referemus ab urbe,
Quam iustas experta minas, superataqꝫ bello
In uestras dabitur proscriptis mœsta colonis
Diripienda manus, penitusque excisa iacebit.

facile. Vnde Ouidi. Quæ male fers, assuesce, feres. bene multa uetustas Lenit. Tanta est etiã uis consuetudinis, ut in alterum naturæ nomen abierit.

Coniuncta forte. Quia non mandauit tantũ, sed etiam ipse bella gessit. qualẽ Principem sua ætate desyderasse uidet Sidonius. Sic enĩ cecinit. Sed tamẽ unus homo est, nec tanta pericula solus Tollere, sed differre potest: modo Principe nobis Est opus armato, ueterũ qui more parentum Non mandet, sed bella gerat, quẽ signa mouentem Terra, uel unda tremant: ut tandẽ iure recępto Romula desuetas moderent classica classes. Qui p̃lia p̃mi. Hoc est, qui in acie aliquo egregio facinore inclaruerũt, ob q̃d donabant ab Impp. Corona quæ dicebat Castrensis; Ea corona insigne ualli habebat. Murũ conscendere ausi. Qui suis quoqꝫ coronis ornabant, quæ & Murales dictæ sunt. Hæ quasi muri pinnis decoratæ erãt. Vide Gelliũ lib. 5. Pro uero teste. Iuxta illud Plauti. Plus est oculatus testis unus, q̃ auriti decem. i. qui de auditu tantũ dicant. Quæ aũt cernimus certiora sunt, q̃ quę audimus. Vt etiã iuxta Horatiũ in Arte. Segnius irritant animos demissa per aurem, Q̃ quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ Ipse sibi tradit spectator. Porro ad cognitionẽ magis faciũt aures, ad fidem faciendã certiores sunt oculi. Vnde & uulgo, si qs fabulã narret parũ uerisimilẽ, rogare consueuimus, num ea cõnspexerit? Quod si neget, uerum audisse modo, ridet. Ligurina noualia. i. Agri Ligurũ, spẽs pro gñe. Sunt enĩ qui uelint Nouale esse aruũ tunc primũ ad sementẽ proscissum, cũ prius esset sylua, uel alio modo incultũ. atqꝫ ita etiã Hieronym9 interpretat. Serui9 itẽ, Dicimus inqt & has nouales, & hæc noualia, proprie nouales tunc primũ arua proscissa. q̃d ita sensisse in Buc. Virg. palã est in illo uersu. Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Vide Vallã lib. Elegant. 6. Appianus autor est lib. 1. decimam partẽ fructuũ Reip. solitã pendi pro uectigali eorũ agrorum, qui deserti ad culturã redigerentur. Excisa iacebit. Prout eam in sequenti eius in Italiam expeditione, quæ incidit in Annum Salutis M. CLXIII. demum urgente fame subactam ad solum euertit. Eam non multo post sociæ Coniuratorum in Aenobarbum ciuitates cõmuniter restituerunt. Mirandum profecto, q̃ breui tempore populo & opibus ciuitas auctior facta fuerit.

Princeps non mandet, sed bella gerat.

Corona castrensis.

Muralis.

Testis oculatus.

Nouale.

Mediolanum euersum.

Hæc ubi uerba uiris regali plena uigore,
Aut meliora dedit, cunctos simul ore uenusto
Laudat, & egregios titulis exaggerat actus.
Tunc si quos pręclarum aliquid, laudisqꝫ superbæ
Commeminit gessisse manu, regaliter illos
Appellans, memorem factorum quemqꝫ suorum
Efficit, & sese memorem simul indicat esse:
Munificaqꝫ manu meritis bene munera magna
Erogat, argenti multum largitur, & auri,
Crateras, pelues, discos, paterasque capaces,
Addit equos celeres, galeas, thoracas, & enses,
Textaqꝫ multimodis operose picta figuris,
Atqꝫ figuratam late se Rege monetam:
Distribuitqꝫ suis regale numisma maniplis.
Sic demum castris suspensa parte laboris
Pollicitos alacres ad quæqꝫ sequentia uires
Muneribus lætos, titulis dimittit onustos.
Me quoqꝫ non armis, sed carmine castra secutum,

Tunc si quos. Idẽ scribit Radeuicus capit. 79. quarti lib. Laudisqꝫ superbæ. Quicquid in aliqua re excellit, superbũ dicere possumus: quasi super alia iens. Virgili. Ceciditqꝫ superbum Ilium, hoc est, nobile, magnificum.

Superbum.

Nec claris arbitror es-

Hactenus egregiȷ decursa parte laboris,
Si bene promerui castrorum præmia miles,
Non illaudatum, uel munera nulla ferentem,
Spero quidem magni dimittet gratia Regis.
Nec spernenda meæ (liceat modo uera fateri)
Munera militiæ, nec clarius arbitror esse
Pauca probe gessisse manu, quam multa referre.
Nec minor hic illo labor est, quæ singula multi
Fortiter egerunt, ego prosequor omnia solus.
Hoc quoq; me famæ, si desint cætera, solum
Conciliare potest, quod iam per multa latentes
Sæcula, nec clausis prodire penatibus ausas
Pierides, uulgare paro, priscumq; nitorem
Reddere carminibus, tardosque citare poëtas.
Immo etiam pulchro reuerendi Cæsaris ausu,
Cæsareæq; domus uideor meruisse fauorem,

Poetice sero a Romanis recepta.

Cum de tam lato magnarum gurgite rerum
Sunt electa mihi cupide quæ scribere mallem
Nominis acta sui: ne res notescere dignas
Fuscarent tenebræ, speciosaq; facta laterent.
Atq; ideo dum musa recens, nosterq; legetur
Iste labor, cupidum, nisi fallit opinio, uatem
Virtutes Friderice tuas mirabitur orbis.
Forsitan hunc olim, faueat modo fama, libellum
Et pater, & magni proles generosa parentis
Attrectare manu, placidamq; legentibus aurem
Tradere curabit, propriasque admittere laudes.
Et nunc pauca quidem sacræ quæ sanximus aulæ,
Carmina sufficiant, & respirare Poëtam
Ad tempus liceat, dum bellica signa quiescunt,
Grataq; dimissus bello fouet ocia miles.
Mox ubi sollicite reuocatus in arma redibit,
Nos quoq; belligeras acies, & castra petentes
Interrupta nouo repetemus cœpta labore:
Cunctaq; summatim, superet modo uita, sequentes
Continuo quodam suscepta negocia filo
Propositi memores, ad tempora nostra trahemus.

se. Hoc tam uere dicit, q̃ omniũ, teste Balbo Antistite, qui uel in ciuili negocio, uel in ueri perspicientia uersantur, una est stabilis fixaq; sñia, nihil magno, & excellēti Principi, neq; charius, neq; antiquius esse debere, q̃ rerum a se gestarũ, & suæ uirtutis gloriam in oẽm memoriam propagare.

Per multa latentes sæcula Pierides. Iam inde a primis Lõgobardorum tēporibus, & in ipsa Italia inoleuit barbaries, atq; Romæ desitũ est Romane loqui. Priscũq; nitorem reddere Carminibus. Qui apud ueteres Latinos paulo diligentius de Poëtice scripserunt, sero asserũt a Romanis fuisse hanc facultatē receptam, annos post urbē conditam supra. CCCC. Regnãte Numa Pompilio Saliorum carmina facta sunt, inculta atq; incõdita, ꝓptereaq; parũ posteris intellecta. Paulo mox cantica quædã & Deuotionũ sacra uulgata sunt, laudesq; Deoꝝ uersibus absolutæ, qbus more suo Deos cõprecari consueuerunt, aut expiare urbē insigni aliquo prodigio. Neq; tum Romæ defuerũt, qui uaticiniȷs editis, Populi Ro. facta describerent, aut q perobscuris uersib. futuras clades Punicis bellis prænũciarent. Primus aũt omniũ Poëticen illustrare cœpit Liuius Andronycus: quã paulo post auxerũt, præcipueq; instruxerunt. Q. Ennius, M. Plautus, Næuius, Pacuuius, Actius & Lucilius. Videor meruisse fauorē. M. Cato retulit, Poëtas ipsos principio in Vrbe contēptui habitos, & crassatores uulgo appellatos, qui Poëticæ studio tenerētur. Factum tamen est, ut paulo mox Principes etiam uiri aucto Imperio, & domi forisq; pace ade-

psa ad hanc studiorum partem animū inclinarint. Summoq; cultu atq; honore illos habuerūt, qui carmine absoluendo uiderent admodum excellere. Hinc sacratum in ipsa Vrbe Musis templum, & magna religione habitum. Quoniam existimarent a gratijs abesse illorum ingenia, qui paulo indoctiores haberentur, & quasi a Musarum sacris alieni.

Romæ templum Musis sacratum.

Interea tacitus de se quid iudicet aula
Audiat, & doctos quorum tutandus amore
Atq; fouendus erit, noster Ligurinus adoret.
Nec frontem duxisse uelit, licet unus & alter
Arguat, & meritum naso subsannet adunco.
Quemq; sui meminisse decet, nos nominis alti
Non sumus, egregios uix suscipit aula Poëtas.
Hoc tamen in cœtu non deeri: forsitan unus,
Vel duo, uel plures, qui te Ligurine legendum
Esse putent, lectoq; semel, rursumq; relecto
Plus faueant, tandemq; sacras ad Principis aures
Nomen & auctorem, quæ rerum insignia portes,
Quidue putas perferre uelint, & amica loquantur.
Hunc ego quisquis erit, qui tam placabilis in nos
Extiterit, gaudere bonis maioribus opto
Semper, & æterno fulciri Regis amore.
Sic ubi conspicua tandem nouus hospes in aula
Constiteris, claroq; piam cum Principe prolem
Ceu totidem stellas, nitido cum sole uidebis,
Hæc tibi non stulte proferri posse uidentur.

LIGVRINVS. Opus nostrum, a rebus in Liguria gestis nomen sortitum. Frontem duxisse uelit. Hoc est, non molesto anīo ferat. Nam frontem explicare cum hilarescimus: contrahere, cum ringimur, ubi qd molestum est, dicimur. Plinius in libro undecimo. Frons & alijs, sed homini tantum tristicię, hilaritatis, clementię, seueritatis index. Naso adunco. Sic Horatius in Sermonibus. Naso suspendis adunco. Notum est, quod nasum antiquitas irrisioni dicauit. Vnde nasuti uocati, qui docte norint alios irridere. Martialis. Non cuicūq; datū est habere nasum. Idem. Nasutus sis usq; licet, sis deniq; nasus.

Ligurinus.

Frontem explicare, & cōtrahere.

Frons affectionum index.

Nasus.

Nasuti.

Adunco. Corrugato.

Aeterno Regis amore. Non temere, neq; non magnum quid amico suo precatur, optatque Poëta. Nam, ut Syluius ait. Perrari sunt, qui apud Reges perpetuo ualent. Idem, Sępe, inquit, qui fieri placuit, hodie displicet. Nullum est in atrijs Principum maius studium, quam ut alios de gradu præcipitent, & se erigant. Apud Hadrianum Imp. delatorum uoces adeo ualuerunt, ut amicos, quos ad summum promouerat, postea hostium loco habuerit.

Gaudeat ista domus, qua gaudet pręside mundus,
Gaudeat Augusto felix cum patre propago,
Gaudeat, & nostrum iubeat gaudere parentem.

Gaudeat ista domus. Huius ortum & interitū scripsit diffusius Peutingerus noster his uerbis. Imp. Cæs. Henricus Quartus Aug. quem plæriq; Tertium appellant: quum Rudolphum Sueuorum Ducem, Comitemq; Reinseldensem, aduersus se Gregorij. 7. Pont. Max. persuasionibus concitatū, et Regem Aug. declaratū occidisset, Berchtoldo Zeringio genero Ducatum Sueuiæ, quem ex coniuge eius Rudolphi filia occupauerat, abstulit, & ipsum dedit Friderico magnæ nobilitatis uiro (qui ab aliquibus Baro, ab Othone uero Frisingensi Episcopo Comes de Hohenstauffen cognominabatur) ob singularem uirtutem, ac præclara eius facinora, eundemq; ex Agnete filia generū suum fecit. Berchtoldo tamen in eo gratificatus, quod eum Turegum non obscurum Sueuiæ oppidum a manibus Cæsaris tenere permisit. Fridericus ergo Dux, qui genus suum, ad ueteres, origine tamen Germanos Francorū Reges Clodoueum, & Imp. Cæs. CAROLVM Magnum Aug. referebat: habebatq; fratres Othonem Episcopum Argentinensem, & Chunradū: & ex coniuge sua Agnete filios duos sustulit, Fridericū Iuniorem, & Chunradum: tandem senio confectus obijt in cœnobio, quod erexerat, Loricensi tumulo conditus iacet. Agnes deinde (Imp. Cęs. Henrico. V. Aug. fratre eius adsentiente) illustri Marchioni Ori-

Frid. I. ortus, genus, & posteritas.

Frid. ab Hohenstauffen.

entali, Austriæ scilicet nupsit, genuitq; ex eo fil. xviij. Porro Fridericus Iunior Friderico patri in Sueuiæ Ducatu successit. Fuit is nobili ingenio præditus, liberalis, & militaris rei scientissimus, altero tamē oculo carebat. Chunradus autem super Francones Dux constitutus, Ducatum etiam hunc pater a Cæsare accæperat. Defuncto interim Imp. Cæs. Lothario Quarto Aug. Saxonum Duce apud Confluentiam Rex Augustus declaratur. Hic expeditionem Hierosolymitanam cum Regibus cæteris Christianis adsumpsit, genuitq; ex Gerdrude Sulczbacensis Com. filia coniuge sua Fridericū alterum Sueuiæ Ducem: qui expeditione Romana febre correptus interijt, & Henricū uolente patre Regem Aug. designatū, Anno ætatis. X. Domini uero. M. C. XLVII. Sed hic cum Regis Hungariæ filiam Sophiam sibi desponsasset, morte immatura praeuentus, ante patrem in fata concessit, Anno ætatis suæ. XIII. Dñicæ Salutis. M. C. L. Idem Fridericus monoculus Dux, ex coniuge eius prima Iuditha Henrici Nigri Bauariæ & Saxoniæ Ducis filia, genuit Imp. Cæs. Fridericum Primū Aug. Aenobarbum appellatū, & Iuditham filiam Matthæo Lothoringorū Duci copulatā. Ex altera uero Agnete Com. Burgi Saræ filia genuit Chunradū Ducem a Cæs. Friderico Rheni Pal. Com. constitutū. Agrippinensis scriptor filiā monoculo eidem addit, quæ Gotfrido Secundo Brabantiæ & Lotharicīæ Duci copulata: ex qbus Gotfridus Tertius Dux natus fuit. Alter uero res Friderici Cæsaris scribens, ait. Chunrado ex Agnete matre soror fuit Hermāni Lantgrauij illius Turingorū coniūx: cuius filius contra Philippū consanguineum suū Othonis Quarti partes fouerat. Cæs. Frideric. Aenobarb. quū Adilam Diepoldi Vohburgēn. Marchion. filiam, ob consanguinitatis impedimentū repudiasset (quæ postea Diethoni Domino Rauenspurgij nupsit) coniugem sibi matrimonio copulauit nobiliss. illam BEATRICEM maximi Vesontionū Comitis Reginaldi unicam filiam, atq; hæredem, genuitq; ex ea Imp. Cæs. Henricū. VI. Philippum prænominatū Ethruriæ Ducem, contra Othonem Quartū Aug. designatū. Chunradum Sueuię Ducem Durlaci interemptū. Othonem Palatinū Burgundionū Com. Vesontionūq; Dominū, & Fridericū Ducem: qui quū in expeditione transmarina, patre defuncto, exercitus totius Christiani ductor esset, febre correptus occubuit. Scriptor præterea Saxonicus, duas adhuc Cæs. Friderici filias, quarū unam Sophiam Marchioni Saxoniæ coniūctam, alteram Beatricem uirginē Deo dicatam Abbatissam Quelinburgij fuisse refert. Filiorū uero coniuges fuerūt. Imp. Cæs. Henrici. VI. Aug. Constantia Wilhelmi Secundi Regis Siciliæ filia, quæ professa e monasterio Panormi per Celestinū Tertium P. M. educta quinquennaria Imp. Cæs. Fridericum Secundū Aug. genuit. Philippus, qui post Henricū Cæs. Rex Augustus, sibi Græcam Mariam Cæs. Alexij Constantinopolitani filiam copulauerat, ab Othone Vuitelspachio Palatino Comite, quod filiā eius antea repudiasset, occisus. Othoni Burgundionū Moderatori Blesensiū Com. filia nuptui tradita fuit. Fridericus uero Dux anteq; Geizæ Hungarorū Regis filam sibi desponsatam traduceret, in fata concessit. Imp. Cæs. Fridericus Secūdus Aug. Rex & hæres Siciliæ citra & ultra Pharū, sex coniuges legitimas habuit, ex quarū prima Constantia Aragonū Regis filia, & Hungarorum Regis relicta uidua, Regem Henricū Aug. & Burgundionū Rectorem genuit: cuius ex Margarita filia Leupoldi illius gloriosi Ducis Austriæ, filij nati Fridericus, & Henricus a Manfredo, quē mox referemus, ueneno sublati interierunt. Hæc aūt Margarita Henrico defuncto Ottacaro primū Morauorum Marchioni, mox Boemorū Regi denuo nupsit: quem pugnis pluribus uictū profligatūq; Rex Rodulphus Habispurgius tandem congressu occidit. Secundam Friderici. II. coniugem, quod nati ex ea huius nobiliss. domus posteritatem continuauerūt, loco ultimo referemus. Tertiā idem Cæsar coniugem Othonis Meraniæ Ducis filiam repudiauit: quæ postea Carentano Duci Vdalrico copluata fuit. Quartam deinde duxit Ruthinam Othonis Com. Messenhusen. filiam. Qua defuncta quintā adiunxit Isabellam Bauariæ Ducis Ludouici filiam. Sexta autem fuit coniūx Mechtildis Iohannis Anglorum Regis filia. Genuit aūt Cæs. Frideric. II. ex secunda in ordine sua coniuge Iole Iohannis Brauni Hierosolymitanī Regis filia, cui & hæres in regno fuit, Iordanem Regem: qui infans obijt, & Regem Chunradū Aug. Hierusalem, Siciliæ Regem, Ducemq; Sueuiæ, qui ab eodem Manfredo ueneno peremptus interijt. Is reliquit ex Elizabeth Ludouici, & Henrici Bauariæ Ducū sorore coniuge sua Chunradinū illum innocentiss. filiū: qui quū regna patrio atq; auito iure sibi debita iā prope pubescens repeteret, proditus a Carolo Prouinciæ & Andegauens. Com. Siculi regni occupatore, captus, una cū Friderico Austriæ Duce, Badensiq; Marchione etiam impubere, cū maxima iniuria, & præter fidem, quæ hosti nocentissimo data seruanda est, capite torsus occubuit, Anno Christianæ Salutis.

Frider. Iunior monoculus.
Chunradus Augustus Tertius.
Frid. I. Aenobarbus.
Chunradus Dux, uterinus Aenobarbi.
Beatrix Burgundionum Com. uxor Frid. I.
Proles Frid. I.
Filiorū Frid. I. uxores.
Fabulosum hoc puerperiū refellimus supra ex Aemilio Veronensi.
Chunradus. Aug. IIII.
Chunradinus ult. Sueuiæ Dux.

LXVIII. supra. M. C C. & Neapoli ad Carmelitas reconditi iacent. In hoc Chunradino domus illa illustris Ducū Sueuiæ defecit. Vsus est idem Cæs. Frid. concubina Blancha Marchionis Montisferrad filia, & ex ea sustulit Fridericū Antiochenū Albæ Comitem, mox Tusciæ Regem, apud Florentinos sepultū. Henricum Sardiniæ, & Corsicæ Regem, qui captiuus apud Bō nonienses obijt. Ecium siue Reciū Longobardorum desig. Regem. & portentū illud Manfredū Tarentinū Principē, mox regni Siciliæ occupatorē, cū patrē & pdictos eius filios ueneno necasset. Manfredus ex Constātia coniuge suā, quā cum Petrus Aragonum Rex sibi matrimonio copulasset, regno suo Trinacriam adiecit. Tandem Manfredus, ut quas meruerat pœnas lueret, ab eodem CAROLO occisus est. Manfredus.

Neue suum uatem patiatur littus arasse,
Vanaque deceptis fregisse noualia sulcis,
Vel tot in officio uigilatis noctibus isto
Conseruisse leues, quas texit aranea telas,
Sed quisquis rerum, quas scripserit ille nitorem
Te perhibente leget, pulchri quoque præmia facti
Nouerit, & gratum feliciter isse laborem.
Nam mihi per totum magnalia Cæsaris orbem
Impetus est, prolisque sacræ diffundere laudes.
His ita præmissis cunctis præbere legendum
Te poteris, totasque palam distendere pennas.
Mox ubi sit noster Solymarius ille requires,
Quem prius ingenuo dedimus leue munus alumno,
Qui sibi te quinto, post se, uix mense creatum
Ac ueluti medio proiectum uentris aborsu,
Accessisse nouo mirabitur ordine fratrem.
Hæc monuisse sat est, age nunc proficiscere cautus,
Sit fortuna tuis, & felix exitus ausis.

Littus arasse. Id est, sterilem operam sumpsisse. Sic Ausonius ad Theonem. Quid geris extremis positus telluris in oris Cultor harenarū uates, cui littus arandum? Sunt autem maxime steriles littorales sulci, nec idonei ad semētem. Vnde Oenone Paridi apud Nasonē. Quid facis Oenone, quid harenæ semina mandas? Non profecturis littora bubus aras. Atque in nobilissima Germaniæ inferioris regione, Brabantia, sunt agricolæ tam industrij, qui sitientissimas harenas cogant & triticum ferre. Littus arare. Agricolæ Brabantini industrij.

Vana noualia. Quod spei futuri fructus parū respondeāt. Deceptis. Infrugiferis. Sulcis. Laboribus. non inepta metaphora. In isto officio. Scilicet, Historiæ conscribendæ. Vigilatis noctibus. Inde propter tam insignem studiosorū diligentiam, opera eorundem multo studio elucubrata dicimus, Lucernam olere, ad quam uigilantes soleant elaborare. Notæ sunt Aristophanis & Cleanthis Lucernæ. Aranea telas. Qui in re friuola, nulliusque frugis infinitum atque anxiū capiunt laborem, dicuntur proprie Aranearū telas texere. Vnde generaliter magis Poeta sicut modo, littus arare, pro sterili opera usurpauit. Nam ad materiam operis referri non debet: quū mox ab initio cecinerit, se ardua gesta Aenobarbi uulgaturū: necnon maxima semper, Alciato teste, fuerit historiæ autoritas, eaque omnibus temporibus in honore habita, ut cum plurima uariarū rerum studia, & quidem nobilissima haberentur, rerū tamen gestarum scriptores semper primas partes sibi uendicarent. Cumque nulla non artiū aliquo tempore male audiuerit, solam hanc professionem extra aleam esse semper existimatū est. Eiecti urbe Roma pluries Philosophi & Rhetores fuere. Senatusconsultis quoque diffamati Mathematici. Nec Medici, nisi post sexcentesimū, & eo amplius annū conditæ Vrbis admissi. Cum tamen interim Gn. Piso, Pub. Pictor cæterique Annalium scriptores summam dignitatem nanciscerentur. Quas scripserit ille. Scilicet, Vates Guntherus. Te perhibente. Ipso scilicet, opere Ligurino. Impetus est. Signat ni fallor, diuinū illum impulsum, mentisue agitationem, siue concitationem uere Poëtis peculiarem. Iuxta illud Ouidianū in Fastis. Lucernam olere. Aranearū telas texere. Historiæ autoritas maxima. Impetus Poëticus.

Est DEVS in nobis, agitante calescimus illo Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Sed & Democritus dicebat Poëticen natura magis quam arte constare, & eos solos Poetas esse ueros qui insaniant: quod & Socrates apud Platonem constituit & affirmat. Non potest grande

aliquid ſuper cæteros loqui, niſi mota mens, Seneca quoq; inquit, quũ uulgaria & ſolita contempſerit, inſtinctuq; ſacro ſurrexerit excelſior. Tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali, nec poteſt ſublime quicq; & in arduo poſitum contingere, quamdiu apud ſe eſt: decidat oportet a ſolito, & efferatur & mordeat frenos, & rectorem rapiat ſuum, eoq; feratur, quo per ſe timuiſſet aſcendere.

Diſtendere pennas.

Diſtendere pennas. Id eſt, exponere te iudicio Lectorum, uolitareq; per ora doctorum uirorum. Conſimili metaphora dixit Horatius in Epiſtolis, Maiores pennas nido extendiſſe: loqueris, pro eo quod eſt, rem, fortunamq;, quam mediocrem aut tenuem a maioribus accæperis, auctiorem reddidiſſe.

Solymarius.

Noſter Solymarius. Non dubium eſt, quin opere in illo, quod utinam non deſyderaretur, complexus eſt expeditionem Hieroſolymitanam, quam Chunradus Rex Aug. patruꝰ Aenobarbi, una cum Ludouico Gallorum, ac Richardo Anglorum Regibus, alijſq; Chriſtianis Principib. ſumpſit. Ingenuo alũno. Filio Aenobarbi Chunrado Germanicæ Franciæ Duci, ut ipſe Poëta inter inuocationem teſtatur.

Creare.

Creatum. Videbis & apud Auguſtinũ probatiſs. autorem de hominibus uſurpatum, ut non ſolum ad Deum pertineat. Nouo mirabitur ordine fratrem. Autores opera ſua ſubinde uocant fœtus. Vnde eruditiſsimus uir Beatus Rhenanus extinctæ pene antiquitatis excitator, tam eleganter, q̃ uere dixit. Nulli parentes æque uehementer liberos ſuos charos habent, ac ſcriptores ingenij ſui monumenta amant. Poëtaq; non minus pulchre in tranſlatione manẽs dixit, nouo ordine, hoc eſt, mirando atq; inaudito. Nam partus naturalis citra ſeptimũ menſem haudquaq; uitalis gignitur, & ideo iniuſtus. l. ſeptimo. ff. de ſtat. hom. Vltra undecimũ obſeruata naturæ lege gigni eſt impoſsibile, & ideo iure ciuili eſt inlegitimus.

Pariendi tempus.

Super pariendi tempore uariãt autores. L. Papyrius Prætor non male dixit, nullum pariendi tempus præfinitum, ſcilicet lege a concæptu. Lex. xij. tab. a morte. x. præſcripſit menſes. Diuus Adrianus longo poſt tempore cauſſa cognita, a concæptu undecim menſes decreuit, a morte autem nihil immutauit ab eo, quod. xij. tab. ſcriptum erat, & a Gallo declaratum fuit, & a diuo Iuſtiniano comprobatum. l. fi. C. de poſth. hær. Varro autem, Plinius, & cæteri a conceptione dinumerãt: quod & noſtris. ll. uſqueadeo accedere uidetur, ut nonnulli interpretes auſi ſint affirmare, undecimo menſe iuſtum partum naſci.



LIB. Decimi Finis.

¶ INDEX eorum quæ Scholijs Spiegellianis in Guntherum clauduntur.

D

E

F

FINIS.

ERVDITISSIMO IN CHRISTO PATRI, Domino Dom. Matthaeo miseratione diuina S. Angeli, sacrosanctae Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali Gurcen̄. Ecclesiae Salisburgensis coadiutori & successori, Imperialiqꝫ locum tenenti generali, Domino colendissimo, Ioachimus Vadianus Heluetius, foelicitatem optat.

CVM diebus superioribus, in manus meas, reuerendissime Domine, & illustrissime Princeps, Riccardi Bartholini Perusini de bello Norico, plena eruditionis poëmata uenissent, essetqꝫ consilium, non tam meum, ꝙ eruditorum multorum ea in lucem, utpote decennio elaborata, ꝙprimum emittere: ut & meritissima gloria non priuaretur autor, & rerum nuper gestarum digna memoria series aeternitatem sortiretur: uisum est mihi tum demum hoc ipsum recte fieri, si tui in omnis eruditos patrocinij, tanti operis, uel prima pagina ratio haberetur. Tametsi enim non ignorabam, diuo Maximiliano Caesari inuicto istud opus, quod magnā rerum a se in illo bello gestarum partem contineret, ab ipso Vate Bartholino dicatum fuisse, quia tamen in illa Poësi sua, ita magnanimo Caesari consiliorum, laborumqꝫ consortione adscriberis, ut quasi Achatem quendam herois Aeneae, fama super aethera noti, in ipsa mihi lectione repraesentaueris, merito post tanti Principis numen inuocatum, secundae tutelae & beneuolentiae partes in te officij nostri sedulitate locari debuerunt. Vt enim pleraqꝫ alia quae me mouerunt, praeteream, animaduertebam Riccardum inter doctissimos, integerrimosqꝫ, & ad quosuis exanclandos labores promptissimos uiros, qui te sequuntur, tuamqꝫ aulam constituunt, loci & honoris esse non postremi. Praeterea & id consecutum, ut de singulari tua in se gratia & beneuolentia, etiamnum sibi congratulari possit. Quid illud? ꝙ uno omnium doctorum ore, uno optimorum quorumqꝫ qui te nouerunt, consensu, is esse iudicaris, in cuius conspectū debeant quotquot eduntur illustrium ingeniorū monumēta uenire. Non tam, ut illorum officio ille tibi honor, quem amplissimum consecutus es, augeatur, aut confirmetur, ꝙ ut scire possint, dignum sit luce & lectione, nec ne quod edūt. Hoc enim tibi celsissime Princeps, supra multorū Principū fortunas peculiare accessit, ut praeter summam in ciuilium, & Ecclesiasticarū rerum tractatione prudentiam, praeter multa alioqui & naturae, & fortunę non cōmunia tibi cum multis insignia, iudicare & discernere in omniū illustriū doctrinarū instituta contentione, quid optimū, quidue optimo proximū sit, ꝑfacile possis. Nec quis offerat tibi quicꝗ, sed quid offerat perpendere, et eruditioni potius ꝙ personae meriti locum praestare. Quod ipsum, ut in alijs contigisse persaepe cognoscimus, ita in doctissimo & elegantissimo opere Riccardi nostri futurum esse speramus. Cuius ut incredibilem humanitatem, summamqꝫ integritatē praeteream, quam ego his diebus, quibus te arduis maximorū Principū negocijs occupato, Viennae amicissima & familiarissima cōsuetudine sua perfruor, expertus sum. Eruditionē certe suam, quae multifaria est, sine piaculo nō praeteriero: quae mihi singula collustranti, cū in alijs ingenij sui monumentis, tū maxime in illo de bello ducū Bauariae, Principūqꝫ Palatinorū, opere admiranda esse uidetur. Pręter em̄ carminis diligētissime obseruatā elegantiam, & apertā istam fluidamqꝫ facilitatē, quā prae se fert, praeter uerborū & figurarum delectū, quem summo iudicio mihi habuisse uidetur, ita rerum gestarum meminit, ut ab historiae fide nusꝗ recedat. Ita ueris luculenta illa, oculisqꝫ & auribus grata poëticae pigmenta obducit & interponit, ut boni Poëtae officiū nusꝗ intermittat, simulqꝫ & prodesse, & delectare uolens, utilitatem cū uoluptate, mirō quodā artificio coniungat. Est inter haec inuentionis acumen, est digestissimus ordo, est uerbis parta gratia. Mire ueritas resplendescit, mire fabellę oblectāt. Sunt his intertexta ex Physicis, Astronomicisqꝫ petita loca, sunt amoenae & signatae regionū, populorū, montiū, fluminumqꝫ maxime ad Germaniā pertinētium descriptiones, Ita proprie & graphice omnia exprimunt, ut legens nō legere, sed uidere sibi quę legit, uideat. Pręterea in orationū uarietate, nusꝗ a decoro, nusꝗ ab arte recedit: sunt in his congrui rebus affectus, & illecebrae quędam, quasi suapte natura prognatae: est mira uis suadendi, dissuadendi, urgendi, dehortandi: sunt cōsilia, sunt argumenta, sunt colores, & ut in summa dicam, quicquid ad consumatā huius generis scriptionē pertinet, hoc pręstitisse mihi Bartholinus uidetur: cuius eruditionē & diligentiā eo uehemētius amplector, ꝙ in media Italia natus, adeo de Germanis, rebusqꝫ, & locis Germaniae abunde scripsit, ut aetatē suam, quā nondum prouectam habet, in media Germania egisse cuipiam uideri possit. Quod si quibus operis uarietas, ut

nimia, fortasse subsultare uidebitur, nil mirabuntur, cū in animum inducent, quot Principes in eo bello fuerint: quodq; illi partim suis, partim Cæsaris auspicijs decertarunt. Quorū nomina etsi asperiora quādoq; uisa fuerint, quā ut ea Heroici carminis dignitas susciperet, ponere tamē ut erant, q̃ mutare maluit, ne quisquā ꝙ mutata perperam essent, queri posset. Sunt praeterea reuerendissime domine, passim fabellæ quædam insertæ, quæ, quanq; ad delectationē potissimum excogitatę uideantur, altius tamen introspicientibus, detracto tectorio, magnanimi Cæsaris laudes (ni fallor) offerent. Postremo futuros nō dubito, quibus nōnulla in locorū, fluminumq; descriptione nominū mutatio, aut uarietas stomachū motura est. Cum tamen ipse Poeta ad id agendum partim autoritate, partim seruandi nitoris studio, ductus sit. Qua in re mature cognoscendū esse arbitror, anteq; quis iudicet. Nam cum sine discrimine, nunc Boemos, nūc uero Boiemos, Item, Amasium flumē, Amasiam, Amisium, nonnunq; Amusium appellitar, autoritate factū est. Nam apud Latinos hæc nomina uarie leguntur, quin & apud Gręcos uarie scribi, ipsum Riccardum, qui & græce cū primis eruditus est, mihi aliquando retulisse memoria teneo: sicut & Vistulam fluuiū, iam Visulam, iam Istulan uocant. Addo etiam Gręcorū angustias, in quibusdā suo arbitratu uel uitauisse, uel obseruasse. ut in descriptione Mosæ. Græci eīm hanc dictionē per ω longū scribunt, tamen Ausoniū imitatus est, qui Mosellam corripuit. Idem in dictione Menapij, & Gessoriacus, quorū alterum produxit, alterū per literę unius ademptionem, profert Gessoracus: quæ imitari aliquanto tutius aliquis potest, q̃ uno asserto, reliqua sine euidenti ratione reijcere. Illud omnino condonandū est, ꝙ per licentiam, quæ Poetis in his quæ postulat ratio, perquā libera est, in descriptione Ratisbonæ, eam urbem Reginū uocat, cū in uetustissimarum tabularū Geographia, Regino Reginonis inueniat. Primo aūt libro Itæuon pro Istæuon dicere potuit, cū Batarnas pro Bastarnas Claudianus dixerit: quod si hoc illi licuit, cur idem nō huic? Simili modo illos qui oppidum Inspruck inhabitant, Pontesænos nominat, propterea ꝙ coniunctim Pontesæni in antiquissima eius tractus tabella reperiantur: nec indelegāter ex duobus hoc modo unum factū est, ut ciuem Pontesęnū, agrum Pontesęnū nominemus. nam & id ad Maronis imitationē fieri uidetur, qui Inarimen cōiunctim protulit: cū interim apud Hesiodum & Homerū ἀρίμοις, & ἐν ἀρίμοις cū prępositione legat. In barbaris uero, aut uersis omnino, aut parte mutatis singularē ego eruditionē agnosco. Agendum eīm mihi esse uidetur quocunq; modo, ut Latine scripturi ita barbara disponamus, ut si latina esse omnino nolint, a latinitatis saltem candore nō omnino abhorreant, id quod in Heroico uersu omnino necessarium est. Quemadmodū libro Epistolarū nono ad Caniniū Rufum Plinius scriptū reliquit, in hęc uerba. Nonnullus & in illo labor, ut barbara & fera nomina, in primis regis ipsius, græcis uersibus nō resultent: nihil tamen est quod non arte, curaq;, si nō potest uinci, mitigetur. Pręterea si datur Homero & mollia uocabula, & græca ad bonitatem uersus cōtrahere, extendere, inflectere, cur tibi simile audenti, pręsertim nō delegata, sed necessaria nō detur? Hactenus Plinius, cuius autoritas eos retundit, qui minus fortasse decenter Riccardum barbara mutasse cauillari poterant: ut cū pro Amurates, Amartes dixit, & pro Tamburlanus, Tabarenus (scilicet quia Tabarenis oriundus uideretur) in his nanq; omnibus leniendis & cura esse, & ars solet. Id quod tu illustrissime Princeps, solito iudicio dignoscere exactius potes, q̃ ab ullo præscribi, atq; explicari queat. Tu opus tantum, & ꝙ laudum tuarum partem iustam continet, & quod diui Maximiliani titulos astruit, postquam accęperis, amplecteris & defendes, Riccardumq; nostrum Bartholinū ob illam suam singularem eruditionem, quæ dignissima Principum beneuolentia existit, amabis et fouebis. Vt te annuēte alacrior, promptiorq; factus, plura huic similia tuarum uirtutum monimenta in lucem edat: quod tum maxime futurum esse animo colligo, cum se abs te uehementer, ut hactenus, amari intelliget. Opto te reuerendissime Princeps semper bene ualere. Viennæ Austriæ, Pridie Nonas Octobris AN. M. D. XV.

❡ IO. FRANCISCVS PICVS
Riccardo Bartholino suo.

Legi quantum per occupationes licuit, pöema tuũ, in quo multa uidi, & docta & noua. Indeq; obrepsit inter legendũ & iucunditas & oblectatio. Testariq; facile possum, uideri mihi ex his quos perspexerim autoribus, tẽpestate nostra fuisse neminẽ, qui & luculentius, simul & doctius bella cecinerit. In carmine residet maiestas, atq; eruditio: & quod attinet ad numeros & liniamenta, exerit sese quædã probati generis cõcinna satis, nec morose affectata imitatio. Chorographiæ nec parũ multæ, nec ꝑitæ orationes artificio plenę. Vnũ illud duntaxat desyderarim, Deorũ gentium mentionẽ, quæ plurima est in carmine, nõ eo modo, quo sępe uteris, fuisse constitutam. Siquidem optarẽ eos accerseres, nõ ut olim Poëtæ addicti eorũ superstitionibus, uerũ ut ipsorũ & osor & cõtemptor, & expulsor ac uindex, & plane propagator nostræ religionis, cuius es flamen. Sed hoc aduertũt pauci, qđ & sæpenumero in scriptis dolui, & nostris in carminibus me nõ probare illorũ sententiam sum testatus: quando nec ipsorũ Deorũ, nisi in contumeliam memor fui. Nec citaui nomina, nisi dũ eos ostenderẽ ab imperio orbis terrarum, IESV CHRISTI (quẽ colimus) uirtute depulsos. Redeo ad elegantiam & doctrinã, cuius gratia & si tibi Cæsar, & tuus, immo meus, immo noster Gurceñ. debet, debet nihilominus & Germania, & Italia, & tua in primis Augusta Perusia. Vale ex hospitio apud Licum. XIIII. Calendas Octobris.

❡ ILLVSTRI DOMINO IOANNI FRANcisco Pico Mirandulæ Principi, Riccardus Bartholinus fœlicitatem D.

Augustæ Vindeliciæ cum mihi lepidissima Epistola tua ex Lico reddita fuisset, opt. ac doctissime Princeps, summopere lętatus sum: tũ, quia mearũ uigiliarũ, qđ abs te Romæ semel, iterum in Germania efflagitaui, iudiciũ ꝑtulisti: tum etiã, ꝙ eandem cũ tanti sis apud eruditos & nominis & autoritatis, tanq; tutelarẽ Deũ in poematis frontispicio, ut id securius, tuo contentũ patrocinio exeat, collocandã censui. Quantũ aũt de Dijs prophanis sentis, id ego tuo arbitratu sectatus fuissem, nisi labore exterritus (totũ eñ opus recudi oportebat) huiusmodi oneri pepercissem. Cæterũ nisi Dij, Deæq; canerent a Poëtis, fabularũq; lenocinijs uterent, uelut ieiuni, & minime succipleni, cũ propriũ Theographice Poëtaꝝ sit, spernerent. Nam ꝓdesse uolunt & delectare Poëtæ. Alterũ eñ nihil aliud, ꝙ Deorũ, Dearũq; figmenta cõplectitur, quæ ab Euemero illo prisco, siue ante illũ a quopiã alio, siue post ab Homero, Hesiodoq; affatim proditæ sunt, ut earundẽ illecebris ad cognitionẽ bonaꝝ rerũ animi rudes facilius traherent. Quas si ab illis demas, nescio ꝙ parum eoꝝ opera placebunt. Hesiodi pöemata extant, si illinc Deoꝝ auferes nomina, totũ tollas, mutilesq; ornatũ necesse est. Et tamen, ut ille, ita de generatione mundi, rerũq; ac Deoꝝ senserit credere, quã philosophi esset, nõ plane intelligo. Idem si in Marone nostro efficies, nonne totum illud Iunonis, Venerisq; figmentũ auferendũ? Quod si fieret, profecto quid diuinum ex opere adimi uideretur. Tamen quamobrẽ ita finxerit, tu non ignoras. Idem in cæteris sentio. Nam semper licuit, semperq; licebit Poëtis nouas quandoq; fabulas, nouos Deos, nedum antiquos, modo ne temere asciscant, reponere. Quod ego in opere meo ita fecisse sum arbitratus. Nam quid aliud significat Bellonæ descriptio in primo libro, ꝙ intestini belli originẽ, Principumq; regnandi gratia, pugnandi cupiditatem? Quam partim ijs, partim Deorũ uoluntati, quæ uitari nõ potest, attribuo. Quid ꝙ etiam in toto opere Palladem fauentem Palatino, contra hostem Cæsari, eandemq; in calce operis in fauorem eius redijsse introduco? Nimirum, quia Cæsarẽ & prudẽtia, & bello (utraq; eñ asseclæ Imperatoriæ celsitudinis sunt) cæteris Principibus pręstitisse manifestũ est: suaq; ipsius prudẽtia, aliorũ sapientiã ita superauit, qđ in pugna contra Palladẽ & a me fictũ est, & ipse suis in libris indigena sermone cõposita ostẽdit, ut omnibus in rebus a se gestis uictoriã fuerit cõsecutus. Idem de Diana, quã & Lunã & Hecatẽ intelligimus, fauentẽ Cæsari arbitrere. Neq; eñ ad uulgarẽ uenationis significantiã referas, sed paulo altius eruenda fictio est, quã apud Homeꝝ & Hesiodũ, ubi omnipotentẽ Deam describũt, facile reperies. Per pugnã uero Veneris, Cupidinisq;, haud ꝓfecto aliud sentio, ꝙ ut Cæsaris animi fortitudinẽ, constantiãq;, cõtra uoluptates firmissimã interpretemur. Absit ut nudis fabulis in tanti Principis laude cõtentus fuissem. Tũ quia de ipso parũ ꝓmererer, cũ etiã si ut positæ sunt intelligerẽ, atheos (ut Prothagoras ille) & haberi, & nominari nõ indignus uiderer. Hæc ego, nõ tuæ ut sententiæ refragarer scripsi, sed ut alij, mea qualis esset de Dijs opinio intelligerent, ac mihi tanquam uero CHRISTI mancipio, bonam (si uellent) in scriptis meis gratiam referrent. Vale illustris Princeps, nostriq; eris memor. Ex Augusta Vindelicia.

❨ LIB. I. AVSTRIADOS ARGVMENTVM.

PROPOSITIO TOTIVS OPERIS VAria: quoniam uarijs in locis pugnatum. Inuocatio ad Cæsarem dirigitur. Sequitur narratio, sed concise: quoniam alibi diffusius rei initium narratur. Bellona tanquam Germanorum in re militari gloriæ inuida, pugnam ab inferis Deam, quam & Eumenides sequebantur, euocat: a quibus Germanorum animi ad Martem accenduntur. Sequitur Roberti prius secum, demum cum patre Philippo, de suscipiendo bello consultatio: cui pater persuadet, noscendam esse Deorum uoluntatem, aramq; Vlyssis ad oceanum (unde responsa petebantur) adeundam consulit: quod etiam Pallas in somnis Roberto peragẽdum imperat. Et per occasionem, caussæ recensent indignationis Deæ, qua Austriadas prosequebatur, quam in toto opere hostem Cæsaris facit, in fine redijsse in concordiam scribit. Itur ergo ad aram: ubi Robertus cũ sacerdote loquitur, a quo loci & origo narratur, & umbrę ab inferis euocantur: quarum nomina Georgius dux Roberto exponit: inibiq; multa de origine Magiæ. Interim sacerdos functus sacro, bellum ingens, cædesq; futuras canit. In fine umbrarum fuga describitur. Et Robertus non bene percępto oraculo, dulces terras, patriamq; reuisit.

AD DIVVM MAXIMILIANVM Cæſarem Auguſtum, Ricardi Bartholini Peruſini, de bello Norico, Auſtriados Liber Primus.



CAESAREAS ACIES, Arctôaq; regna, Ducesq;
Magnanimos canimus, fontemq; binominis Iſtri,
Et uaſtum Heluetio ſpumantem uertice Rhenum
Strage hominum, atq; atro maculâtes æquora fluctu.

¶In Auſtriados Librum Primum I A C. Spiegellij, Seleſtadieñ. SCHOLIA.

Propoſitio.

CAeſareas acies. Proponit more poëtico rerũ capita, id quod fere ſolitum eſt poëtis. Deinde interpoſita parua digreſsione, ad Cæſarem inuocatio dirigiť, & per occaſionem eum terrarum dominum uaticinatur. Cæſareas acies. Quia fuit uarijs in locis, et ſub plurium auſpicio pugnatum. Arctöa regna. Germanicas prouincias, ſub arcto urſa poſitas, unanimi ſcriptorum conſenſu. Duces magnanimos. Albertum Bauariæ, Vdalricum Vuyrtenbergeñ. Vuilhelmum Lantgrauium Halsiæ, cęterosq; qui huic bello interfuere. Canimus. Semper hoc uerbum cano, quid diuinum ac magnum ſignificat, ut ad oracula extendatur. Quare poëtæ diuino afflati furore, poëmata canere dicuntur. Fontemq; binominis Iſtri. Nota figura dixit, fontem Iſtri, & fluuium intellexit. Significat autem per Iſtrũ, certamen in ipſo flumine, quod quarto libro deſcribitur. Et uaſtum Rhenum. Innuit bellum nauale Lantgrauij, quod cum Chaubis ad Rhenum geſsit. Scribitur hoc libro ſeptimo. Maculantes æquora. cum Danubius in Pontum, Rhenus in Oceanum Germanicum exoneret.

Magnũ opus aggredior. cum ſæui fulmina Martis,
Et domitas bello gentes, cum Palladis iram,
Et coniurato pugnantes fœdere Boios
Mens agitet, quis Parnaſſum, Cyrrhamq; mouentem
Sollicitať tantus ne animis mortalibus audet
Illabi furorť & magnis non cedere factisť

Magnum opus aggredior. Extenuatio. Palladis iram. Quæ in toto opere hoſtis Cæſaris introducitur: quare hoc factũ ſit a Poëta, ſatis ipſe indicat in epiſtola ad Io. Franciſcum Picum. Et coniurato pugnantes fœdere Boios. Pugnam Boëmicam ſignificat: hæc libro decimo deſcribitur. Et coniurato fœdere, poetice dixit. Nam arbitror Boemos illos, qui a Cæſare uicti fuerũt, pecunia meruiſſe, non fœderis ratione. Per Boios Boemos intellexit, quod olim Boi, ubi nunc Boemi ſunt, habitarint. Id quod ex Taciti uerbis deprehenditur in libello de Germanorum moribus. Quis Parnaſſum, Cyrrhamq; mouentem. Senſus eſt. Debuiſſem ego a nullo impelli, ut huiuſmodi grandia facta Cæſaris aggrederer, & debuiſſem a magnis factis pedem retraxiſſe. Ergo cum ſcripſerim, id quodam furore accidit, non ratione. Eodem colore ac fere ductu utitur in principio Thebaidos Papinius. Parnaſſum. Hic Phocidis mons altiſsimus. Nam ut proditum eſt, quum terra tota diluuij aqua cooperiretur, ad alterum eius uerticem non peruenit. Vt hic mons apprime poetis decantatus, ita notus eſt de uerticibus eius Seruianus error. Græcis Parnaſſus Meſomphalos, id eſt, orbis umbilicus dicitur. Quod ipſum Strabo teſtatus libro nono, fabellam quandam ex Pindaro recenſet. Iuppiter, ut perhibent, ſpacium quom diſcere uellet, Naturę regni neſcius ipſe ſui, Armigeros utrinq; duos æqualibus alis Miſit ab eöis, occiduisq; plagis, Parnaſſus geminos, fertur, uinxiſſe uolatus, Contulit alternas Pythius aris aues. Cyrrham. Hæc ad Phocidem ciuitas attinet, non longe a Delphis, iuxta quam & Cyrrhæi campi. Vnde & Apollo Cyrrhęus a Poëtis cognominatus, ob Delphicum oraculum uicinum. Item Cyrrhęi ſcopuli, & antra Cyrrhæa, fontesq; Cyrrhęi, pro Phocenſibus & Parnaſsijs. Tantus furor. Nullum enim, ſi Ariſtoteli credimus, magnum ingenium ſine mixtura dementiæ fuit. Democrito item, & Socrati apud Platonem ij ueri Poetæ ſunt, qui inſaniunt. Hinc Ouidius ſuo iure dixit in Faſtis. Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo, Impetus hic ſacræ ſemina mẽtis habet. Poetici furoris, quẽ græci ἐνθουσιασμὸν appellãt, Cicero meminit lib. de diuinati. primo, & in oratione pro Archia Poeta; quæ omnia ſunt a Platone mutuata, atq; iam uulgo cognita.

Boi. Boemi. Parnaſſus. Fabella Pindari. Cyrrha. Cyrrhæus. Apollo. Furor poeticus.

Iam satis Amphryso, Pataraque arcessere Phœbum,
Cymbrorum si bella uelim, Senonumque tumultus,
Victaque Teutonicis Romana furoribus arma,
Infrenesque Gothos, madidumque cruore latino
Vuandalon, & raptas urbes, Herulumque furentem
Et meminisse, olim & tacitis defendere ab annis,
Pierio sed enim cum me calor excitet Oestro,
Scribendique immensus amor, resque ire per altas
Cæsaris, ipse mihi præcinctus tempora lauro
Numen erit, Cynthique simul lustrabimus umbras,
Nec Bacchum Eois opus est diuertere lucis.

Iam satis Amphryso. Sensus pendet inferius. Innuit enim, si se ad scribendū appulisset Cymbrorū gesta cū Mario, si Senonū arma, Teutonū, Gothorū aut Vuādalorū uoluisset tradere memoriæ, ac uindicare ab obliuione, quæ labentibus annis gignitur, satis adiumēto fuisset sibi, si Phœbū, aut Bacchum inuocasset: sed quia maiora aggreditur, maioris numinis patrocinio opus esse sibi asserit. Vnde ad Cæsarē inuocatio dirigitur, quē Phœbo & Baccho maiorem esse credit.

Amphrysus. Porro notū est, Apollinē iuxta Amphrysum Admeti regis armēta pauisse. Vnde Lucanus. & flumine puro Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi. **Patara.** Patara Lyciæ ciuitas, quā, ut Mela ait, nobilē facit delubrū Apollinis, quondā opibus & oraculi fide Delphico simile. Nomen inditū ei est a Pataro cōditore. Hanc Ptolemæus Philadelphus auxit, & Lyciacā Arsionen nominauit: sed antiquum nomen retinuit, autore Strabone.

Apollo Poetarū numen. Arcessere Phœbum. Futurorum enim præsensioni, & Poetis præesse credebatur: quoniam sentiendi uis omnis a sole nobis est, ut elegantissime proditum est ab Ammiano.

Cymbria. Cymbrorum bella. Hæc scribunt Plutarchus in Mario, qui & illic de Cymbrorum origine plura disserit, Appianus in Celtico, Eutropius libro quinto, & eodem Orosius. Ex recentibus, Albertus in Saxonia cap. decimo primi libri. Cymbri autem quæ gens fuerint, Albertus magna fide tradit, cap. octauo primi lib. Saxoniæ, qui Gallicos notat scriptores leuitatis, quod Cymbros uocant Brabantinos, aut Flandrenses, & alios aliis pro suo arbitrio deputent populis. Idem autor est, Cymbriæ insulam, quam corrupte alij Fimbriam, alij Imbriam nominant, antiquæ gentis nomen seruare.

Senones Sueui. Senonumque tumultus. Hos Germanos fuisse constat, nominis inter ueteres Sueuos præcipui. Horum incursione, ut Florus scribit, rapidissimus procurrentis imperij cursus supprimitur. Historici fere omnes, qui Romanam historiam conscripserunt, huius belli meminerunt.

Germanorū animositas. Teutonicis furoribus. Animositate (ut ira dicam) & ira: quę Aristotele teste, necessaria est, nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, & spiritum accendat. Cui tamen Seneca reclamat. Is tradit primo de ira libro, suam Germanis animositatē & iram exitio fuisse. Germanis inquit, quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius, &c.

Victa Romana arma. Id constat uerum esse, ubi quis bona fide rerum scriptores euoluerit. Quot non modo inclytas Italiæ, sed & Gręciæ, quin & totius Europæ urbes germanico furore dirutas cognosces? Quarum etiamnum passim uestigia apparent. Sed & in ipsa Germania, ut Ammianus scribit, propter furorem Germanorū, inter Coloniam & Confluentiam nullā olim ciuitatem uisam contestatur. Et idem ad finem libri decimi sexti. Fremitus, inquit, Alemanorum indignatione mixtus, unanimi conspiratione uociferantium erat, & in oculis eorum furor uidebatur. Accedit peculiare eorum iræ & furoris argumentum, quod semper Germani armati sint, armisque cingantur, ut Egesippus autor est. At qua fortitudine animi Christianis in re bellica utendum sit, ne nos ueterum alioqui fortia facta, pronos rapiant in proximi perniciem, diuus Ambrosius libro primo officiorum explicat.

Gothorum origo. Infrenesque Gothos. Bene infrenes. Non enim est angulus terrę, in quem non irruperit Gothorum gens, quam cōstat uere Germanicam fuisse gentem. Hæc gens e Scandia insula Germanica, cuius inferius Poeta meminit, egressa est, quæ adhuc secundum aliquos Gotlandia dicitur. Cuius uel regum nomina Gothos Germanos fuisse produnt, Berich, Filmer, Valamir, Deinterich, Eurich, Ermanrich, Gebrich, Gunderich, ut prætercam multa uocabula germanica Gothis usitata, quæ apud Iordanem legimus.

Vuandali antiquissimi. Vuandalon. Vuandalorū ab origine antiquissimam, & nūc totius Europę latissimam gentem, a primis cunabulis recensere difficillimum, & prope impossibile: cum Alberto Crantio arbitramur, quod in ea gente diu nullæ literæ, quibus antiquitatū memoria seruaretur, uiguerūt, primumque illi sicut plerique cum christianismo sunt inuectæ. Eodem teste, Vuandalorum, ceu

generali gentis uocabulo, hodie continentur Rufsi, Poloni, Bohemi, Dalmatæ, Croacæ, ita ut quos nostri Sclauonos, ueteres uero nomine dixerint Vuandalos. Hoc autem uetustissimum totius gentis uocabulum inter Saxones solum permansisse, idem autor est Albertus, qui inquit. Hodie, quæ fuerit gens Vuandolorum, in uniuersum ignoraremus, nisi uernacula Saxonum lingua hoc uocabulum conseruasset, ut inter eos, qui olim Vuandali, fracto, ut fit, uocabulo, nunc Vuenden uocitetur. Cęterum miram rerum uicissitudinem cognosces, ubi Vuandaliam Alberti legendo, ut ita dixerim, peragraueris, uidebisq; eam gentem haberi nunc contemptui, cuius patres res magnificas exantlauerunt. Otto Frisingensis & Barnefridus Vuandalos Gothicam gentem perhibent. Quod illa in quatuor partes diuisa fuerit: scilicet Vuisigothos, id est, occidentales, qui in Hispanicum nomen abierunt: Vuandalos, Gepidas, & Ostrogothos, hoc est, orientales, qui nomen Italicum sortiti sunt. Methodius marthyr, ut refert Irenicus, epistolam Vuandalorum adducit, qui sese publice Germanos testantur. Cruore latino. Nam Gensericus Vuandalorum rex, qui urbem Romam omni præsidio uacuam semel obtinuerat, sub Leone Augusto iterum Italiam aduentare cupiens, ut scribit Paulus Diaconus, citra Populoniam a Basilico patricio, nauali superatus certamine, Carthaginem inglorius repedauit. Vnde ad hoc respiciēs Poeta dixit, madidum latino cruore. Legi enim alicubi, quod ad hunc locum facit, Antemium, qui tum tenebat urbis imperium, Basilico a Leone Augusto in subsidium misso, ad Vuandalorum conatus infringendos, Italicam classem coniunxisse. Raptas urbes, scilicet, a Vuandalis. Siquidem relicta urbe, per Campaniam sese effundentes cum Mauris, cuncta ferro, flammisq; consumunt, quidquid superesse potest diripiunt, captiuamq; nobilissimam ciuitatem ad solum usq; demoliuntur, captiuant, prędantur. Nolam nihilo minus urbem ditissimam, aliasq; quamplures pari ruina prosternunt. Neapolim præterea, quasq; ob firmitatem capere non poterant, rebus agrarijs exinanitas relinquunt. Autor est Paulus præfatus. Herulumq; furentem. Herulorum origo itidem germanica est. Sunt enim e Gothis profecti Heruli. Ab his, ut Procopius scribit, Dalmatia depopulata est, circa Sigidonum loca cuncta occupata, tum Illyricum, Thracia, ac loca uicina penitus deleta. Deinde ad antiquam patriam reuertisse. Et meminisse olim, & tacitis defendere ab annis. Hoc est, si uelim meminisse, & si uelim gesta eorum defendere a silentio, si nollem pati ut obliuioni traderentur.

Sclauoni. *Vuandali, Gothi.* *Gensericus.* *Heruli Germani.*

Pierio. musico. Papinius. Pierius menti calor incidit. Nam in Piero monte Thessaliæ, protendente ex Ioue & Mnemosine, Musas natas atq; educatas fabulantur. Oestro, pro furore, uel stimulo posuit. Oestrum enim est insecti genus, cui nomen Asylo. Romanum est, ut ait Maro lib. Georgic. tertio. Ea boues & equos in rabiem agit. Vnde qui magno animi motu rapiuntur, Oestro perciti dicuntur. Cynthiq; simul lustrabimus umbras. Tantam ferunt Cynthi montis, qui Delo imminet, magnitudinem, ut umbra sua Aegei maris ambitum protegat. Nec Bacchum eois opus est diuertere lucis, scilicet ad gesta tua Cæsar describenda. Bacchus enim poetarum numen est, ut Phœbus. Maro. Adsis o Leene pater. Eois lucis. Vel quia uictor fuit. Vnde poeta libro tertio. Accola callicori remeans ubi corniger indo Bacchus pampineis ornauit tempora uittis. Vel ad ortum Bacchi. nam in monte Mæro Indiæ altus est. Vnde locus fabulæ datus, Iouē in femore ipsum aluisse, autor est Mela. Græce enim μηρὸν femur dicitur.

Pierus *Oestrum.*

Tempus erit cū bella canam, quibus horrida uinci
Bactra uenenatis dabitur confisa sagittis,
Carmanosq;, Syrosq; truces, Libyenq; perustam,
Aethyopiumq; plagas, uel cum duce Cæsare, uictor
Vsq; coloratos transcendet miles ad Indos.
Cum fugiet deuictus Arabs, timidiq; Sabæi
Terga dabunt, alioq; ingens tremet obruta mundo
Taprobane, cum uicta palus Meōtica cernet
Signa triumphato Germanica feruere Ponto.
At noua nunc belli moles, superumq; prophanis
Lis exorta odijs, claras cum euerterit urbes,

Tempus erit cum bella canam. Vaticiniū futurarum uictoriarū Cæsaris, ac si dicat. Nūc gesta a te Cęsar ordiamur, cum materia non sit defutura, te totius orbis uictore. Bactra. Prius Zariaspe, postea Bictiū ab amne nuncupatum est. Bactri obtinent aduersa montis Paropannisi, Plinio autore lib. 6. Strabo redarguit eos, q̄ Bactros extra habitabilē &

Bactra. Zariaspe.

Ordiar hinc feriem, & rerum primordia pandam.

temperatam terræ zonã posuerunt. Horum regio, ut & Sogdianorum, ultimis Scythis attribuata est. Carmanos. Apud Ptolemæum duplicem inuenio Carmaniam, desertam unam, cultam alteram. Carmanorũ mores magna ex parte Persicos, Mela scribit lib. tertio. Plura præter alios de Carmania Marcellinus lib. uicesimo tertio. Syros. Porphyrion Horatianus interpres, scribit eã regionẽ, quæ nũc Syria dicit, olim addita syllaba fuisse Assyriam nominatã. Strabo. Qui uero proprie nunc, inquit, Syri appellantur, usq; ad Cilices & Phœnices & Libes & Aegyptium pelagus, & Issicum sinũ, & ab hoc olim usq; ad Euxinum. Quare utriq; Cappadoces, tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum iacent, usq; ad hoc tempus Leucosyri appellantur: ac si sint aliqui Syri nigri. Herodotus eos a Græcis Syros dici ait, qui Assyrij appellantur a Barbaris. Xenophon Syros ab Assyris, ut refert Camers, passim separat. Libyenq; perustam. Signate. quia Libya pluuia eget, propter nimiam siccitatem. De Libyæ nomenclatura tam græci q̃ latini concordant, scilicet a Libya quadam muliere indigena. Qui Iudæorum sequuntur opinionem, dicũt ex Cham Noe filio fuisse natũ Mesraim, cuius filius Libyus fuerit, a quo Libyam denominatam uolunt. autor Iosephus. Veteres Geographi Libyam in quatuor prouincias diuiserunt: sed a posteris, ut Sex. Rufus refert, per omnem Aphricam sex prouinciæ factæ sunt. Alij plures in ea prouincias esse dicunt. Lege Ptolomæum in principio Quarti, & Solinum cap. quadragesimo. Pharrhasius cõmentario secundo in Claudiani raptum, quibus Libya nominibus antea fuerit appellata, refert. Aethiopumq; plagas. Vtrosq; Aethiopas intelligit. De primis lege Ptolomæi cap. septimũ. De secundis cap. octauum libri quarti. Sunt qui Aethiopiã dictam uelint a uerbo græco αἴθω, quod uro, incendo, ardeoq; significat, & ὤψ, facies & aspectus, quod Solis aspectu plurimum torreat. Plinio dicta ab Aethiope Vulcani filio. A diuo Ambrosio, uilis & abiecta interpretatur: fortasse, quod magna ex parte inopem uitam & pastoralem ducant. Iosephus scribit Aethiopes ante a Chuso Chami filio fuisse Chusæos cognominatos. Diodorus tradit, Aethiopes gloriari, se esse hominum primos. Argumẽtum idem exequitur in principio libri quarti. Porro sita est Aethiopia ab oriente hyberno, ad occidentem hybernum. Meridiano cardine syluæ Hebeno maxime uirẽt. Meridiana eius parte, imminens mari mons excelsus, æternis ardet ignibus Aenocauma dictus. Coloratos Indos, id est, Sole tinctos. Maro. nigris deuectus ab Indis. Ab Emodis montibus incipit India, a meridiano mari porrecta, Fauonij spiritu saluberrima. In anno bis æstatem habet, bis legit frugem, uice hyemis etesijs potitur. autor Solinus. Reliqua de Indiæ spacio ex Strabone & Plinio. Est enim spaciosissima ipsa, & non gentium tantum & oppidorum prope innumerorum, sed omnium rerum prouẽtu, ære tantum & plumbo excepto, felix. Flumina cũ plurima, tum maxima habet: quorum irriguo procursu fit, ut in udo solo proximãtis solis uis nihil non uberrime gignat. Multæ & si gentes ac uariæ, ut iam diximus, Indiam incolant, nulla earum tamen, teste Diodoro, originem trahit extra Indiam, sed omnes indigetes appellantur. Scribit Megasthenes, neq; Sesostrim Aegyptium, neq; Tearconem, neq; Aethiopem, sed nec Nobocodrosorum, qui magis a Chald[illegible] robatur quam Hercules, rursus neq; Idanthyrsum Scytham, immo neq; Persas ipso[illegible] um regem Indiam attigisse: Semiramin aũt priusquã egrederetur, obijsse. Accedunt, qui Herculem nunquam Indiam fuisse ingressum, affirmant. Eratosthenes, & aliorum scriptorum magna pars, Herculis & Liberi patris gesta fabulosa & minime credenda arbitrantur. Arabs. Triplex a Ptolomæo Arabia ponitur, Petrea una, Deserta altera, Felix tertia. De prima & secunda meminit lib. quinto, de tertia lib. sexto. Sabæi. Strabo dicit Sabæos incolas Arabiæ felicis. Apud hos thus, myrrha, & cynnamomum nascitur, aliaq; odoratorum genera, quorum meminit Theophrastus lib. nono de historia plantarũ. Nemo autem ignorat, Sabæos a Marone primo Georgicorum molles non ab re appellari, quales fere reddere solet rerum copia. Mollitiem aũt ignauia sequitur, & animus plane effœminatus, quem timor arguit. Seruius ait molles, quia aere clementiore, quam fere alibi utantur, dici. Probus aũt inquit molles, uitio sermonis, quia parũ uiriliter loquantur. Ego Straboni subscribo: ut & doctissimus Camers. Bene ergo timidi a poeta, quales omnes segnes & delicosos uidemus, uocantur, hoc est, imbelles. Aliocq; ingens tremet obruta mundo Taprobane. Syntaxis, Cum ingens Taprobane obruta tremet alio mundo: uel, cum tremet obruta ingens alio mundo. Quoniam insula in mari Indico est, & armis Cæsaris obrui posse uidetur. Signate dixit, ingentem: quia ut Plinius refert, non defuerunt, qui crederent alium mundum esse. For-

Carmania duplex.

Syriæ situs.

Libya unde dicta.

Libyę diuisio.

Aethiopes duplices.

Aethiopiæ situs.

India saluberrima.

Indi, indigenę

Arabia triplex.

Sabæi molles

Taprobane ingens.

mam eius insulæ appingit Ptolomæus ultima tabula Asiæ. Huius insulæ ingens a terris alijs distantia, facit, ut de eius situ, magnitudine, ac incolarum moribus plurimum discrepēt autores. Hinc factum est, ut cum de loco remotissimo sermo incidit, prouerbiali figura dici consueuerit, ubi Taprobanen Indica tingit aqua. Ea figura primo de Ponto Ouidius usus est. Vel dixit, alio mundo, quoniam maior pars ultra æquinoctialem plagam posita est sub ariete, ut Ptolomæus: sub cancro, ut Dionysius poeta. Mæotica palus. De hac inferius dicemus. At noua nūc belli moles. Reassumptio est. Superū odijs. Dicit hoc, ꝓpter Palladē, quæ Palatinis fauebat: & ꝓpter Dianā, quæ a Cæsarianis stabat partibus, ut postea latius patebit. Ordiar hinc, id est, ordinem describā: & per figuram, quæ Correptio appellatur, se non seriem totam scriptu rum dicit, sed principia rei gestę. Et hoc artificiose factum est a poeta. Nam admonet Horatius, plęraq; differenda esse, & in præsens tempus omittenda. Quare poeta huius præcepti memor, hic libat rem: sed libro secundo lucidius narrat. — Taprobane indica.

Postquā magnanimi iusto data Norica tellus
Cæsaris arbitrio est, regnum qui legibus anceps,
(Quandoquidem Imperiū sceptrū cōmune refellit,
Nec patitur regnare duos) discerneret æquis,
Iudicij impatiens, simul atq; ut cederet alter,
Possesso non iure solo, & dotalibus aruis,
Decreuit, uigiles extemplo it rumor ad aures
Boiugenum Heroum, gliscitq; insana cupido
Regnandi, sæuitq; animis gens aspera bello.

Postquam magnanimi. Quoddam narrationis proœmium incipit. Augustę uindelicę Albertus & Robertus (quē & alij Rupertū uocāt) Duces, ut de summa rerum disceptarent, ad Cæsarē profecti sunt. Vterq; ius suum Cæsari trutinandum reliquit: q pro Alberto sentētiam tulit: indignatus propterea Robertus, arma parat. Norica tellus, scilicet ea portio Bauariæ, quę Duci nuper Georgio, cognomento diuiti, parebat, & litis causa fuit, atq; profani odij inter gentiles Principes. Anceps regnum, id est, incertum, cui seruiret, & sub cuius ditione esset futurum. Aequis legibus. Hoc est, ut ius, fasq; dictaret. Nec patitur regnare duos. Nā semper alter ue retur, ne se spreto alter singulariter eligatur. Vnde nulla fides regni socijs, ut Lucanus: Socijsq; comes discordia regnis, ut Statius, & noster poeta inferius: amor impacatus ad arma Gliscit, & in socijs pollens discordia regnis. Simul atq; decreuit ut alter. Scilicet Robertus impatiens iudicij, cederet ex solo non iure possesso. Aruis dotalibus. Quæ ipse propter matrimonium occupata prætendebat tueri. Boiugenum heroum. Ostendimus superius Noricum a Bois possessum fuisse, ubi ex Strabonis autoritate, uictos eos a Tauriscis, incoluisse diximus ulteriorē Danubij ripam: unde adhuc Boioaria appellatur. — Regnum insociale. — Baioaria.

Interea armisonis mundum Bellona quadrigis
Lustrans, Arctois fixit Dea lumina terris.
Tunc secum. Nunq; ne meas Germania uires
Sentiet? aut mentes regno semel ulta superbas
Danubium aspiciā, Vindamq;, Aenonq;, Licumq;
Corporibus fluere, & spumantē sanguine Rhenum?
Per me Dardanidæ, per me iacet Ilium, & ingens
Regnum Asiæ, fontesq; ruunt a culmine Thebæ,
Ipsa ego ad Aemathios madefacta cruore Philippos
Lœtalem impleui membris ciuilibus agrum.
Quid nūc Thermopylas, Marathoniaq; arma, fugāq;
Commemorē Xerxis? quid tinctas sanguine Carras
Hesperio? & uolucrem uexilla timentia Parthum?
Magna Philistæum stimulasse in prælia regem
Odeacro superante, parum est: nec Saxona tandem

Interea. Fictio poetica mire cōgruēs laudi Germanorū: quos ita bello pręstare innuit Poeta, ut Bellona inuidia mota (nā i bello, ne sibi palma ab ijs eriperet, dubitabat) statuit deprimendū nomen Germanicū: id aūt fieri nō posse, nisi se suis ipsorū uiribus cōficerent. Bellona. Ἐνυὼ græce uocat, Martis soror, dea bellorū. Germania. Poeta in lib. octauo particulariter Germaniā describit, ubi & nos officium nostrum faciemus. Hic obiter referemus id, quod a Vadiano nostro adnotatum est: nō con- — Bellona.

Edomitum duris decima trieteride Francis
Censuerim in uoto, & deletos funditus Hunnos.
Nescio quid maius Martis ferus inchoat alti
Nunc animus, pugnasq; diu, cladesq; morari,
Et differre nefas, belli uentura cruenti
Consilio premit Albertus. uocat undiq; gentes
Langraphius, sumptisq; feri Bussactores armis
Exacuunt animos uenturo Marte prophanos.
Respice q̃ sublimis eat, quotq; agmina secum
Auxilio moueat Virthymberzentius heros.

Germani unde dicti.

uenire inter plerosq;, unde Germani dicti sint. Sunt enim qui a uernaculo ductum uocabulũ putent, quod Garman, illi totum uirum nominant, atq; hinc dictos ab insigni fortitudine sibi p̃suadent. Sunt qui a germinando uelint Germaniæ nomen inditũ: quod in ea mira sit & frequentissima hominũ generatio. Hinc à Solino dictum. Diues hominũ terra, frequens populis numerosis. Aliis placet Germaniam dictam, quod eius regionis homines ueluti fratres & germanos mutua se diligãt charitate. Nam patet omnibus ad eos accessus. Aduenientes omnes p̃miscue, porrecto poculo suscipiunt. Aliis recens est Germaniæ uocabulũ, ut Tacito. Verior aliis Strabonis sentẽtia uidet: existimantis, Germanis a Gallis datum nomen: quod eos habitu corporis, ac animi moribus paulisper imitarentur. Sed id euidenter Irenicus refellit: qui & a Græcis nos itidem Germanos nominatos esse, grauissimorum autoritatem secutus adnotauit, & nõ ἀλλόφυλ, ut Celtes. A Iudæis uero Ascenasim, ab Ascenate. Danubiũ. Per Germaniæ, Panoniæq; populos, hoc nomine decurrit: quorum poeta in quarto lib. meminit: ubi ad Illyricum in Austrũ deflectit, Ister appellatur. Vindam. Hic Vuarnefrido Virda, nostra lingua Vuertach dicit, Vindelyciæ fluuius. Aenonq;, Lycũq;. Aenus fluuius Baioarios a Vindelycis, et hos a Rhetiis Lycus diducit.

Danubius.

Vinda.

Aenus.

Lycus.

Per me Dardanidę. Innuit poeta latẽter, maxima imperia bello corruisse. Per Dardanidas Iliũ, & regnum Asiæ, bellum Troianũ intelligit. Sontesq; ruunt a culmine Thebæ. Fraternũ significat bellũ Etheoclis & Polinicis, quod nuda potestas armauit, ut est apud Papiniũ. Ipsa ego ad Emathios. Bis pugnatũ est in Philippicis campis, teste Marone. Romanas acies iterũ uidere Philippi. Primum sub Cæsare dictatore contra Pompeium. Huius belli meminere inprimis Cæsar ipse tribus libris de bello ciuili, Plutarchus in Cæsare & Pompeio, copiosius Appianus libro secundo bellorũ ciuiliũ, diuus Augustinus libro diuinæ ciuitatis tertio, Eutropius & Orosius lib. sexto. Lucanus toto opere Pharsaliæ, Florus lib. quarto. Rursus sub Augusto cõtra Cassiũ & Brutũ. Hoc bellũ scribunt Liuius, Plutarchus, in M. Antonio & M. Bruto, Appianus lib. quarto, Florus eodem, Eutropius in septimo, Suetonius in Augusto, Orosius lib. sexto. Meminit Lucanus lib. secundo ibi. At nõ magnanimi p̃culsit. Dixit aũt Emathios, quod Philippi ciuitas est in Edomica regione, quæ est Macedoniæ, iuxta Thessaliam, prius appellata Crenida. Philippus nomen mutauit, ob merita lati abs se auxilii contra uim Thracũ, expugnare urbem conantium. Thessaliã uero uariis nominibus nuncupatã fuisse, tradũt fere omnes, qui de ea aliqd memoriæ mandauerũt. Vnde Emathia, ab Emathione, ut Aemonia ab Aemone. Thermopylas. Angustię Thermopylarũ claræ sunt certamine Xerxis maximi omniũ regũ Persarũ. Liuius scribit, Thermopylarũ iugũ, sicut Apennini dorso italia diuidit, ita mediã Græciã dirimit. Nomẽ illę a thermis accepere, quę passim circa pręcelsa iuga, quas illi pylas uocãt, scaturiũt. Marathoniaq; arma. Innuit pugnam terrestrẽ Darei Persarũ regis, aduersus Athenienses, in qua a Milciade superatus est in campis Marathoniis, qui Atticæ sunt. Lege Herodotũ. Meminit itẽ Gellius: ut latiuscule indicauimus in carmine Pici de Cruce, ibi. Sed nec tam tumidã uictrix te Græcia quondam Reddiderãt cæsi Marathonis in æquore Persæ. Tinctas Carras. Crassianam cladẽ designat, quã late scribit Appianus in Parthico, Plutarchus in Crassi uita, Florus lib. tertio, item Iustinus, Eutropius, Orosius, & alii. Sunt autem aliæ Carræ, quas Plinius iuxta Sabæos esse scribit. Nam hæ ad quas Crassus interiit, in Mesopotamia sunt. Carra etiã dici numero singulari, testis est Hermolaus. Hesperio. Latio. Lucanus. Assyrias latio maculauit sanguine Carras. Volucrẽ Parthũ. Propter equorũ celeritatẽ & sagitiã, quã post tergũ mittũt. Autores Herodotus, & Herodianus. Magna Philictæũ. Sensus est. Nõ censeo ex sentẽtia mihi satisfecisse, si aliquãdo Germani inter se pugnauerint. Et est obiectioni tacitæ respõsio. Pugnauerũt Germani, sed nõ adeo, ut eorũ gloria minor sit, p̃pterea. Odeacer gñe Vuãdalus, seu Herulus, quẽ tñ nõnulli Rhugũ, Procopius italũ militẽ fuisse tradidit, Vrbe, Italiaq; potitus est, Augustulo deposito.

Philippicis campis bis pugnatum.

Edomica.

Crenida.

Thermopilæ.

Campi Marathonii.

Carræ duæ.

Odeacer Vuandalus.

a Vuandalis, qui in natali solo remāserāt, accersitus, q̃d a Feleteo Rhugorꝝ rege incesserent bello, nihil de urbe Roma, aut Italia sollicitus, exercitū duxit in Feleteū: hosteq; interfecto, tā ociose ingressus est, q̃ alij Romani duces clarissimā aliquā uictoriā adepti consueuere. Albertus ex hoc transitu, quē tam facilē habuit, Odeacrū Vandalorꝝ regē fuisse coniectat: qui belli huius quoq; meminit cap. 11. lib. primi Vuandaliæ. Hic tñ illi non fuit perpetuus successus. Nam cū iam annis quatuor ac decem Italiā satis pacate tenuisset, a Theodericho Ostrogothorꝝ rege, impetit̃ armis, bis uincit̃, & tandē dolo occidit̃. Autores habes Procopiū, Paulū Diaconū, Pomponiū Lætum. Nec Saxona tandē. Caroli magni Saxonicū bellum tāgit, q̃d fere duos & triginta annos gessit, interpolatum tñ. Duris. Quod amore libertatis dura quæq; tulerint. Quāto eam studio seruauerint, uel prouerbiū admonet, etiānum uulgo tritum, Liberior Franco sum. Francis. Hi em̃ sunt, ut Comes Nuenarius ad CAROLVM Quintū scribens, ait, qui Saxonū gentem bellicosissimā, & Ro. uiribus insupabilē, diuturno bello domuerūt, uictāq; CHRISTI sacratissimā religionē ꝓfiteri, cōpulerūt. Hi Hispaniā prius occupatā, Saracenis, Pannonias Hunis. Sarmatiā Sclauis, totū Balearicū mare uexatū Mauris, tā breui tpe subegerūt, ut nescire possis, maior ne felicitas eorꝝ in consequēdis ac retinēdis, q̃ fortitudo in expugnādis prouincijs fuerit. De origine & sedibus priscorum Francorꝝ postea dicemus. Decima trieteride. Triginta annis.

Deletos funditus Hunnos. Hunnorꝝ gens post Attilæ mortē, quē illi Ethele gentiliter uocabant, penitus desyderata concidit, exoleuitq;. Id Luitprandus Ticinēsis in. 1. uolumine suo exacte ac emūcte differit: teste Irenico, qui hallucinatos eos dicit, qui Hungaros ab Hunnis deduxerunt. Hunni germanica lingua usos, autores testant̃, qui Attilæ gesta in literas retulere. Hungari uero semꝑ alienissimā ab idiomate germanico sortiti sunt. Porro Hunnorꝝ originē, quę Prisco referente, ac Iordane, Dæmonica fuit, Gothicā ostendit. Irenicus. Nescio quid maius. Bellona cū uideret iā sponte animos belli auidos, ꝑmeditat̃ longe maius facinus, q̃ sub Carolo uel Odeacro perfecerat. Videtur Poëta hoc bellum Noricum cæteris præponere magnitudine. Differre nefas. Postq; est apta occasio, qua nocendi cupidi dūtaxat opus habent. Consilio premit Albertus. Hic per occasionem omniū Principum nōia recitantur, qui bello interfuerunt. Bussactores. Antiqui populi, qui Vuestualiæ partem olim incoluerunt, ut patet ex Ptolomęo.

Odeacer occiditur.

Franci Saxones ad religiōnē Christianā cōuerterunt.

Franci Hispaniā, Pānoniā, et Sarmatiam debellarunt.

Hunni deleti penitus.

Hungari non ab Hunnis deriuati.

Hunni e Gothis.

Bussactores.

Sic ait, & pugnam nigri de faucibus Orci
Euocat: huic tristis famulam se iunxit Erinnys.
Dein Rheni auriferis uelox allabitur oris,
Atq; Palatinas fertur bacchata per urbes,
Pugnæq;, irarumq; æstus effundit anhelos.
Qualis in Actæis alterna lampade lucis,
Fertq; refertq; gradus cerealibus acta sacerdos.
Aut ubi in Hismeni ripis, gelidiue Aganippes
Ogygiæ celebrant repetita triennia Bacchæ,
Hanc circum Eumenides, bustalibus horrida tędis
Agmina, crinales iactant per inane Cerastas,
Incumbuntq; animis, cæcosq; cupidine regni
Impellunt furijs, tantiq; incendia belli
Sollicitant, addunt uires, audaxq; ministrant
Pugnandi robur, mentesq; ad prælia uertunt.
Protinus attonito crescunt sub pectore motus,
Impatiensq; moræ subijt furor: inde regendi
Ambitiosa fames, amor impacatus ad arma
Gliscit, & in socijs pollens discordia regnis.
Iam uigili statione urbes, atq; oppida late
Cinguntur, ferriq; duces exasperat ardor.

Euocat pugnā de faucib. nigri Orci. Erasmus Roterodamus in explicādo primo adagio Centuriæ primę quartæ Chiliadis, tangit caussas, ꝓpter quas ueteres poetę, qui rerū uim ac naturam sagacissime perspexerūt, & aptissimis figmētis adumbrauerunt, tradidere bellū ab inferis immitti, idq; Furianū ministerio. Erinnys. Lis, contētio, Furiarum pręcipua. neq; em̃ quælibet ad hoc negocij conficiendū est idonea: sed omniū pestilentissima, cui nōmia mille, mille nocēdi artes. Auriferis Rheni oris. Adeo Rhenus uenis aureis scatet, ut egregie ei⁹ ripam Homerico uerbo Argyrodinen appellare possemus, ut ait Irenic⁹. And q Germaniā oī auro exuerūt. Qualis in Actæis. Cōparatio a sacerdotib.

Poetæ naturā rerum adumbrant aptiss. figmentis.

Erinnys.

Aurifer Rhenus.

Eleusis. Cereris, uel Proserpinæ apud Eleusim Attici soli oppidũ, noctu discurrẽtibus, accensis facibus. Cerealia. Cerealibus. scilicet festis & sacrificijs Proserpinæ dicatis: a quibus profani uoce præconis excludebantur. ut Suetonius ait. Alterna lampade. quoniã per uices tædas ferebant, inuicemq; altera alteri facem tradebat. Id autẽ fiebat, ad repræsentandos Cereris errores. Nam facibus in Aetna succensis filiã inuestigauit. Papinius lib. quarto syluarum. Tuq; Actæa Ceres, cursu cui semper anhelo Votiuam taciti lassamus lampada mystæ. Qui uersus ab interprete dissimulatus, ut Parrhasius admonet, habet historiam, quã ipse primo cõmentario in raptũ Proserpinæ retulit.

Aut ubi Ogygiæ Bacchæ. Trieterica sacra intelligit notissima. Ogygiæ aũt, id est, Thebanæ, Ogygus. ab Ogygo primo Thebanæ ciuitatis Principe, sub quo primũ diluuium factũ est, longe ante q̃ Ogygia mala. illud sub Deucalione factum esse narratur. Vnde Ogygia mala, prouerbiali figura dicta, uel ingentia, uel antiqua. Hismenus. Hismeni. amnis Thebarum, ut Aganippe fons a poetis decãtatus. Repetita. Aganippe. quoniã singulo triennio repetebantur hæc sacra. Eumenides. A contrario dicuntur Furiæ, Eumenides. quoniam beniuolę minus sunt, semperq; ad mala impellant, ut sequitur. Bustalibus tędis. pro torribus ambusti hominis arreptis accæpisse uidetur: cum proprie bustum sit, quasi bene Bustum. ustum. Crinales Cerastias. Finguntur enim Furiæ crinium loco habere serpentes. Cerastæ cor Cerastæ. niculati serpentis genus. Discordia. Petronius Arbiter in carmine de bello inter Cæsarem & Pompæium, Discordiæ imaginem graphice & erudite expressit.

Quo ruitis miseri? quæ tanta exordia Martis?
Quodue paratis opus? quæ uos socialibus armis
Impellit rabies? satius si bella, furorq;
Turcæ. In Turcas translata forent, si Dorica regna,
Aegæumq; capax, & Bosphorus Hellesponti
Frena sub Austriade rursus Rhenana subirent,
Armaq; in Assyriam ferrentur, & obruta bęllo
Ingemeret Babylon, sceptrumq; orientis ad Alpes
Cæsar ab Eoa ueheret Germanicus aula.
Sed uisum sic ire Deis. iam certa Robertus
Bella mouens animo, curarum uoluitur æstu:
Huc tandem, atq; illuc raptus, cupit ire per arma,
Hostilesq; equitum turmas, & frangere Marte
Iudicium, nec uelle suum pro lege tenebit.
Austriades inquit, prohibent me sistere regno.
Iura quis hæc sanxit? num regi cedere dignum est,
Cuius connubio iunctam tenet ille sororem?
Ergo cœlestes Superi, mortalia cordi
Si uestro, aut hominũ fandum sedet atq; nefandum,
Respicite huc. nec enim ignaris mendacia Diuis
Doris. Astruimus: propria cogor decedere terra.
Quis feret hæc? aut quæ mundi tam barbara proles,
Quis Scytha, uel sæuæ Fascellidos ara Dianæ,
Aegeum capax cur. Busyrisq;, & inexorabilis ara Geloni,
Aut quæ iam ueteres placarunt sanguine, diri
Numina Theutatis, Taranesq;, Hesusq; repelli
Nos animo ferrent æquo, dotalibus oris?

QVO RVITIS MISERI? Exclamatio est. ut illa Lucani. Quis furor o ciues. et cętera. In Turcas. Variæ horum sedes & origo traditur. Sunt tamen qui iudicẽt, hos, qui ætate nostra latissime imperitant, ortos ab illis Turcis, quos Pomponius inter Scythicas gẽtes retulit. Plinius Turcarũ item meminit cap. septimo, libri sexti. Cilix gręcus autor, rerũ Constantinopolitanarũ scriptor, ut refert Volaterranus, Turcis Hunicum tribuit genus. Reliqua Otto Frisingensis, & Volaterranus. Dorica regna. Gręcorum imperium, cuius sedem Constantinopolim, patrũ nostrorũ memoria, Maumetes expugnauit. Excidiũ eius poeta in tertio per digressionem scribit. Doris regio Gręciæ est, unde Dorica lingua. Aegeumq; capax. propter frequentes insulas, quarum suo loco mentionẽ faciemus. Redditur aũt id maris ob huiusmodi Insularum crebritatem confragosum, ut Dionysius tradit, Maro innuit, atq; Papinius. Ille qdem, crebris legimus freta concita terris. Hic

utero in Achilleidos primo dicit. Aegeae frangunt ubi saxa procellae. Inde hominẽ ob lucri studium, nihil oĩno lucri recusantẽ, Aegeum nauigare, uulgo dicimus. Persius Saty. quinta. Ocyus ad nauem, nihil obstat, quin trabe uasta Aegeum rapias. Porro quid de denominatione scribãt autores, refert Hermolaus. Pompœio dicit Aegeũ, q̃d ita crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientib. spẽs capreaꝝ uideant. Siue q̃d in eo Aegea Amazonũ regina, perierit. Siue q̃d in eũ Aegeus pater Thesei se pcipitauerit. Pherecides ait, antiquũ cognomẽ Neptuni fuisse Aegeon, atq; inde mari nomẽ inditũ. Bosphorus Hellespõti. qui & Thracius, iuxta est Byzantiũ. Alter Cimmerius: de quo inferius. Vterq; dictus a bouis meabili transitu, ,pptér angustiã freti. Assyriã. Haec post Eufratẽ est, amne tñ a Babylonijs diuisa. Ab Assur Iosepho Assyrij. Babylon. Chaldeae gẽtis caput Babylon est, inqt Solinꝰ. Sic a Graecis & Latinis dicit. Hebraei Babel nũcupãt. Rationẽ noĩs pete ex lib. Geneseos, & primo Iosephi Antiquitatũ. De prima Babylonis origine gentiles historici ab Ecclasticis plurimũ discrepant. Has cõtrarias opiniones cõcordat Berosus. Cõmunis gentiliũ snia est, fuisse Babylonẽ a Semiramide primũ constructã. Ouidius. 4. Metamorphoseos, ubi dicit, altã Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbẽ. Ad Alpes. occidentẽ, seu Italiã, ut ex duobus Imperijs unũ solidũ esset. Italiã limites habere iuga Alpiũ, C. Sempronius autor est, & Ptolomaeus lib. Geographiae. 3. Etymũ Alpiũ in Staurosthici enarrõne diximus.

Eoa. Orientali. Sed uisum sic ire Deis. Ex eoꝝ snia, qui oĩa Fato fieri dicebãt. Iam certa Robertus. Hic ductus est rerũ, qui ad cętera quae sequunt, trahit. Velle suũ pro lege tenebit. Iuxta illud, Sic uolo, sic iubeo, sit pro rõne uolũtas. Quód tñ nequaq; fieri debet. ut alicubi admonet Iustinianus, ac uere impatoria illa uox diui Traiani, qui dum praefectũ praetorio ense cingeret. Hunc, inqt, ensem, si iuste impauero, pro me: sin aũt male, cõtra me utaris. Sicut em̃ per Principem cũ bñfacit, plurimoꝝ uitae & saluti consulit, ita & error Principis, pro Nazianzeni snia, ad multoꝝ perniciẽ pertinet. Tenet ille sororẽ. Albertũ intelligit, qui Kunigundem filiã Friderichi Tertij, sororẽ Caesaris Maximiliani, foeminã probatissimã, nup non sine sanctitatis opinione defunctã, uxorẽ habebat. Et, ille, per cõtemptũ legendũ est. Barbara proles. fera, saeua, hoc loco.

Quis Scytha. Sensus est. Tantũ abest a rõne humana, q̃d Caesar iudicauit me discessurũ a regno meo, ut illis etiã crudele uideret, qui ab oĩ crudelitatis gñe minĩe abhorrebãt. Inter q̃s Stythae non postremo loco habiti sunt. Quippe feritas eoꝝ apud Graecos in ,puerbiũ cessit, ut quicquid agreste, quicqd barbaꝝ ac saeuũ intelligi uellent, id scythicũ appellarẽt. Ara Dianae. Apud Dianã Tauricã, hostiae erant peregrini & hospites. Meminit Lactãtius lib. de falsa religione cap. 21. Autorẽ immanis huius sacrificij indicaui in Scholijs, quae lib. de Imanitate a Pontano inscripto, adieci. Id aũt crudele sacrificij genus cũ Romanis displicuisset, ad Laconas Diana est translata, ubi sacrificij cõsuetudo adolescentuloꝝ uerberibus seruabat. Hi aũt adolescentes Bomonicae dicebant, q̃d aris superpositi contẽdebant, qui plura possent uerbera sustinere. Ex ijs castigãdus locus interpretis Papinij sup illud in octauo Thebaidos. Taygeta & pugnę, laudataq; pręlia matri. Quo loco passim legit, suo Minice: cũ legendũ sit, Bomonicae, ut Camers doctissimus admõnet. Fascelidos. q̃ simulacrũ eius sublatũ in fasce lignoꝝ absconditũ fuerit. Busyris. Quis aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busyridis aras? hominis scilicet sceleratissimi, & nunq̃ nominandi, qui equis suis epulandos hospites dabat. Hercules hunc domuit, ex Aphrica in Aegyptum profectus. Negat Eratosthenes ullum in Aegypto unquam Busyrim fuisse: idq; totum confictum ait, ad indicandum loci inhospitalitatem. Ara Geloni. Ita exemplar emendatum habet, non, umbra Palyci. Constat ex Mela, Gelonos Marti uictimam humanam facere solitos. Ergo ara Geloni, id est, Martis, cui Geloni uictimam humanam sacrificabant. Quanq̃ Palycis quoq; sacrificari solitum erat eiusmodi uictima. Quod uidetur etiam Maro, ut Lactantius ait libro duodecimo Thebaid. strictim tetigisse. Et implicabilis ara Palyci. Veteres. Scilicet Teutones, & Germani. quod rerum scriptores externi praecipue Gallis ea tribuerint sacrificia. Teutatis. Lucanus in primo. Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates, id est, Mercurius. Ita enim ab eis nominabatur. Sulpicius ait, Teutates, qui mortis Deus interpretatur. Tacitus in Germania. Deorũ maxime Mercurium colunt, cui certis diebus, humanis quoque hostijs litare fas habent. Meminit & Caesar in commentarijs. Taranesq;, Hesusq;. Hos similiter maiores nostri humanis uicti nis placabant. Taranem autem Iouem uocabant. Vnde Lucanus hoc uersu, Et Taranis scythicae non mitior ara Dianae. innuit aram Iouis apud maiores nostros non esse mitiorem & sanctiorem ara Dianae Scythicae. Sed nec Romani huius immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latialis IVPITER etiam sangui-

Aegeum nauigare.
Aegeum unde.
Neptunus Aegeus dictus.
Bosphori duo.
Assyria.
Babylon.
Alpes.
Principis error, oĩbus perniciosus.
Sacrificiã humana.
Bominicae.
Locus Papinij.
Fascelis Diana.
Geloni.
Palyci.
Teutates.
Taranes.

ne colebãt humano. Vnde Lactantius loco iam citato. Sed de barbaris, inquit, non est adeo mirandũ, quorũ religio cũ moribus congruit. Nostri uero, qui semper mãsuetudinis & humanitatis gloriã sibi uendicarũt, nõne sacrilegis his sacris imaniores reperiunt? et quę sequunt. Reperio priscos Teutones secundũ Mercuriũ proximo loco Martẽ coluisse sub Hesi noĩe. Lucanus. horrensq; feris altaribus Hesus. Lactãtius. Galli Hesum, atq; Teutatem humano cruore placabãt.

Dixit, & arcanum patris penetrale Philippi
Ingressus, quem Marte super, belloq; futuro
Voluentem, aggreditur multa, & sic turbidus infit.
Quæ te cura premit belli pater? aut mihi soli
Succumbet dotalis humus: uel, quod precor, omnes
Auertant superi, charis ui pellar ab oris.
Non regni est securus amor, tutumq; duorum
Imperium, at uastis pugnax Germania lucis
Excitur, populiq; ruunt Mauorte furentes.
Maximilianus bellicosus.
Belliger Austriades, alto de uertice Carnos,
Atq; Alpes in bella mouet, Stiriamq;, suumq;
Impellit Tyrolum, trepidatq; Carinthia secum,
Intonsiq; ruit pubes crinita Sueui.
Certe etiam nobis nec pronus in arma Sicamber,
Auxilio deerit, nec quæ se montibus arctat,
Gens durata gelu, & nunq; satiata cruore
Heluetij, & bello Gallorum exercita uirtus.
Iam nemore ingentes mens est excire Boemos
Hercynio, & trepidas regis conuertere in urbes.
Tu modo quid sentis resera. Quem talia contra,
Egregio sollers fatur sic ore Philippus.
Nunc regni cura est animo, & te posse tueri,
Hoc quodcunq; reor uirtute, armisq; potentem.
Nunc timeo Austriadas, genus insuperabile bello.
Cerno equidem, nec uana fides, gentilibus armis,
Tam fera communi tentari prælia damno.
At quid nate uelim, paucis aduerte docebo.

Tutumq; duorũ Imperium. Lucanus. oisq; potestas Impatiens cõsortis erit. Caussam diximus superius. Germania pugnax. Epitheton regioni cõueniẽs. Nam ut idem Lucanus dicit. Ois in arctois populus quicunq; pruinis Nascit, indomitis bellis, et mortis amator. Seneca quoq; noĩat Germanos, auidã belli gentẽ. Vastis lucis, quibus abundat, & ut Tacitus scribit, horrida est, & ut Mela ait, magna ex parte, ac paludibus inuia est. Belliger Austriades. Bene belliger. Nã Maximilianus sub titulo Austriæ Ducis, anteq; ei Imperij fasces traderentur, nouem continẽter annis bella illa grauissima cum Gallis, Leodiẽsibus, Geldrijs, Batauis, atq; Morinis confecit. Horũ meminit Poeta paulo post, ut & aliorũ, quæ gessit iam regio honore auctus. Alto de uertice Carnos. Montana eñ inhabitãt, hodie Carniolani, teutonice, die Crainer. Regio habet comitatũ Goriciensem non ignobilẽ, Iulium carnicũ, Plinio & Ptolomæo, ut quidã ex loci situ contẽdunt. Atq; Alpes. Iulias intellige ex Tacito, quæ & nonnullis Italæ dicunt. Sunt eñ & alia Alpium uocabula. Stiriam. Et hæc montana est: præterq; ad ortũ, qua Pannoniæ finitima est: ea ex parte se in uastam effundit planiciem. Valeriã hanc olim dictã, Syluius autor est, nulla tñ autoritate. Porro Stiriam, Marchionatũ olim Friderichus primus Ducatũ appellauit, Quanq; id alij posterioribus Cæsaribus attribuũt. Tyrolum. Prædiues Norici regio, nomẽ traxit ab arce eius nominis: quæ extat hodie: haud longe a ripa Athesis, ad Ameranũ oppidũ: olim celebris sedes erat comitũ Tyrolanorũ, quorũ meminit Otto noster, & Guntherus Ligurinus. in qua sunt urbes insignes Radenburgũ, Hallæ, Aenipons. Sterzinga, Brixina (ueteribus Brixnora) Bolzanũ, Tridentũ. Naucierus docet, quo titulo principatus ille, ad Austriacos Duces uenerit. Carinthia. Hæc a Foroiuliensibus incipit, & usq; ad montana Carniolæ pertingit. Hæc prouincia Austriæ Principibus nomẽ Archiducis intulit: quod Syluius in eius descriptiõe dicit. Is & in noui Principis auspicio, nusq; alibi auditas ceremonias ibidem recitat, & alia quædam, quæ lectorẽ delectare possint. Intonsi

Alpes Italæ.

Stiria.

Carinthia. Vnde Archiducatus Austriæ.

Sueui. Id Tacitus de priscis Sueuis prodidit, qui ad Albim fluuiũ habitarũt: quã regionẽ hodie incolunt Saxones. Bene igit, ac iuxta erudite admonet autor ille cõmentarioli, quo explicant ue tusta Germaniæ populorũ uocabula apud Tacitũ. Non ad uiuũ, quod aiunt, oĩa statim exigẽna esse in ueterũ descriptoĩb. Verũ poeta de populis, q̃s hodie Sueuos dicimus, loquit, ꝑpter Durgouios, & alia loca, q̃ Cæsar, ceu Princeps Austriæ, hæreditario iure in Sueuis possidet. Certe etiã nobis. Hic populos suas partes secuturos, recẽset. Ne inopes auxilij, amplissima Palatinorũ domus uideat, aut penitus in rebus aduersis destituta. Quãdoquidẽ & inter principes uerũ est, quod uulgo iactari solet, Amicos secundis quidẽ rebus parari, cæterũ non nisi aduersis probari: Sicamber. Geldrius. Hunibaldus, a Cambra Athenoris uxore astutissima genti nomen da tum, autor est. Mihi cõmentũ uidetur, ut plęraq; alia. Sicambriã ponunt Ptolomęus & Tacitus inter Bussacteros paruos, et Bructeros, Longobardosq;: ubi etiã abbas Spanheimẽsis putat ha bitasse Francos: quod Comiti Nuenario a rõne non uidetur alienũ. Pronus in arma. Autores fidedigni, fortissimos, bellicæq; rei expertissimos prodidere Sicambros: hac tñ fere nota apud Cęsarẽ nobiles, q̃ ex rapto mos esset illis uictitari & latrocinijs. Heluetij. Haud dubiũ q̃n poeta intelligat eos, qui nunc Suiceri uocant, intra Rhodanum & Rhenũ populi bellicosissimi. Habuerũt em & alias nationes, ut refert Irenicus lib. II. Bello Gallorũ exercita uirtus. Id referri potest & ad Iulij Cæsaris tẽpora, qui ad ccc. milia olim transire conantes in Galliã, bello cõpressit, ut notũ est, summo autorũ diuo Iulio tradente. Et ad nostra etiã tpa, ob memorabile illud pręliũ in suburbanis Mediolani, a Francisco Gallorũ rege gestũ cõtra eos. Pugnã hanc Vadianus retulit in cõmentarios, q̃s doctissimus ipe, erudite scripsit in Melam: quã ubi legeris, statim cognosces, uictis Heluetijs id obtigisse, q̃d paucissimi uictores consequi solent. Primũ magis placet: nã antea opus poeta absoluerat, q̃ hæc pugna fieret. Hercinio nemore. Quia Boemia undiq; est cin cta sylua Hercinia, de qua Poeta in lib. octauo, et nos illic copiosius, pro instituta breuitate, referemus. Gentilibus armis. quoniã Palatini & Albertini Bauariæ Duces iuncti affinitate erant.

Sicambria. Heluetij.

Est locus ad Rheni ripas, atq; ultima mundi
Littora, ad Oceanum magnũ, qua Graius Vlysses
Tartareum ditem, atq; animas mouisse silentes
Dicitur, & nigros traxisse ad sydera Manes.
Densum, ingensq; nemus, uallesq; feruntur opacæ
Excipere has umbras, pallensq; ubi carmina bubo,
Et Stryges infernæ, læuaq; sub ilice cornix
Effundunt, lucosq; uolant simulacra per altos.
Hinc exaudiri fremitus, sontesq; figuras
Insolitis ululare modis, claustriq; refractis
Legibus inferni superas euadere ad auras.
Cocyti perhibent Manes, cum sacra sacerdos
Incohat, & domito luctantes extrahit Orco.
Extemplo nutare nemus, trepidamq; sub imo
Tellurem mugire ferunt, mirabile uisu,
Vicinos atra obnubi caligine montes
Accipimus, siccari undas, & currere retro
Flumina, & astriferum nebulam prætexere cœlum.
Non aliter magico turbantur carmine Thraces
Cum sæuit Rhodopæa nurus, lateq; per Hæmum
Horrida Circæi crudescunt sibila cantus.
Sed postq; paulum Vatis furor ille quiescit,

Est locus. Aram Vlyxi consecratã significat, eius meminit Tacitus in principio libelli de moribus Germanorũ. Qua graius Vlyxes. Emẽdandus sic est codex, ut etiã inferius, dirusq; ubi carmina bubo. Legi eñ in emendato exẽplari. Pallẽsq; ubi carmina bubo. Bubões inter aues infaustas, item & Stryges nocturnas inter inauspicatas referri, nẽo ignorat. Cornix. nota auis, uel uiuacitate sua. Læua, ad sinistram partem sitas Ilice. inter glãdiferas numeratur. Incohat sacra. Accusatiuo iũxit, imitatiõe Maronis. Te sine nil altũ mens incohat. Legitur etiã ut neutrũ prolatum. Probus in catolicis sic ait. Ho. primę cõiugatiõis est, & haui facit, incoho, incohas, incohaui. Quidã putãt dici: inchoare, impitissime. Nã

Bubo. Stryges.

Voce canit responsa Deum, nec certius illo
Prædicit quicq; Cyrrhæo Phœbus in antro.
Inuidet huic Hammon, & si sua cornua tollat,
Prædictisq; rudem uoluat Garamanta futuris.
Quid uos Chaoniæ quercus, sanctumq; per umbras
Pana Lycaonias? signisq; excepta mouentis
Niliacæ responsa bouis? quid in aëre læuo
Commemorem cantus auium, cursusq; uolantum?
Ceditis huic omnes. quare cum crastinus ortus
Fulserit, & croceos aurora retexerit ignes,
In nemus ire para, lucosq; require silentum
Hic Diuum mentes, & belli arcana futuri
Prædisces, uenturamq; omnem ex ordine pugnam.
Finierat. tunc ille orsus, sic talia contra.
Postq; nosse cupis duri primordia Martis,
Euentumq; iubes stygios me poscere noctis
Nigrantis populos, caligantumq; cohortes,
Exequar intrepidus, responsaq; Vatis adibo,
Sic ait, interea prono iam Phœbus olympo
Merserat auricomum caput oceano Atlantæo,
Inq; laboriferas surgens humentibus umbris
Luna uices, hominum curas mulcebat inanes.

neq; post c. literā h. latina uerba regunt: exceptis tribus noībus quæ supra posui Pulcher, Orchus, Lurcho. Neq; o litera ante o alterum latinorum uerborm p̄ma persona reperitur, sed illæ tres uocales, quas ante posui E. I. V. Nam nec A nec O. Quod igitur Plaut. posuit reboo, non latine, sed græce posuit, Boo Boas, unde deriuatiuū reboo. Exemplo nutare nem9. Tibulli carmina nota sunt. Hāc ego de cœlo ducentē sydera uidi. & reliqua ex secunda Elegia primi. Sed de his, quę Poeta hic narrat, inferius, ubi non nihil de magia loquemur.

Rhodope.

Rhodopęus

Rhodopæa nur9. Thracensis, a Rhodope monte Thraciæ. Est & Ioniæ ciuitas, ut scribit Stephanus. ab utroq; Rhodopeus, & resolutione diphthongi Rhodopeius enūciatur. Ouidius. Hospita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis. Hemū. Et hic mons est Thraciæ. Ouidius in Transformationibus refert fabulam Rhodopes & Hæmi. Hi enim dum sibi diuinitatem ascribunt, ira numinum in montes sui nominis sunt conuersi. Circæi cantus. Maro. Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Cyrrhæo antro. Delphicū oraculū intelligit. Nam

Cyrrha.
Delphi.
Iuppiter
Harenarius
Chaones
Lycaon
Pan cur appellatus
Apis

Cyrrha Phocidis oppidum est in litiore sitū. Delphi item in Phocide. Igitur cyrrhęo antro, id est Delphico, Phocensi. ut superius relatū est. Inuidet huic Hammon. Harenarium Iouem signat, qui in Libya colitur. caussam nominis, atq; cultus, postea referam. Chaoniæ quercus. De Dodonæo Iouis oraculo, quod Poeta hic tangit, inferius dictabimus, ubi Poeta ait. Siluisse Lebetas uidimus. Chaones, populi sunt Epyri. Sanctumq; per umbras Pana Lycaonias. Id est, Arcadicas. Fuit enim Lycaon rex Arcadiæ. Pana autem pręcipue Arcades coluerunt. Nam ipsum non solum syluarum credebant, sed & uniuersæ materiæ Deum appellabant: unde nomen πᾶν impositum, quasi omnia in se contineret. Niliacæ responsa bouis. Apim bouem intelligit, cui in Memphi duo delubra erant. Hunc autem oraculi loco habitum fuisse tradunt Plinius, & Pomponius, qui paucis qualis Apis fuerit describit. Alij autores scribunt, tantæ dignitatis creditū, ut Iudæi quoq; eundem sibi pro numine statuerint colendum. ut in Exodo, & quarto Basilæon libro scriptum est. Signisq; excepta mouentis, Scilicet ad cibum capiendum: & tunc, ut Solinus ait, dat omnia manifestantia de futuris de se consulenti: & ad hoc fortasse respexit poeta. Quid in aëre læuo. Tacitus in libro de morib. Germanorum, scribit, uolatus auium supra modum fuisse obseruatos a Germanis. Croceos ignes. Radios, quos spargens, omnia facit aurescere: unde & illi nomen Aurora. Croceus autem color idem qui aureus. Atlantæo Oceano. Hesperio, Hispanico. Dionysius poeta, Circuit Oceani gurges tamen undiq; uastus. Qui quamuis unus sit, plurima nomina sumit. Finibus Hesperijs Atlanticus ille uocatur. Breuitatis caussa unde uaria maris nomina sumpta sint, dicere pręætermitto. docent illa Plinius & Solinus: ex nostris Lactantius cap. undecimo primi, & diuus Ambrosius cap. tertio libri Hexameron tertij. Hominum curas mulcebat inanes. Iuxta illud Persianum. O curas hominum, o

Volatus auium priscis Germanis obseruatos

quantum

quantum est in rebus inane. In hunc modum dicit Solomon ille Dauid regis atq; prophetæ filius, tam regni gloria, q̃ uaticinandi sapientia omniũ clarissimus, ad uniuersam Ecclesiam Dei, Vanitas uanitatum. & cætera. Ecclesiast. 1.

Ecce per immensum uirgo Tritonia cœlum
Labitur, & rigidos serpentum exasperat orbes.
Formidant syluæ, tellus tremit, adstupet æther,
Tempestasq; alto uisa est feruescere Ponto
Gorgoneo, quotiens Pallas quatit ægida uultu,
Oreq; uesanum uirus uomit aspis hiulco.
Hæc Rheni ad littus, nigras delapsa per umbras,
Phalsgraphidum tecta alta petit, collesq; superbos,
Sopitum, & noctem nequicq; heroa sub altam
Miratur Pallas: namq; illum insomnia belli
Versabant hinc inde, atroq; furebat anhelans
Marte animus, mirum dictu, pugnamq; ciebat.
Talia uoluentem, affatur sic Diua Robertum.
Quid nunc lente iaces, rerumq; oblite tuarum
Indulges somno, Boiorum maxime ductor?
Surge age rumpe moram, & chari genitoris ab alto
Vt lux alma polo terris secluserit umbram,
Mandata exequere, & lucos inquire silentes:
Sed primum corpus mergens fluuialibus undis,
Purus adi, purumq; sacras te confer ad aras.
Dixit, & in tenuem Pallas delabitur auram.
Austriadas contra sæuum indignata, diu quæ
In gentem hanc uictrix tristes exercuit iras,
Fabor enim, nec longa sequar uestigia rerum.

Ecce per immensum. Particula Ecce, semp̃ aliquid magnum et repentinum significat. ut apud Maronẽ. Ecce aũt a Tenedo. Porro Poëta sumpta occasione hic Palladem introducit fauẽtem Palatino :, recitatq; caussas, quare inuidia fuerit Austriadas ꝓsecuta: imitatus Maronem, qui id etiã facit, cũ caussas memorat, quãobrem Iuno Troianos hostili anĩo insequeret̃. Tritonia uirgo. Pallas modo Tritonia, modo Tritogenia a poetis dicitur. ut Lycophronis interp̃s ast. Vel q̃d a Tritone Libyæ flumie genita sit, ut Aeschilus fabulose innuit. Vel q̃d a Ioue genita, apud Tritonẽ fuerit educata. Vel q, ut Callistheni placuit, tertio die mẽsis genita fuerit: unde apd' Atheniẽses tertius mẽsis dies Palladi ẽ cõsecratus. Vel quod a Iouis capite edita sit. Bœotiorum eñ lingua, Triton caput dicit̃. Vel q̃d eadẽ sit quæ & Luna, quæ tertio a coitu die apparet. Vel q̃d nihil ab aëre differat, q̃d est tertiũ elementũ. Hinc est, q̃d Diodorus Siculus in primo dicit. Aërem Pallada noiarunt, ac Iouis filiã dixerunt: uirginẽq; fuisse, quoniã non corrũpatur, & sublimiorẽ locum teneat, quapropter ex uertice Iouis dicit̃ nata. Et Trigeminã appellant, ꝓpter tria anni tp̃a, Ver, Aestatẽ, Hyemem. Quippe uetustas Autumnũ non numerabat: q̃a propriũ non esse tẽpus existimabant, sed ex utriusq; cõfinio cõstare. Et Glaucopis: q̃d aer glauci sit aspectus, non q̃d habeat oculos glaucos. Democritus ait Palladem Tritoniã propterea cognoiatam, q̃d tria hæc mortalibus elargiatur: bene consulere, recte iudicare, iuste agere. Gorgoneo uultu. Quo. s. fabulæ canunt, Gorgonas fuisse puellas: uel q̃ ipsa Pallas fuit, cũ Medusam trucidaret, ut canit Orpheus in hymnis. Alĳ tñ a Perseo Palladis ope scribũt obtruncatã. Sopitũ, & noctẽ. Color sumptus a Liuio & Syllo Italico, de Hannibale. Vterq; scribit illũ sæpe in somnis bella agitasse. Boiorum. Bauarorum nunc. Indulges somno. Si nõ dormiebat, utpote bellorũ somnĳs agitatus, cur ergo tanq̃ somno deditum arguit? Nempe ut magis erubesceret, magisq; bellicosum animũ a desidia excitaret. Purus adi. Iuxta legem. Diuos caste adeunto. Nam ut Tibullus ait, Casta placent superis. Quod nõ solum superstitiosa gentilitas de anĩo, sed etiam de corpore obseruauit. Vnde dixit, corpus mergẽs fluuialibus undis. Qui ultimus pes deest in exẽplaribus impressis. Sic Maro. Donec in flumine uiuo abluero. At noster Legislator beatos dicit, qui mundo sunt corde. Matth. 5.

Ecce. Tritonia quare dicta Pallas. Triton. Aer Pallas dictus. Trigemina cur Pallas. Glaucopis.

Cecropiæ quondam rex, est ita fama, Mineruæ

Cecropiæ quondam. Narrant̃ caussę odĳ Pal-

Primiſlaus, q̃ & Odacker teutonice dictus.

Rudolphus Habſpurgus Otthacarum Boemum ſuperat.

Charus Otho, templum erexit, centumq; Sabæi
Thura miniſtrabant aris ſolennia Myſtæ.
Paſſim cultus honor, primum intemerata ſub alto
Effigies defixa tholo, non qualis ad arma
Proſilit, & Libycos uiolentior explicat hydros:
Sed ſimilis uultu, quo non experta maritum
Eſſe ſolet, Melitemq; refert, aut Protomedæam:
Vel cum ſepoſita Iliacum Simoenta Meduſa
Ingreditur, pulchrosq; artus in flumine uiuo
Proluit, & rutilo ſplendorem a uertice uibrat.
At ſub marmorea pictum teſtudine templum
Cernere erat, cum diſcuſſo capite orta Tonantis
Perrexit Libyam, & primum Tritonide ripa
Exiliens uiſa eſt, nec adhuc fuit ægide præſter
Inſertus, Garamasq; uagum, nec uiderat aruis
Chershydron, caudaq; atrum ſerpente Pharæam.
Aëra ſed poſtq; rupit Danaëius heros
Remigio alarum, & crudum thoraca Mineruæ
Induit, & cæſa petijt Phorcinide cœlum,
Feruidaq; ut ſupra ſyrtim Berenicida Gorgon
Extitit, in terram ſanguis, craſſumq; uenenum
Decidit, unde ferunt triſtes creuiſſe colubros,
Et Cyrenæa nocuum Baſiliſcon arena.

ladis in Auſtriadas, ſum pro colore ex Marõe de Aiace Oileo. Prima eſt, euerſio tẽpli ei olim poſiti a Primiſlao gnto Boemorũ tyrãno, qui uulgo Odacker cognoiatus eſt, a deuaſtatis agris, facta per Rudolphũ comitem Habſpurgum, præſidem Prouinciæ: quẽ nũc Lantgrauiũ Alſaciæ, deſignatum tñ poſt diutinã Imperij uacationẽ, Imperatorẽ, bello & pace clarũ, qui primus in hanc Auſtriorũ familiã Romanos faſces induxit. Deſcribiturq; tẽpli pictura, ĩ quo ſacerdotes cẽtum ſacros ritus pagebant. Et ut rei fidẽ habeas. Hoc cũ Otthacaro Cæſar Rodulphus ſup iure Ducatus Auſtriæ, quẽ is occuparat, bellum geſſit: cui tandem adactus parendi ſacramẽto & affinitate inter eos inita conciliatur. Obiurgatus autẽ Otthacarus a Margarita uxore (cuius iure atq; hæreditatis titulo, contra Imperij tñ leges, ad Auſtriæ Principatũ adſpirabat) iterũ prælio concurrẽs in cãpis Auſtriæ, qui teutonice appellanẽ, das Marckfelt, haud longe ab arce & oppido Mareck, a Rodulpho ſuperatur, obtruncaturq;. Rem, ut geſta eſt, latiſſime refert Nauclerus. Cecropię. Athenienſis, a Cecrope primo Athenarũ rege. Mineruæ. Palladis, cuius ſimulacri Phidiæ operis, q̃d Athenis fuit, mentionẽ facit Plinius lib. 36. Charus Otho, pro Otthacaro. Tholo. teſtudine. Libycos hydros. Vel qa ex Tritone palude exiluit: uel reſpexit ad Perſæi fabulã. Melitem, aut Protomedęã. Noĩa ſunt filiarũ Nerei & Dorides apud Heſiodũ in Theogonia. Vel cũ ſepoſita. Alludi ad ſimulacrũ Palladis, q̃d apud Troianos colebaẽ. unde & Palladiũ ab Vlyxe raptũ. Meduſa autẽ, ut eſt in fabulis, ſerpentinos capillos habebat. Iliacum. id eſt, Troianũ. Nam ex Ida monte Troiano Simois ſcaturit, clarus partu Veneris. Cum diſcuſſo caput orta tonãtis. Hoc ideo finxerũt, q̃d nobiliũ artium inuẽtio Mineruæ aſſcripta ſit. Per Mineruam em̃, partẽ illam ſuperiorẽ aniæ, id eſt, mentẽ & rationẽ intelligunt. Perrexit Libyam. Nam labens e cœlo, diciẽ primo Libyam, utpote altiorẽ alijs regionibus, tetigiſſe. Tritonide ripa. Triton palus Libyæ: a qua Tritoniã Palladem dictã eſſe, uulgaris opinio eſt: cui Lucanus lib. 9. dat autoritatem. Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda. Sed & alias huius nomenclaturæ cauſſas ante dixi.

Cauſſa belli Rodulphi Cæſ. contra Otthacarum.

Pallas Athenis culta

Melite.

Protomedęa.

Palladium.

Cur Iouis e capite Pallas nata dicatur.

Triton.

Cur Pallas in Libyen primũ delapſa.

Nec adhuc fuit ægide præſter inſertus. Quæ ſequunẽ ex uulgata Perſæi fabula ſumpta ſunt, iuxta Lucani narrationẽ in nono, ac Syllij in tertio. Præſtęra græci flãmam & combuſtiuũ nominant. Hinc huic ſerpẽti nomen datũ, uel q̃d flammã & ardorem imittat ei, quẽ momorderit. Remedia morſus eius docet Plinius. Garamas. Seruius ait, Garamãtes populi ſunt Aphricæ iuxta zonã torridã. Maro. Super & Garamãtas & Indos, ꝓfert Imperiũ. Chershydron. dictus, q̃d in terris & aquis moreẽ. Pharæam. Hunc antiqtas dicauit Aeſculapio pro miniſtro Deorũ mitiſſimo, qa morſu nõ eſſet malignus, quãuis ore lato. Cauda ſerpẽte. Scilicet cũ ſe erigit. habet eĩn pedes iuxta caudã. Danaeius. Perſęus Danaes filius ex Ioue. Phorcinide. Meduſa Phorci

Præſter.

Garamas.

Chershydros

Pharæas.

& Cetus filia. Fabula tam nota est, q̃ uulgo dici solet. Gorgonem Perseus aggredit. Sed omissis fabulamẽtis, Phorci filiã tradunt defuncto patre, ijs qui circa Tritonida paludẽ habitant imperasse, & ad uenationes solitã exire, ducẽq; se Libycis ad pugnas exhibere: quæ cõparato exercitu, cum Persæi potentiæ, quã secum e Peloponneso duxerat, resistere conaret, noctu per fraudẽ ab eo interfecta est: cuius etiã defunctæ pulchritudinẽ adeo admiratus est Persæus, ut abscissum caput, ostendi, eius caussa in Græciam secum tulerit. Feruida. Propter recentem cędem. Syrtim Berenicida. a Berenice oppido in Syrti sito. Vnde ferunt tristes. Scilicet qui fabulosa cõsectantur. Id enim ob nimiũ loci feruorẽ accidere philosophi ꝓdiderunt. Nocuũ Basiliscon. Græca dictio βασιλίσκον, quæ regulũ, uel tyrannũ significat: q̃d instar regis cunctis aĩalibus sit terrori: uel q̃ in oẽs tyrannidẽ & sæuitiam exerceat. Bene ergo nocuũ dixit. Morsis a Basilisco, scribit Auicenna nullã prorsus esse curationẽ. Cyrenæa arena. Plinius lib. 8. de Basilisco loquens ait. Cyrenaica hunc generat prouincia. 12. non amplius digitorꝫ magnitudine. Candida in capite macula, ut quodã diademate insigni. & cætera. Quibus adde, quæ Lucanus de Basilisco. Berenice. Basiliscos.

Parte alia Aetnæo Tritonis fulmine sæua
Euboico in Ponto, tristisq; ad saxa Caphareï
Disjcit Argolicam rapido cum turbine classem.
Interea exoritur magnum, & memorabile bellum,
Quod reges gessere pares, uerum exitus ijsdem
Haud par, Austriades causis melioribus usus.
Hunc perimit bello, uictorq; per oppida uectus
Sanguine pollutæ infecit Tritonidis arces.
Ex illo iratos contra fert tempore Pallas
Austriadas animos, odijsq; inimica prophanis
Insequitur gentem immeritam, Diuosq; futuros.
Quippe etiam Austriadũ uenturã a sanguine magno
Progeniem audierat, quæ Bosphoron, & Garamãtas
Signa ultra ferret, Gangem superaret & Indum,
Quæq; suum uictrix hauriret Marte cruorem.

Parte alia. uel alio pariete, qui erat sub testudine, uel alia parte testudinis. Tritonis. Pallas.

Aetnęo fulmine. Id est, ardenti, ab Aetna sumpto epitheto. Vel Aetneo fulmine .i. quo Typhæus gygas, uel Enceladus, ut alijs placet, ict9 a Ioue fuit, sepultusque sub Aetna. lege Seruiũ. Aetnęum fulmen.

Euboico ĩ Ponto. Nũc Nigropontus appellat. Euboeam insulã, cuius Strabo meminit libro. 9. Plinius lib. 2. maris impetu a Bœotia aliq̃n auulsam scribit. Hæc in Turcarꝫ tyrannidẽ redacta est, patrꝫ nostrorꝫ memoria. Ad saxa Caphareï. Promontoriũ Euboeæ, meridianũ quidem, sed in ortũ spectans Caphareum, Gerestũ in occasum, Cœneum in Maliacũ sinum ꝓtendit. Situm insulæ, & Promontoriũ uide apud Ptolomæum tabula Europæ decima. Argolicã classem. Minerua ꝓpter Cassandræ eius sacerdotis stuprũ, uel, ut placet alijs, q̃d ei capto Ilio Græci sacrificare noluerint, eis in patriã redeuntibus, grauissima tẽpestate fatigatis, circa Capharæum naufragio caussa extitit pereundi. Vel, q̃d certior, Solino autore, prodidit memoria, sydus Arcturi grauibus afficit tẽpestatib. Reuera enim constat, ut ait Seruius, Græcos tẽpestate laborasse, Aequnoctio uernali: quo niã manubiæ Mineruales .i. fulmina, tẽpestates grauissimas cõmouent. Pares. potentia. Haud par exitus. Quoniã Rodulphus Otthacarũ interemit, ut diximus. Austriades. Rodulphus, nõ gñe. iam enim oĩs stirps masculina e gente ueteri defecerat: iure ergo belli Austriæ Princeps intelligi debet. Cuius tñ filius Albertus, q & patri in Impio successit, unanimi procerũ Imperij consensu, Austrię Ducatũ, omneq; eius ius adeptus est: q et Romanos fasces, ut mox dicã, gessit. Caussis meliorib. Lucan9. Victrix caussa Deis placuit, sed uicta Catoni. Diuosq; futuros. Qui ex hoĩbus diuinos honores mereant. Quippe etiã Austriadũ. Suggerit alias caussas odij. Venturã a sanguine magno Progeniẽ. Maximilianũ intelligit, q regias imagines gñis sui ꝑferre potest. Nẽpe ex atauis, Rodulphũ Impatorẽ iam noiatum. Sumam Gestorꝫ in ultimũ huius operis librũ adscribam, sup illud. dextraq; Rodulphus Colla superiectis ducens Otthacarꝫ ahenis. Ex maioribus autẽ Albertum primũ, qui, ut idonei scriptores referũt, ob bellicã gloriam Principũ suffragio, & Bonifacij Pontificis assensu dicit Impator: qui tñ a Gallis læsam Ecclesiæ maiestatẽ uindicaret. Itẽ Albertum secundũ magnum sibi patruũ, pietatis eximiæ Principem: quẽ ideo rebus humanis, cum biennio tantũ imperasset, ereptum, oim gentiũ cõsensus dixit, q̃d indigni es-

Promontoriũ Euboicum. Caphareum Gerestum. Cœneum. Græcorum classis facit naufragium. Maximiliani genus paternum. Albertus primus. Albertus secundus.

fent eo Principe illius tēporis mores. Virtutis tñ suæ ingentia reliqt argumēta. Nam breui hoc tēporis spacio, Morauos, ac Sarmatas, intra suos fines quiescere cōpulit. Prasconē Boemū factionis hęreticę caput, ita attriuit, ut tota Boemia sibi cederet. In Turcas autē profectus, Synderouiā castellū ad Danubij ripā munitissimū obsidētes, dum copias in itinere maiores expectat, oppidani deditionē fecere. Ipse Austriā repetens, apud locū cui Longa uilla est nomen, dysenteriæ morbo cōfectus est. Proxime autē refert tertiū diuæ memoriæ Friderichū, Imperatorū oīm innocentissimū, pacatissimū: cuius illud propriū fuit, q̃d oēs ante se Principes à diuo Iulio, & uitæ & Imperij diuturnitate superauit. Nemo diutius uixit, nemo solus diutius imperauit, nemo innocentiūs regnauit. Leonorę matris suæ origo deriuat a ualidissimis Gothorū Ducibus, q per seriem quatuor atq; octuaginta coronatorū Regū perpetua successione Hispanias ad hæc usq; tpa tenuerūt. Recte igit a Poeta dictū est, audierat uenturā progeniē a magno sanguine Austriadū.

Fridetichus tertius.

Quæ Bosphoron & Garamātas. i. Septentrionē & Austrū. Gangem & Indū. Orientē. Tacet autē Occasum: qa tota fere prouincia Europæ, quæ ad occasum uergit, CHRisto nomē dedit.

Hic dolor, hæc rabies, unde implacabile numen.
Diua Viconitio (si famæ credere dignum est)
Ingessit stimulos, scelerisq; exorsa nefandi
Moliri est ausus, cum Pannonium Sylacæum
Cœpit, & armato lacerauit milite ciues.
Belliger Huniades extra deserta Getarum,
Impulit inflexo pugnantes Iazygas arcu
In Styriam, & magnis bello abstulit arua colonis,
Qua felix auro, & pingui patet Austria gleba.
At nihil his actum est, iam seditione Vianam
Imbuit, atq; odium popularibus intulit ausis.
Proh scelus, & summa Cæsar spectabat ab arce
Armatas acies, & corda ferocia uulgi.
Quid memorē Belgas, Morinos, gentesq; repostas
Oceanum ad magnum, quas impulit illa furentes
In dominum sæuire suum? iamq; arma Leponto
Obtulit, & Veneti maculauit sanguine ripas,
Diua odij memor antiqui, serpentibus atris
Sæuit adhuc, pugnæq; Duces interfurit Oestro.

Sylacæum. Celeia. Cilia.

Diua Viconitio. Oia incōmoda, q̃ passi sunt Friderichus Imperator, uel Maximilianꝰ Cæsar, Palladis Iuidiæ asscribit. Sylacæum. Celeiā, seu Ciliā oppidā uetus Styriæ intelligit, opus P. Syllæ existimatū. Illic per ociū multa et egregia Romanæ uetustatis monumenta collegimus, quæ coniecturā faciunt, Syllaceum olim dictū. Pannoniū. Quoniam Styria ea ex parte iungit Hungariæ. Cœpit, & armato lacerauit milite ciues. Breuiter ut rem habeas. Ioannes Viconitius gñe Bōemꝰ, Vlricho Ciliensi comite a Vladislao Ioannis Huniadis filio trucidato, relictę Vlrichi cōiugis noīe oppidum defensandū cœpit. Optimates Fridericho Cæsari, terrę possessionē tradendā censent, ceu legitimo dño, defuncto iam absq; liberis ultimo comite Vlricho præfato. Quo facto & Viconitius a fide defecit, tradēs arces Friderícho, pecunia ab eo accepta. Sed mox pœnitētia ductus, Imperatorē iam sibi securū, corruptis oppidanorū plęrisq;, hora constituta, cū octingentis militib. intromissus, cuncta miscere armis cœpit. Reliqua Syluius in descriptione Styrię. Belliger Huniades. Matthias rex Hungarię, filius Ioānis de Huniad: cuius p̃clara facinora scribūt Syluius, & Callimachus. Feruntq tñ, regē Matthiā iactasse genus e Coruina Romanorū gente, & ob id ꝓ signo coruū habuisse. Idipm Germanorū nōnulli faciūt: ignari, non ullā esse in Italia nobilitatē, quā non eo Germani aduexerint. Cāpano Italo teste. Cęterū Belligeri epithetū meruit, uel ob gesta in Turcas bella, qbus nullus fuit infestior, nullus cū ea gente ꝓsperius bellauit, aut cū his plura & tam secūda fecit p̃lia. Contra Boemos, Hussitanos bellū quoq; gessit septēnio: post q̃d in urbe Olomucensi de Boemia coronatus est. Stephanū Vuaiuodam cū magna manu cōtra se uenientē, noctis silentio fudit, fugauitq;. Extra deserta Getarū. Strabo dicit Græcis eos Getas dictos, q utrūq; Istri latus incolunt. Iornādes autor est, Gothos dictos olim Getas, diu Pannoniā tenuisse. Syluius uero scribit, Getas, q̃s partim Vualachos, partim Transyluanos noīant, Hungarorū Imperiū subijsse, latiusq; gentis Imperiū esse, quā ipsa Hungaria. Impulit Iazygas. Nunc Trāsyluanos, qui & olim Me-

Viconitius potitur Cilia.

Matthias Hungarię rex

Nobilitas Italorum, a Germanis.

Getæ.

Iazygæ.

tanastæ, adiacent Tybisco amni. Hos Matthias, qa alio creato rege, ab eius fide defecerãt, imperata facere coegit. ad q̃d fortasse poeta respiciens dixit, impulit. In Styriam. Nam, ut dicit, conniuẽte Friderícho Imperatore bellũ gessit in Austriacos populos: quo, minus sibi obedιẽtes, alieno gladio perdomaret. ut ait Albertus Saxonicarũ rerũ scriptor lib. 11. Eo bello Viennam, Nouam ciuitatẽ, totamq; fere Austriã in suam potestatẽ redactam, Cæsar Maximilianus recuperauit, patre uiuẽte. Huius belli meminit Cimbriacus, cuius poema eruditorũ iudicio cum antiquitate certat. Etiam, inquit, belligeri feruebãt Pannonis arma, Austriacas pressura urbes, dum Cæsar ad oras, Filius Oceani, iustas ulciscit iras. Pingui patet Austria gleba. Pannoniæ olim pars erat. Ostriam sunt qui eam appellant. Habuit nomen prius Orientalis Marchiæ. Hanc autẽ quã hodie seruat appellationẽ, ab orientali uento, alij a situ, quod ad orientẽ uergat, sortitã putant. Iungitur ea Pannoniæ ad ortum solis, Bauariæ ad occasum: qua ad Septentrionẽ spectat, habet Morauiam, Styriæ montes ad meridiem. Regio ferax, ac uini abundans, semper lætissimis pabulis referta. At nihil his actum est. Hoc est, Pallas his malis, quibus ipsa fuit autor, ceu multum leuibus, minimiq; momenti, etiam ab externo hoste illatis, haudquaq; satiata, curauit & ciuile odium excitare: quo reuera, ne poetam fingere putes, tris primũ Principes, in Austriacæ prouinciæ capite Vienna, inter se exarserint, copiose scribit Syluius in Europa. Quanq; Poeta ad hoc non respexit: sed ad obsidionem arcis Viennensis, quæ secuta est contra Friderichum a ciuibus Viennensibus, adiutis Alberti fratris uiribus. Vianam. Regionis caput Viennam hodie intelligit. Olim Flauianum fuit, ut quidam opinantur: mox prima syllaba detrita, Vianum, postremo Vienna. Sunt qui malint credere, a suburbano fonte, cui nomen sit, Viennæ, urbem nomen adeptã. Olim Flexum, quantũ ex Ptolomæi collocatione cognisci potest. Cæsar. Friderichus. Summa ab arce. Viennensi, quæ omni genere tormentorũ oppugnabatur: adeo, ut Cæsar a Boemorum rege petere auxilium compulsus fuerit: & simul per literas, Pium Romanũ Pontificem rogare, ne Boemũ regem sub id tẽpus deuoueret diris Ecclesiasticis, quod is iam aperto in Hussitanam sectam abiuerat: quod ut a Pontifice impetrauit, Boemus Friderichum liberauit astu, ut neq; periret, neq; uinceret. Quid memorem Belgas. Seditionem Belgarum intelligit contra Maximilianum. Vel respexit ad scelus Brugarum, quorũ insidijs Maximilianus statim post regni initiũ, retentus fuit. de quo latius in octauo libro dictabimus. Ammianus libro decimoquinto duplicem Belgicam, Primã, & Secundam ponit, quæ hodie in Burgundiæ nomen abijt, itidem duplicis, Superioris, & Inferioris. Vt omnis Belgica in Germaniæ appellationem, & Imperij iura cesserit, Peutingerus in Sermonibus suis conuiualibus tractat.

Morinos. Horũ meminit Maro in fine septimi. Teruanos nunc uocant. Leponto. Heluetio. Et Veneti maculauit sanguine ripas. Hoc est, Lacus Constantiensis, inferioris scilicet, qui & Cellæ lacus dicitur. Veneti nomen a colore marino, qui cæruleus est, accæpit. Alio nomine Acronius, non Acromus, ut hactenus apud Melam perperam lectum est: ut disserit erudite Vadianus in Epistola illa doctissima ad Rudolphum Agricolam Iuniorem, & nos etiam latius aliquanto in enarratione Staurosthici diximus.

Transyluani. Austria. Ostria. Situs. Austriæ. Viana. Flauianum. Vienna. Flexum. Belgica duplex. Morini. Teruani.

Ergo quæ uigilans, humentibus hauserat umbris
Dux, secum euoluit: dein lecto desilit aureo,
Inuitusq; die lucem, Phœbumq; moratur.
Extulit interea croceas aurora iugales.
In nemus ire parat, stygiosq; inuisere Manes.
Ense latus munit, clypeum arripit, unde uideres
Phalsgrauidum genus, & proauos, & fortia bello
Pectora, Boiugenumq; aciem, cum Latius arma
Eridano, & domitis fuderunt agmina ripis:
Hinc Byorix, Ambronq; ferox, & Cimbrica castra
Picta uidebantur, Catulumq; timere furorem
Aspiceres, fractasq; niues, & montibus alas

Die lucẽ. Die, gignendi est casus antiquus. Maro. Libra die somniq; pares. Croceas iugales. Fœminino genere ꝓtulit: quoniam & puellę, apud Ausonium trahunt Aurorę currũ. Boiugenũq; aciem. Laudat antiquũ genus Boiorũ, unde ipse trahebat originẽ. Boios autẽ ripas Eridani occupasse, indeq; a Romanis eiectos, ad Istrum consedisse, Strabo autor est, ut in principio statim diximus. Hinc Bioryx,

Boi in Italiam irrupere.

Præcipites, & aquis pontem indignantibus actum,
Nec non indomiti, & fulgentes Saxones armis,
Francorumq; manus, Heruliq;, & belliger Hunnus
Apparent, raptæq; urbes, & prælia quondam
Catulus in Cimbros.
Horrida Toctusagum, pulsataq; Noria Böis.
Mille etiam priscis circum argumenta figuris
Viuunt, mille uiri descriptis uultibus halant.

Ambron, & Cimbrica castra. Hi Cimbrorum reges, dũ Romani rerũ arcem tenerẽt, ꝓrupere in Italiã, fusi, fugatiq; a Mario, ut Plutarchus in eius uita meminit. Catulũq; timere furorẽ. Nam Catulus, q cõtra Cimbros copias ductauerat, despe rauerat illos ab Alpiũ transitu arcere posse. Fractas niues. Per quas atq; glacies nudi, ut Plutarchus ait, conscenderant iuga Alpiũ: ut potius robur atq; animi elationẽ ostentarent, q̃ id q̃d in usum ac necessitatẽ ueniret efficerẽt. Aquis indignãtibus. Cimbri, ubi ꝓpe flumen Atisonẽ castra posuere, ut per aquas tranarẽt, tumulos q iuxta aderant scindẽtes, tanq̃ gygantes cæsas trabes, atq; montiũ præcipitia, & terræ aggeres, atq; cõiugatas scalas in fluuiũ cõportabant: q fluxum aquarum frangẽtes, pontẽ quassabant uastis roboribus, quæ ad fluuiũ traxerãt. Multi ex militibus Romanorum terrefacti, maioribus relictis castris, secessere. Toctusagũ. Gens Gallica, quæ cum Bois antiquissimã Norici ciuitatẽ Noriam deleuerunt: a qua fortasse Noricũ dictum est.

Cimbrorum audacia.

Toctusages. Noria.

Itur in antiquam syluam, Rhenoq; remenso,
Sacra Ithaci miranda petit, cum nocte silentes
Ad superos ueniunt umbræ, uix margine plantam
Intulerat nemoris, tremere omnia uisa repente,
Atq; imo mugire solum, gemitusq; per auras
Audiri, & tristes compleri murmure lucos.
Substitit ille, ferumq; extra capulo eripit ensem,
Intenditq; aures, ueluti sub luce maligna
Exploraturus, si quid præsenserit hostis.
Hyperion.
Arrigit auditum, pronusq; in uerba moratur.
It tamen, & gressu impauidus nemus intrat opacum
Horrida perquirens Ithaci penetralia Vatis
Sacrorum sedem, nigrans quam uallis obumbrat.
Et negat admitti calidos Hyperionis ignes,
Sed noctis patiens, & tetris fumida syluis
Relligione locum stygio sacrauerat Orco.
Intus perpetuæ plenum caliginis antrum
Demissum ad Manes, sacræq; in faucibus ipsis
Vestibulum ante aræ, circum pallentibus umbris
Bacciferæ Taxi, candentisq; umbra Laburni,
Et pomis uiduata suis Cybeleia pinus,
Apparent, tristi feralem lampade cedrum,
Atq; sepulcrales medio de funere raptas
Cernere erat splendere faces: mox omnia Vates
Lustrat, & an quisq; teneat nemus, horridus inde
Voce tonans, estis quicunq; ait, ite prophani

Itur in antiquã syluã. In qua essẽt arbores multis seculis auctę. Ithaci. Vlyssis, ab Ithaca, Vlysse tantũ clara. Cicero. At si uos id q̃d iure debet urã patria delectat, cuius tãta uis est, ut Ithacã illam in asperrimis saxulis, tanq̃ nidulũ affixam, uir sapientissimus imortalitati anteponeret. Hyperionis. Hic Cœli, Terræq; filius, ut Hesiodo placet, ex Thia, ut canit in Hymnis Homerus, ex Euryanassa sorore Solẽ, Lunamq;, et Aurorã suscepit. Sed & ipse Sol Hyperion, et Hyperionides a patre uocat. Papinius. Pronos Hyperiõis meatus. Bacciferę taxi. Taxo & Laburno arborib. abundare Germaniã, Plin. dicit. Cybeleia pinus. q̃a olim sacra matri deũ.

Feralẽ. Quod in feralibus sacrificijs, q̃ mortuis fieri solebãt, cedrus adhibebat. De funere raptas. Ouidius. Eumenides tenuere faces de funẽre raptas. Cernere erat faces. Erant autẽ taxeæ, ad demonstrandã perse-

Hinc procul, & cœptum timidi ne accidite sacrum.
Tunc Heros primum uiui sibi fluminis artus
Sparsit rore leui, atq; olli sese obtulit ultro.
Obstupuit Vates. Quis te inquit casus adegit,
Infandum penetrare nemus? quo numine fretus
Huc tendis? locus umbrarũ est. age fare uicissim.
Quem contra affatur breuiter sic Boicus heros.
Non me casus agit, defunctas ire per umbras,
Sed Diuum monitus, & chari iussa parentis
Per loca nigra situ, stygio sacrata Tonanti
Impellunt: dudum laui me gurgite uiuo,
Accessiq; tuas Vates purgatus ad aras.
Nunc quid ego exquirã paucis aduerte, profabor.

ctionem feritatis. Papinius in octauo Thebaid. Nec dum illum aut trunca lustrauerat obuia Taxo Eumenis. Ite profani hinc procul. Sic Maro lib. sexto. Procul o ꝓcul esto ꝓphani. Quis te inquit casus adegit. Artificiosa hominis furentis ac indignantis interrogatio, quæ breuiter fit. Boicus heros. Dux Robertus. Profabor. Id est, loquar: compositũ pro simplici. Vel respexit ad bellũ quod sciebat futurũ, licet exitum illius ignoraret. Profari enim latine est, quod græci prophetare dicunt, id est, futura prædicere. Vlpianus de Edilicio edicto. Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, id est, prædixisset.

Profari.

Bellum ingens, si forte tuas quoq; perculit aures
Exoritur, mecumq; omnis Germania pugnat.
Longa mali series, neq; enim sat tempora fando
Sufficerent, tu bella mihi tantum effer ad auras
Ventura, & casus (nam tu potes) ede futuros.
Per nigri regna alta Iouis, per numina subter
Infernum iuranda polum, & caligine mersa
Oro uelis, si fata sinunt, si Iuppiter aulæ
Annuit infernæ, & nostri Dijs cura remansit
Effari, ac nobis belli recludere finem,
Venturumq; sinas Erebo prænosse laborem.
Dixerat. Ille atrox oculis, cui plurima mento
Canicies inculta iacet, gliscitq; uidendo,
Igneus ore uapor, rabiesq; inserta sororum
Eumenidum, tales depromit pectore uoces.

Sat tempora. Multi dies. Infernum polũ. Antarcticum, quẽ styx atra uidet, manesq; profundi. Si fata sinunt. Nunc etiã dicimus ominis causa, Si Deus uoluerit, de re cuius exitus pendet a Dei fauore. Iuppiter infernæ aulæ. Dis pater, Græcis Pluton. Huius imperiũ Pythagoras existimauit a lacteo circulo incipere: quia animæ inde lapsæ, uidentur iam a Superis recessisse. Inde primam nascentibus alimoniam lactis, ait offerri, quia primus animis motus a lacteo incipit in corpora terrena labentibus. Et nostri dijs cura remansit. Præter Diagoram, Epicurum, & paucissimos alios, dixerũt ueteres philosophi, curare Deum humana: quod & sacræ literæ testantur, dum referũt, nihil eũ odisse eorum, quæ fecit. Recludere finem. Id est, aperire exitum. Erebo. Erebum quandoq; Maro obscuritatem quandam, quæ sit apud inferos, uidetur accipere: quandoq; flumen eiusdẽ loci. Varro tamen Orci deum fingit Erebum, Noctis parẽtem. Seruius suspicatur Erebum inferorũ secessum quendã, quẽ teneant, qui cũ uirtute uixerunt, & adhuc in Elysios nõ admittunt.

Vnde Ditis imperium.

Curare Deũ humana.

Erebus.

Ille atrox oculis. Describit uatem fere, ut Cumea Sibylla a Marone describitur.

Si te tantus amor bellum, si tanta cupido
Noscere sollicitat, Manesq; uidere profundos,
Hæc tibi sunt peragenda prius q̃ cernere quicq̃
Detur, & antiquis mecum considere sacris,
Hac depone ensem, clypeumq; sub arbore, & una

Manes. Quos ueteres deos inferos, quasi bonos, nam manũ, aiebant bonum, supplices metu mortis uenerabant. Autor Aelius Stilo. Sunt q dictos arbitrentur, quod

Lethæam intonſum circum caput aggere Pallam,
Tenareæ Iunonis opus, quó ſæpe ſolebat
Pulchrior ut fieri uoluit, ſibi comere crines,
Et ſe Tartareo placituram offerre marito,
Illa mihi dono quondam dedit, illius ergo
Numinis infernos libato ſanguine Manes
Placabant olim, qua tempeſtate biremis
Dorica, & appulſus fortuna huc uenit Vlyſſes,
Egregiamqꝫ ſuo de nomine condidit urbem
(Vt fama eſt) poſuitqꝫ aram, cœtusqꝫ ſilentum
Exciuit, ſtatuitqꝫ ſacrum, fieriqꝫ quotannis
Emerich. Conſuetum populis, donec libare per umbras
Deſijt humanum iam mitior ara cruorem.
Dixerat, inde duos nigrantes cornua tauros
Plutoni ſtygio, totidemqꝫ ad uulnera uaccas
Magnæ Hecate promit, diriſqꝫ ultricibus agnas.
Dein tali impauidū aggreditur ſermone Robertum.
Funde merū, & falſam ſparge inter cornua frugem,
Cum flammam ex ara, lumenqꝫ micare uidebis.
Ipſe ſopiferum iactat per inane papauer,
Lœtiferam Taxum, triſtiqꝫ ex ilice frondes,
Temporaqꝫ exornat circum ſtygia Cypariſſo
Infauſti pecoris præfurua pelle recinctus.
Inde manu lignum medio de funere raptum,
Caluitiumqꝫ hominis, ſparſiqꝫ per aera buſti,
Infandos haurit cineres, & ruminat ore
Quæ Thelmeſſiaco muſſantur carmina ritu.
Non ſecus Aeæi Circe ſub ripibus antri
Horruit, & nigri Manes ſtimulauit auerni.
Quæ potuit firmare polos, & cogere Lunam,
Sydera torquere, & diuellere montibus Ornos.
Incipit effari, luctantemqꝫ . euocat orcum,
Addidit & Dryidum cantus, & Theſſala uerba
Fœmineis ululata modis, Nilotica quicquid
Hecate triceps. Claudit, Cocytum uertens in carmina Memphis,
Necnon Athracij miſcet mala murmura Vatis.
Tunc uelut Ogygio ſtimulatū Penthea Baccho
Cernere erat uoluentem oculos, fit ſpiritus olli
Maior, & in pleno luctatur pectore clauſus.
Extemplo micuere ignes, & ſponte per aram
Eluxit flamma, & tedæ exarſere rogales.

ꝑ omnia manarēt, quos ab Auguribus ob id inuocari mos eſſet. Tenareæ Iunonis. Ad differentiam cœleſt.s. Dicit autē Pallam opus Proſerpinæ: uel quod eam neuerit: uel quod ei ſacrificata ſit a Romanis matronis. Lege Syllium libro ſeptimo. Illius ergo. ꝑ cauſſa illius. Maro. Illius ergo uenimus. Condidit urbem. Tacitus nominat Aſciburgium. Id hodie Emerich uocatur, ut putant. Donec libare deſijt humanū cruorē. Et reſponſa ceſſaſſe Deorum, & ſacra ueterū ſub Chriſti aduentū, fruſtra operata, uanaqꝫ ceſſiſſe, ita ferme queritur apud Euſebium Porphyrius. Chriſtianorum capitalis hoſtis. Nūc uero inquit, mirant, ſi tā multis annis peſte ciuitas uexat: cū et Aeſculapius, et alij Dij longe abſint ab ea. Poſtq̄ em IESVS colit, nihil omnino cōmodi a Dijs cōſequi poſſumus. Duos tauros. Plutarchus tradit, parem numerū inferis dicatū, imparē ſuperis. Maro. numero Deus impare gaudet. Nigrantes cornua. Veteres nigri uilli uictimas imolare ſolebāt. Tibullus. Concidit ad magicos hoſtia pulla deos.

Hecate. Inferorū reginę Proſerpinę. Huic Orpheus in Argonautico triplex caput eſſe affingit, dextrū equi, ſiniſtrū canis, mediū hominis, & quidē ruſtici. Ouidius in Faſtis. Ora uides Hecates in tris uergentia formas. Magnæ. Propter uim poteſtatū, quoniā lucet in cœlo, ferit in terris, & torquet ī inferno.

Tunc heros falsamq; molam, & spumantia Baccho
Cymbia perfundit nigrātis cornua tauri:
Stat Vates cultros uibrans, dein talibus hiscit.

Vltricibus. Quod nullum scelus inultū præter eant. Funde merū. Ritus sacrificij. Stygia Cyparisso. Stygio Plutoni sacra. Infausti pecoris. Ex instituto magico, euocaturi dæmones, nigri pecoris pelle uestiebant. Thelmesiaco. In Lycia Magiā uiguisse, apud Pliniū legimus, cuius Thelmessos ciuitas est. Circe. Hæc Medeæ credita soror. A Seruio filia Solis dicta: quia clarissima fuit meretrix: & nihil Sole clarius. Aeæi antri. Vnde a Propertio Aeæa Circe appellat: insulæ nomen ab Aeta rege. Quæ potuit firmare polos. Nota eiusmodi de Medæa apud Ouidium. Addidit & Dryidum cantus. Id est, incantationes quibus Sacerdotes Galli utebantur. Vnde incantare, & excantare in .xij. tabulis legitur, qui fruges alienas excātasset, & qui malum carmen incantasset. Thessala uerba. Id est, magica: quod Thessala gens præter cęteras hoc nomine notata est. Nilotica Memphis. Aegyptij quoq; plurimū Magia polluerūt. Vnde Mosem sapientissimū illum prophetam, Magiæ scientissimū gentiū scriptores prodiderunt. Athracij uatis. Duos Athraces lego. Alterū a quo Aetoliæ populi Athraces dicunt. Alterū Thessalię patrem, qui primus artem magicam apud Thraces constituit. Vnde Papinius, Athracia arte dixit in primo Thebaid. pro magica superstitione. Simulatum Penthea Baccho. Omnes in orbe impios Bacchus sustulit, ut ingeniosa finxit uetustas: sed maxime Pentheum, & Lycurgum: hunc, quod uites incideret: illum uero, quod Bacchas sacrificantes rideret.

Thelmessus. Circe. Incanto. Excanto. Athraces duo.

Aeternæ noctis, caligantumq; animarum
Arbiter, horrendiq; Hecate Regina barathri,
Et Chaos, & Phlegethon, consuetaq; sæpe uocari
Limoso Styx atra uado, & liuentia nigri
Flumina Cocyti, ripæq; Acherontis auari.
Et uos o Diræ sontum timor, atra flagello
Tisiphone, Alectoq;, hydrisq; armata Megæra,
Et custos Erebi, Vates ego sacra Thyoneus
Conficio, uobisq; lito, maioraq; uestris
Munera libo focis: taurumq; his uulnere dictis
Inuadit, iugulatq; animam, dein cætera mactat
Corpora, & accensis imponit uiscera flammis.
Accipite hæc inquit, libamina uestra, sacrisq;
Annuite, & superas iam iam migrate sub auras.

Aeternæ noctis. Euocat umbras, inuocatis rerū primordijs, quæ in elementorū erant confusione. Arbiter. Plutonē intellige, quē græci inferorū principē dixere, & diuitiarū regem: quoniā nihil esset corruptibiliū rerū, quod ad illū omnino non perueniret. Nec abhorret ad Hebraica & nostra disciplina, qua māmona iniquitatis & dęmonem & diuitias intelligimus. Barathri. Barathrum græci uocant, quaquauersum præcipitem locum, unde emergi non possit. Instar eius in quem rerum capitalium damnatos Athenienses olim deturbabant. Inde Barathrum ꝓ pernicie Demosthenes usurpauit. Hammonius ait. Barathrus, & Barathrū distant hoc. Genere enim masculino signat eum, qui digna carcere patrauit: neutro, locū in quē noxij conijciebantur. Chaos. Tenebræ infernales, a similitudine earum, quæ sub illa rerū confusione ab initio fuerunt, ut est apud Hesiodum, cum nondum sol & reliqua sydera officiū suum præberent. Ouidius. Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan, Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe. Phlegethon. Inferni fluuius, flammarū globos uoluēs. Maro, Quæ rapidus flammis ambit torrētibus amnis Tartareus Phlegethon. Et nostræ literæ, apud inferos esse produnt lacum ignis & sulphuris. Consuetaq; sæpe uocari Styx. Scilicet a Dijs, concipientibus iusiurandum per Stygiam paludem. Vel quia a Dijs & hominibus odio habentur, qui ad deiurium procliuiores sunt. Vel quia, iuxta Hesiodum, omnibus elementis antiquior est aqua. Cocyti. Inferni & hic palus, a Styge manat, ut Homerus in Odyssea. Alij fluuiū uolueutem lachrymas aiunt. Nam mœror, styx est: inde cocytus, id est, gemitus deriuat. Acherontis. Ad Heracleam Ponti fluuius est, ab Acherōte Maryandinorum rege dictus. Alter apud inferos a poetis fingitur, ad exprimēdum mœrorem, quo charissimos quosq; uita functos efferimus. Auari. Quoniam insatiabilis animarū est Orchus. O Diræ. Furiæ tris, & suo quamq; nomine recenset. Eumenidas græci uocant, nos modo furias, modo diras, quasi deorum iræ. Sontum timor. His enī inferi nihil habent sęuius, nihilq; immanius. Hesiodus & Epimenides eas

Plato diuitiarum rex. Barathrum. Chaos. Phlegethon. Stygis iusiurandum. Cocytus. Acheron.

sanguine pudendorum Saturni, quæ patri Iuppiter amputauit, editas aiunt. Maro Nocte genitas autumat. Hunc mihi da proprium uirgo sata Nocte laborem. Papinius Acheronte patrē tribuit. totidemq; sacris Acheronte nefasto Virginibus. Atra flagello Tisiphone. Quoniā cędes ulciscitur: ut placet ijs, qui uerborum rationes apud Gręcos interpretando scrutant. Vnde Maro. sontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit. Alecto. Iisdem autoribus dicta, quod nullum scelus inultum prætereat. Megæra. Ab inuidendo: megæro enim; inuideo est. Hydris armata. Primus Aeschylus, ut refert Pausanias, implicitos serpentibus crines furijs esse finxit: quē postea alij gregatim secuti sunt. Et custos Erebi. Cerberum illum tricipitem, fingunt poetæ pro foribus inferni custodem excubare. Tibullus. Nunc niger in porta serpentū Cerberus ore Stridet, & æratas excubat ante fores. De Erebo diximus superius. Vates Thyoneus. Sacerdos Bacchi. Conficio sacra. Id est, sacrificia, uictimam. Quæ sic fiebāt. Primo uates sanguinem libabat: deinde imolabat: tertio reddebat: quarto litabat. Viscera. Id est, carnes. imitatus Maronem, qui ait. Et solida imponit taurorum uiscera flammis.

Tisiphone.

Alecto.

Megera.

Cerberus.

Finierat ritus, & uerba precantia Vates,
Cum subito auditæ uoces, sola cœpta moueri,
Vicinasq; labare urbes, & murmure uasto
Immanes referunt tremuisse sub æquore Phocas.
Flumina ad umbriferas Vosegi rediere cauernas
Rapta Mosæ, Rheniq; uadum sub tartara tellus
Accepit, Syrtisq; ingentem condidit alueum.
Obnubitq; polum caliginis umbo, retroq;
Vulgus anhelantes luna fugiente, retorsit
Tartareum currus, summoq; a uertice luci
Agmina fugerunt, errant quæ montibus illis,
Nympharum, ut supero uiso est Proserpina mundo.

Vosegi. Is non idem est, & Vosagus, ut aliqui putant. Vt lib. octauo, ubi & de Mosa Belgicæ fluuio exactius referam. Hic namq; liber, præter institutum grandescit, etiāsi multa post me memoranda relinq. Syrtis. Accipe Rhenanæ, ut alibi dicit, Charybdim Rhenanam. Est locus, quē ipse uidi, nō longe sub Baccharaco, ad diuum Goarem, teutonice, zu sant Gevuer: ubi Rheni flumen rotatu quodam circumagitur. Estq; illic periculosior nauigatio, ob ingentem aquarum uim, quam accolæ arbitrantur illic absorberi. Caliginis umbo. Scita similitudo, sumpta a clypeo, quo teguntur corpora. Est enim umbo tumor ille medius in clypeis. Vnde & Papinius umbonem montium dixit. Retroq; uulgus anhelantes. Constructio est. Tartareum uulgus retorsit retro, pro retrocedere fecit, anhelantes currus, luna fugiente. Supero mundo. Tanquam apud inferos sit alius mundus. Fuere non pauci, qui alium crediderūt mundum. Multi item, qui partem mundi asseruerunt, in qua perpetuæ essent tenebræ.

Zū sanct Gewer.

Vmbo.

Mundus alius.

Dij quibus & Phlegethon curæ est, animæq; silentū
Quæ colitis sedes, & inania tartara Ditis,
Vestrum opus incipio, sit fas mihi condita nocte,
Sit terris demersa loqui. Iam prima per umbras
Ante omnes carpebat iter Trinacria uirgo,
Raptori coniuncta suo, deinde ordine longo,
Non aliter q̄ si grus inter nubila clamans
Iuncta uolet, pennisq; secet stridentibus auras,
Succedit syluæ genus innumerabile uulgi.

Dij quibus & Phlegethon. Color e Maronis sexto. Animæq; silentum. Scilicet secreta inferorum. Nam hominum umbræ loquunt. Inania. Propter umbras: quoniam cum apparēt, sensu tactus nō resistūt, ut corpore. Seruius dixit, umbras inferos, animas cœlum petere. Trinacria uirgo. Proserpina, hæc apud Ennam Siciliæ rapta fuit a Plutone, ut Strabo & Syllius tradunt. Sulpitius apud Lucanū, p Aetnea, Ennea legit: ut plęriq; etiā apud Claudianū, Aena, p Aetna, reponūt. Grus iuncta uolet. Si nosse cupis nō pauca admiratiōe digna de Gruibus, petenda ea tibi sunt, ex Plinio, Solino, Aristotele (q multa pdit de prudētia earū cap. 19. de natura Animaliū) ac diuo Ambrosio, cap. 14. lib. quinti Hexameron. Et quia hæ grægatim ueniūt, ideo dixit, iuncta, Græci eas γέρανοι uocant, latinis ex sono & uoce earum nomen sumptū est.

Enna.

De Gruibus.

Gnosius interea Vatem uocat. Ille quis inquit,

Gnosius interea. Mi-

Quis nouus huc nostrã accessit mortalis ad aram?
Quæ sibi dic Vates, unde hæc fiducia facti?
Cæruleam extemplo uittam demonstrat auernæ
Iunonis munus, tumido tunc ore resedit
Ira Dei, & nigri placantur murmura cœtus.
Dum per cuncta oculos uoluit Mauortius heros,
Ecce per obscuras umbras, feraliaq; antra
Pallente incedit, mœstoq; Georgius ore.
Boius horrescit: qualis cum Luna pauetq;
In cœlo, & stygios Magiæ pallescit ad hymnos.
Protinus exiluit turba, dein talibus ultro
Aggreditur dictis. Num te mea cura Roberte
Cerno oculis? nun te uideo? nun te alloquor? heu
Me nimis inuitum rapuit mors improba, non tu
Si superis agerem uitam, si uescerer aura,
Numina, ut eliceres Erebi, loca turbida adires.
Bellandi caussam Manes mihi fama sub imos
Attulit, & dolui: sed quid? regnat ne Philippus?
Ecquid agunt pueri? quid nata? age fare uicissim.
Excipit, & contra effatur sic talibus heros.

noem uel Rhadamantũ intelligas necesse est: uter q; iudex apud inferos iustissimus, uel uulgo cogniti. Hic autem tanquã sacerdos scelus commiserit, quia externos sacris interesse patiebatur, quis nam esset, interrogat. Cæruleam extemplo uittam demonstrat auernę Iunonis munus. Hanc ex bono exemplari lectionẽ substituimus: cũ deterius habeat, munusq; sacratum Iunonis stygię, sensu imperfecto. Ira Dei. Plutonis, Minois, uel Rhadamãti. Ecce p obscuras umbras. Hic sumpta occasione, Georgium obuiã facit, a quo Robertus multa de Magia, ac nomina umbrarũ discit. Stygi. hymnos. Magicam incantationẽ. Magiæ. Nomẽ sua moneta Latiũ nõ pcussit, ut magus dicatur. Sicut Horatiano placuit interpreti, nõ a magis particula deducitur: non Græcũ, non Chaldæũ, nõ Aegyptiũ, sed Persicũ est. Quid aũt significet, & quottuplex Magia fuerit, copiose tractat Picus iunior, toto lib. septimo, qui illius ergo, de superstitiosa prænotione aduersus Magiam inscriptus est. Audi & seniorẽ differentem in Apologia. Nullam esse scientiã, quæ nos magis certificet de diuinitate CHRISTI, q̃ Magia, ac Cabala. Exiluit turba. Eadem locutionis figura Lucanus de anima Pompei dixit, Prosiluit busto. Dolui. Vel propter iudicium Cæsaris, uel absolute propter bellum. Magia.

Postquam te nobis, sic Dij uoluere, repente
Abstulit atra dies, ueniet quę semper acerba,
Semper tristis erit, mecum sors inuida cępit
Luctari: neq; enim uicta ceruice sub illa
Occubui, sed contra omnes ardentior ictus
Intendi clypeum, regnoq; potitus, ad arma
Prouocor Austriade, et ducibus quos nostra triũphis
Diues alit regio, tantumq; audire Deorum
His rebus responsa super, belloq; futuro
Inquirens, ferale nemus, Vatemq; petiui.
Sed quid plura loquor? regnat pater, & tua proles
Implet auo pueros: sed tu per sacra profundæ
Non temeranda Deæ, cultrosq;, arasq; piandas,
Dic rogo, cogantur quam longa ab origine Manes
Fontibus a stygijs superas euadere ad auras,

Abstulit repente atra dies. Quasi diceret, Ante fatale tẽpus exactum. Regnat pater. Nunc respõdet duci Georgio, q rogauerat, Sed quid? regnat ne Philippus, &c. Tua ples. Filia tua, mihi uxor. Implet auo pueros. Hoc est, imbuit institutis & moribus tuis. Dic rogo q̃ longa. Petit de origine Magiæ, de põtẽtia et ui artis, de umbris, & an oẽs, uel aliquę cogi possint. A Ioue principiũ. Narrat originem Magię cœlestẽ, qualis plurimis seculis credita est. Perfidos oras. Magiam cœpisse in oriente, Magię origo.

Quis trahit huc an̄ias? quę gens? nun cuncta mouent
Tartara? uel certis labor est? uel parcitur umbris?
Fabor ait, nec uana quidē. Quam prospicis artem.
A Ioue principium fuit, & cœlestis origo,
Hinc delapsa polo late descendit ad oras
Persidos, & magno pollens Zoroastre per orbem
Irrepsit Memphim, Syriæq; inuecta per urbes
Dira superstitio, multisq; fluentibus annis
Ad Lyciæ Thelmesson ij̄t, dein Thessala regna.
Sæpe ubi fœmineis, descendit menstrua olympo
Cantibus, & tristes Phœbe despumat in herbas.

Zoroastres iuuentor magicæ artis.

& Persas in ea uersatos oēs affirmant. Magno Zoroastre. Cōsensu scriptorū, Zoroastri magicarū artiū inuētio attribuata est. Quę tamē illi, nec ad pręsentis uitæ uanam felicitatē cōtra suos ꝓdesse inimicos potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum, cū esset ipse rex Bactrianorū, superatus est. ut tradūt Iustinus, & Siculus Diodorus. Dira supstitio. Tu uide Plinium, qui asserit Magicam omnium artium fraudulentissimam, miraturque, quomodo in toto terrarum orbe plurimis seculis ualuerit: refertq; caussam, ob quam putat id accidisse. Lege diuum Augustinum, quo nemo ex nostris melius magicam tractauit materiam, cum maxime in ciuitate diuina, tum alibi. Picus autem, omnia quæ faciunt ad Magię rationem, in librum iam nominatum cōtraxit. Menstrua. Integra & solida. Fœmineis cantibus. Medeæ, uel Circes. ut illud Maronis. Carmina uel cœlo possunt deducere Lunam. Despumat In herbas. Nam postquam carmine Lunam de cœlo deduxerint, nō prius permittunt ipsam in cœlum redire, q̄ spumas demiserit, quibus postea utūtur ad beneficia. Lucanus in sexto. Et patitur tantos cantu deprehensa labores, Donec suppositas propior despumet in herbas.

Magica fraudulentissima.

Lunam despumare,

Orphea q̄d memorē? q̄d Circen, aut Prothea magnū
Carpathio uarias uertentem gurgite formas?
At periere olim Vatum monumenta priorum,
Atq; arti contracta fides, retroq; relabi
Paulatim cœpit, stabili sunt omnia Fato
Per certas reuoluta uices, siluisse Lebetas
Vidimus Epyri, Prænestinæq; sorores
Fatidicam æqi liquerunt hospitis urbem.
Quin etiam quercus referunt oracla dedisse
Hercynia in magna, coluit quas alta uetustas.
Nec miror quondam hæc perij̄sse arcana deorum.

Orpheus magus.

Orphea quid memorem? Magum sapientissimum fuisse, uel ex hoc loco colligimus. Eius enim descēsum ad inferos poeta uidetur tribuere Magiæ: in quam & Picus iunior retulit: quāq; receptum est iam, ꝓpter harmoniam uiam ad inferos impetrasse. Prothea magnum. Quem & Gręcus & Romanus Homerus cecinere, præsentia, præterita, & futura nosse. Vertentem uarias formas. Quibus a Poetis introducitur, & propterea ab Ouidio, ambiguus nuncupatur. Diodorus autor est, Protheum Aegypti regem fuisse, qui ob multarū rerum peritiam, in uarias uerti formas diceretur. Carpathio gurgite. Carpathus insula contra Aegyptum, inter Rhodum & Cretam media, a qua uicinum mare ad Aegyptum uergens, Carpathium dicitur. Acrone teste. Hic aliquando regnauit Protheus, relicta Pallene patria: ad quā tamen reuersus est. Quod ostendit Maro, de Protheo loquens. Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit Pallenem. Lege Domicium primo Syluarum Papinij̄. At periere olim. Diluit quod sibi obij̄ci posset. Perij̄t hæc ars, nec inpresentiarum tātum fidei adhibetur. Fateor, inquit: cum hoc idē q̄plurimis rebus quoq; ei accidere uideatur, quia omnia reuoluuntur fato quodam, & serie naturæ per quasdam uicissitudines: & id probat exemplis. Priorum uatum. Satis diximus de uatibus in progymnasmatis Reuchlinianis, ac Staurosthici enarrationibus, ubi omnia copiose ad fastidium usq;. Contracta. Non omnino perdita, sed diminuta fama Magicæ arti. Stabili Fato. Diuino decreto: quod est immutabile, certis temporis uicibus, nūc concedens, nunc auferens, nunc læta immittens, nunc tristia. Namq; rerum omnium uicissitudo. Hoc autem Fati nomen, senior Picus ex ueterum tradit monumētis in quadruplicem significa-

Protheus.

Carpathus.

Fatum.

tionem posse accipi. Vt Fatum uel ipsa natura sit. Vel caussarum series, ordoq́;, nexu necessario cuncta producens. Vel syderum constitutio, cum quid nascitur, aut concipitur, aut inchoatur. Vel diuini cōsilij executio certa, ineuitabilisq́; successus. Exempla si petes, ipse dabit. Siluisse Lebetas uidimus Epyri. Referēdum est ad formam oraculi Iouis Dodonei, quod ex quercu illius nomine dabatur. Vnde superius dixit. Quid uos Chaoniæ quercus. Id enim lebetibus æreis undiq́; cinctū erat. Quod tamen Aristoteles refellit. Prenestiuæ sorores. Quæ sortes fortunæ Prēnesti extrahebāt, quas Liuius scribit aliquādo fuisse extenuatas. Picus iunior in Sexto de prænotione, sortiū narrat genera, atq́; cōfutat. Liquerunt fatidicam urbem. Papinius in Syluis. Et Prænestinæ mallent migrare sorores. Aeæi hospitis. Intellexit Prænestem Latini regis filium, Vlysis nepotem. Latinus enim, ut ait Solinus, Vlysis & Circes filius fuit: Latini Prænestes. Maro autem dicit Latinum Solis & Circes filium. Vnde Aeæus dicitur ab auia Circe, quæ Aeæa a poetis, ut & a nostro superius dicta est. Idem Maro lib. septimo dicit Præneste conditū a Ceculo Vulcani filio. Hercynia in magna. De qua Poeta lib. octauo, & Cæsar lib. sexto plura, & nos in Staurosthici enarrationibus retulimus, atq́; inferius commode dicam. Fatum. Prenestinæ sortes. Prænestes. Latinus. Aeæus.

Aspice defectum nostram quoq́; ferre quotannis
Naturam, rursusq́; nouis gaudere figuris.
Frondiferū, ut phibent, flāmmæ splēdentis, Epopon
Vis æquauit humi, montanasq́; eruit ornos,
Aeque cacuminibus campestris forma remansit,
Tantalon, & Sipylum, Phœnicumq́; obruit urbes
Sub uastum natura solum, rursusque subinde
Accipimus natas, turbata per æquora, terras,
Et celsam Prochiten, & egentem numine Delon,
Ignaramq́; Rhodon miracula ponere Phœbo.
Quid moror? ipsa suis uicibus nox humida fungens
Phœbi pellit equos, hanc ilicet effugat atram
Clara dies, pars sydereo de uertice mundi
Prona ruit, partem assidue uertigo supinat.
Nunc æstas lapsa est, sed & hāc quoq́; prouocat alter
Annus, & obseruat glacialis frigora brumæ.
Omnia prætereunt, redituraq́; tempora certo
Discimus exemplo rerum, sic forsitan, ipsa
Quæ uacat, ars repetet, nec Vatibus antra carebunt.
At quæ nos Superis uis attrahat, accipe paucis.

Aspice defectum. Probat non solum artes perijsse defectu naturæ, in qua nihil terrestre æternum est, sed etiā in ciuitatibus & montibus, uideri possit naturam quodammodo defecisse, ac p uices ablatū reddidisse: ut i Epopo monte, et Tantalo, ac Sipylo urbibus, rursus in Prochite, Delo, & Rhodo. Hæc poeta ex Strabone sumpsit. Natura. Terræmotus. Phœnicum obruit urbes. Vnde relicto patrio solo, Assyrium stagnum, mox mari proximum littus incoluerūt: cōdita ibi urbe, quam a piscium ubertate, Sydona appellauerunt. Nam piscē Phœnices Sydon uocant. De Phœnicū diuitijs, nauigādi peritia, artium inuentione, ac situs nobilitate, scribūt omnes, potissime Plinius lib. quinto, Mela primo libro, Q. Curtius lib. quarto, Strabo decimo sexto, Lucanus in tertio, Ptolomeus lib. quinto Tabula quarta Asiæ. Vicissitudo naturæ. Sydon. Phœnices.

Celsam Prochiten. Maro. Tum sonitu Prochita alta tremit. Egentem numine Delon, Ignaramq́; Rhodon miracula ponere Phœbo. Hoc dicit, quod altera Dianæ, altera Apollini dicata fuerit: uel utraq́; Apollini. Autumarunt enim gentes, in Delo (quæ Aegei maris insula est, inter Cyclades) Apollinem & Dianam ex Latona natos. Vnde Maro, Delon maternā inuisit Apollo. Hic ex Tripode respondebat, oraculumq́; apud mortales summā fidem obtinuit: qualem & Pythiū habuisse testat Strabo. Rhodus Lyciæ insula est, multis, ut alicubi diximus, uocata prius nominibus: in ea ciuitas est Lindus, in qua Rhodienses Dianæ sacrificātes, dies aliquot apud aram eius prorogabant, atq́; inibi ppetuo manebant. Inde natū prouerbiū, Rhodiorum oraculum: ubi quis de re minuta, nimiū, crebro, nimiūq́; diligenter sciscitatur. Ipsa suis uiribus. Per temporis uicissitudinem, ostendit rerum omniū uicissitudinē. Sumpto colore ex Horatio, qui lib. Carminū quarto scribens ad Torquatū, p uerni tēporis descriptionē, rerū omniū uicissitu- Rhodus. Lindus. Rhodiorum oraculum.

dinem ſignat. Equos. Horum nomina pete ex lib. transformationum ſecundo. Certo exemplo. Vulgo ducimus, experiẽtia. Repetet. Pro, in precio erit, quæ nũc deſita habetur & in deſuetudine. At quæ nos ſuperis uis attrahat. Nunc tranſit ad artis uim & potentiam.

Carminibus Magicis, ſacroq; accerſimur ore.
Nam ſimul, atq; imas animas, & tartara pulſat
Vocibus, atq; Erebi pallens adſibilat umbris,
Siſtimus huc omnes, ſolum nos improba Vatis
Vis trahit ad Superos, inuitaq; cernimus aſtra.
Nam potis eſt, Phœbumq; retro, cœliq; meatus
Vertere, & ex atri conuellere nubibus ignes.
Hinc reſponſa petit, uenturaq; pandere terris
Nos credit mortale genus, ſed uera profabor.
Quis rerum ſeriem promet? penetrale quis alti
Ingreditur fati? nulli ſe præbet habendum
Ipſe tenor mundi. quot enim mortalia corda
Voluimus in dubijs? Furor eſt ſecreta mouere
Fatorum, Vates: ſed finge, arcana Thyoneus,
Et populus merſura tibi monſtrauerit arma,
Quid iuuat, o miſeri triſtes prænoſſe labores,
Atq; malis, tantum, nec adhuc uenientibus angi?
Fata immota manent, aderunt, quæ tanta cupido
Sollicitare Deos, cantuq; laceſſere Manes?
Nunc animas Erebi dicam, quas carmina Vatis
Nulla mouẽt, nulluſq; labor, quaſq; improbus urget
Ad ſuperos error: patet atro limine cuiq;
Tænarus, admittitq; omnes, rectoſq;, maloſq;
Qui regni diuerſa petunt. Phlegethonte ſub imo
Innumerum ſontum genus eſt, & turba malorum,
Luxus ubi, faſtuſq; perit, nec pollet honorum
Ambitio, cunctis ſceleris data pœna peracti.
At cui conceſſum ueros cognoſcere Diuos,
Virtutemq; animi cœleſtem æquauit agendo:
Qui uitæ caruere dolis, quem nulla peredit
Maieſtas, regniq; timor, cognata reuiſunt
Sydera, fœlices ue petunt examine campos,
Quos noſtri Elyſios olim dixere priores.

Imas umbras. Quæ ſunt in profundiore infe rorum loco. Innuit aũt, quod magicus ſacerdos nullam relinquit animã, quã non euocet: unde ſe quit. Siſtimus huc oẽs, Intellige tamẽ de damnatis, ut inferius patebit. Inferorum aũt ordines nouem, a Marone diſtinguuntur in Sexto. Lege illic & Seruium. Pulſat uocibus. Hoc eſt, uocũ confuſione & diuerſitate: quã Lucanus deſcribit his uerſibus. Latratus habet illa canum, gemituſq; luporũ, Quod trepidus bubo, quod ſtryx nocturna queruntur Quod ſtridẽt, ululantq; feræ, quod ſibilat anguis Exprimit, & planctus illiſæ cautibus undæ, Syluarumq; ſonũ, fractæq; tonitrua nubis Tot rerũ uox una fuit. Nam potis eſt. Argumentum a minori ad maius. Erat aũt priſcis pſuaſum, carmine Magorum, Solem inhiberi, Lunam deſpumare, elementa concuti, mẽtes hominũ turbari: ut Apuleius indicat, & Auguſtinus meminit: Lucanus quoq; pluri mis uerſibus uim oſtendit magicam lib. Pharſaliæ ſexto. Quis ſeriẽ rerum promet. Innuit ueritatem ſempiternam ex æternitate fluentẽ, præſciri nõ poſſe: ſingulorũ uero fata poſſe perſcrutari. Tenor mũdi. Aeterna ueritas. Quot enim mortalia corda Voluimus in dubijs? Siquidem reſponſa dabãtur ambigue. Vnde Plinius Magicam artem recte aſſerit inteſtabilem, uanam, & inanem. Eſtq; apud eũ ſingulare caput, de uanitate Magiæ. Furor eſt ſecreta mouere Fatorũ. Iuxta Plinium, dementis eſt hominis fata pſcrutari, quæ cũ uitari nõ poſsint, & priuſq; mala eueniant, uelle angi & torqueri. Vates. Magus. Deos. Scilicet inferos, Plutonẽ, Proſerpinam, & cæteros. Nunc aĩas Erebi dicam. Mutatus ordo eſt. Nam prius

Vanitas Magiæ.

Robertus interrogauerat, quæ gens, nũ cuncta mouenť tartara? Sed artificiose factum, ut inde umbrarũ nomẽclatura aptiorẽ finem rei daret. Patet atro limine cuiq; Tenarus. Hoc est, aditus ad inferos: quẽ finxerũt esse in Tenaro ꝓmontorio, ꝓpter locũ, q in eo erat cauernosum, ad quod referri potest. Vel imitatus est Maronem, qui dixit. Facilis descẽsus auerni; Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Nimirum significans, homines omni tẽpore in fata concidere. Qui regni diuersa petunt. Ex dogmate Platonicorũ tractat duplex genus animarũ, alterum damnatorũ, alterum piorũ: illi ꝓ sceleribus pœnas luunt: hi uel cœlũ, uel elysios beatorũ cãpos petũt. Vnde inquit inferius, Pij carminibus magicis addicti nõ sunt, neq; cogunť. Si qui aũt ueniunt, spõte id faciũt, nõ coacti. Sed qui iudicio Superũ damnati sunt auerno, eos magicũ carmẽ cogit. Quare de impijs intelligendũ, quod superius dixit, & nos admonuimus, Sistimus huc oẽs. Porro apud Phedonẽ Socrates, Puto, inquit, nõ unam esse ad inferos uiam, sed multos tramites, multosq; anfractus habere. Et CHRISTVS ait, latam & patentẽ esse perditionis uiam: econtra cœlestẽ arctam & cliuosam. Innumerum fontũ genus. Quorum multitudinẽ Maro uolens exprimere, dixit, Mœnia lata uidet. At cui cõcessum. Non eñ omnibus, sed hijs duntaxat paucis: dicẽte Seruatore. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Ad quod illud Maronis nõ incõcinne referri potest, Pauci læta arua tenemus. Veros cognoscere diuos. Hoc est, sectari diuinam legẽ, quæ cõstat in uitæ innocẽtia, quę est prima illa stola euangelica, de qua in cõmentarijs nostris, quos in Euangelicã narrationẽ dictamus, latius scripsimus. Aequauit agendo. Talis debet esse uita uere Christianorũ, ne cum moribus uitæ professio pugnet. Qui uitæ caruere dolis. Qui uitiorũ blanditijs nõ sunt illecti ad castra uoluptatis. Cognata sydera. Iuxta Socratem, cuius sententiã Cicero refert lib. 1. Tusculanarũ. Vel loquiť secundũ eorũ opinionẽ, q deprehenderũt, bene uiuentiũ aĩas ad superiores circulos redire: ut scripsit de Põpei anima Lucã.

Animarũ duplex genus

Matt. 7.

Matt. 20.

Prima stolá Euangelica.

Extra axem, Phœbiq; uias, ubi mille peractis
Solibus, ad superas, rediture in corpora, terras
Cœlestes animæ, Læthæa obliuia potant.
Gens nullo turbata sacro, nullisq; coacta
Carminibus, lucos populi, camposq; colentes
Aereos, solemq; suum, sua sydera norunt.
Sed quoq; & hij, magni uelut ad spectacula Circi
Turba ingens, Latios, pellecta cupidine, ludos
Inspectura ruit, ueniunt ad sacra uolentes.
At qui iudicio Diuum damnantur auerno
Dant sceleris pœnam, atq; etiam parere uocatis
Est opus, & gelido Vatis considere luco.

Phœbiq; uias. De Elysiorum situ nõ conueniunt autores. Alij putauerunt esse circa lunarẽ circulum, alij in medio inferorũ, alij in fortunatis insulis. Mille Solibus. Pro annis. Frequentius tamen ꝓ diebus, item ꝓ ardore, & radijs Solis. Cœlestes animæ. Etenim ut Maro dixit, Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo Seminibus; quantum nõ noxia corpora tardant, Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra. Diuus Hieronymus in cõmentarijs in Ecclesiasten, refert: Animas nostras anteq; ad corpora ista descendant, uersari apud Superos, & tam diu beatas esse, q̃diu cœlesti Hierusalẽ, & choro pfruantur angelico. Rediturę in corpora. Quibus, ut Maro cecinit, altera fato Corpora debentur. Arbitrabantur eñ, non omnes animas ad corpora reuerti: & si quæ reuerterentur, autumabant id fieri generatione corporum illorum; quibus ipsę necterentur: aliaq; esse corpora tum specie, tum numero: specie, ob malæ actæ uitæ prioris merita: numero, cum recte obiuerant uiuendi munera: & id fieri post aliquot secula. Læthęa obliuia potant. Et hoc Platonicũ, uel Maronis carmine notisimũ est. Lethæi ad fluminis undã Securos latices, & longa obliuia potant. Sacro. Sacrificio. Lucos populi, camposq; colentes Aereos. Alludit ad insulas Fortunatas, in quibus aliqui, ut ante dictũ est, Elysios cãpos posuere: q̃s nominat Aereos, quoniã ĩ eis est largior ęther. Solẽ suũ. Sibi congruũ: ex Marone color sumptus. Dãt sceleris pœnã. Iudice Rhadamãto, q iuxta Maronẽ, Castigat, auditq; dolos, subigitq; fateri, Quę quis apud superos, furto lętatus ĩani, Distulit ĩ serã cõmissa piacula mortẽ.

Elisij campi.

Soles, anni.

Animæ cœlestes.

Opiniones de reditu animarum.

Sed nunc te uerbis tantum ne demorer, illuc
Aspice Chrysoaram, atque triformem Gerionęa,

Aspice Chrysoaram. Chrysoar & Pesagus

Orthonq;, & ſtabulis, quem perdidit, Eurytiona
Amphitrioniades ſacræ in magnis Erythiæ.
Illas Heſperidas, contra ſerpentibus atris
Chryſaor. Gorgonas has perhibent, dextra, leuaq; bimembres
Perlege nubigenas, & agentem Monichon ornos,
Arctonq;, Vrionq;, ſagittiferumq; Mimanta.

equus ex ſanguine Meduſę orti. De quibus ita Heſiodus in Theog. Meduſæ cum Perſeus caput abſcidiſſet, Chryſaor, ac magnus equus Pegaſus exiluit. Hunc aũt, quoniam ad fontes Oceáni natus eſt, Pegaſum appellant: ille aũt quia in manibus aureũ enſem geſtauit, Chryſaor eſt appellatus. Nã ſonat enſis ἄορ, ſonat et χρυσὸν, aurũ. Triformẽ Gerionea. Ex iã dicto Chryſaore, mysto Calliroe, Oceani Melyti filiæ, fabulant̃ poetæ Geryonẽ natum. Fabulã multis ꝓſequit̃ Diodorus Siculus lib. quinto. Lege Iuſtinũ lib. ultimo, & Seruiũ ſeptimo Aeneidos libro, & accipies unde Triformis dictus ſit. Amphitrioniades. Hercules Amphitrionis filius creditus, cũ Iouis eſſet: eo qđ eũ, & Iphiclũ uno partu enixa ſit Alcumena. Orthon. Canem. Eurytiona. Bubulcum. Sacræ Erythiæ. Sumpſit hæc poeta ex Heſiodo, cuius uerba ſubſcribã. Hunc ſcilicet Geryonẽ necauit Herculea uirtus: quod & Adaro in ſeptimo boũ cauſa in Erythia inſula, occiſoq; Ortho cane, & bubulco Eurytione, circa inclytũ Oceanũ, ad ſacram Thrynthem boues impulit. Tametſi quidã putẽt, Herculẽ boues ex alia inſula abduxiſſe: nempe Hypate, ut ſcribit Ariſtoteles, & Aelianus refert, Solinusq; indicat. Heſperidas. Has cuſtodia pomorũ aureorũ peruigilis draconis excubijs notiſsimas fecit. Lege Seruiũ quarto Aeneidos ſuper illud. Heſperidũ tẽpli cuſtos. Palephatus fabulæ rationẽ ſcribit, multo aliter. Solinus item aliam. Gorgonas. De quibus Heſiodus i Theogonia, Ouidius quarto Transformationũ, Lucanus in nono, Diodorus Siculus libro quarto. Fuerunt aũt Phorci filiæ. Vnde & Phorcides a patre cognominatæ ſunt. Earum nomina, ut canit Heſiodus, ſunt, Euryale, Sthenoq; potens, multisq; Medusa Nota malis. Bimembres nubigenas. Cẽtauros intellige, ex Ixione et Nube ortos: quorũ nomina Ouidius refert. Bimembres aũt dicunt̃, quoniã hominis anteriorẽ partem, equi poſtremę iunctã habebant. Seruius Centaurorũ fabulã ad hiſtoriã reducturus, maiorẽ fabulam confinxit. Tu lege Palephatũ, & Diodorũ Siculũ. Monichon. Cẽtauri nomen. Arctonq;, Vrionq;, ſagittiferũq; Mimãta. Verſus Heſiodi in Aſpide, ubi Lapitharũ, Centaurorũq; pugna deſcribit̃ in Herculis ſcuto. Hæc pugna ab Ouidio refertur libro Transformationũ duodecimo.

Amphitrioniades. Orthus. Eurytion. Hypate. Heſperides. Gorgones. Centauri.

Mare rubrũ. Iamq; alio deflecte aciem, Romanaq; cerne
Agmina, quæ nunq; ſatiata cupidine regni
Arma per Eoas gentes, tremefactaq; rubri
Littora, perq; Arabum, uetitos duxere receſſus.
Qua male thurilegas uidit gens martia Carras,
Hi duo ſunt Craſſi, ſed quæ crudelior ante
Vmbra uenit, Sylla eſt, patrio qui ſanguine campum
Fœdauit, Tyberimq; uado ſpumante coegit
Corpora Tyrrheno fluitantia mergere Ponto.
Pone ſubit Marius. Quis enim truculentior illo
Craſſi. Extitit unq;, epulas inter, menſasq; nefandas?
Subſtulit Antoni manibus, lacera ora, cruentis.
At qui ſe mœſtis oſtendunt uultibus, ac te
Auerſis ſpectant oculis, lumenq; recondunt.
Primus Romuleis Seruilius acer in armis
Carpit iter: ſignatq; gradu, ueſtigia lento
Sylla. Caſſius: at qui altum, premit imo corde dolorem,
Scaurus erat: quem pone ferox non debilis haſta

Eoas. Orientales. Rubri. Non a colore: nã eo non abhorret a cęteris, ut ait Q. Curtius, ſed ab Erythro rege, id eſt, Rubro, qui ex ſuo nomine mare appellauit. Idẽ ſcribit Arrianus. Procopius lib. belli Perſici primo, naturam huius maris refert, item Mela lib. tertio. Thurilegas. Propter regionem aromatũ feracem. Hi duo ſunt. Craſſi, pater, & filius. Liuius & Cicero tradunt, filium a militibus interemptũ, patrem uero ſeipſum confodiſſe. Lucanus in unũ Marianũ militem, Fimbriam dictũ, utriuſq; necem retulit. Crudelior. Quia Sylla omnes quos incolu-

Manlius insequitur, cunctiq; hæc littora norunt,
Iamq; dolent, trepidiq; uident regna horrida bello.
Quippe olim fusi, nostroq; a Marte fugati
Formidant etiam madefactos sanguine campos.
Parte alia indomitum torua sub imagine Drusum
Iam specta, qui Marte Salam, Rheniq; bicornis
Spumantes multo fœdauit sanguine ripas.
Hic est qui bello Byrchanem, & Bructeron armis
Inuasit, gelida qua fertur Amusius unda.

mes reliquerat Marius, trucidauit. Is, Cicerone teste, pulcherrima & iustissima uictoria de Mario, turpissime usus est. nam in tyrannidem conuertit. Patrio q sanguine campos. Hunc locũ sumpsit ex secundo Lucani. De Sylla Plutar. plura, Cicero in officijs, Plinius de Viris illustribus, Val. Maximus in uarijs capitibus, & diuus Augustinus lib. de ciuitate Dei. Tyberimq; uado. Id Val. scribit cap. secundo de crudelitate. Pone subit Marius. Huius item crudelitatẽ Lucanus scribit libro iam dicto, Plutarchus in uita eius copiose, ut & meminere fere omnes scriptores. Antoni lacera ora. Antoni, pro Antonij, darissimi illius Oratoris, cuius caput truculentissima belua Marius, manibus lætis, inter epulas, per summã animi ac uerborũ insolentiã aliquandiu tenuit, & suæ mensæ sacra eius sanguine cõtaminari est passus. Autores Appianus, & Plutarchus. Vnde poeta dixit, epulas inter, mensasq; nefandas. At qui se mœstis. Nunc descendit ad gloriam & uictorias Germanorũ ueterum. De quibus Tacitus exactius. Et Irenicus noster lib. quinto, capite, de damno Romanis a Germanis illato. Et indubie Plinius in uiginti libris rerum Germanicarũ scripsit, non in modicã Germanorũ iacturam amissis, uel potius retentis, ut suspicatur Albertus. Seruilius acer. Hic cũ Sulpicio longo consulari potestate cõtra Gallos Senones, quos Teutones superius diximus, missus, profligato toto Romanorũ exercitu, autor fuit illius cladis Alliensis, inter nefastos dies relatæ. Lege Liuium in quinto. Cassius. Idem scribit, L. Cassium cos. a Tugurinis Gallis, pago Heluetiorũ, qui a ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum, cũ exercitu cæsum esse. Scaurus. Hic a Cimbris fuso exercitu captus est: & cum ad conciliũ ab his euocatus deterret eos, ne Alpes transirent Italiã perituri, eosq; diceret Romanos uincere nõ posse, a Bolo rege, feroce iuuene, occisus est. Manlius. Cognomẽto Marcus. Nam & alij Manlij fuere uiri clari. Huius aũt meminit Tacitus, & Velleius Paterculus. Parte alia indomitũ. Quantum potest toto opere uictorem Drusum dissimulat poeta. Hic Byrcanẽ Germani Oceani insulã domuit, & Bructeros bello lacessiuit, ac inter Amusiũ & Rhenum fluuios crure fracto obijt, ut uult Liuius. Tranquillus eum morbo perijsse tradit. Salam. Ex monte Pinifero, qui est in terra, ut nunc aiunt, Aduocatorũ, teutonice, Voitland, quatuor flumina oriuntur, quorum Celtes noster meminit, elegia decima secundi libri Amorũ, his uersibus. Francia, germano mihi stirps & origo poetæ, Hercyniȩ medio cincta beata sinu, Quam Mœnus mediam parlambit uitifer oram, Cuius quadrifluuio nascitur unda iugo, Piniferis, cuius de uertice flumina quatuor, Quatuor in partes orbis amœna cadũt. Mœnus ad occasum Francorum fertur in oras, Sala sed arctois perditur Albis aquis, Egra sed eoi petit ardua regna Boemi, Sed Nabus Istrinis insinuatur aquis. Idem scribit in Germania, tit. de tribus iugis & montibus Germaniæ, uersu heroico haud cõtemnendo. Rursum meminit in descriptione urbis Norimbergæ, quã soluta edidit oratione. Cæterum Piniferum uocant nostra lingua Vichtilberg. Porro Sala quoq;, ut tradit Ptolomeus, est nomen multarum urbiũ, in diuersis prouincijs: ut pote Mauritaniæ, Hispaniæ, Pannoniæ, Asiæ, Armeniæ. De Sala Plinius cap. primo Quinti. Amusius. Hunc fluuium alibi Amasium, & Amissium appellat, non sine autoritate, ut Vadianus admonuit in nuncupatoria epistola ad Gurcensem. Circa hunc fluuium habitasse uidentur Bructeri secundum Strabonem. Oritur autem in Hassicis montibus, quos Abnobios Ptolomeo uocatos putant, Padeburnam & Monasterium non ignobiles ciuitates alluit.

Antonius orator. Seruilius. Cassius. Scaurus. Manlius. Drusus. Mœnus. Sala. Egra. Nabus. Amusius.

Talia dum memorans genero socer omnia pandit,
Apparet turba in media, mœstissima uultu
Vmbrarum effigies. Tunc heros Boicus inquit.
Cur mȩsta hȩc umbra ẽ? lachrymisq; os ĩplet obortis?

Hic est Quintilius. Qui a Cheruscis & Cattis, cũ tribus legionibus necatus fuit: quod tam iniquo animo tulit Augu-

Quintilius.

Dic rogo:quem contra breuibus ſic incipit ille.
Hic eſt Quintilius : longa ipſa exordia,longæ
Ambages,ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

ſtus,ut prę dolore caput parieti concutiens,exclamaret. Quintili, Vare, Redde legiones. Rejcienda eorum opinio eſt,qui dicunt,ſtragem hanc in Vindelicijs contigiſſe. Summa ſequar faſtigia rerum,Id eſt,capita,ſignificans ſe uelle rem breuiter attingere.

Fœderibus fractis,qua tempeſtate Sicambri
Deſeruere fidem,pactamq; reſoluere pacem
Eſt uiſum bello,ſæuos animare Cheruſcas,
Occepit rabies pugnæ,pepulitq; Caicos
Rumor,& Abnobio trepidantes uertice Cathi,
Romanos contra ſumpſerunt arma potentes,
Quintiliumq; atra fuderunt ſtrage latinum.
Nec minor Herminij effigies,uultusq; minaces
Apparent leua:is nunq; deuictus,at anceps
Sæpe fuit pugna,& quantum Germanice cladum
Perpeſſus fueris,quoties nec abiueris æquo
Marte,tui ſeruant bellum memorabile Faſti,

Fœderibus fractis. Violatis,ex quibus plurimæ naſcuntur lites. Vtinam eam Chriſtiani Principes pãgendorum fœderum rationẽ haberent, quam in chriſtiani Principis inſtitutione pręſcripſit Roterodamus. Qua tẽpeſtate Sicambri. Quę hic poeta tangit, ſcribũt Florus ĩ quarto,et Strabo in ſeptimo libro. Quibus,inquit, fides adhibita fuerat, ij magnas clades intulerũt:ſicuti Cheruſci, & cętera. Sed hanc pugnam nemo copioſius,candidiuſue retulit in literas, quam Velleius Paterculus, qui ultra treis legiones,totidem alas,& ſex cohortes addit. Cheruſcas. Pro Thuringis accipit, ut mihi uidetur. Nam eos olim Saxoniæ ueteris,et Marchiæ partẽ habitaſſe,ueriſimile eſt. Nam ad Albim fluuium habitarũt. Vnde Claudianus canit. Et ingentes Albim liquere Cheruſci. Caicos Lucanus in primo. Et uos crinigeros bellis arcere Caicos Oppoſiti. quos oẽs Geographi Caucos nuncupant:quorum Tacitus meminit in nobili illo libro de Moribus Germanorum, inter Germanos & immenſo ſpacio patentem,& nobiliſsimum populum aſſerẽs. Vnde Cauci Maiores,& Minores. Cathi. Et horum idem pluribus uerbis meminit. Pro Heſſis,ut & eruditis pleriſq; placet,poſuiſſe certum eſt:cum dicat. Abnobio uertice. Siquidem Abnobij montes, ut iam dictum eſt,Heſſiam a Vueſtualia dirimunt. Nec minor Herminij. Alij Arminiũ appellant, fortiſsimum regem Germanorum:de quo lege Tacitum in libris nuper repertis, inuenies illic tantum abfuiſſe,ut a Romanis uinci poſſet, ut etiam ſæpe uictor fuerit,ſæpiſsime aũt anceps e pugna diſceſſerit. Germanice cladum. Druſi geſtorũ in Germania meminit Tacitus lib. primo,Florus in quarto,Ouidius ſecũdo Triſtiũ,& in cõſolatoria ad Liuiã. Tui Faſti. Hoc puto dixiſſe,quod ei Faſtorũ libri ab Ouidio nũcupati fuerint:uel qđ in illis geſta eius cõtineant.

Cheruſcę.

Caici.

Cauci.

Cathi.

Arminius.

Druſi geſta.

At qui per ſyluam ingenti,perq; agmina,cœtu
Vmbrarum incedunt,Cyaraxes Medus,& una
Aſtyages:illac Dareus Perſa:ſed ante
Cyrus it:en Xerxers terror maris,omnia miſcens.
Aſpice ut inſurgit comptus mitra : illius armis,
Calcatumq; fretum,iunctumq; Propontida dicunt,
Epotosq; amnes. Sed tu modo reſpice,quantus
Rex trabea inſignis,ſuperat media agmina Sydon
Interea,& lætas ſupereminet Italus umbras.
Hos quondam regnaſſe ferunt, qua panditur ingens
Hercyniæ nemus,& gelidos alit umbra Sueuos.
Nec longe apparent Galli,toruumq; minantes:

Perq; agmina cœtu. Ita legendum, ut in præuia caſtigatione admonuimus : quia ſuperius dixit. Luxus ubi, faſtusq; perit, hic luxus ſtare nõ poteſt. Eſſet enim ſibi ipſi contrarius. Cyaraxes. Ex Herodoto colligimus, poſt Aſſyriorũ regnũ a Medis euerſum, multo deinceps tẽpore nullũ fuiſſe gẽti regem,ſingulasq; ciuitates populari imperio uſas.

Vix nostras spectant Aquilas, infestaq; damnant
Sceptra Ariouisti præformidata Tyranni.

Demum Cyaraxem insignem iusticiæ uirum, a Medis regem constitutum, eumq;, cæteris gentibus in societatem allectis, omnium consensu late Imperium obtinuisse: cuius deinceps posteri sint rerum periti ad Astyagem usq;, quem Cyrus, Persæq; regno & uita spoliarunt. Et una Astyages. Ac si regna quæq; singulari centuria apud inferos distincta manerent, dixit, una. Daræus. Vnus e septem Magis fuit, qui Persis post Cambisem septem annis præfuerunt. Huic astutia regnum obuenit, ut Valerius refert: & nos in Carmine de Cruce copiosius annotauimus, & simul nonnihil de syllabæ ratione. Hic post multa præclara facinora, cum in Athenienses mouisset, a Milcibiade in campis Marathonijs, ut superius dixi, superatus est. Sed it ante Cyrus. Quia regnauit ante Darium. Huius Cyri historiam scripserunt Xenophon philosophus octo uoluminibus, Herodotus & Iustinus libro primo, item cæteri. Præterea mira eius memoria in literas relata est a Plinio, Solino, Valerio, & Quintiliano. Hic cum Persis diu imperasset, a Tomiri Scytharum regina cum ducentis milibus Persarum cæsus est. Dictus autem Cyrus, a Cyro flumine, ut Strabo dicit. En Xerxes terror maris. Nam, ut Iustinus ait, naues habuit decies centum milia numero: quem, ut Valerius Maximus, itemq; diuus Hieronymus testantur, de alta prospectans specula, fleuisse fertur, q; post centum annos nullus eorum superesset. Sed & eodem Iustino autore, terrorq; gentium, nondum bello in Græcia infeliciter gesto. Huius potentia nihil est celebratius, præcipue apud Herodotum, Plutarchum, Iustinum, & cæteros. Iunctum Propontida. Idem Lucanus libro secundo, & Lucretius tertio, Claudianus item in Rufinum secundo. Intelligit autem Hellesponturn. Nam autores referunt, hac Xerxis exercitum per septem dies, totidemq; noctes, nullo tempore intermisso, angustias Hellesponti, constrato in nauibus ponte, transiuisse. Fertur tunc quidam Hellespontinus dixisse. O Iuppiter, quid nam tu sub specie uiri Persæ, & accæpto Xerxis pro Iouis nomine, Græciam uis exterminare? Propontis autem ex eo dicta, quod ante pontum sit sita. Epotosq; amnes. Halym fluuium significat, quem Herodotus tradit haustum potu fuisse a Persis. Vnde Poeta libro tertio ait, quos potus Halys celer alluit undis. Sydon & Italus. Hos Poeta ueterum Sueuorum Principes, seu Reges facit. Gelidos alit umbra Sueuos. Hi enim partim ultra, partim citra syluam habitant. Autor Tacitus. Nec longe apparent Galli. Respexisse uidetur ad hoc, quod ueteres Romani Gallos & Germanos uno uocabulo appellabant. Vel absolute protulit, ad uicinitatem alludens. Porro Gallos alij a candore, quod Gallorum corpora ob immensa frigora modo lactis albescant. Quod sane non discrepat ab illo Maronis, uirgatis lucent sagulis, tum lactea colla. Alij a Gallo gallinaceo nomen sortitos uolunt: quod instar alitis huius in Venerem proni sint. Porphyrio autor est, Gallos magno mercari adulteria, uel propter diuitias, uel q; incensioris libidinis sint. Vnde prouerbium cœptum dici, Gallis hanc. In mulierem cupidam & tergiuersationibus utentem, quibus ingens precium extorqueat ab ijs, quibus copiam sui corporis factura sit. Toruum. pro, torue. Ariouisti. Inclyti ueterum Germanorum regis, de cuius in Gallos expeditione diuus Cæsar multa. Tyranni. Regis. Ita enim antiquo nomine Rex appellabatur. Herodotus enim Cræsum tyrannum dixit. Item Maro. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Nomen autem Tyranni temporibus Archilochi in usum uenit, ut Hippias autor est: quippe quod nec Hesiodus, nec Homerus usquam posuit.

Cyarax. Astyages. Darius. Cyri historia. Xerxes. ›› ›› ›› Propontis. Halys. Sydon. Italus. Galli. Gallis hanc. Ariouistus. Tyrannus.

Tunc heros, quæ forma hois, quibus horridus ille
Vultibus incedit, tantusq; insurgit ad auras?
Dic rogo qd monstrũ? quæue hæc sub tartara labes?
Talia dicentem alloquitur sic umbra uicissim.
Hunc olim fama est, Terræ omnipotentis alumnum
Germano regnasse solo, Numenq; fuisse
Gentibus ignaris, memorantq; Tuistona dictum.
Non talẽ Aethnæis uastum Polyphemon in antris,

Hunc olim fama est. Crediderim scite huic fabellæ occasiõem dedisse Tacitũ, quod Poeta aliquando legerit apud eũ, à Germanis celebrari antiqs carminibus Tuistonem Deum Terra æditũ. Eruditorum consensus hinc Tuisth cõmune Germanorum omniũ uoca-

Tuiston Germanoꝝ deus. Tuitsch.

Maioremq; ipsos intendere Brontea folles
Crediderim, aut uersis sudare Pyracmona massis.
Hic pius in primis habitus, Iouis arma superbos
Cæumq;, Cræumq;, Hyperionaq;, Iapetumq;
Temnentes fugit fratres, & nauibus altum
Oceanum emensus, nostris Deus appulit oris.
O, si unq; sedes superum, tibi tendere ad imas
Fata darent, uiuoq; altas innare paludes,
Maiora his multo, umbrarum simulacra uideres.
Namq; ibi Titanas, pulsant qui uertice nubes,
Tantū infra terram mersos, quantū æthere ab alto
Ingens si caderet pondus, nonoq; peracta
Interualla die, surgens aurora uideret,
Iuppiter occuluit, septumq; ex ære recinxit,
Et nigram triplici murorum ex ordine noctem
Apposuit, supraq; ingens caligine tetra
Opprimit hos tellus, duro chalybe Ennosigæus
Affixit postes, custodes carceris atri,
Centimanus Briareus, Cottosq;, Gigesq; feruntur.

bulum deriuat. Porro de Tuistone Deo, & huius filio Manno, rursumque huius tribus filijs Ingæuone, Herminone, Istæuone, commode paulo post referemus. Fingit autē Poëta, Tuistonem fuisse fratrem Titanum, qui cōtra Iouem conspirarunt: tamen quia pius fuit, fratrum scelus fugiens, Germaniæ littorib. appulit. Nō talem Aeneis. Vult Tuistona corporatura excessisse fratorosos Polyphemum, Brontem, & Pyracmona, de quibus latiuscule in secundo. Diuus Augustinus improbat Lucretij opinionē, excessiuam & immanē corporum magnitudinem negantis. Gigantes fuisse, sacræ scripturæ autoritas habet, in Genesi, Ecclesiastico, & Baruth.

Gigantes. Cæumq;, Cræumq;, Hyperionaq;, Iapetūq;. Ex Theogonia Hesiodi, qui inquit. Terra concūbens Cœlo, peperit profundū Oceanū, Cæumq;, Cræonq;, Hyperionaq;, Iapetonq;, Theanq;, Theminq;, Mnemosinēq;, Phœbenq;, & Theryn. & cætera. Nāq; ibi Titanas. Locus totus ex Hesiodo: quē & Maro imitatus est in sexto de Tartari profunditate. Quid autē poetæ indicent hac fabula, ex Cicerone constat. Tantū infra terram mersos. Victi em̄, in tartara deiecti sunt, ligati tanto interuallo in tartaro infra terrā, quanto cœlum ipsum a terra distat. Ingens si caderet pondus. Incus enim si nouem diebus ac noctibus in terram cadat, decimo terram tangeret: totidem diebus ac noctibus a terra in tartarum perueniret. Septumq; ex ære recinxit. Nam ubi Titanes sub obscura caligine mersi sunt, æreum septum est: circum autem nox triplici ordine fusa est: supra terræ & immensi maris radices sunt. His non exitus est. Portas enim æreas Neptunus imposuit, murusq; utrinq; circumambit. Unde dicit. Duro chalybe Ennosigæus Affixit postes. Neptunus aūt Ennosigæus dictus est, quod terram quatiat. ἔννω enim quatio, γαῖα terra. Custodes carceris atri. Scilicet, Briareus, Cottos & Giges, qui fideles Iouis custodes finguntur, omnium fortissimi ac pulcherrimi. Briarei meminit Maro in sexto. Habebant autem singuli quinquaginta capita, & centum manus: unde Centimani.

Ennosigæus.

Verum Mors cunctis longe est immanior umbris.
Et somni soror, & pallentis filia noctis.
Huic siquidē æreum caput est, tenus inguine putri
Ex terra corpus, quæ pendent crura, putares
Esse undas, liquidoq; inflecti errantia motu.
Hæc infra, supraq; innixa, hinc inde recuruis
Hunc manibus uestrum præcingit ferrea mundum.
Nunc geminas huc flecte acies, magnaq; potentem
Luminibus lustra uenientem Mannona prole

Mors.

Mannus.

Huic siquidem Aereum caput est. Innuit Poeta, nihil esse inaccessum Morti. Nam uolantia, terrestria, maritima, sub lege mortis continētur: Et idcirco fingit illi caput aereum esse, corpus terreum, crura aquea.

Mannona. Sic scribendum, non Mammona. Mannum enim Tuistonis filium intelligit. Po

Numen, & ipsum olim populis, genus unde superbū
Oceanum iuxta fluit, & pugnator Itæuon.
Aspice nunc Dryudas, aluit quos Gallia, uates,
Vt perhibent, olim patriā qui sede relicta
Fatidico nostros subiere examine lucos,
Sacraq; in Hercynia posuere cubilia sylua.
Hi montes metiri audent, terrasq; iacentes
Syderaq;, & motus, quæ sit natura Deorum
Inquirunt, quæ uis illis, & scire feruntur
Interiecta polo, quantum plaga distet, utroq;.

tentem magna prole. Nam ex tribus huius filijs paulo ante nominatis, populi Germaniæ nomina sunt sortiti. Quippe Oceano proximi, Ingæuones: medij, Herminones: cæteri, Istæuones uocati. Ingæuones uolūt esse Cimbros & Teutonas, autore Plinio. Idem Herminonum gentes recenset Sueuos, Hermunduros, Cattos, Cheruscos. Videtur esse Saxones hodie, aut certe Pomerani. Istæuones putant quidam esse Germanos illos, qui ad Rhenum uergunt. Genus unde superbum. Quoniam, ut Tacitus confirmat, Germaniæ populi nullis alijs aliarum nationum connubijs infecti, propria, & syncera, & tantum sui similis gens extitit. Et quia idem autor est, omnibus fuisse truces & ceruleos oculos, fortasse superbum dixit, quod illinc potissimum superbia deprehenditur. Itæuon, pro Istæuon. Idem & Claudianus facit: quod a Ioachimo Vadiano in Epistola liminari notatum est.

Ingæuones.

Herminones.

Istæuones.

Germani synceri.

Aspice nunc Dryudas. Sic potius legerem, quàm Druydes. Nam à quercubus, quas colebant, dicti sunt. Δρῦν δρῦς significat quercum. Vnde & Amadryades, non Amadruyades, quas ex quercubus nasci credidit antiquitas. Alludit autem ad historiam Tiberij, a quo Dryudes ex Gallia eiecti, in Germaniam migrauerunt. Sacraq; in Hercynia posuere cubilia sylua. Lege cap. tertium Celtis nostri in descriptione urbis Norimbergæ, illic inuenies quæ faciunt ad hunc locum. Hi montes metiri audent. Ex Mela hæc omnia quæ sequuntur de Dryudibus, sumpta sunt. Lege eum libro tertio, Cæsarem sexto commentario, Plinium item iuxta finem de cimisexti, Ammianum libro decimoquinto, item Lucanum in primo, & Strabonem libro Geographiæ quarto. Natura Deorum. Ea enim erat opinio, quod soli Dryudes haberent ueram Dei cognitionem: quorum assertio erat, animas non interire. Fuere autem apud diuersas gentes, diuersis nominibus sapientes eorum appellati, ut Dryudes apud Gallos: Prophetæ apud Hebræos, uel Senedrim, uel Pharisæi, uel Cabalistæ. Apud Indos Gymnosophistæ, apud Aegyptios Sacerdotes, apud Græcos Philosophi, apud Persas Magi, & sic de alijs. Sicut etiam regia dignitas peculiaria apud diuersas nationes habet nomina. ut Rex Aegyptiorum, qui prius Ptolomæus, postea Pharao: Persarum, Artaxerses: Romanorum, Cæsar: Indorum, Prestān, qui nunc corrupto uocabulo dicitur Presbyter Ioan. Quamobrē lapsus sum, uocabulum Præstan, in carmine Pici de Cruce, in fine suspicans esse Indici oppidi nomen.

Dryudes.

Sapientū nomina uaria.

Prestan.

Priester Ioan.

Dixerat: extemplo peragens inferna Sacerdos
Sacra Erebo, tonat ore Deos, circumq; per umbras
Bacchatur patiens diuum, nec Numinis expers,
Non secus Euboico Vates immanis in antro
Fœta Deo, uisa est uastum mugire repente
Dardanio Aeneæ, cum centum ingentia claustra
Sponte sua patuere fores, regniq; futuri
Chalcidicæ exhausit diuæ responsa Sibyllæ.
Circumerrant umbræ, motisq; Megæra flagellis
Tartarei nutu, iubet alta silentia, Ditis.
Ilicet omnis ager, montes, atq; antra quiescunt,

Nec numinis expers. Quia iam posset implere oraculorum sermones. Nō secus Euboico. cōparatio sumpta ex sexto lib. Aeneidos. Vates. Cumæa Sibylla. Euboico. Cumano. Antro. Specū apud Cumas describit Aristoteles ca. 18. de Admirandis in natura. Fœta. Plena. Maro. loca fœta furentibus austris. Deo. Apolline, q uaticinio præesse credi-

Specus cumanus.

Nullaqꝫ dat uoces, repetitaqꝫ murmura uallis.
Talia tunc imo Vates de pectore promit.

tus est. Innuit autē diuinum illum instinctum, quo mens concitatur a corpore abstracta, ubi animus acrius exarserit. Nam si humana quadam sagacitate præuidentur, non uaticinium, sed prudētia, & coniectatio appellatur. Dardanio. Troiano. Nam Troiæ Dardanus autor. Centum claustra. Seruius accipit, finitum numerum pro infinito. Chalcidicæ. Cumeæ. quoniam Euboenses ex Chalcide, condidere Cumas, ut & Neapolim tenuerunt. Diuæ Sibyllæ. Huius sacellum Syllius describit libro duodecimo, Maronem, longo tamen interuallo imitatus. Cumana autem Sibylla proprio nomine Phomonoe dicta est, Seruio teste. Alij Amaltheam, Demophilen, uel Herophilen. Iustinus philosophus & martyr, scribit Cumeæ se uidisse mansiunculā Sibyllæ, edoctumqꝫ ab urbis incolis & modum & ordinem, quibus in dandis responsis utebatur. Porro Sibyllæ quæ & quot, & quo tempore floruerint, Lactantius scribit libro primo, diuus Augustinus libro decimooctauo ciuitatis diuinæ: & ego plura scripsi super illud Prudentij, Ecce quem uates uetustis concinebant seculis, in Hymnum eius, Ad omnes horas.

Vaticinium.
Coniectatio.
Sibyllæ.
Cumeæ nomina.

Bellum ingens, cædesqꝫ cano, Rhenumqꝫ cruore
Spumantem aspicio, uenient in regna Boëmi
Auxilio, Martemqꝫ cient, Francosqꝫ sub ictu
Prosternent primo, atqꝫ undabit sanguine Rhesus.
Te quocunqꝫ trahet fortuna, ardentior ito.
Ne dubita, dabitur requies, finisqꝫ malorum.
Nam te uicturum promittunt numina, Regem.

Bellum ingens. Vaticinium super futuro bello. Rhenumqꝫ cruore. Propter motum Cæsaris in transrhenana Elsacia, cui Mortinauiæ nūc nomen est: & Lantgrauij Hessorꝫ gesta in Rheni ripa. Venient in regna Boëmi. Boemicam pugnam designat, quæ refertur libro decimo. ut ante dictum est. Francosqꝫ sub ictu Prosternent primo. Ita enim contigit. Nam Francorum equitatus, cum primum Boemos inuasissent, uictus est. Rhesus. Fluuius prope Regenspurgam, de quo libro Quarto poeta fabulā fingit. Ne dubita. Omnia hæc amphibologiā habent. nāqꝫ in utrāqꝫ partem interpretari possumus. ut illud, Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Lege Herodotū lib. primo.

Rhesus.

Vix ea finierat, tremere omnia uisa sub imis
Extemplo pedibus, nemora alta, domosqꝫ ferarum
Excussas, nigrasqꝫ canes ululasse per umbras
Accipimus, motoqꝫ sacras de uertice Nymphas
Hercynio plorasse ferunt, mox protinus omnis
Vmbrarum cœtus, Vatisqꝫ effugit imago.
Non secus Hippotades Tyrrhena ad littora soluit
Carcere ab Aeolio, Boreamqꝫ, Austrosqꝫ procaces,
Qui terras quatiunt, & tempestate sonora
Incumbunt pelago, tumet altis fluctibus æquor
Ionium, & motas uix continet ancora puppes.
Sic Manes stygij, turbæqꝫ Acherontis auari
Surgentem liquere diem. Cum Delius umbras
Exoriens, afflaret equis: pars illicet antrum
Inrumpit, repetuntqꝫ altas sub tartara pœnas.
Pars qua flagrantes ignes, Saxonia tellus
Euomit, atqꝫ aditum speluncis continet atris
Ad Manes rapitur, trepidat sub gurgite Tethys,

Non secus Hippotades. Cōparatio sumpta ex principio primi Aeneidos. Hippotades. Aeolus, Iouis ex Segesta Hippotæ Troiani filia, uentorū rex. Varro scribit Aeolum ex fumo & nebulis insularū quibus præfuit, futura flabra uentorū prædixisse. Hinc imperitis uisus est uentorꝫ habere potestatem. Autores habes Plinium, Solinum, Strabonem, Polybium. Tyrrhena littora. Lege Seruium super illud Maronis, Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Extat libellus Myrsili Lesbij, qui de Tyrrhenorum origine inscribitur. Aeolio carcere. Maro. hic uasto rex Aeolus

Hyppotades.
Aeolus cur Ventorꝫ rex.

Cimbrica,& horrescunt glaciali Hæmodes in unda.
Expauit tunc Luna polo,currumq; reflectens,
Delius,occiduis rursus remeauit ad ortum
Axibus. Vt quondam mœstæ uidere Mycenæ
Obscurum,& radijs uersum pallentibus Argos.
Boicus interea uisu rerum adstupet heros,
Frigidus,& coijt per membra rigentia sanguis,
Atq; ubi sint oculis umbræ circum omnia lustrat.
Adsilet omne nemus,tantumq; per aëra summum
Auditæ uoces, Vates quoq; lapsus ad auras,
Liquerat ancipitem.tunc ille sub arbore fixa
Corripit arma manu,dein talia uocibus infit.
Dij quibus umbrarum cura est,Erebiq; silentis
Infernæq; animæ,nigrantisq; arbiter orci,
Annuite inceptis belli,firmumq;,ratumq;
Sit quodcunq; sacri referunt oracula Vatis.
Centum ego, cum patria dabitur me sistere terra,
Constituam ante aras taurorum terga nigrantum
Sacra Ioui stygio,atq; Hecate sua munera ponam.
Nec templi non stabit honos,aræq; dicatæ.
Dixerat,& secum Vatis responsa uolutans,
Bellorum finem felix dabit exitus,inquit,
Hostilisq; acies nostris superabitur armis.
Heu Diuum ignaræ mentes,heu conscia ueri
Nequicq; ratio,fatoq; hebetata Deorum.
Hæc ubi,discedit,uastæq; silentia syluæ
Egrediens,dulces terras,patriamq; reuisit.

antro, Luctātes uentos, tempestatesq; sonoras, Imperio premit, ac uinclis et carcere frænat. Boreamq; Austrosq;. Ventos,spēs pro gn̄e, figura celebrata apud poetas.

Aequor Ionium. quod Adriatici pars ē, ut Strabo dicit, antea Saturniū dicebatur. Ionio nomen dedit, Ionius Dyrrachij filius, quē imprudēter a se occisum,in mare proiecit Hercules: ut defuncti memoriam prorogaret. autor Appianus. — Ionium mare. — Ionius.

Delius umbras. Seruius ait, Dijs inferis morē fuisse, noctu sacrificia fieri: quod etiā in cantionibus magicis fieri ex Theocrito colligit. Vbi mulier illa Myndij iuuenis amore capta, Lunā alloquit, ut sibi & Hecati terrestri cantaturæ bene resplendeat. — Sacra nocturna. Saxonia tellus. In Saxonia eñ montes flāmas euomere incolæ referunt: creduntq; ut Siculi de Aetna, uiā esse ad inferos. Meminit huius Celtes noster ī descriptione Hercyniæ. Cimbrica Tethys. Chersonesum Cimbricā, siue Oceanum Pomeranicū intelligit. Hæmodes. Septē insulæ sunt eo noīe in sinu Codano. Plinius alias septē Hebudes numerat, quas Mela nō meminit: nisi qs pro eo q̄d est, septē Hæmodes, qnq; Hebudes substituere uelit, ut Hermolaus indicat. Quod tn̄ Vadianus noster nō probat: q̄d Mela breuitatis studio, quæ nota insigniaq; sint, p̄terierit. — Hæmodes. Hebudes. Vt quondā mœstæ. De Mycenis & Argis lege Stratonē lib. 8. Alludit aūt ad fabulosam & cōmenticiam cœnā Thyestæam, sumpto colore ex quarto Thebaidos. Lege interpretē Lactantiū super illud, Milite uicinę nullo iuuere Mycenæ. Construit autē sic: ut Mycenæ uidere, & Argos uidit obscurū. s. Solem, & uersum ad ortum radijs pallētibus, ne aspiceret scelera Atrei & Thyestis. Sit quodcūq; sacri. Significat ergo Robertū male oraculū interpretatū fuisse. Hecate. Proserpinę. De rōne noīs lege Ianum Parrhasium doctissimū interpretē, super illud Claudiani, Ecce p̄cul ternis Hecate uariata figuris: in primo de raptu Proserpinæ. Legimus alicubi Hecatem de CHRISTI aīa interrogatā, respondisse, uiri pietate præstantissimi fuisse illam animā, & in cœlum ascendisse. — Hecate. Heu diuum ignaræ mentes. Color sumptus ex quarto Aeneidos: & est exclamatio pathetica.

LIB. Primi Finis.

LIBRI SECVNDI ARGVMENTVM.

Præsagia futurarum cladum recitantur, Oratoresq; Cæsaris ad Robertum missi, qui de bello, paceq; agerent. Interim Cæsari, dum Augustam repetit, ab Alpinis pastoribus quædam de monstro recensentur, quibus se auxilium præbiturum pollicetur. At Diana, quam in toto opere Cæsari fauentem introducit, ab Orthygia insula rediens, de Pallade conqueritur, inibiq; plura mala recenset ab eadem Austriadis illata. Conscia ergo Cæsarem uenatū iturum, se in Nympham uertit. Interea Cæsar magna Ducum comitante caterua, in syluas pergit. Qui dum fido Lango comitatus, ad uallem descendit, ingētis ursum magnitudinis reperit, cuius originem ad Orthum Gerionis canem refert. Hunc necat Cæsar. Egredienti uallem se obtulit Diana, cui Cæsar per occasionem belli Bauarici originem narrat. Diana quædam futura super eodem uaticinatur: sequitur Cæsaris Augustam reditus. Celebratū conuiuiū. In fine laudes Mariani Barthollini canunt, quas in Langū permutasset, nisi eius iam mortui Genio in somnis exterritus fuisset.

AVSTRIADOS Liber Secundus.



NVNCIVS INTEREA uarias perlabitur urbes
Rumor, & exciti Martis canit horrida bella,
Armari populos, & tristia ad arma uocari
Arctoam gentem, mentesq; infausta mouebant
Signa Deum. nam uisa polo Bellona trabalem
Excussisse sudem, & uiolentius igne Tonantis
Cum serpentifero piceos ciet ægide nymbos,
Hercyniæ sacro uibrasse a culmine syluæ
In Rheni turbata sinus, gelidasq; per Alpes
Igniuomo referunt exustas fulmine quercus.
Sic turbati animi, & uario uexata tumultu,
Flectitur huc, illuc bello Germanica pubes.
Dumq; ea diuersis agitabant motibus urbes,
Magnanimus Cæsar curis ingentibus, acris
Principium euoluens belli, cladesq; futuras,
Destinat extemplo, auroq;, electroq; rigentem
Exarmare manum, populosq; accendere Marte.
Sed primum statuit patrio de more, legendos
Quinquaginta uiros, rapidosq; ad littora Rheni
Ire iubet, pacemq; ferant, bellumq; Roberto
Malit, utrum exposcant, uetito ni cedere regno
Annuat, indicant Martem. sic fatus. At illi
Nec mora, festinant iussi mandata ferentes.

Arctos.

Signorum quinq; genera.

Quercus fulmine icta.

¶ In Austriados Lib. II. Scholia Iac. Spiegellij.

NVncius interea. Magnitudinem belli ostensurus, recitat prodigia Deorū, quæ semper aliquid magni significant. autor est Val. Max. de Prodigijs. Arctoam gentem. Germanicam. Quotquot enim de Germania scripsere, eam sub Arcto, id est, ursa comprehēdere. Duæ autē feruntur, maior, & minor: illa Helice, hæc Cynosura. Signa Deū. Quinq; signorū genera obseruabant: ex cœlo, ex auibus, ex tripodibus, ex quadrupedibus, ex diris. Nam uisa polo. Color ex Statio sumptus, qui sic Bellonā introducit. Vel ut iræ & inuidiæ Bellonæ, quam in lib. primo describit, memor uideatur. In Rheni turbata sinus. Hoc dicit propter Palatinum, quo cum bellum est gestum. Exustas fulmine quercus. Vnde dixit superius, infausta signa Deum. Quoties enim quercus fulmine tangitur, ut plurimū malum portendit, iramq; Deorum demonstrat: cum quercus sibi dicatas fulmine exusserit. Curis ingenti-

bus. Laus Cæsaris in re bellica. Acris Principium euoluens belli. E pusillo enim maximum ortum uidimus: non etiam dixerim, e simulato, uerum.

Interea Augusti Cæsar remeabat in urbem,
Cum subito gelidis Pastorum ex alpibus agmen
Emicat, atq; omneis turbans clamoribus umbras,
Cingebat longa uastas indagine syluas.
Mirari primo, sed mox perquirere caussam
Cæsar auet, coramq; iubet contendere turmas.
Extemplo properant iussi, gerit ille bipennem,
Roboris hic nodo est, hic torre timendus obusto,
Hunc sparus exarmat, uarijs Bellona sub armis
Incitat agricolas, aciemq; impellit agrestem.
Tūc Rex. Qui strepitus? quid uos nēora alta fragore
Concutitis? totasq; incingitis agmine syluas,
Dicite Pastores? nun Dijs nemoralibus ullis,
Est sacer iste dies, aut Pana uocatis ad aras?
Quem contra paucis loquitur sic pastor Opheltes.
Monstrū infandū, ingens, quo tota exterrita ab altis
Diffugiunt armenta iugis, passimq; uagatur
Montibus, hic errat: quid enim natura creauit
Sæuius? horresco referens. nam rite recordor,
Cum me quadrifidam, cuneis urgentibus, ornum
Scindentē aggressum, est opera interrupta, relinquo,
Arripioq; fugam, & taxum, quæ forte dabatur
Obuia, subsilio, uix præ formidine ramis
Detineor, gelidusq; fluit per uiscera sanguis.
Quid tibi tunc cordis fuerat? quid mentis Opheltes?
Iamq; lues aderat frendens, spumantiaq; ora
Huc, illuc uoluit, Libycæ ceu forte leænæ
Cum gliscit ieiuna fames, per Atlanta feruntur
Indomitæ, & uastis replent mugitibus umbras.
Tandem treis, memini, cum sol breuioribus ambit
Mortales radijs, hyemem, frigusq; reducit,
Culmine me miserum taxi considere, noctes,
Quid memorem infandas cædes, uidi, hei mihi, uidi
Corpora natorum, soliti qui montibus istis
Herbida candentes ductare ad pabula tauros,
Mandier, & diris crepitare in faucibus ossa,
Frustaq; cum multo semesa relicta cruore.
Infandam a nobis Dij talem auertite pestem,

Interea Cæsar. Festiuā occasiōem inuenit, qua dilatam consulto Norici belli narrationē diffusius narraret: ac etiā ut Cęsari gratificaretur, qui uenatione plurimū delectabatur. Nam optimi Principes, autor est Dion, uenationē exercent, ut rem optimā saluberrimāq;: unde corpus robustius, & anima fortior efficit, & quæ sequuntur, ostendunt in uenatione bellica omnia exerceri. In urbem Augusti. Nostrates scriptores de urbis nomine uariant, & conditore. Plæraq; fabulosa mihi uidentur. Constat autem olim Rhætiæ ciuitatem fuisse, uidelicet inferioris. Hodie autem Sueuiæ caput est, dicta Augusta Vindelicorū. Reliqua tradit Irenicus in dictione Augusta, lib. enarratæ Germanię undecimo. Sparus. Telum rusticum, non bellicum. Spara nonnulli numero multitudinis protulerunt. Salustius, sparos dixit in bello Catilinæ. Dijs nemoralibus. Quoniā antiquitas putauit, saltibus & syluis Deos præesse, ut Syluanū, Dianam. Lege M. Varronem. Aut Pana uocatis. Maro. Pan curat oues, ouiūq; magistros. cuius effigiē Seruius graphice exprimit. Quid tibi tunc cordis fuerat? Apostrophe ad se ipm.

Libycæ ceu forte Leænæ. Sic habet codex scriptus: & magis placet, quam, uelut atra.

Per Atlanta. Mons Li

Venatio Principibus optima.

Augusta.

Sparus.

Spara.

Dij nemorales.

At tu qui caussam iamdudum intelligis omnem,
Fer precor auxilium, monstrumq; expelle nefandū.
Dixerat: at contra breuiter sic talia Cæsar.
Omnia percepi Pastor, fortissima pubes,
Vosq; mihi uestram nec rem narrasse pigebit.
Lux etenim cum nona diem, solq; aureus orbem
Lustrabit radijs, pelletq; aurora tenebras,
Hos circum montes cuncti, lecto agmine sunto,
Ipse adero, præsensq; mea cum gente iuuabo.
His Cæsar dictis, Augusta ad mœnia pergit.

Solis qualitates per signa Zodiaci.

byæ cātatissimus ad Oceanum Hesperium: a quo Atlantis regio, in qua Sol occidit. Cum Sol, breuioribus ambit mortales radijs hyemē, frigusq; reducit. Siquidem, ut cœlestium rerum scriptores tradunt, Sol a principio Arietis, usq; ad principium Cancri calidus est & humidus, denigrās et augens. A principio autem Cancri, usq; ad principium Libræ calidus est & siccus, maturans. A principio Libræ usq; ad principium Capricorni frigidus est & siccus, faciens declinare mista ad diminutionem. Et a principio Capricorni usq; ad principium Arietis frigidus est & humidus. De dierum diuersitate Poëta plura scribit libro octauo. Porro id quod ad hunc locum haud inconcinne facit, asscribam: uidelicet. Miratur Chrysostomus, cur cum omnis ignis alta petat, in Sole contrarium Deus fecit: ipsius enim radios ad terram conuertit, & lucem fecit inferius uergere: tantum uero dicens ipsi, Persta tu, inferius prospice, & hominibus luce. Propter illos enim factus es. Lucretius probat in quarto, radios Solis excæcare.

Radij solares, cur ima petāt contra naturā ignis.

Iam nox atra polo, & densa caligine mundus
Obruitur, suadentq; micantia sydera somnos,
Cum zephyri posuere, silent syluæq;, feræq;,
Quadrupedumq; genus, homines, pictæq; uolucres,
Et semota iacent solitis animantia curis.
Interea Ortygiæ remeabat Delia luco,
Qua iuga Solmissi, sacrumq; reuiserat amnem
Cenchrion, & uigiles Deli Curetes in antro
Cymbala pulsantes. Etenim Saturnia Iuno,
Sic memorant, olim insidias molita parenti est
Latonæ, quærens partus abolere Deorum.
Tunc uero hostiles, æris crepitantibus, aures
Curetes clausere Deæ, quo mystica ritu
Festa simul celebrant Leleges, Caresq; quotannis.
Ergo illinc diua excelsas inuecta per auras,
Sic secum. Nunq; ne irarum comprimet æstus
Sæua Iouis proles? rigidisq; armata chelhydris
Insultans, iterum ne odijs miscere profanis
Audaces animos uolet? & nihil esse putabit
Quæcunq; Austriadas contra fuit ausa potentes?
Quid memorem excitas gentes, populosq; rebelles?
Atq; Voconitij dirum scelus? ipsa furorem
Mentibus ingessit, placidumq; inimica Tyrannum

Iuga montium.

Solmissus.

Cenchrius.

Ortygiæ. In qua colebatur. eadem em̄ quæ & Delos est, ut plures consentiunt. Sic a coturnice dicta, quæ græce ὄρτυξ. Homerus tamen diuersam facit a Delo. Nam in hac Apollinem, in illius lucis Dianā natam canit. Qua iuga. Iuga montiū nomen acceperunt ab ipsa continuatione, qua iunguntur, ut scribens de limitibꝰ ait Higynus. Solmissi. Mons qui luco Ortygiæ imminet: in quo dicunt Curetas armorum sonitu Iunonem obtudisse ex æmulatiōe insidiantem: quo auxilio eam Latonæ partus latuit. autor Strabo libro quartodecio, unde hunc totū locum Poeta sumpsit. Cenchrion. Idem scribit Strabo in hoc amne, qui per Ortygiæ lucum fluit, Latonam ex partu lotam. Saturnia Iuno. Saturnus ex Rhea sustulit Iouem &

Marte lacessiuit, Morinosq;, extremaq; mundi
Littora Belgarum pictis certare couinis
Impulit, & mentes acreis accendit ad arma.
Quin etiam in somnis stimulat Deus ore Robertum,
Sollicitatq; animos bello, neue ipse relinquat
Intentatum aliquid, stygios inuisere Manes
Imperat, & fontes animarum euoluere pœnas.

Iunonem, ac Neptunũ. Iunonem a iuuando nominatã credo, inquit Cicero: quã Græci Heram appellant: unde Heretum oppidum in Latio, quasi Iunonium, quod in honorem Herę, id est, Iunonis a Græcis conditum est. autor Solinus cap. octauo. Parenti. Id est, matri ipsius Dianæ: quamq; Aeschylus Aegyptios secutus, ut Parrhasius refert, Dianam editam esse scribit ex Cerere, non Latona. Ouidius libro Metamorpho. sexto, ubi partum Latonæ describit, eam eleganter Gemelliferam appellat diuam: quia gemellos pepererit, Apollinem, & Dianam: ad quod alludens Poeta dixit, partus Deorum. Aeris crepitantibus. Sicut & Saturnum, ne uagitu puer Iuppiter se proderet, excogitato nouo lusus genere, clypeolis æneis inter se concurrentes, æris tinnitu, atq; numerosi pedis compositione, qui Dactylus ab eis dictus est, cælauerunt. Latonæ. Hoc nominis a clementia morum sortita est apud Græcos, ex interpretatione Platonis. Curetes. Curetum fabulosam originem Diomedes grammaticus exequitur, & de his quoq; Strabo pluribus disceptat. Deæ. Iunonis. Festa simul celebrant. Meminit item Strabo libro iam citato. Leleges, Caresque. Ita Poeta coniungit, ut Maro in fine octaui, & Ouidius libro Transformat. nono, quoniam uiddicet inter se sunt contermini. Solinus inquit, Bœotij ijdem sunt, qui Leleges fuerunt. Seruium a Beroaldo incusatum, quia dixerit Lelegas Carasq; fuisse Insulanos, Vadianus noster defendit a calumnia, primo in Melam commentario, ubi scribit Cares incertæ originis: ut quos alij Antochthonas, id est, indigenas, nonnulli Pelasgos, alij Curetas existiment: gens usqueadeo armorum pugnæq; amans, ut aliena etiam bella mercede conducti, soliti sint agere. Strabo inter alia libro decimoquarto, narrat Cares usqueadeo præcelluisse in rebus bellicis, ut passim apud Poetas, arma bellica, Carica cognominentur. Carum laudem, ut Roterodamus noster autor est, his temporibus æmulari uidentur Heluetij, gens bello nata, simplex alioqui, ac minime malum hominum genus: cæterum ob crebrum militiæ usum, & uitæ in Caribus incuriam quãdam, prouerbio locus datus est. In Care periculum: quod Erasmus, ut omnia, doctissime explicat. Per excelsas auras. Aurarum nomine datur intelligi proprie tenuis quidam uentus, qui gignitur ex resolutione crassioris aeris, qui rarior puriorq; fit quodam motu & impetu caloris sibi contrarij. Sæua Iouis proles. Designat Palladem, quæ, ut diximus, in toto opere hostis Cæsaris introducitur. Populosq; rebelles. Innuit defectionem Viennensium ad Matthiam Regem. Rebelles dicuntur, qui in fide non permanent, & iussis potestatum repugnant. Henricus Aug. eius nominis septimus, Pronunciamus, inquit, q; illi oẽs & singuli sunt rebelles & infideles nostri Imperij, qui quomodocũq; publice, uel occulte, contra nostrũ honorem & fidelitatẽ, rebellionis opera faciũt, & cõtra nostri Imperij prosperitatem aliqd machinant, contra nos, seu officiales nostros, in his quæ ad commissum eis officium pertinent, rebellando. Voconitij scelus. De quo in primo diximus. Placidum tyrannum. Friderichum Tertium Imperatorem, pacis atq; ocij studiosissimum, quam, ut Egnatius ait, tenore perpetuo quatuor ac quinquaginta annos (tot enim rerum potitus est) coluit: seu fatum id fuerit, quietiore Germania, quàm multis retroactis ætatibus, seu prudentia uerius id Principis effecit. Nihil ab initio antiquius habuit, quàm tuendæ pacis studio. Optimo ergo iure placidus dicitur, hoc est, mitis, sedatus. epitheton enim quietis est placida, & a placeo deriuatur: q; quæ quieta sunt placeant. Tyrannum. In bonam partem accipiũdum. ut apud Maronem hoc uulgato uersu. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni. & in hoc significatu Poeta frequenter utitur hac dictione, ut admonebimus opportune. Euripides quoq; eo in significatu tyrannidem pro imperio usurpauit: extat uersiculus in Isagogico Porphyrij Phœnicis: quanquàm, ut alibi relatum est a nobis, praue legi solet, in codicibus latinis, pro primũ, Priami quidem species digna est imperio. Etiam si contendat Baptista Pius uir doctissimus, legẽdum non proton, sed Priamum, quod illum Homerus pulcherrimum inducat. reliqua ipse probamenta primo in Lucretium commentario adducit. Cæterũ usus obtinuit, Tyrannum in malam partem accipi; & eum significare, qui post-

Iuno. Hera. Heretum. Latona gemellifera. Curetes. Leleges. Cares. Carica. Heluetij Cares. Aura. Rebellis. Friderichus. tertius Imperator pacis. Tyrannus.

habito & neglecto omni aliorũ commodo, sibijpsi dumtaxat prospicit, & propriæ mentis cupidine dominatur. Morinosq;. Innuit seditionem Brugensium & Belgarum in Cæsarem Maximilianum, cuius etiam in primo meminit.

Hæc hausi, quanq; per nigra silentia demens
Crederet occultam, puroq; ex æthere uidi,
Quid uacat? en etiam mœstas bacchata per urbes
Pugna Erebi Numen, furialibus excitat armis
Pectora, iam cœlo pugnet pater, atra coruscans
Fulmĩa, & Austriadas trudatq;, adigatq; sub umbras
Iratus, uel nubigero compellat ab Hemo
Belliger Edonias Mauors in bella phalanges.
Verum ego, scandescant Superi licet, armaq; contra
Suscipiant, obstabo ferox, operaq; iuuabo
Magnanimũ Austriadem, qui me ueneratur, & aris
Lancibus imponit fumantibus exta quotannis,
Et modo tergeminam, modo me Perseida prolem,
Nunc Cererem uocat, accensos facturus ad ignes
Sacra Deis. meritis nun plane ingrata uiderer
Ni præsens olli faueam? nam Iuppiter olim
Magnorum iussit lateri me assistere Regum,
Et parere his multo partos sudore triumphos,
Nec, quamuis ortu, Libycisq; superbiat hydris,
Terrebit Pallas. nam mi quoq; Iuppiter ipse
Est pater, ingentesq; arcus, Pharetræq; minaces
Haud desunt: si bella uolunt, pugnemus & ipsi.

Lunæ silentium.

Per nigra silentia. Sub audi, Lunæ, iuxta Maronem, qui ait, tacitæ per amica silentia Lunę. Vel per nigra silentia, id est, terribilia, ut idem. nunc ipsa silentia terrẽt. Tunc autem dicitur Lunæ silentium, seu luna silens, ut Marcus Varro, & Plinius, cum nihil tenebris cernitur, sed non ita tamen, ut ipsum interlunium, aut Lunæ coitum plane intelligamus. ut docet Politianus in Miscellaneis, refutans Seruianam sententiam. En etiam. Hoc libro quoq; primo scriptũ est. Iam cœlo pugnet pater. Permissio, rhetorum color notus, cum id fieri permittere uidemur, quod summopere fieri nollemus. ut illud Maronis. I, sequere Italiam, uentis pete regna per undas. Atra fulmina. Nociua, pestiferaque, quæ mortem exiliumq; portendant. Albertus noster, Augurum inuenta ad fulminum discretionem friuola asserit, & absq; consyderatione philosophica: nec dignum censet, ut disputetur contra ea, quasi nulli rationi innitantur. Adigatq; sub umbras. Sic, ut apud Maronem, quem Poeta feliciter imitatur, legendum est, & non abigat. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Belliger Mauors. pro Mars, a maribus quibus in bello præesse creditur, appellatus est. ut docet Varro.

Permissio.

Mars.

Edon. Edonij.

Edonas. Vel Edonias, pro Thracias, ut apud Papinium. Edonios currus. Edon Thraciæ mons, a quo Edonij populi dicti sunt. meminit Plinius capite undecimo quarti. Nubigero ab Hemo. Nam in tantum altitudinis abit Hemus, ut Euxinum & Hadriam ex summo uertice ostendat. Qui me ueneratur. Scilicet propter uenationis studium, & colit etiam sacrificijs, meq; multis nominum præconijs celebrat. Artificium poetæ, ne uideretur sine caussa Dianam introduxisse fauentem CAESARI. Et modo tergeminam. Maro. Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ. Nam quorundam opinione, eadem est Iuno, Diana, & Proserpina: ex quibus Hecate, ut est apud Lucanum, commune numen efficiatur. Perseida prolem. Hesiodus in Theogonia tradit Asteriam ex Perseo Titane Hecaten genuisse: unde Perseis dicitur. Huic Iuppiter elementa subiecit, & cœlo Hereboq; potentem facit. unde & Hecate dicta est, ut ex eodem discimus Hesiodo. Maro. Ter centum sonat ore Deos. Sic enim doctissimus Ianus hunc locum interpretatur; ut dicat Hecaten a Saga ter inuocatam, quam per centum Deos obscure quidem, uerum peritissime designauit, ad amplissimam Deæ potestatem, & nominis rationem simul alludens, Id ab ἑκάτον trahitur, quod apud Græcos idem ualet, quod

Hecate.

centum. Nunc Cererem uocat. Philosophi dicunt, non esse nisi unum Deum, & unam olem, qui pro ratione officiorum uarijs nominibus appellantur. Vnde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem uocant: item Lunam eandem Cererem appellant, eandem Dianam, eandem Iunonem, eandem Proserpinam: & sub aliarum quoq; appellationum uarietate uenerantur. Facturus sacra Deis. Id est, sacrificaturus. Dicimus autem, facio tauro & ariete. Maro in Palemone, Quum faciam uitula, pro frugibus ipse uenito. Nam Iuppiter olim. Sumptus locus ex Hesiodo. In iudicio, inquit, apud reges uenerandos sedet. Dicit autem C AE S A R I deesse uel ob hoc minime posse, cum sibi hoc officium a Dijs immortalibus attributum sit, ut regum latera sectetur. Et parere his multo. Et hoc ex eodem. qui bonam, ait, Dianam in certamine: quibus enim ipsa fauent, ij ui & robore pulchrum præmium sibi acquirunt facile. Nec quamuis ortu. quoniam Pallas fingitur nata ex capite Iouis. Facere sacra.

Pugnemus & ipsi. Interdum Latini poetæ more Græcorum Deorum nomina utroq; genere protulerunt. credebant enim promiscui esse sexus. Nam θεὸν, pro Deo & Dea poni usitatissimum. Sic Maro. Descendo ac ducente Deo, flammam inter & hostes Expedior. item, nec dextræ erranti Deus absuit. Nam illic Venus, hic Iuno intelligitur.

Dixerat. Interea bigis rutilantibus Eos
Substulit os sacrum, uultuq; retexit olympum.
Tunc Diua in nemus, & lucos se contulit altos
Qua Cæsar uenturus erat. monstrumq; domandū,
Cœlestes uultus, Phœbæosq; exuit artus,
Quæ uelocipedem summis de montibus Opim
Finxerat errantem, uel agentem in retia ceruos,
Vel poterat Dryadum formosior una uideri,
Fibula cui limbum collegerat arcta fluentem,
Et roseo sparsi pendebant uertice crines,
Qualis per Cynthi lucos, aut per iuga sacræ
Orthygiæ graditur, nullis comitata Napeis.
Interea pharetris, arcuq; armata iuuentus,
Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine regem
Expectant, ardent animi concorrere monstris,
Et timidas alto depellere uertice damas.

Interea bigis. Circumlocutio orientis diei. Eos. Aurora, hoc est, subrutilans ille color aeris solarem globum antecedens: qui ubi apparuit, iam non aurora, sed dies est, radijs aerem collustrantibus. Tunc diua in nemus, & lucos se contulit altos. Id est, montes. Siquidem Diana uagari fingitur a poetis, & per nemora montesq; oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos. Nec specie quidem semper eadem, unde dicit. Cœlestes uultus, Phœbæosq; exuit artus. Intelligit autem cursus solares. Nam Diana, quæ & Luna in cœlo, modo pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla, uelut solis discipula obsequitur cursibus fraternis. Scrutatores rerum naturalium, uarias opiniones prodiderunt, de splendore Lunæ, utrum habeat proprium, an notho lumine luceat. De septennaria lunaris luminis dispensatione, pulchre Macrobius, & nos alicubi dictauimus. Obiter addam, nos a diuo Ambrosio in Hexamero admoneri, ex mystico Lunæ mutabilis exemplo, nihil rerum humanarum esse posse, quod non aliquando resoluatur. Eos.

Velocipedem Opim. Epithetum nimis græcissat. Opis nympha fuit, cuius etiam Maro meminit, & habet primam longam. Filia Cœli & Vestæ, quæ etiam Rhea dicitur, primam habet breuem. Dryadum. Arborum Deas antiqui Dryades appellauerunt, quoniam Δρῦν apud Græcorum uetustissimos commune plantarum omnium nomen erat. Limbum. Limbus muliebre uestimentum, purpuram in imo consutam habens. Maro tamen pro fascia accæpit, quæ ambit partem uestis extremam. Fluentem. Solent enim uestes laxiores, quasi undatio fluctuare & perfluere. Per Cynthi lucos. In quibus uim propriam Diana exerit, sicut in cœlo Luna. Opis. Dryades. Limbus.

Sacre Orthygiæ. Ipsi scilicet Dianæ. nam in ea, ut paulo ante dixi, colebatur. Napeis. Nymphæ Florum, ab eo quod est νάπη, uel νάπος: quod latine saltum, uel campum significat. Et quia in recessibus intra montes flores optimi nascuntur, ideo apposite dicit, Dianam nul-

las comitari Napeas per iuga gradientem. Timidas damas. Sic proprio epitheto appellantur a Marone & Horatio. Martialis imbelles uocat.

Primus ibi ante alios, circũdatus agmine magno,
Emicat Albertus, uastisq; sonantia gestat
Tela humeris, alacer uultu, dignusq; uideri.
Hic curam ingentem premit, & sub pectore uersat
Venturum excidium populis, cædesq; cruentas.
Parte alia æripedem campo calcaribus aureis
Vrget equum indignans, nitidoq; hastilia ferro
Concutit, & rapidos præuertitur æmulus Austros
Lantgraphius mauors: qualis Pangæa peragrans
Thrax agit Odrysias, Adomantæasq; cateruas.
Segnior haud illo Virthymberzentius heros
Altum inuectus equo, spumantibus ora lupatis
Laxans, puluercam cursu mouet æthere nubem.
Olli gemmatum subnectit fibula cornu
Aurea, & agglomerat textura, atq; implicat auro
Labentes in terga comas, crinemq; fluentem,
Spicula bina manu, Phœbo uelut esse putamus
Cum Dryopas, Clariosq;, & Ie clamantia Pæan.
Gemmosum. Agmina per Lyciam, & saltus impellit Imaui.
Hinc Brunsuychides, cui paruo in corpore uirtus
Summa uiget. qui gentis auos memorabat Othones,
Pube aderat iuuenum, Cadmi nec iturus ad urbem
Tydeus Oenides magno secus hæsit Adrasto.
Nec te Iuliaci imperium, populumq; regentem
Præterijsse sinam, diuinæ prolis alumne.
Pone ardens Casimyrus adest, sequiturq; parentem,
Dryopes. Cui uix purpureæ nigra lanugine malæ
Tinguntur, duro sed habentur casside dignæ.
Nec non & pictis heros Zornensius armis
Fulgebat: qualem Nymphæ Cyllenides olim
Parrhasijs memorant, uenantem Oriona syluis.

Aeripedem equũ. Propter ferreas soleas. Præuertitur. Et præuerto & præuertor dicebant antiqui. Qualis Pangæa peragrans. Comparatio maxime apta. Thraces enim robustissimi, quales uenatio requirit. Pangæus mons Thraciæ. Odrysias. Odrysarum gens Thracia, cuius Imperium ab urbe Abderorum ad pontum usq; Euxinum extẽdebatur. Odrysarum solum Hebrum fundit, ait Solinus. Adomantæasq; cateruas. Alij Odomantes, Thraciæ populum scribunt, atque sine spiritu. Vyrthymberzẽtius heros. Huius genus, moresq; Nauclerus scribit. Gẽmatum. Gẽmis distinctũ, ornatũq;. Gemmosum enim dici uolunt, quod totũ e gemmis sit. Spicula bina manu. A parte totiũ. Nam mucro sagittæ proprie spiculũ dicitur. Phœbo uelut esse putamus. Apollinis nomẽ. Quatuor hæc refert, & medicum, & uatem, & iaculatorem, & musicum. Dryopas, a Dryope Lycaonis filio, gens uetusta, prope Parnassum, debellata ab Hercule, ac traducta in Peloponessum, ut ait enarrator Apollonij poetæ. Sunt & alij Dryopes in Illyrico. Clarios. Colophonios. qui Clarium oppidum habitabant, in quo Apollo colebatur: & ut apud Macrobium est, sacerdotes eius aqua sumpta fundebant oracula, unde & Clarius dictus. Et Ie clamantia Pæan. Sic legendum, uel Io, cum liber typis excusus perperam habeat, & se clamantia. Ie aũt feri & iaculare significat. Io uero particula, modo exprimit lætitiã gestientis affectũ. Ouidius, Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan. modo dolorẽ innuit. Tibullus. Vror Io, remoue sæua puella faces. quanq; arbitror apud Ouid. legendũ Ie, utpote alludentẽ ad Latonæ matris adhortationẽ: quæ cũ ex Chalcide Dianã & Apollinẽ in Delphos trãsportaret, euenit forte fortuna, ut iuxta specũ in q̃ Pytho latitabat, pteriret. Vbi uero iã psiliẽs Pytho impetũ ferret in illos, Latona mulier: more territa, filij auxiliũ inclamauit his

Ie.
Io.

uerbis, ἱε παῖ, id eſt, iaculare fili. Ibi Apollo qui tũ forte arcũ geſtabat, miſſo telo Pythonẽ interemit. Vnde in ſacris Apollinis canentes Latonę uocem referebant, ie Pæan. Per Lyciam. Vbi magna ſuperſtitione colebatur: ut ipſum nomen Lycius Apollo, & Lyciæ ſortes fatentur. De Lycia uide Strabonem & Plinium. Imaui. Montis, qui ab indico mari incipiens, continuo tractu Aſiam diuidit, ut Apenninus Italiam: uariaq; ſortitur nomina, quæ Plinius refert. Dixit autem Imaum, intelligens Taurum, qui ſic appellatur ubi Lyciam, ſeu Lyciæ conterminam Ciliciam attingit. Perinde ac ſi Danubium apud Vlmanates nauigaret quiſpiã, ac diceret, Iſtrum nauigaſſe: cum Iſtri nomen alibi incipiat. Hinc Brunzuychides. Ericus, qui cum fratre Heinricho paternam ditionem diuiſit. Summa uiget. Iuxta illud, ni memorra labor, Papinianum. Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Othones. Genus nobiliſsimorũ Ducum Brunzuygum, Albertus refert cap. uiceſimo primo Noni Saxoniæ. Siquidem Saxonicus eſt ſanguis, a Brunzuygo oppido memorabili magno & populoſo nomen accępit, cuius fit multa mentio apud eundem autorem: ut generis potentia, temporis uiciſsitudine decreuit, annales noſtri tradunt, & idem Albertus omnium diligẽtiſsime, qui & eodem ſtudio trium Auguſtorum Otthonum res præſcripſit. Horum uirtute, ut obiter de his dicam aliquid & chriſtiana pietas, & res Italica reſpirauit. Vrbem Cadmi. Thebas, quas e Phœnicia profectus Cadmus in Bœotia condidit ex oraculo pręuiam bouem ſecutus, ut cecinit Ouidius. Vnde uniuerſa quandoque Bœtica Cadmęis dicta eſt, ut docet Thucydides. Nec te Iuliaci. Vuilhelmum Ducem Iuliacenſem & Bergenſem intelligit, qui autore Cæſ. Maximiliano, unicam filiam ſuam Ioanni Ioannis Ducis Cleuenſis filio coniunxit: atq; ita treis Ducatus, ad unius gubernium acceſſere. De quorum initijs Irenicus ſcribit libro tertio. Diuinæ prolis alumne. Fingit Iuliacenſem familiam e ſanguine Iulij Cæſaris prognatam. Neq; temere tamen: ſiquidem fertur Iulius condidiſſe Iuliacum, cuius fit mentio apud Antoninũ. Heros Zorneſius. Comitem ſignat de Zorno, q pręfectus aulæ fuit Cæſ. Maximiliani. Cyllenides. Archadicæ a Cylleno monte. Oriona. Satellitem Dianæ, de quo alibi dictabimus. Parrhaſijs. Arcadicis, ab oppido Parrhaſio.

Lyciã.

Duces Brunzuigeñ.

Cadmęis.

Poſtremo Auſtiadæ fidus ueſtigia Langus
Præcedit, regni curas ſortitus & orbis.
Hic nitet ante alios forma pulcherrimus omnes,
Non ſecus humentes uel cum nox ingerit umbras,
Vel ſurgens Aurora diem, lucemq; reducit
Lucifer aſtrorum ſplendens ſuper eminet ignes,
Quem niſi belligerum præformidaret amantem
Alma Venus, Cyprum ſecum rapuiſſet in altam
Læta, ut perpetuos olim ſibi iungeret annos.
Præterea innumeri, quos elicit æmula uirtus,
Regem expectabant: tandem ſtipante caterua
Egreditur Cæſar, qualis cum corriger Hammon,
Heſperidum in ſacros pubem Garamantida lucos
Educit, ſedet ille altum, uultuſque uerendos
Exerit, & uiſo gaudentq;, pauentq; tonante.
Aut cum cœlicolis curru ſpectandus Eburno
Offertur, ſacraque nouos ciet Elide ludos.
Itur uenatum, rumor uolat agmine facto
Paſtores trepidare iugis, Alpinidos urſæ
Induit hic pellem, ſudibus ferus ille præuſtis

Poſtremo Auſtriadæ. Matthęum Cardinalem Saliſburgenſem intelligit, ex Langorum familia Auguſtana: quem toto opere, ut marginariũ admonet ſcholium, tanquam Achatem Maronianum Cæſari adherentem iducit. Sortitus regni curas. Sapientẽ quidem. Nam ut fertur, uir unus haud uidet oĩa. Forma pulcherrimus. Quoniam ut ex Ciceronis uerbis colligimus, pulchrum corpus bonæ menti paratur: quę cũm ſint uulgata, non adſcribam. Humentes umbras. Quia nox humida eſt. Lucifer. Cum antegreditur Solem: cum autem ſubſequitur, Heſperos uocatur, & intelligit Veneris ſydus ęmulum Solis & Lunę. Supereminet. Eſt enim Lu-

Lucifer.

Heſperos.

Vmbriferos cingit montes, atque inuia lustra,
Hic suspensa rudi gestabat retia conto.

cifer tantæ claritatis, ut eius radijs umbræ reddantur, Plinio auctore. Hic etiam uibar dicitur, ut dicit Seruius. Cæterum ex octauo Maronis poeta hunc sumpsit colorem. Alma Venus. Peculiare hoc Veneris epithetum apud Lucium. Pio teste. Alma, sancta, siue pulchra: uel alens, ab alendo, autor Pompeius. Belligerum amantem. Id est, Martem. Non fuit in toto notißima fabula cœlo, ut est apud Ouidium. Qualis cũ corniger Hammon. Comparatione innuit, talem fuisse Cæsarem, qualem fas est credere Iouem esse, cum se ad Hesperidum hortos stipante Garamantum pube confert. Sacros. Quoniam Iunonis horti erant. Ciet Elide ludos. Olympicos scilicet, quos Hercules in honorem aui materni Pelopis edidit, ut ait Solinus. Quo autem ordine Pelops Herculi coniunctus erat, docet Lactantius in principio Sexti Thebaidos, super illud Statij. Hunc pius Alcydes Pelopi certauit honorem. Docte plura de Olympicorum institutione & successu scribit Cœlius Rhodiginus.

Alma. Olympici ludi.

Vt uentũ in syluas, cunctos labor euocat ardens,
Hic tortas laxare plagas, hic tendere neruos
Incipit, hic lato uibrat uenabula ferro.
Figebant alij laqueos, altosq; pererrans
Hic montes, cornu pubem stimulabat adunco,
Monstrabantq; uias alij, sic ordine longo
Indagant syluas, & ui nemora alta recludunt.
At Rex haud timidas montis de uertice damas,
Vel ceruos glomerare fuga, propiusue sagittis
Optat agi, aut imis spumantem in uallibus aprum.
Sed monstrum, ceu Parthenijs Calidonius umbris
Arduus Hippomanes sequitur, totumq; recurrit
Per nemus, ingentiq; uocat clamore sequentes.
Vallis opaca fuit, quæ circum umbonibus altis,
Et scopulis præcincta iacet, stant undiq; rupes
Nubiferæ, tantum scissis ui cautibus, horrens
Semita, monstrificæ uallis contendit ad imum.
Illic fons nitidus, prædulcibus adstrepit undis
Flumen agens, sacrumq; caput, crinesq; madentes
Diffundit per prata uagus, scenisq; coruscis
Gaudet, & Herculea prætexere tempora fronde.
Ille locus Nymphis sacer est: nam sæpe uideres
Arcadio huc diuos arcessere Pana Lycæo.
Cum flauam Harpalicẽ, uitreoq; Hyalitida uultu
Insequitur, Tegeæa minus sibi Mænala curæ,
Aut Homoles gelidi uirides circundare saltus.
Fronde sub aduersa, penitusq; in ualle reposta,
Magnum immane patet scopulis ingentibus antrũ,
Obscuroq; aditu, tenebrisq; in faucibus horret,

Parthenius.

Ceu Calidonius Hippomanes. Alludit ad fabulam Atalantę quã narrat Ouidius in decimo Transformat. Parthenijs. Arcadicis. Mons enim est Arcadiæ Parthenius, inter clariores præcipuus, in quo frequenter uenari solita est Diana cum uirginibus, unde & nomen ei, ut ait Seruius. Extant & Probi quædam glossemata, quæ teste Iano, sic habent. Parthenius Arcadiæ mons dictus a uirgine Atalante, quod in eo exercebatur. Vallis opaca fuit. Topographia, uel potius Topothesia, id est, ficti loci descriptio, qui secundum Lactantium est ex licentia poetica. Idem enim uult topographiam dici, ubi ueri loci facies demonstratur. Herculea fronde. Populea. Est ẽm populus arbor Herculi sacra. Arcadio Lycęo. Hic mons sacer erat Dianæ atque Fauno. De pore Papinius illas e lucis Hecate specula ta Lycęis. De Fauno Maro. Panos de monte Lycęi, in quo olim templũ nemini licebat ingredi. Plutarchus & Hyginus au-

Monstrorum hæc sedes, ursosq; lupos q; rapaces
Audires fremere, & prætortis cornibus uros.

tores. Tegeæa Menala. Arcadica, a Tegea Arcadiæ oppido, cuius meminit Homerus, ut scribit Homerus, ut item Pausanias. Deducitur inde muliebri genere Tegeatis, masculino Tegeates, & Tegeæus apud Propertiū. Et calami Pan Tegææ tui. Nam sicut nemęa nemeæus facit, sic etiā tegęa tegeæus. Quin & Tegeaticus. Papinius. Et de Menalia uolucer Tegeaticus umbra. Homoles. Hic, ut Otrys Thraciæ montes Marone cantati. Descēdunt Centauri, Homolen, Otrynq; niualem Linquentes. Prætortis cornibus Vros. De his plura Cæsar Sexto commentario belli Gallici, & ego latius in Septimo huius operis libro dicam.

Homoles. Otrys.

Huc se magnanimus, Lango comitante per umbras
Contulit Austriades, dein fontem, & flumen adorat,
Atq; Deas, Nymphasq; loci: dumq; omnia lustrat,
Exploratq; oculis, Rex ense decorus & arcu,
Ecce ruens summo uicini culmine montis
Monstrum infandū, ingens, satiatum cæde ferarum,
Speluncam petit infrendens, concussa fragore
Ingenti nemora alta tremūt: uelut orbe profundo
Eliciant Hecatem, Manesq; & tartara uertant
Thessalici cantus, gemat atro Tænarus ore,
Argolicæq; labent urbes, Phœbeq; tremiscat.
Vel cum se uastum referunt Cyclopes in antrum
Aetnæi, audires siculas mugire cauernas:
Illi indignantes, nemus a radicibus imis
Conuellunt, tolluntq; caput, nec celsius ulla
Populus Herculea cœlo se subijcit umbra.
Vrsus erat, ceu fama recens peruenit ad aures,
Horrendum uisu monstrum, cui lumina toruo
Intus opaca micant capiti, gliscitq; per ora
Infrendens rabies, uastisq; e faucibus extra
Eructat spumas, & inanem polluit auram.
Exæquat dorso montes, & cruribus altas
Exuperat quercus, dentes tribus exerit ulnis,
Saturniq; refert intortis unguibus Harpen.
Inarimem quondam sub terras tristis Echidna
Incoluit, Nymphe uultu, tenus inguine serpens
Inferius, sæuo quæ mysta Typhaone natos
Horrendos peperit, custodem Cerberon orci,
Cuius demersos terret uox ærea Manes,
Lernæamq; Hydram, quam ferro atq; ignibus hausit
Amphitrioniades cum belligero Iolao.

Monstrum infandum. Demonstratio color rhetoricus, cū ita uerbis res exprimitur, ut ante oculos esse uideatur. Tęnarus. Promontorium Laconiæ, clarum marmore laudatissimo, ut scribit Plinius. Ferūt illic ad inferos aditum patefecere, quē eleganter describit Seneca in Hercule furēte. Cyclopes Aetnęi. Quia Siciliam inhabitauerūt, iuxta fabulas poetarū fulmina Ioui sufficientes: unde dixit poeta noster, audires siculas mugire cauernas. Hesiodus treis memorat, Asteropem, Brontem & Argem: & Cyclopas appellatos ait, quod unus singulis oculus, & is in media fronte circinnatæ rotunditatis esset. Eosdē circulares cœli uertigines, representare Zeno disputat. Alij ex ipsis nominibus cœli tempestates interpretātur. Subijcit. Id est, extollit. Maro. Et corpora saltu subijciunt in equos. Harpen. Vnde alibi, Saturnida conficit Harpen. Ita dicta est falx Saturni, qua Persæum caput Medusę abscidisse dicūt, ut apud Lucanū. Inarimē quondam. Narrat Vrsum ab Echydna traxisse origi-

Demōstratio. Tęnarus. Cyclopes. Harpe.

Sed primum ante alios latrantem sustulit Orthum
Oceano in magno, nullumq; hoc sæuius usq;
Progenuit natura nefas, tribus ora relaxat
Faucibus hic, trinumq; caput, tria guttura pandit.
Interea Alcides Erythæo in littore uictor
Gerionem extinguit, monstrũ domat, inde reuectus,
Infandas cædes populis ostendit Iberis.
Mox & Bebrycios montes, & inhospita transit
Volcarum regna, & longe possessa colonis
Arua Tricastinis, qui monstri dum inficit agros.
Vicinasq; alpes, infractaque saxa ueneno,
Prociduis tellus guttis, & sanguine fœta
Virus alit uenis, recipitq; in uiscera tabem,
Et partum iuuat infandum calor, atque agit intus.

nem, quæ inferne serpēs erat uarius ac crudelis, superne aũt uultũ habebat uirginis, ut est apud Hesiodũ in Theogonia. Inarimem. Cõposita dictione nostri accipiũt, insulam in ora Campaniæ, de qua longe Strabo disceptat. Eadem Pithecuse memoratur, ab historia quã Suidas refert. Sub terras. Echidnæ em̃ fuit sub terris spelunca sub curua petra, a Dijs ac mortalibus longe seiuncta, ut idem Hesiodus cecinit. Typhaő ne custodem. Ianitorẽ, qui uestibulum seruat. Orci. Plutonis. Orcum Plutonem significare docet Plautus, ita loquẽs. Apud orcum te uidebo. Terret manus. Latratu trifauci, ut dixit Maro & Seneca. Hic sæuus umbras territat stygius canis. Qui terna uasto capita concutiẽs sono, Regnum tuetur, & Poeta statim, tribus ora relaxat Faucibus, trinumq; caput, tria guttura pandit. Lernæamq; hydram. A Lerna lacu Argiuorum: quę tantæ magnitudinis fuit, ut eam Hercules sine nepotis Iolai auxilio nequiuerit conficere: cuius symbolum exponemus in fine Noni, super his uerbis. Et semp plagis uiuacibus hydram. Amphitrioniades. Hercules. Orthum. Vide, quę primo diximus commentario super illo uersu, Orthonq; & stabulis quem prodidit Eurytiona. Alcides. Hercules. Gerionem extinguit. Notum id ex Marone. Iberis. Hispanis. Nam quæ nunc a rege Hispano Hispania dicitur, ab amne prius Ibero Iberia dicebatur, autor Trogus: eiusdem regionis alluens oras mare Iberum fertur. Mox & Bebrycios montes. Sensus est: cum Hercules uictor ex Hispania rediisset, monstri ueneno, quod in terrã fluxit circa Alpes nata esse uaria monstrorum genera. Bebrycius, id est, Pyrenęos. lege Syllium ĩ tertio, et de Bebrycijs populis Val. Flaccum in Quarto. Volcarum. Gens est prouinciæ Tholosanæ. Meminit eorundem Plinius, & Volcarum nomen apud Ptolomæum celebre est. Mela gentis quoq; meminit in descriptione Rhodani, & Syllius in tertio, unde poeta hunc locum sumpsit. Tricastinis. Accolæ hij sunt Druentiæ fluuij, qui iter Hannibalis aliquantulum remoratus est, cum sit transitu difficillimus, per agros erumpens. Vnde Syllius. Turbidus hic truncis saxisq; Druentiæ lętum Ductoris uastauit iter. Iuuat calor, & agit intus. Id est, dat uires, & impellit ad generationem. Videtur accedere ad eorum sententiam, qui principium rerum naturalium uolunt esse quatuor elementa, ut Empedocles Agrigẽtinus. Sed qui quatuor ex rebus posse omnia rentur, ex igni, terra, atq; anima procrescere, & imbri, magnopere a uero, longeq; errasse uidentur. autor est Lucretius.

Orcus. Lerna. Iberia. Bebrycij. Volcæ. Tricastini.

Monstrificum extemplo natũ genus omne ferarũ,
Hinc Alces, Vrosq; boues, geticumq; Bisontem
Creuisse accipimus, Machlinq; per æquora uectam.
Insula nunc uastis nutrit Codanonia syluis:
Nec minor hac Eale nigranti fœta ueneno
Prodijt ex terra, gerit alta hæc lurida fronte
Cornua, & alterno ruit in certamina motu.
Visus & Ichneumon, liquida se mergere terra,
Et Phœbo siccare cutim, nunc fœmina, nunc uir,

Hinc Alces, urosq; boues. Aduertendum, Animalium sicut & cæterarum rerum, secundũ locorum qualitatem euenire diuersam omnino generationem. Siquidẽ sunt animalia, quæ non nisi locis calidioribus ꝓueniant: ut Elephantes, Leones. Serpentes. Alia quæ locis tãtum frigidis

Naturæq; potens, formas uariantis Hyæna. procreentur: ut Bisontes, Vri, Alces, Tragelaphi. Multa quæ locis omnibus generentur: ut boues, equi, sues, cerui. Quos Africa propemodũ sola non gignit, ut Herodot. et Plinius testantur. Alces. Apud nos & Alces inflexione tertia, & Alce prima, ut græci, adnotauit Hermolaus: qui & refert cap. decimo octaui Plinianarum castigationum de Alcis uerba, quæ dicunt Capitolinus & Pausanias, Nota, sunt, quæ de hac fera Cæsar tradidit commentario sexto, & Solinus cap. tricesimo secundo. Ego libro octauo commode adscribam Erasmi Stellæ uerba, quę docent, hallucinatos esse, qui de Alce scribunt ea, quæ de Machli fera potius intelligenda sunt. Vrosq; boues. Ex Plinij uerbis satis patet, quos hodie Bubalos uocamus, alios esse a Bubalo Pliniano. Geticumq; Bisontem. Id est, Schyticũ, quoniam Scythia Bisontes quoq; gignit: licet alias paucissima gignat animalia, fructuum inopia. Scribunt & de hac fera Plinius libro octauo, Cæsar libro iam citato, Solinus cap. quo supra, Plinius item tradit huius ferę usum in medicinis lib. uigesimo octauo. Machlin. Ex Plinij uerbis deprehẽdimus, hanc feram esse Alcibus haud dissimilem. Codanonia. Scandinauiam intelligit, a sinu Codano: cuius meminit Plinius lib. quarto. Et Solinus, qui ait: Scandinauia insula e regione Germaniæ, mittit animal quale Alces, Plinius nominat Machlin. Nec minor hac Eale. Innuit, nõ solũ monstri sanguine nata esse monstra septentrionalia, quorum meminit Plinius lib. octauo, sed etiam quæ in alijs orbis partibus esse dicuntur. De quibus Plinius, Aristoteles, & Solinus quædam. Describit autem poeta elegãter Ealen, iuxta Plinium ipsum: quem uide cap. uicesimoprimo octaui. Lurida cornua. Id est, supra modum pallida. Vnde rana lurida Varroni, & uenena lurida poetis dicuntur. Visus & Ichneumon. Huic cum Aspide, ut Plinius autor est, perpetuum & internecinum bellum est: meminit item Strabo. Liquida terra. Hoc est, limo, in quo se sæpius mergit, & postea sole siccat. Lege Plinium lib. octauo, ubi bellum Ichneumonis & Aspidis exponit. Quod & Lucanus innuit in Quarto hoc uersu. Aspidas ut pharias cauda sollertior hostis Ludit. Nunc fœmina, nunc uir. Quoniam utrunq; retinet sexum. Ichneumones certamine inter se congrediuntur. Victus pro fœmina patitur, partuq; uictoria deprehenditur. Præterea Latonæ & Lucinæ sacrum dicunt.

Alce. Alces. Bisontes. Machlis. Codanonia. Eale. Luridum. Ichneumon.

Formas uariantis Hyena. Quoniam & Hyenis utramq; esse naturam, & alternis annis esse marem, alternis fœminam fieri, & parere sine mare, creditum est. Aristoteles negat. Multa mira de ea produnt, quæ plurima in Aphrica gignitur. Sed maxime sermonẽ humanũ inter Pastorũ stabula assimilare, nomenq; alicuius addiscere, quem euocatũ foras laceret, ut est apud Plinium.

Hyena.

Ergo inter diros partus, terræq; nocentis
Progeniem infandam, dictu mirabile, monstrum
Exeruit caput, & uillosos extulit artus
Vrsus humo, rapuitq; fugam, transq; insilit alta
Celtarum nemora, atque Alpes insedit apertas:
Inde genus, prolesq;, & adhuc millesima pestis
Errabat sylua in magna, montesque per altos
A stabulis armenta fugat, uisũq; nefandum
Nymphæ desertis fugiunt Alpinides umbris.
Hanc cuncti inquirunt, reserantq; indagine syluas.
Interea Cæsar, strepitus cum uenit ad aures,
Immensusq; fragor, quibus antra, nemusq; repente
Mugijt, expectat cupidus, positisq; sagittis,
Quas iubet ex humeris fidum suspendere Langum,
Ensem uulnificum uagina extraxit eburna.
Ecce autem longe turbata apparet imago
Ingentis monstri: ac uelúti sub rupe Leonem

Ergo inter diros partus. Concludit Vrsum a principio illinc natum esse, à quo hic ultimus supstes adhuc erat. Celtarũ. Vno nomine Græci Gallos omnes Celtas nominant. Et in Celtico Appianus, Senones qui urbem incenderunt Celtas uocauit. De populis Galliæ lege Ammianũ, qui Galliam minutatim disparititus est in multiiugas ꝓuincias. Alpes. Etymum Alpiũ in Staurosthici commẽtario explicaui. Ne adscribam, quę de uarijs Alpiũ uocabulis Alciatus Mediolanensis in Annotationibus suis in Tacitum scribit: caussa est autor ele-

Celtæ.

Frondiferæ Nemees, nodoso robore fretus
Aspexit primum Alcides, & creuit utrinque
Pugnandi rabies, cauda saxa aspera pulsat
Alter, & argolicas longum mugire Cleonas,
Atque Ioui sacrum credas Apesanta moueri,
Amphitrioniades mota ferit aëra claua,
Memea. Perlustratq; oculis, qua parte haud irrita dextra
Vulnus agat: sic Cæsar erat, sic horrida monstro
Effigies, feruetque oculis ardentibus ira.

gantis commētarioli in librum de moribus Germanorum eiusdem Taciti, qui hæc ante me excerpsit atque uulgauit. Millesima pestis. Hoc est, ultima. Ouidi. Tua sit millesima puppis. Nemees. Sylua Arcadiæ insignis, leone illo uicto & strangulato ab Hercule. Cleonas. Cle-
Cleone. one mediocre oppidum in uia situm quæ ex Argo Corinthū ducit. Vnde Leo Nemeęus, etiā
Cleonęus dicitur. Papinius, Ante Cleonei uestitur prælia monstri. Lucanus, Ille Cleonei proie-
Apesas. cit terga leonis. Apesanta. Apesas mons est Nemeæ, ut & Pindarus & Callimachus testantur. Vnde Iuppiter Apesantius.

Ventum est ad pugnam, laxat bipatentibus ora
Faucibus Orthigena, & dictu, uisuque tremendum,
Ore uomit saniem, semesaq; membra uirorum
Eructat per inane, & uerberat aëra tabo.
Stat Cæsar contra, quid enim tremefecerit illum?
Intenditq; animum: ueluti cum Delius ardens
Prostrauit calidis luteum Pythona sagittis.
Vis Solis. Nec mora, dum patulo monstrum crudescit hiatu,
Impatiensq; sui per uulnera corruit, olli
Transabijt costas Cæsar mucrone corusco.
Protinus infecta est effuso sanguine tellus.
Contra ira indignans, gemitum sub nubila tollit
Horrendum, quo imę ualles, nemora, inuia lustra
Syluarum, & motæ longum intonuere cauernæ.
Nescit stare loco furor igneus, obuia cędi
Fit monstro rabies maior, gaudetq; periclo.
Atque ut in Hercynijs certantem Iazyga lucis
Accipimus, contraq; ferum sæuire bisontem
Cornibus, ille arcu impauidus, teloq; corusco
Ingentes harmos transuerberat, & latus haurit,
Ingemit horrendum pestis, toruumq; minatur,
Vicinæq; tremunt impactis cornibus umbræ.
Tergora. Sic ferus instabat Cæsar, nixusq; cruento
Vrgebat mucrone feram, & uillosa lacessit
Tergora, iam cędens, modo non: ut sanguinis atri
Debile profluuio paulum certamina Cæsar
Decertare uidet, meditataq; uoluere monstrum

Orthigena. Vrsus genitus ab Ortho cane, ut diximus. Delius. Apollo. Iuxta Callimachum, apud quem Delos ipsa sic loquitur. Sed ex me Delius Apollo uocabitur. Luteum Pythona. Respexit ad ueritatem fabulę: ut etiam alibi, & radijs siccauit humum, inquit. De ui & potestate Solis Macrobius scribit lib. primo de somno Scipionis. Pōtanus eleganter cecinit, cur Apollo dicatur Pythonem occidisse, lib. de Stellis primo. Iazyga. Transiluanum. Horrendum quo imę ualles. Sic ex bono libro priorem lectionem emendauimus. Hercynijs lucis. Elegāter a poeta lib. octauo Hercynia describit, quare oēm nostrū de ea sermonē in illū locum seruamus. Haurit. Ferit. Maro. latus haurit apertum. Villosa tergora. Id est, Villosam pellem, ut idem. Tergora diripiūt costis, pro pelles & coria detrahunt. Centauros. Quorum mentio facta est lib. primo. Hos fuisse negat

Lucretius,

Effugia ad montes, ſcopuloſaq; tendere in antra.
At non hoc telum, ſtillans impune cruore
Rex ait, effugies, altumq; inſurgit in enſem
Extemplo, & mediam ferit inter tempora frontem.
Partiturq; immane caput, ruit ardua moles
Cum gemitu, & uaſto tremuit ſub pondere tellus.
Sternitur horrendum uiſu, ſparſoque cerebro
Sæuit adhuc, oculisq; ferox pallentibus horret,
Ne quicq; eluctans, tandem indignantia ſoluit
Membra aĩa, & moriẽs ſub tartara monſtra reuiſit
Centauros, Orthumq; canem, Scyllasq; biformes.

Lucretius, cum ait: Sed neq; Centauri fuerant, nec tempore in ullo Eſſe queat duplici natura & corpore bino Ex alienigenis membris cõpacta poteſtas. Idem ſentit Ariſtot. Scyllasq; biformes. De his mõſtris duodecimo Odyſſeæ Homerus, & lib. Aeneidos tertio Maro. Inibi fabuloſa diligenter Seruius retulit. Reuera tamen Scylla ſcopulus eſt in freto Siculo, ut eſt apud Plinium & Saluſtium. Albertus noſter libro de Animalibus uiceſimo quarto, ut citatur a bonę fidei autoribus, ego enim hoc careo codice, ait Scyllam eſſe piſcem marinum, monſtruoſum, crebro in mari quod Italiam attingit, habẽtem figuram uirginis, ſed rictum oris maximum, & dentes acutiſsimos: ob hoc canibus eſſe ſuccincta perhibetur, uterum habere beluinum, caudam ut Delphinum, carnibus delectari, & homini maxime inimicari. Scylla.

Interea Auſtriades ſpolijs, & cęde recenti
Arduus incedit, ſequitur ueſtigia Langus
Illius pone, & palmas uix flumine uiuo
Abluerat. Subito cum ſe coram obtulit ultro
Diſſimulata Deam, præſtanti Delia uultu,
Osq;, habitumq; gerens, qualẽ gerit illa, ubi Cynthi
Venatrix gelidos ſyluarum indagine lucos
Circuit, & ceruos telis agit, omnia uultus
Mortalis, roſeoq; fluunt a uertice crines.
Poſtq; congreſſi, tunc rex prior. Eya age, nunc quem
Vidiſti ſocium, ingenti clamore frementem
Nympha per hos ſaltus? uoces te audiſſe per umbras
Crediderim; & certe, ni me tua fallit imago,
Auguror eſſe Deam, namq; his perſæpe ſoletis
Vos Dryades, ſacræq; in montibus eſſe Napæę.
Quiſqs es, Alma faue, & dextri pedis omina firma.
Talibus affatur dictis. Contra illis uiciſſim
Incipit. Audiui longe, iamq; omne reſultat
Alpinum clamore nemus, denſa agmina ab altis
Decurrere iugis, & ualle feruntur aperta.
Et ne tantopere fallaris imagine noſtra,
Nympha ego ſum nemorũ, dexter tibi Iuppiter adſit,
Sed tu qui tandem, nam te genus eſſe Deorum
Credidi, ut aſpexi uultus, & fortia bello
Pectora. tunc breuiter ſic Rex placido ore profatur.

Et palmas uix flumine uiuo. Pro dextram, repoſui, palmas. ſic enim in emẽdato reperi libro. Seruius ſecũdo i Aeneidos commẽtario, exponit, flumine uiuo, id eſt, ſemper fluenti & naturali. Flumen uiuum. Ceruos. De his Ariſtoteles capite quinto De naturis Animaliũ, quem referũt Plinius & Solinus. Ceruos dictos ἀπὸ τῶν κέρατων, hoc eſt, a cornib. Varro & Pompeius dictos putant, qđ Cerata, id eſt, cornua gerant, quaſi Cerui, G. in C. mutata. Cerui. Eya age. Totus color ſumptus ex primo Maronis. Sed illic Venus interrogat, hic Cæſar. Namq; his perſępe ſoletis. Ratio cõiecturæ, qua conatur eã oſtẽdere deam. Dextri pedis omine firma. Senſus eſt. Quiſquis ſis, dextro pede adſis, & propicia nobis. Sic etiam apud Maronem. Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo. item, ferte pedem, pro præſtate fa- Ferre pedem.

uorem, & adeste & uenite. Verbum ex augurum arte sumptum. Vulgo dicunt, bonis auibus, quod & ab augurum obseruatione sumptum est. Nympha ego sum nemorum. Nam Diana se in nympham uertit, & deam dissimulauit, conscia Cæsarem uenatum iturum, ut superius patuit. Tandem. Non uacat, ut neque apud Maronem, sed denotat affectum loquentis, quæ quamuis mira breuitate interrogauit, tamen plus quam uellet temporis consumpsisse dolet. Dixit ergo, tandem. Nam animo properanti nihil satis festinatur.

Tandem.

Ille ego sum Cæsar magno de sanguine cretus
Austriadum, pugnaxque mihi Germania seruit,
Sarmaticis uicina plagis, quam Cimbrica frangit
Vnda, arctantque Alpes, & duplex Gallia claudit.
Præterea huc quæ me sors attulit, accipe paucis.
Monstrum infandum atrox, & formidabile terris
Irruere hos solitum montes, & pascua læta,
Cunctaque ab umbriferis armenta expellere syluis.
Hac animam effudit dextra, iacet horrida labes,
Et scelus inuisum mortalibus, & sacris Dijs.
Quare agite, o Nymphę nemorũ, Faunique bicornes,
Et Syluane parens, & agrestis Numina Panos,
Tuque caput fluuij, sacrataque fontis origo
Magnorum sedes Diuum, si præmia tantus
Promeruit labor, & polluta sede remoui
Infandam pestem, & monstrum exitiale peremi,
Oro fauete omnes, dabitur si cernere ferro
Phalsgraphidem contra, uetitasque reposcere terras.

Ille ego sum Cæsar. Color Maronis. Sum pius Aeneas, & cætera. Nec magno principi dedecori datur, si se suamque originem laudet, modo talis sit, ut eius laudes merito a se ipso extolli possint. Neque enim in Principem ęgregiũ illam cauillationẽ arbitror, Aliena laudat, qui genus iactat suum, & turpis laus in ore proprio. Siue, ut nũc uulgus dictitat, Malignos esse uicinos illi, qui ipse sui laudator fuerit. Et Seruius apud ignotos prędicare de se omnino licere asserit. Nam de Aenea dicit, cuius modo uerba libauimus. Nõ scientibus ipsum, sed nescietibus de se loqui, uel ut heroem loqui, cui quam mentiri turpe erat, tam uera reticere. Homericus quoque Vlysses, ait: suam famam usque ad cœlum uenisse. Germania pugnax. Poeta eam in octauo particulariter describit, ubi & nos dicta bimus, quæ uidebuntur opportuna. Bono epitheto pugnax, dicitur, uel iuxta illud Lucani. Omnis in arctois populus, & cętera. Vel quod, ut Tacitus autor est, Germanicę genti quies est ingrata: cui etiam, pigrum & iners uidetur sudore acquirere, quæ possis sanguine parare. Mihi seruit. Vtinam tam uere, quam contrarium eius scribit Syluius in Germania sua. Poeta tamen respexit ad hoc, quod fieri debet, & non quod agitur, iuxta aureum Iurisconsulti uerbum qui ait, & admonet. Non tam respiciendum esse quod Romæ agitur, quam quod fieri debet. Sarmaticis uicina plagis. Breuiter Germaniæ terminos cõplectitur, ad Taciti descriptionẽ. Sarmaticis Polonicis. Nam Vistula Poloniã a Germania disterminat. Sunt aũt Poloni Sarmatæ Europęi. Procopius Sarmatarum nomine ait appellari Gothos, Vandalos, & Alanos, eandemque esse nationem, tantum ducibus, quorum nomina accępere, esse discretos. Cimbrica unda. Oceanus Germanicus, quem Cimbri accolunt. Apud quos Ouidius Somno regiam ędificauit. Alpes. Quæ Germaniam ab Italia submouent. Duplex Gallia claudit. Antiquitus Germaniæ terminus Galliam uersus Rhenum habuit: inde latiores factæ uires Germanorum, Belgicam occupauerunt. Autores circumferuntur Procopius & Agathius: prętereo Chronographos, & Annales nostros. Faunique bicornes. Pinguntur cornibus in fronte, caprinisque pedibus. Diuus Hieronymus scribit in uita Pauli Eremitæ Satyrum beato Antonio obuiam factum, interrogatumque respondisse. Mortalis ego sum, & unus ex accolis Eremi, quos uario delusa errore gentilitas Faunos, Satyrosque & incubos uocans colit. Religioso ergo, & multiscio (ut Pij utar uerbo) autori magis credendum, quam negantibus esse id genus animantiũ. Syluane parens. Hic syluarum deus est, ac aruorum & pecorum patronus. Panos. Per hunc uniuersæ substantiæ materialis dominator significatur; unde nomen Panos impositum, quod totum significat. Lege primum.

Germania pugnax.

Sarmatæ.

Fauni & Satyri.

Pan.

ſatur, Macrob. Dabitur ſi. Argumentum eſt, Maximilianum non præcipiti conſilio, ſed maturo hoc bellum mouiſſe, ubi negotium domi, & ut aiunt, inter parietes componi nequiuit. Cernere ferro. Pro, præliari, uel arma aſſumere & pugnare, ut apud Plautum in argumento, ni fallor, Amphitryonis.

Excipit hæc Phœbe, quondam ſi rite recordor,
Quod memoras Bellum, & Regni mauortia facta,
Fatidica in ſyluis ſolita eſt prædicere Theſpis.
Centum annos uixiſſe ferunt, centum ora Deorum
Munere, cui data ſunt: nam cũ furor intus anhelans
Spiritibus titubare ſacris, audire tonantem
Fas erat, hanc ſyluam, circumq; tremiſcere montes,
Multa ſuper bello dixit, ſemperq; canebat
Te fore uictorem, domitisq; ex hoſtibus, alta
Signa relaturum, & te quantum uiribus audes
Haud ignorabit, gens cultu aſperrima, & armis
Boica, Reginum cum ſanguine polluet Iſter
Infectus, riuiq; fluent e monte cruoris.
Hinc Copeſtigenas uictos, magnumq; canebat
Martis opus, tumefactasq; Aeni cladibus undas.
Interea exanimis lachrymas, longumq; trahebat
Cum gemitu uoces, meminiq; audire querentem,
Et uerbis culpare Deos, heu perfida fata
Heu crudele nefas, toti iuuenilibus annis,
Eripiere orbi, Regum recidiua propago.
Cuius erit terra tumulatum corpus Ibera,
Tu ne cede malis, perſtant immota, ſuumq;
Fata tenent curſum. nam te poſt tanta tuorum
Funera, poſt curas domitas, uictosq; labores
Excipiet gremio uictorem Oenotria tellus,
Romanas arces, populos, Latiumq; uidebis
Armipotens, & iura dabis, gentemq; togatam
Reſtitues, & eris ſacra quoque Iuppiter arce.
Ne tamen incaſſum labantur tempora fando.
Eya age dic nobis, repetens ab origine bellum.

Excipere

Excipit hęc Phœbe. Id eſt, reſpondet: uel ſubſequit uerba Cæſaris. Sic Maro. tum ſic excępit regia Iuno. Huius uerbi uſum uariũ tradit Non.

Theſpis.

Theſpis. Nomen uatis: quam fatidicam uocat, ut a Marone Mantho appellatur, diuinitate ſcilicet prædita, uaticinans. Titubare. Pro, titubabat. Sic frequẽs Salustio. Gens Boica. Intelligit Boemicã pugnã prope Ratiſponam. Reginum cũ ſenguine polluet Iſter. Vnde libro decimo, ſic cecinit poeta, ſanguine colles. Humecti fumant calido, riuiq; cruoris Mœnia Regini, atq; Iſtrum infęcere tepentes. Copeſtigenas. Expugnationẽ arcis & oppidi Kopſſtein deſignat, quã in undecimo deſcribit. Exanimis. Scilicet Theſpis, hoc eſt, cõturbata, & acęcpit pro, examinata. Nam exanimũ, Donato teſte, mortuum eſt & occiſum: examinatum uero, conterritum aeq; conturbatum. Quamq; nonnunq; examinatus pro extincto & mortuo accipitur, ut ab Apuleio, & apud Hiſtoricos perſæpe. Regum recidiua propago. Mortem Philippi Regis innuit, de qua poeta incidenter libro nono. Perſtant immota. Vnde fatum immutabile, ineuitabile, inexorabile, & ineffugibile dicitur. Excipiet gremio uictorem Oenotria tellus. Quod contigit paucis ante annis, quem emigraret e niuis. Siquidem cum ualidiſſimo exercitu, quadraginta em̃ millia peditum in caſtris habuit, Italiam ingreſſus, traiectis Mincio, Oleo & Abdua, Gallos, Venetosq; in fugam uertit. Sed Gallos intra Mediolanũ obſedit: & niſi quorundam perfidia obfuiſſet, triumphum omnino tanti belli aut ęgiſſet in Italia, aut in Germaniã reportaſſet. Latium. Pars pro toto. Ea em̃ eſt Italiæ portio, in qua Saturnus latuit Ioue filio pulſus. Iura dabis. Leges condes. Gentemq; togatam. Romanos, quorum eſt toga. Iuppiter ſacra arce. Senſus eſt, quod Cęſar his honoribus & ueneratione a Romanis excipie-

Exanimum.
Exanimatũ.

Fatum.

tur, qui Ioui Capitolino exhibebantur, cui sacellum erat in Tarpeio monte. Porro Capitolini Iouis qualis effigies fuerit, & a quo dicata, refert Plinius.

Tunc rex Austriades, suspiria pectore ab imo
Alta trahens, inquit. Dij talem auertite casum
Coelicolę, seruate domum, seruate nepotes
Ad mundi imperium. Mors si interruperit annos,
Et spes concepta, & magnarum exordia rerum
Nequicquam extiterint, Belli est iniuria longa,
Sunt longe ambages, si te tamen ardor habendi
Hæc mouet, incipiam, causasque ab origine pandam.

Dij talē auertite casum. Prudentiā Cęsaris notat ac pietatem, qui statim in Philippū filium mentem cōiecit. Et sensus est, Si Dijs placet, ut spes cōcepta de filio, quę ad magna rerum exordia protulerunt interrumpant, saltem ipsis Superis curę sit Austriacæ domus, & nepotum, Caroli scilicet, & Ferdinandi.

Dij coelicolę. Dij coelicolę. Deos non ob aliud appellant coelicolas, ut autor est Aur. Augustinus lib. decimo ciuitatis Dei, nisi quod coelum colant, non utique uenerando, sed inhabitando: quasi quosdam coeli colonos.

Norica regna tuas, si casu uenit ad aures
Nomen, foeta uiris tellus, & diuite gleba,
Narrantur uarijs quondam possessa colonis.
Primus enim ante alios sibi Noricus incola terras
Asciuit uacuas, & adhuc uestigia seruant,
Vt memorant patres, & gentis origine gaudent.
Vnde olim quæ nulla manet quoque Noria dicta est.
Romulidum interea fugiens uictricia signa
Gens armis, opibusque potens, atque horrida bello,
Deseruere Padi campos, oramque togatam.
Hos memorant Boios, qui qua fluit alpibus Aenos.
Incoluere solum, transque Istri flumina uectis,
Fertur in Hercynio creuisse Boemia luco.
Iamque aucti, & fama per Norica rura potentes,
Sceptra diu tenuere loci, fluit unde superbum
Et genus, & proles, & fortia pectora bello
Boiugenum Heroum: treisque alto a sanguine creti
Imperium rexere Duces, sine prole recessit
Noricum. Primus, & hunc Stephanon dixere, suique reliquit
Hæredes regni fratres: quorum ædidit alter
Henricon: huic natus regno successit, ab illo
Diues opum, atque auri, clarusque Georgius armis
Iura capit sceptri, pulchram qui coniuge prolem
Substulit, hæc iuueni materno sanguine iuncto
Nubit, & hinc regnat Boiorum in sede Robertus.
At magnū armipotens Hernestona procreat alter,
Hic te Alberte senex, ex te tua maxima proles
Aeditur, & quamuis delapsum sanguine ab uno

Norica regna tuas. Refert originem gentis Boioariæ, & situm eius, ex Strabonis sententia describit. Noricis enim Boioarij successere. Foeta uiris tellus & diuite gleba. Strabonis tempore inculta fuit, & deserta regio: unde poeta ad suū respiciens tempus, diuitem & frequētem populis dicit. Et certe nūc est cultissima, claraque magnis & ambitiosis ciuitatibus, & pluribus nobilissimis oppidis Et gentis origine gaudent. Noricum montem, ut arbitror, intelligit. Quamque Norimbergenses, ut scribūt Chronographi, nec Boioarij, nec Francones uideri uolunt, sed tertiū quoddam & separatum genus. Et hodie Noricū appellatur ea portio terræ Boioariæ, quæ inter Danubium & Norimbergā iacet. Noria. Scilicet a Noricis condita, & a Bois, ut Cæsar scribit, deleta. Romulidum interea. Sequitur Strabonem, qui recitat priscis tēporibus plurimas Gallorum gentes Padū incoluisse, e quibus am-

Partitum genus, & ſedem diſcreuerit ætas,
Noricam hic gentem, regnumcꝫ repoſcit auitum
Impatiens patrijs, quod fœmina regnet in aruis.

pliſsimi fuere Boi & Inſubres, & qui olim cum Geſatis Senones p uim Roma poriti ſunt. Hos Romani poſterioribus annis perdiderunt, Boios uero e finibus eiecerunt: qui inde migrantes: circum adiacentia Iſtri loca cum Tauriſcis habitarunt, qui inter Noricos numerantur. Padi campos. Etymum Padi referam infra. Qui qua fluit alpibus Aenos. Noricum enim inter Licū & Aenum fluuios poſitum eſt. Fertur in Hercinio creuiſſe Boemia luco. Diximus ſuperius poetam Boios pro Boemis intellexiſſe, ſecutum eorum opinionem, qui uolunt Boios a Tauriſcis uictos, ulteriorem ripam fluminis Iſtri incoluiſſe, ubi nūc Boemia eſt, ſylua Hercynia undicꝫ cincta, Albi fluuio media irrigata. Superbum. Nobile Maro, ceciditcꝫ ſuperbum Ilium. Et hunc Stephanon dixere. Eleganter ſimul & docte factum a poeta eſt, ut a neceſſarijs incipiat, & obſoleta oblitterataqꝫ fugiat. Nam ab ouo incipiendum non eſſe, precipit Horatius. Et lineam Georgij Ducis primo proſequitur. Materno ſanguine. Erat enim uxor Philippi Palatini, germana ſoror Georgij Ducis, & mater Roberti. At magnum armipotens. Genus Alberti deſcribit. Maxima proles. Significat reor, Alberti filios, Cæſaris nepotes. Et quamuis partitum genus & ſedem diſcreuerat ætas. Id eſt, quamuis partitum genus per Lineas ſcilicet duorum fratrum, quorum ab altero Georgius deſcēdit, ab altero Albertus, & diu fuerint inter has duas lineas ſedes diſcretę, tamen quia Georgius ſine maribus deceſſerat, Albertus iure ad ſe redire Georgij dominium arbitrabatur: nec pati poterat, ut heredes terrarum fœmine fierent. Vnde dicit, Noricam hic gentem, regnumcꝫ repoſcit auitum & cętera. Albertum intelligens.

Geſatæ. Tauriſcę. Padus. Noricum ubi Boi, pro Boemis. Fons & origo Bauarici belli fere inteſtini.

Tantæ ergo ad noſtras orientia iurgia litis
Cum delata forent aures, placare furorem
Inſtitui, curamcꝫ mihi, ſceptrumcꝫ uolentes
Commiſere duces, regnocꝫ ut cederet alter,
Et genus, & leges, & auorum elapſa propago
Compulit indignans, fas omne abrumpit, & armis
Inuadit cunctos, atcꝫ occupat arua Robertus,
Dotalesqꝫ urbes, & connubialia regna,
Quæ iuſta imperij, & ſtirpis ditione potenti
Alberto obueniunt, ſceptricꝫ hærede repulſo,
Et noſtri contemptor habet, dominusqꝫ per alta
Oppida deuectus populis dat iura ſubactis.
Sed quid ego has uoluo, memorās ab origine cauſas?
Quamcꝫ animos aliæ noſtros antiquitus urgent,
Regnandi furor hinc, & pugnæ immenſa cupido
Mentibus illapſa eſt iam dudum intelligis unde
Principium extiterit belli. Nec plura loquentis.
Effulſit Diana oculis, Diuamcꝫ fateri
Se uoluit coram, ſubitoque euaſit ad auras
Sublimis quacunque meat, micat orbita, qualis
Eſſe ſolet mundo cum ſydera lapſa relinquunt.
Immenſi ſplendoris iter, tunc Cæſar adorans
Numen ait, te ſancta ſequor, quæcunque Dearum
O adſis tandem, fortunaſque aſpice noſtras.

Commiſere. Id eſt, cōmendauere. Quidam tamen commēdo, & committo ſic ſeparant: ut cōmendemus non cognitis, committamus cognitis. Terētius iunctim protulit. Ego me tuæ cōmendo & committo fidei. Et genus. Id eſt, ius ſanguinitatis & agnationis. Et leges. Nēpe, ut aiunt, feudales: quæ excludunt fœminas a ſucceſsione dominiorū. Niſi inueſtitura fuerit facta in patre, ut filij et filię ſuccedant in feudum, tunc enim ſuccedit filia, filijs nō extātibus, ut eſt in titulo, de ſucceſsione feudi, lib. de feudis primo. Et auorum elapſa propago. Quoniam ī linea Georgij Ducis mares defecerant. Compulit, ut alter. Scilicet Robertus. Cederet regno. Quod ad ſe, propter matrimonium, ſpectare putabat: unde inferius dicit, connubialia regna. Cæterū

si Alexander papa has insolitas tedas non probasset, lis nulla foret secura. Indignans. Ipse scilicet Robertus propter hoc Cęsaris iudicium. Quæ. Scilicet regna, hoc est dominium eorum populorum & terrarum, quibus dominabatur Georgius socer Roberti. Quamquam animos. Ex industria tacet occultas Cæsariani odij caussas in Palatinos, quos quidem ubiq; in opere, ut ostendemus, mirifice extollit. Diuam. Pro Deam. Micat orbita. Signum rotę in udo solo est, hic pro tactu illo ac ductu splendoris. Cum sydera lapsa. Iuxta uulgatam opinionem, ut autem id fiat, docet Plinius libro secundo.

Dixit, & ad socios reditum parat, inuia transit
Syluarum, nemorumq;, & opaca silentia, gressum
Inde rapit scelerem, qua prominet horrida casu
Præcipiti rupes, altoque asperrima caute
Consurgunt pinnæ ingentes, & nubila tranant
Culmina saxorum, uictor tamen ardua Cæsar
Exuperat montis, summoq; in uertice sidit:
Atq; ut tantorum uiuant monumenta laborum,
Signa triumphato fixit cœlestia saxo.
His cornu exactis uiolentius astrepit unco,
Heroasq; ciet, sociosq; per auia syluæ
Sollicitos: sonitusq; ut eorum perculit aures
Conuenere omnes, regem cernuntq;, pauentq;,
Intenduntq; aciem, & replent clamoribus auras,
Quisq; timet molem immensam, & labentia ab alto
Saxa iugo, ne prona ruat tutela, salusque
Orbis, & arctoum cœlum sibi uendicet astrum.
Tunc rex ut uidit trepidantem a culmine turbam,
Impauidus prætentat iter, nec hiantia quicq;
Saxa timet, uolat inferius: stat pendula pubes
Pastorum, montisq; ima in radice moratur.
Rex aderat tandem, fluit undiq; turba, nemusq;
Consonat, & strepitu syluæ, collesq; reclamant.
Vt paulum sedati animi, uocesq; remissę,
Incipit effari, Cæsar, remq; ordine pandit.
Scilicet ut monstro concurrerit, atque cruentis
Littus. Ripa. Obruerit telis, & ualle reliquerit ima,
Ingentem eructans animam: sic omnia Cæsar
Narrat, & exertum feruenti cęde madentem
Mucronem ostentat iam læti rebus ad urbem
Se referunt, plauduntq; omnes: crebra intonat æther
Voce hominū, strepit omnis ager, longeq; resultat
Aenoum littus: rex hasta insignis & ense
Ibat ouans, iuxtaq; Duces squallentibus armis
Vrgent æripedum spumantibus ora lupatis.

Signa triumphato. In ualle Aeni iuxta pagum Cirleū, est rupes immensę altitudinis, i cuius medio ingens antrum uisitur: illuc Cæsar crucifixum humeris excelsos superans cautes portauit: ut hodie in hodiernum diem usq; imago illa a transeuntibus non sine admiratione cernitur. Tanta dexteritate Cæsar erat, in ascendendo montes. Prona ruat. Si Cæsar, tutela & salus orbis, appositiue. Cœlum sibi uendicet astrum. Pythagorice, ut & Maro & Lucanus. Pendula pubes. Vel dubia, uel intenta rei admirande, quam scilicet edidit Cęsar in ascendendo montes, ubi domini cā crucē affixit. Crebra intonat ęther. Id est, aer, qui inter cautes & montiū flexus reciprocas reddit uoces, quæ græcis dicūtur Echo. Hanc Ausonius dixit aeris & Linguę filiam. Aenoum littus. Id est, ripa Aeni. Et improprie uidetur dixisse littus, cum ex obseruatione Grammaticorum, littus maris sit, & ripa fluuiorū. Quod expressit Ouidius illo uersu dimidiato, pro ripis littora pulsant. Apud Apuleium obseruatum est, ripam dici maris. Ibat ouans. Massurius autor est, pedibus in-

gredi ouantes; & Halicarnasseus id confirmat, scribens quemadmodum Posthumius ouans illi troluit, primum inquit pedes ingreditur, nec in curru sicut triumphator: deinde non picta ueste, nec ornatur trabea, qui peculiaris est consulum, ducumq; amictus: praeterea non eodem utitur sceptro, quo ille qui triumphat. Seruius tamen enarrans illud Maronis Sola fuga nautas comitabar ouantes. dicit, qui Ouationem meretur, & uno equo utitur, & a plebeis uel equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ouibus sacrificat. Vnde Ouatio dicta. Est autem Ouatio, minor triumphus: cum hostium nomen humile est, aut cum incruenta uictoria obuenit. Ideoq; Oualis corona, myrthea erat, tanq; non Martius, sed quasi Venereus triumphus foret. Est enim myrthus arbuscula Veneri dicata. Ouatio. Oualis corona. Myrthus.

Nec mora, pastores, qua uictũ est Caesare monstrũ
Festini trepidant, aras, ludosq; quotannis
Instituunt, ubi sacra Ioui solennia laeti
Victori celebrant, magnoq;, ut prisca uetustas
Alcidae, relinuntq; cados, ductantq; choraeas
Intonsi iuuenes, pueri, innuptaeq; puellae,
Austriadae laudem, & laetum paeana canentes.

Magno Alcide. Quãuis Caesar in cõmentarijs prodidit, Deorum numero eos solos a Germanis existimari, quos cernunt, uidelicet Solem, Vulcanum, & Lunam, Herculem tamen, atque Martem uenerantur. autor est Tacitus. Dij ueterum Germanorũ. Relinunt. Id est, recludunt. Terentius, releui dolia omnia, hoc est, aperui. Cados. Vinaria uasa; quae antequã nomen dolij prolatum esset, calpar dicebantur, & cadus. Maro. Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes. Intonsi. Imberbes. Calpar. Cadus.

At rex Augustam propere dum tendit ad urbem,
Multa super bello secum. placet ire per hostes,
Ablatasq; urbes, gentesq; reposcere ferro
Imperio arreptas, pietas tamen alta refringit
Ardentes animos, & corda furentia Marte,
Ante oculos etenim uidet arma, uirosq; nefandis
Caedibus infectos, patrioq; in sanguine tinctam
Arctoam gentem, uarioq; examine rerum
Multa animo uoluit, propriasq; q; esse uidebat
Insontes causas: Bella haec, bella inquit, agamus,
Intrepidiq; iubente Deo, in media arma ruamus:
Illa dies aderit, qua nostro Marte Robertum
Expulsum regno, mecum certasse pigebit.
Haec secum, tacitasq; premit sub pectore curas.
Iamq; propinquabant urbi, uolat obuia pubes
Vindelica, ardentes pueri, matresq; Licaeae
Vndiq; concurrunt, tandem stipante caterua
Excipiunt Regem, laetiq; ad limina ducunt
Primores patrum, proceresq;, Ducesq; sequuntur.

Placet ire per hostes. Propter iustã caussam; inferius enim dicit. proprias quod esse uidebat Insontes caussas, pietate tamen retrahi uidebatur. Ante oculos etenim. Subiũgit rationem. Dicere autem rem esse ante oculos, uel uidere, uim habet prouerbij, quod est, Ante pedes. quo significatur, quod obuiũ, quodq; uel praesens adest, uel imminet. Terentius, Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est uidere, sed etiam illa quae futura sunt prospicere. Ante oculos. Ante pedes. Iubente Deo. Diana, scilicet quae superius CAESARi uictorias pollicita est. Ostendimus Deum marem & foeminam significare. Matresque Lycaeae. Id est, Augustanae, a Lyco flumine, quod urbem alluit. Primores patrum. Qui primi sunt, & ueluti Principes senatus, qui etiam Primates, & a quibusdam Summates, ab alijs Optimates appellantur. Prisci autem Primores adiectiue protulerunt: & eius appellatione summas quasq; res significabant. Primores. Primates. Sũmates. Optimates.

Stat domus excelsa, & sublimibus alta columnis
Ad coelum porrecta caput, foribusq; superbis

Stat domus excelsa. Topothesia est, id est, ficta descriptio: ut illa

E A

Aerati ſtrident poſtes, laquearia fulgent
Auratis trabibus ſquallet pars omnis in auro,
Belgicaq; intonſis pendent aulæa Britannis.

pud Papinium. Eſt lo-cus Inachiæ dixerũt Tenara gentes. Laquearia. Dicimus laquearia, &Lacunaria cameras cœnationum. Lacus quoq; dici poſse, docet Seruius. Squallet pars omnis in auro. Sic legendum, & non par omnis in auro. Squallet. Referta eſt, denſata, & onerata. Huius elegantem uſum uerbi apud ueteres tradidi in commentarijs Hymni Prudentij, qui a plærisq; inſcribitur, de Miraculis CHRISTI. Aulæa. Sunt Aulæa panni & uela pi-cturata, & uerſicolori textura ſpectabilia, quæ Græcis quidem uocabulis, ſed apud Latinos u-

Belgica aulea cur

ſitatis peripetaſmata, & periſtromata nominantur. Belgica autem uocat, uel quod apud Brabantinos inſigni Belgicæ nomine populos fiunt: uel quod aulæa iſta fuerunt Burgundionum Principis, & Belgarum maximi Ducis, qui occubuit in bello quod ab eo geſtum eſt in Renatum Lotharingium. Intonſis Britannis. Aulæa enim colore diſtincta, & ſimulachris hominum intertexta fuiſse, conſtat ex illo Maronis: Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vn-

Belluata tapetia.

Britanni intonſi.

de a Plauto belluata tapetia dicta, a textura belluarum, quæ in aulæis hoc genus decenter intexuntur. Quod autem Britannos uocat intonſos, uel ad tempora noſtra reſpexit, quia intonſi ſunt: uel intonſis dixit, pro ualde tonſis. Nam CAESAR in quinto refert commentario, quod omnes Britanni ſe ultro glaſto inficiunt, quod ceruleum faciebat colorem: atque hoc horridiores ſunt pugna, aſpectu, capilloq; ſunt promiſso, atq; omni parte corporis raſa, præter caput & labrum ſuperius.

Rex ipſe interea ſublimem aſcendit in arcem,
Proſpectumq; oculis luſtrat, populosq; iacentes,
Incultumq; ſolum, cererem nec amantia prata:
Siue q eſt illis curæ minus arua colendo,
Frangere humũ, & ſemen ſub triſtibus abdere ſulcis:
Ceres. Siue q infauſtum glaciali ſydere cœlum
Chara. Vrit arenoſas terras, alimentaq; ſecum
Abſtrahit, & ſterilis depaſcitur arua coloni,
Illic nulla ſeges, nec prœla liquentia Baccho
Cernuntur, tantum uacuis armenta uideres
Errare in pratis, gelidoq; in flumine mergi,
Cum feruens calidum comburit Syrius æquor.
Reſpicit & late fluuios, Vindamq;, Lycumq;
Miſcentes undas, & nomina littoris, unde
Antiquam gentem, populumq;, urbemq; uocarunt
Vindelicam, atq; etiam ſic dicta Licatia tellus.

Rex ipſe interea. Capta occaſione Auguſtæ urbis ſolum deſcribit.

Sublimem arcem. Efficta eſt a Poëta. Cererem. Fulgentius neſcio quid indictum poſteris ſequens, Cererem ex eo dictam ſuſpicatur, quod græce χαρὰ gaudium dicitur: & ideo illam frumenti Deam haberi, q̃d ubi plenitudo fructuum ſit, gaudia ſemper abundent neceſse eſt: quod & ipſum prouerbium indicat. Sine Baccho & Cerere friget Venus. Siquidem ex ſupra abundanti bibendi & edendi uſu libido ſolet accendi, & inter cauſſas flagitij Sodomorum in ſacris literis poſita eſt panis ſaturitas. Siue quod eſt illis. Subiungit duas rationes ſterilis & inculti ſoli. Prima eſt incuria & negligentia hominum, qui mercimonio magis uictum quæritant, quàm cultura terræ. Secunda eſt inclementia cœli, hoc eſt, frigiditatis

Frangere.

aeris. Frangere. Scindere aratro ſiue ligonibus. Maro dixit uertere, quod eſt, ut ait Dona-

Vrere.

tus, in aliam partem penitus transferre. Triſtibus ſulcis. Quia in ſterili ſolo. Vrit arenoſas terras. Eſt enim tam frigoris, quàm caloris. Maro & Lucanus. aut Boreæ penetrabile fri-

Sterilis.

gus Adurat. Vrebant montana niues. Depaſcit. Depopulatur, abſumit. Sterilis. Tenu-

Lætus.

is, pauperis uel triſtis: ut lætus dicitur, cui ſunt pinguia & ferracia arua. Seges. Id eſt, fru-

Seges.

mentum. Varro nomen a ſatu deduxit. Maro pro terra poſuit in quarto Georgico, Feruens Sirius. Lege interpretes eiuſdem ſuper hoc uerſu libri iam citati. Iam rapidus torrens ſitientes

Lycacij.

Syrius Indos Ardebat cœlo. Lycacia tellus. Apud Ptolomæum Lycatij inter Vindelicos ponuntur,

Interea occiduo fessis properabat olympo
Phœbus equis, pallensq; polo subduxerat umbras,
Instituunt de more dapes, & fercula promunt,
Regiaq; exornant positis conuiuia mensis,
Hi cura ingenti nitidis laquearibus aureos
Suspendunt lychnos, atq; igne micante tenebras
Discutiunt noctis, lucent alta atria flammis.
Hi cererem expediunt, hic cymbia lacte madenti
Depromit, famulisque tonant cursantibus ædes,
Regificoq; ardent luxu, carchesia Baccho
Spumant, & late uasorum argenteus ordo
Instruitur, puroq; auro memoranda supellex.

Equis. Nomina exprimit Ouidius secūdo Metamorphose. Instituūt de more dapes. Hoc est, patrio more: & est conuiuij descriptio. Fercula. Ab eo quod in mensam inferantur. Lychnos. Quod uocant Græci λύχνον, Latini lucernā dixerūt. Vnde Lychnobij dicti, qui id noctu faciunt, quicquid alij interdiu solent facere, uel res præposteras agunt. Cererem expediunt. Panem extrahunt, proferunt. Cymbia lacte madenti. usitatissimus Germanis cibus, lac & butyrum, ex quibus plurima edulium genere conficiuntur. Regifico luxu. Vt crapulam & uinositatem significet. Latinum non est, significat enim morum solutionem: ut superius, luxus ubi fastusq; perit: & profusam impensam, ut hoc loco. Carchesia. Pocula sunt, ut Macrobius, ignorata latinitati, & sola Græcia celebrata. Ordo uasorum. Vulgus Credentiam appellat. Nomine uasorum intelligimus omnia, quæ aliquid intra se continent. De maiorum nostrorum uasis extat elegans caput apud Irenicum libro secundo. Puro auro. Hoc est, mero. Antiqui putum dicebant. Plautus purum, putum, sycophantam dixit, in quo nihil probitatis inest, ex omni uicio concretus: qualis delator & calumniator esse debet. Gellius tradit usum huius uerbi apud antiqaos.

Fercula. Lychnos. Lychnobij. Luxus. Carchesia. Vasa. Purus. Putus.

Iamq; aderat Cæsar, squamantem grandibus auro
Vestem humeris aptat, Tyrioq; recumbit in Ostro.
Astrifero qualem accipimus considere magnum
Axe Iouem, & sacra libantem pocula dextra.
Ornatiq; sedent proceres, mensisq; recumbunt,
Indulgentq; mero, nec non de more uetusto
Sollicitant epulas dono spumantis Iacchi,
Inq; uicem potant omnes, nullumq; putabant
Lætitia maiore diem, moremq; secuti
Dulcibus irrorant mensis bona uina uolentes
Quæ Rhenus, Nicerusq; uehit, quæq; ardua Treuir
Nutrit, ubi placidi surgunt uineta Mosellæ.

Squamantem uestem auro. Innuit copiā, densitatēq; auri in squamarum speciem intexti. Sic Maro, Per tunicam squalentem auro, dixit. hoc ipsum significare uolēs, qua de re abūde Macrobius lib. Saturn. sexto. Grandibus humeris. Vt supius, uastis. de Cæsaris humeris dixit, illius corporis robur & egregiū habitū indicaturus. Tyrio. Optimū epithetum. Nam legimus Tyrum ob decus purpuræ, quam fert libertate donatam a Romanis. Hanc Hebræos Sur nominare uolūt. Habita metropolis Phœniciæ, quanq; Sydon reluctata est: quia cum de magnitudine, pulchritudine, & antiquitate contēderat. tametsi ab Homero celebrata Sydon, Tyri nulla mētione facta. CHRISTVS utriusq; meminit, ubi prædicit in die Iudicij remissius agi cum Tyro & Sydone, q̃ cum plerisq; Iudæorum oppidis, in quibus prædicauerat, & supra naturam signa fecerat. Ostro. Purpura. Axe. Cœlo. Quanq; axis proprie iuxta Procli finitionē dicitur ipsa linea, quæ mundum dimetitur. Et Theon scribit, axem imaginariam esse lineam, cuius puncta Poli nuncupantur. Eo autem dictus est axis, quod circa ipsum agatur cœlum. Sollicitant epulas dono spumantis Iacchi. Intelligit morem inuicem propinandi apud Germanos. Ebrietatem non tantum Germanis, uerum & omnibus gentibus asscriptam docet Irenicus noster cap. decimo octauo libri iam citati. Nullumq; putabant. Non desideratur uerbum. Nam est, erat, & fuit, plærunq;

Tyrus. Axis.

absunt cum elegantia sine detrimento sententiæ. Lege Macrobium lib. sexto. Moremq; secuti. Scilicet antiquorū, qui ut melius locus fragraret, odoris uinis ac croco spargebant triclinium.

Nicer.

Nicer. Nicer apud antiquiores, ut Liger Galliæ fluuius. Est autem Nicer is Sueuiæ fluuius, quem hodie Germanice Necker uocamus, quidam Neccarum, de quo inferius latius dicam. Niceris meminit autor Panegyrici Constātino Constantij F. dicti. Treuir. Tacitus scribit Treuiros & Neruios circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitiosos esse: tanq; per hanc gloriam sanguinis a similitudine & inertia Gallorum separentur. Treuiros liberos facit Plinius. Lucanus testis est eos ciuili bello inter Cæsarem & Pompeium interfuisse. Mosellæ. Fluuius hic uel Ausoniano preconio notissimus est. Corripuit autem, ipsum Ausoniū imitatus, quod ante me doctissimus ille Vadianus noster obseruauit. Bono autem epitheto usus est. Nam ad Mosellam conuerso sermone Ausonius cecinit, Tu placidis prælapsus aquis nec murmura uenti Ulla, nec occulti pateris luctamina saxi.

Treuiri.

Aeneadum interea sapiens Orator ab arce
Venerat, atq; thoro Regis consederat alto,
Et stupet, & pompas oculis titubantibus haurit.
Hic Marianus erat, quem thusco uertice fudit
Sublimis, Perusina domus, quam Lydius amnis
Astrepit, atq; ullo lacus indelebilis æuo
Attollis Thrasymene caput, ripamq; uetustas
Faunigenam memorat tenuisse antiquitus Aunum,
Hæc patria est olli, nobisq;, & sanguine ab uno
Aedimur: ille tamen uirtute insignis ad astra
Euolat, & celso pulsat iam uertice olympum,

Marianus.

Aeneadū interea. Poeta in fine huius libri patrui sui Mariani Bartholini laudes canit: imitatus Maronem, qui ultimo libro Georgicon laudes Pollionis fuerat prosecutus, quas postmodū in fabulam Orphei commutauit. Hic est Marianus, qui a Iulio Pontifice in duodecimuiralem iudicē, quos Auditores Rotæ uulgus appellat, cooptatus est, cū prius in Hungariam cum Cardinali Rhegino profectus fuisset. Inde Orator a Iulio creatus, in Germaniam, ad Cæsarem Maximilianum mittitur, quo tempore notariam ego præstiti operam Petro Bononio Episcopo Tergestino, tum magno Romani scrinij apud Maximilianum magistro: qui cum & honoris & officij gratia frequens accederet Marianū, ipse quoq; studio & cura poetæ, qui patruū sequebatur, in clarissimi uiri amicitiam receptus sum. Sed cum defunctus oratorio munere Romam redijsset, æstiuis caloribus, dum Sublaci amœnitatem petit, aquarum frigiditate æger Romæ perijt. Aeneadum. Romanorum. Lucretius Aeneadum genitrix. Syllius, Ordior arma quibus cœlo se gloria tollit Aeneadum. Perusina domus. Perusia antiquissima Ethruriæ ciuitas est, notissima Marci Antonij fuga, & Augusti obsidione: cuius meminit Lucanus & Propertius. Ab Augusto dicta est Augusta Perusia, quod eam dilectam a se instaurarit.

Perusia.

Lydius amnis.

Lydius amnis. Id est, Tybris, qui Vmbriam a Tuscis diuidit, mille fere passus a Perusia labitur. Lydius autem dictus, quoniam Lydi Ethruriam incoluerunt, autore Strabone. Thrasymene. Lacus est inter Clusium, Cortonam & Perusium positus, ditioni Perusinæ subiectus, ut apud Campanū est. Memorabilis clade Romanorū & uictoria Annibalis. lege post Liuiū Quintum Syllij librū. Faunigenam Aunum. Sic Syllius ipse. Quæ uada Faunigenæ regnata antiquitus Auno, Nunc uoluente die Thrasymeni nomina seruant. Vide quæ asscribit interpres.

Thrasymene.

Hæc patria est olli. Patriam suam poeta & sanguinem docet. Insignis uirtute euolat ad astra. Nam ut Lucanus. Non illuc auro positi, nec thure sepulti Perueniunt, sed qui uitæ caruere dolis, ut superius Poëta cecinit.

Nascenti Lucina diem felicibus horis
Concinit: arrisere Dei, sortesq; locutæ,
Et dodonæas pulsauit uirga Lebetas,
Nec tacuit de te Vates Ammonidos aræ
Vera loqui, & uitæ Deus incrementa profari,
Effudisse tibi nascenti carmina Delphos,

Lucina.

Lucina. Infantiū præsidem Lucinam esse nemo ignorat. Ouidius etymū uocis his uersibus reddidit. Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus, Vel quia principiū, tu Dea lucis habes. Vn-

Assyriamq; umbris pepigisse silentibus astra
Iam læta, & Memphin cœli secreta mouentem.
Nec non Carpathio Vatem cecinisse sub antro
Crediderim, & toto patefacta oracula mundo.
Nam simul ac luci te prodidit Ilithyia
Infantem, gremio suscepit Pallas athene,
Inde ad Erechthæas secum te transtulit arces,
Instruxitq; animos faciles, infantiaq; ora
Finxit, & æthereus solio pater annuit alto.

de Lucecia quoq;, sicut & Iuppiter Lucecius dictus est. Sortesq; locutæ. Oracula respondisse significat, quæ sortiũ nomine proprie accipim9. Quanq; & genus quoddam particulare diuinitatis habet. De sortibus plura diximus. Io. Francisci Pici Staurosticon in schola Tubingensi enarrãtes, super illos uersus. Tergeminiq; micant tali, quos inclyta CHRISTI Iecerat, innocui sortitus tegmina miles. Et dodoneas pulsauit. Super dodoneo oraculo superius quoq; satis explicatum est. Sortes.

Ammonidos. Hinc oracula quoq; petebantur, exempla suppeditant, Syllius & Curtius.

Delphos carmina effudisse. Diuitijs celebre hoc fuit oraculum, ut apud Diodorum legimus.

Assyriamq; umbris. Propter Chaldeos dicit. Est enim Chaldea regio, in qua Babylonem fuisse legimus, Assyriæ fere caput. Hi obseruatis quibusdam syderum cursibus ac rationibus, futura præhoscebant, lege Ciceronem in diuinatione. Chaldei. Memphim cœli secreta mouentem. Respexit ad prophetas Aegyptiorum. Plinius Memphim quondam arcem Aegypti regum fuisse tradit, dicta a Statio in Syluis inuida: quia memphitici sacerdotes arcana mysteriorum cum nullo communicabant. Fuerunt Aegyptij naturaliũ rerum studiosissimi, & astrorum peritissimi. Agyptij.

Vatem sub Carpathio antro, id est, Protheum, de quo in primo. Extat fabula apud Homerum libro quarto, & apud Maronem Georgic. item quarto. Ilithyia. Refert Acron, Lucinam hoc nomine mystico in sacris nominatã, & sic ab Homero uocatam. Ilithyia. Pallas athene. Sic absq; diphthongo in fine scribendum: quoniam est epithetum Palladis frequenti in usu apud Græcos: quanq; nonnullis placet, ut potius Athela Pallas nuncupetur. autor est Athenagoras.

Erechtæas. Id est, Athenienses. Ab Erechteo, Erechtidæ, ut Cecropidæ a Cecrope, & Codridæ a Codro, Thesidæ a Theseo nuncupati sunt. Stephanus notat duplices appellationes, a patria scilicet, & habitatore.

Salue cura Deum, salue non digna sileri
Progenies: quid sancta canam primordia pubis,
Aetatisq; decus: tantarum euoluere rerum
Nequicq; enitor cumulos: namq; acta putantes
Obruimur, laudumq; ingens iam panditur æquor.
Hinc stimulat pietas, hinc & sollertia iuris,
Hinc iusti sincerus amor, uenerabilis omni
Parte sui: quacunq; meat, subridet eunti
Tellus, & subitos ponunt freta concita uentos,
Celsaq; placato fugiunt caua nubila cœlo.
Hunc olim gelidis Pannon suscepit in oris
Iura ministrantem populis: hunc eya age fandum,
Quantum Germanæ gentes uenerentur, adorent.
Vt primum æthereas transcendens attigit Alpes,
Labentisq; Aeni fluctus, grauidamq; metallo
Tellurem. sensit faustum germanica pubes
Illius aduentum, currunt de montibus altis

Salue cura Deũ. Conuersio est ad Marianum. Et in usu est appellare inanimata quandoq;. Nec ab hac re abhorret usus sacrarum literarum, quã cœlum & terram, ac alia prorsus inanima citat ad audiendum. Hinc illud Esaiæ. Audite cœli, auribus percipe terra. Hũc olim gelidis. Diximus iã superius, Marianũ cum Cardinali Regino Petro Siculo Pontificio Legato, profectum in Hungariam. Aethereas. Aereas, hoc est, in aere protensas. Oeni. Scribe, Aeni, qui Noricum, siue Bauariam a Vindelicis diuidit. Grauidãq; metallo, Tellurem. Signi

Agricolæ, & totam circundant murmure uallem.
Donec Vindelica haud longe expectatus ab urbe,
Metalla. Clarorumq; Ducum, primorumq; agmine magno
Suscipitur: quantum egregio decus enitet ore
Mirantur cuncti: & coram ut data Rege facultas
Dicendi, siluere poli, nidosq; reliquit
Ales ut audiret, mediaq; pependit in æthra.
Et matutinos firmarunt sydera cursus
Dulcibus hic uerbis, tanta est facundia linguæ,
Tænarios domito Manes placaret Auerno,
Aoniasq; iterum posset componere Thebas,
Hæc maiore Deo, maioreq; digna camœna
Ordimur, seu nubigeras mens ire per Alpes,
Calcatasq; niues, ingentiq; obsita bruma
Regna canam, seu quos populos inuisit & urbes,
Danubijq; alto quos pertulit amne labores.

ficat uallem Aeni, uulgo das Inntal, abũdantem, feracem, & diuitem ferri & argenti. Metalla dicũtur uenæ, unde aurũ atq; argentũ, & huius generis alia proferuntur. Diuus Hieronymus, pro auro accæpit, ad Marcellã de laudibus Asellæ scribens. Corã rege. Cæsare Maximiliano, ad quẽ Orator a Iulio Pontifice missus erat. Siluere poli. Et quæ sequuntur per hyperbolen accipienda sunt. Poeta enim summã patrui eloquentiam, ut certe erat facundus supra modũ, innuere uolens, apta id & eleganti hac expressit hiper
Aether. bolæ. Aethrã. Id est, aere. Syllius, si sensit in æthra librantẽ uisus aquilam. Pronũciabant aũt & masculino & fœminino genere, nũc masculino tantũ. Dictauimus super etymo uocis huius aliquãto, ut omnia illic plura, in interpretatione hymni, quẽ Prudentius cecinit, in omnes horas,
Orpheus. siue de CHRISTI Seruatoris miraculis. Tænarios domito. Ad Orpheum respexit, cuius descensum ad inferos scribit Ouidius decimo transformat. & Maro in fine quarti Georgicorũ. Vnde aũt hæc emerserit fabula, refert Palephatus, explicant item Horatius, & Macrobi.
Aoniasq; iterũ. Hoc respicit Amphionem citharædum, cuius lyræ harmonia Thebanos muros exædificatos fabulantur lapidibus sponte insilientibus, ut Papinius in primo Thebaidos.
Thebæ. Dicuntur Thebæ Aoniæ, ab Aone rege filio Neptuni: uel a monte Bœotiæ. Nam ipsa est Ao-
Aoniæ. nia, iuxta Lactantiũ, & Seruius meminit apud Maronem. Dionysius contra usum Thebas singulariter protulit, Nam, Hanc habitant, inquit, homines multi, pariterq; opulenti Qui ueteris, claræq; colunt sub mœnia Thebes. Danubijq; alto. Nam ipso per Danubium nauigante, nauis una absorpta est, altera cum equis harenæ hæsit.

Hæc dum magna loquor, retro maiora supersunt,
Quæ si cuncta sequi prætentem, Pelio Ossan
Ocyus imponam, Cumæaq; tempora norim.
Huius enim mores crinem flectente Sueuo
Teste canam, nouit uitam ferus incola syluæ
Bructerus Hercyniæ, lataq; palude Sicamber
Cinctus, & ad famam uastis Saxones ab oris
Deseruere Albin, syluarumq; inuia Franci.
Quid Morinos dicam? Belgas? quid littore magno
Oceani errantes populos? tibi munera Treuir
Obtulit, & lato uicina Colonia Rheno
Condignas cecinit laudes, & honoribus auxit.
Viue, uale, o nostris semper memorande camenis.
Hactenus hæc placido Cæsar germanice uultu

Pelio Ossam. Hic morem Græcorũ, quo etiam Latini utuntur, secutus est. Non enim abijcit uocalis. Maro in primo Georgicorũ. Conati ter sunt imponere Pelio Ossam. Vide ibi Seruium, & de his montibus Thessaliæ, lege Solinũ. Cumæaq; tẽpora norim. Id est, numerauerim Sibyllæ Cumææ annos, Papiniũ imitatus in syluis. Propertius Elegiarũ Secundo, Sibyllæ ætatem, pro quantiuis longa posuit, quæ & in prouerbium abijt. Hanc Maro longæuã sacerdotem

Accipe, nunc acies, & bella horrentia Martis
Prosequimur maiore chely, & tua pandimus arma.

cerdotem uocat. Vide quæ Seruius hunc enarrans locũ asscripsit. Flectente crinem. Vnde Tacitus de Sueuis. Insigne ait gentis obliquare crinem. quod iam calamistrare dicunt, a calamistro instrumento, quod calefactũ in cinere adhibent ad crispandũ crines: a quo ministerio dicitur cineranus, & cinislo. ut Porphyrio & Varro tradiderunt: cuius rei meminit etiam Maro. Vibratos ferro calido, mirrhaq; madentes. Bructerus. A quibusdam refertur populus Germaniæ inferioris, Phrysijs proximus. Ex his fuit Veleda uirgo fatidica. Strabo auctor est, circa Amasim fluuiũ Bructeros habitasse. Hos Drusus nauali prælio superauit: Vnde ab Austro in Aquilonem dilapsi, ad Oceanũ hodie Pruteni putantur. Facile namq; Bructeros, in Prutenos sermo conuertit. Sycamber. Chelrensis. Lata Palude. Nam ad utramq; ripam Rheni incolunt Sycambri. Horum meminit Martialis & Iuuenalis, Cæsar, & Suetonius in Augusto. Deseruere Albim. Quoniam Saxonicũ nomen, gens maxima & latissima, incipit ultra Albim: qui in duo spacia Germaniam disterminat, autore Strabone: qui tradit etiam Romanos non transcendisse fluuium Albim. Olim a Sueuis tenebatur Australis Germaniæ pars trans Albim, de quo Lucanus, Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis. Franci. Quos nunc Francones uocamus, de quibus inferius, quanq; & Franconum meminit Cicero in Epistolis ad Atticum. Francorũ autem nomen haud facile apud ueteres reperies. Inuia syluarum. Sunt em̃ in Franconia multæ syluæ, & multa uenatio. Errantes populos. Significat Poeta, ut arbitror, Cimbricam Chersonesum, gentem notissimam Romanis cladibus: uel Scandinauiam insulam ad septentrionalem Oceanũ, ex qua diuersæ nationes egressæ sunt: quas recensent Iornãdes & Vrspergensis. Tibi munera Treuir. Indicat patruũ etiam apud Treuiros Pontificij Legati munus obiuisse. Colonia. Hanc memorant urbem a Claudio Cæsare conditam, & ab eius coniugis nomine nuncupatam Agrippinam. Nunc acies & bella horrentia. Nam huiusmodi laudandi genus humi serpat necesse est, ergo reuersurus ad arma, ueniã petit a Cæsare, & altius insurgit.

Calamistrũ. Bructeri qui Sycambri. Albis. Franci. Francones. Colonia.

LIB. Secundi Finis.

LIBRI TERTII ARGVMENTVM.

¶ Postq; exempta fames, Enypeus cantor bellum Byzantiacum canit, atq; in primis de origine Turcarum. de Furijs, atq; Pharnacis umbra, quæ Turcas stimularunt ad suscipienda arma. Sequitur Catalogus Scythicarũ gentium Asiæ, & Europæ. Cunq; circa Mœotim paludem conuenissent, tres habitæ orationes sunt. Inde celerrima Turcarum Byzantium uersus nauigatio describitur, repẽtinaq; oppidi obsidio, & pugna. Interim Apollo suæ urbis misertus, cuius etiam origo recensetur, ante Iouem conqueritur. Cui Iuppiter prædicit futurum Turcarũ imperium. Obiterq; Triptolemi, Lynciq; fabula narratur. unde Ceres cum Scythas odio prosequeretur, Regem Byzantij, de futura clade in somnis admonet. Nec mora, urbs & incendio, & armis superatur, ac duorum militum in pugnando laudes describũtur. Rex a Salmoneo obtruncatur. exitus hic urbis. Inde oppidorũ, insularumq; enumeratio, quas post Turcæ occupauerunt. Sequitur ipsius Cythar&edi hortatio contra Turcas. Cæsarisq; oratio qua demonstrat prius pacandam patriam, deinde arma in Turcas sumenda esse.

AVSTRIADOS Liber Tertius.



OSTQVAM EXEMPTA fames, mensisq; micantibus auro
Instauratus honos, frontiq; est reddita demum
Læticia, & Bacchi laxarunt munera mentes.
Personat aurata testudine pulcher Enypheus,
Non canit errantem Lunam, non furta tonantis,
Nec iam uulgatos electræ Atlantidos ignes
Scilicet ut magno cretus Ioue Dardanus, isq;
Aedit Eryctoniū, nec Caucason, unde Promethei est.
Fabula, Cyrrhæo flammam rapientis ab axe,
Parrhasiam sed enim gentem, pontumq; niualem,
Armatosq; Asiæ populos, Turcasq; canebat
Horribiles bello, atq; alto sic incipit ore.

In Austriados Lib. III. Iac. Spiegellij Scholia.

Postquā exempta fames. Interpres Maronis, exempta, id est, fugata exponit: ut sufficientia, nō autem affluentia quæsita sit. Contra uidetur Poëta sumptuosam cęnam descripsisse. dixit enim, regificoq; ardent luxu. Mensis. Athenæus inquit. Erat prima, & secunda, & tertia mensa: & tripodes qbus innitebantur mensæ appositæ, quæ nunc Magades uocantur. Mensas nominabant & epulas in ipsis positas. Apud Romanos uero, testibus Varrone & Festo, quadratis mensis in castris utebantur, quas Cibilas, a cibo uocabant: domi rotundas habebant. Micantibus auro. Vasis, poculis, & instrumentis mensæ, puro auro instructis, & argento, ut meminit libro secundo. Bacchi laxarunt munera mentes. Quoniam ut apud Homerum est, Vt pellant homini curas Dij uina dedere. Vnde & Ouidius cecinit. Cura fugit, multo diluiturq; mero. Socrates apud Platonem laudat uinum in conuiuio modice sumptū: quod haud aliter q̄ Iouis imber plantas leniter irrorans, uegetiores facit, q̄ impetu descendens, ita merum moderatum uirtutem excitare, alacrioremq; animum ad officia reddere: immodicum uero obruere. Neq; enim funerales epulæ alia de caussa inuentæ, q̄ ut per uini cibiq; recreationem, defuncti desyderium, ex eoq; mœsticia comprimatur. Diuus Paulus Timotheo iubet, ut stomachi tenuis gratia modico utatur uino. Personat aurata. Vt cytharedi in conuiuijs canerent, antiquis morem hunc fuisse, ex capite de Musicæ laudibus apud Quintilianum colligimus. Pulcher. Vt Apollo, cuius artis erat imitator. Testudine. Cythara. nomīs caussam refert Seruius. Cretus Ioue. Non, certus, legendum. Caucason. Apud multos Taurus nominatur. Curtius tamen distinguit. Parrhasiam gentem. Id est, Scythicam. Scythia em̄ sub Vrsa est, quæ Arctos dicitur: & Parrhasij epitheton a Parrhasio Arcadiæ oppido. Populosq; expunge, q;, dictionem coniunctiuam. Turcas. Horum patriam inferius describit.

Mensæ plures Tripodes.

Cibilæ.

Vini moderati commendatio.

Cythare di in conuiuijs canebant.

Caucasus.

Qua Boreas gelidis Scythiam diuerberat alis,
Perpetuiq; ruunt imbres, & lubricus anguis
Armatam torquet nymbis algentibus arcton,
Ryphæi insurgunt montes, niuibusq; sub altis
Horrescunt scopuli ingentes, uallesq; profundæ
Perpetuas densa ducunt caligine noctes.
Immanis regio, Mœotidas aspicit undas,
Hanc habitant circum gentes, populiq; paludem
Innumeri, matrem undarum qua littora Ponti
Nunc Asiam curuis urgent anfractibus, & nunc
Europam, et Scythicum cursu flectuntur in arcum

Qua Boreas. A loci descriptione ordit, & Bosphorum Cymmerium, id est, Scythicā plagam intelligit. Autore Aristotele, Venti qui ab arcto prodeūt, uocantur Boreæ. Scythiamque. Et hanc expūge copulam, legeq; sine, q;, Scythiam. Lubricus anguis. Draco custos hortorum Hesperidum, a Iunone inter sydera collocatus. Torquet arcton. Inter

Nauigat obſcuras ubi Tauricus accola fauces,
Allatratq; undis littus ſpumantibus Iſter,
Et ſeptingeminus Peuces ferit æquora Nymphæ,
Cycladas hinc ſparſas in fluctibus aſtrepit Aegon,
Totaq; ad Herculeas urgens agit æquora metas.
Qua breuis oceano patet exitus Atlantæo,
Gurgiteq; immenſo uaſtarum ambitur aquarum
Orbis, & effuſo circum, iacet inſula Ponto.

duas arctos uidetᷓ collocat9, factoq; ſinu corporis, minorē arcton cōdudere, & pene pedes eius tangere. Lege Higyniū.
Niuibusq; ſubaltis. Sūt em̄ ibi perpetuę niues & intolerabilis rigor. ut Mela ſcribit. Perpetuas noctes. Nā Sol illic non quotidie, ut nobis, ſed primū uerno æquinoctio exortus, autūnali demū occidit, et ideo ſex menſib. dies, & totidē alijs nox uſq; cōtinua. ut Strabo teſtatᷓ. Vnde Ouid. in hac regione cōuenienter Somno Deo regiā ædificauit lib. Transformationū. u. Vndasq; matrē. Scythæ Mœotim uocāt Temerinda, q̄d ſignificat, matrē maris. Et Dionyſi. ait. Et matrē Ponti phibent Mœotidis undā. Sic Auienus. Scytha late barbarus oras Incolit, & matrē Ponti cognoīat undā. Itē tradit Polybius. Innūeri populi. Hos numerāt Plini. cap. ſeptimo ſexti, Strabo lib. u. & Pomponi. in fine Primi. Qua littora Ponti. Incidēter Pontici maris curſus deſcribitᷓ. In arcū. Vnde a Dionyſio bimaris dicitᷓ, ob eius arcualē figurā. Tauricus accola. Deſignat Tauricā Cherſoneſum. Iſter. Danubius em̄ permenſus totam Europā uaſtis ſexaginta fluminibus, quæ Poëta in ſequēti lib. miro ingenio recitat, in mare Ponticū euoluitᷓ. Septemgeminus. Totidē namq; q̄t Nilus oſtijs, ſed trib. tenuibus, reliqs nauigabilib. effluit. Autores Mela, & Herodotus. Peuces. Inſulæ quā facit primū Iſtri oſtiū, q̄d ſacrū noiat. Aegon. Frequēs dictio apud Papſiniū, pro Aegeo mari. Cycladas. Has Mela noiat. Dictæ Cycladæ, qa in orbē iacent. Cyclos em̄ orbis eſt & circulus. Agit æquora metas. Significat colūnas Herculis. Patet exitus. Nā illinc maria exeunt, & nunc illuc, ut alia faciūt maria reciprocanᷓ. Oceano. Qui q̄uis unus ſit, plurimā noīa ſumit. Vt docet Solinus & Ambroſi. in Hexamero. Atlantæo. Hic eſt in finibus Heſperijs. Orbis. Nam cingitᷓ æquore tellus.

Vbi Sol non quotidie oriatur.
Temerinda.
Curſus Pontici maris.
Oſtia Danubij.
Sacrum.
Cycladæ.

Ergo has deſertis Arabum de finibus acti
Turcæ olim coluere plagas, Tanaimq; bicornem
Venari ſueti, raptasq; auertere prædas,
Barbaraq; incultis Magalia figere ſyluis.
Illic nulla ſeges, creſcentia frigus adurit
Gramina, & arentes glacialem perdere brumam
Herbarum uires certum eſt. unde aſpera quaq;
Vertaris regio eſt: hinc extera quærere regna
Impulit atra fames, alienaq; littora, & imas
Scrutari gentes, longeq; inquirere bello
Decantatam Aſiam, & ſpumantibus æquora remis
Diuitis Europæ, noſtrumq; laceſſere mundum,
Errantes Scythiæ populos, it fama repente,
Concordesq; acuit mentes ſtygialis Erycto.

Ergo has deſertis. Redit ad materiā, dicēs Turcas Arabū de finibus actos. Quod ſtare nō poteſt: niſi tm̄ de Maumete intelligatᷓ, q Arabs fuit. Sylui. in Europa ſua de gētis origine copioſe ſcripſit: diligēter itē Egnatius, in Romanis Principibus. Tanaimq; bicornē. De hortu huius ſcriptores uariāt. Poëta Melæ accedit. Strabo dicit ortum Tanais ignorari. Magalia. Tuguriola: q & mapalia. Illic nulla ſeges. Vnde Dionyſius. Heu miſeros hoīes habitant q finibus illis. & quæ ſequūntᷓ faciūt ad hunc locū. Impulit atra fames. Alludit ad Ouidianam fictionē, qui Famem deſcribens lib. Transformationū octauo, ſedem ei in Scythia tribuit.
Decantatā Aſiam. Propter relata fortaſse bella uarie in ea geſtā. De noīe plura in cōmentarios ſuorū hymnorū Picus retulit. Diuitis Europæ. Et huius ratio nominis apud eūdem, Terminos aūt apud Pomponiū reperies. Dici aūt & Europiam, notauit Stephanus.

Turcarum origo.
Tanais.
Famis ſedes apud Scythas
Europa.

Dānata (ut perhibent) antiqui Pharnacis umbra,
Ac ſimul accæpit Ryphæo a uertice bellum

Pharnacis umbra. Fingit umbrā Pharnacis, q Ponti rex fuit, Furias ab

Europam contra, atq; Asiam ruere, omnia miscens
Hydrigeras magnæ famulas Iunonis auernæ,
Qua specus Herculeis Acherusia panditur antris,
Impulit ad Tanaim, atq; undæ Mœotidos oram,
Vtq; altos tetigit montes, atq; horrida bruma,
Aequora camporum, furiarum infecta ueneno,
Corda uirū, stimulatq; fames, gens Barbara nostræ
Conuenit exitio Europæ, memorare potestis
Musæ Olympiades, quanto ruit agmine tellus
Infida, & populos Scytha quos armauerit olim.

inferis excitasse, qbus comitata p Acherusiū specū exijt, ac anios Turcarum Scythicarumq; gentiū ad arma capessenda impulit. At simul accepit. Corrige, Ac simul accæpit. Hydrigeras. Pro crinibus eiū serpētes habēre fingūtur. Herculeis antris. Qm illinc Hercules, ut Mela scribit, ab inferis Cerberū extraxit. Stimulatq; fames. Vnde eleganter dicta malesuada a Marone. Musæ Olympiades. A locis sunt sortita nomia, quæ sparsim apud autores, oia congessit Lilius in Syntagmate. Argolicam propter Græcorum coloniam, quæ ad Tanaim quondam fuit, a Polemone Colchorū rege diruta.

Argolicam inprimis Tanaim Mœotide ripa
Effundit belli rabies, gelida alta palude
Vrgetur patrijs Borealibus insula uentis,
Rhombitiæ sulcantur aquæ, totamq; Tyrambem
Exagitat furor, & trepidos impellit Oranos.
Necnon Cepæi, pontiq; ad littora Sindi
Tela uehunt læti, totamq; Apaturon in armis
Cernere erat, Veneremq; sacra struere agmina fano,
Vnde Gygantæo Tirynthius antra cruore
Rhombites duæ. Tingens, Argolicas remeauit uictor ad urbes.
Quosq; Calystonij spumans ferit unda Lagoi,
Dein Zygij, Valiq;, & pexo uertice Seres,
Sarmataq;, & magico pugnans stridore Cohatra
Fama exarmantur belli, Tanaimq; colentes
Iaxamatæ, & fuso gaudentes sanguine Cottæ.

Mœotide ripa. Paludis huius fit mētio apud Priscos, de qua Iornandes scribit in historia Gothorū, & in origine Hunnorum. Patrijs uentis. Pro peculiaribus. Aristoteles in Meteoris duodecim uentos numerat, q̄rum in Plinio latina nomina reperies. Rhombitiæ aquæ. Ptolomæus maiorē & minorē ponit Rhombitem paulo post Mœotidem, ex Rhomborum frequētia nominatum. Strabone cōmemorant Rhombitani accolę fluuij Rhombitis. Tyrambem. Ptolomęo ponitur in ripa Mœotidis ciuitas. Oranos. Populi circa Mœotidē ipsam, horum meminit lib. 6. Plin. Cepæi. Cepœ oppidū in aditu Bosphori, q̄rū quatuor referunt Pomponio. Portusq; ad littora Sindi. Isteron proteron. i. ad portū littoris. Pomponius Sindones populos, & Sindo oppidū refert. Dionysius Sindos populos ait uicinos Tanai. Apaturon. Hoc oppidū Plinij tēpore, ut idē prodidit, pene desertū fuit iuxta Cymmeriū, q̄d antea Cymbricū uocabat. Tirynthius. Hercules. Calystonij Lagoi, Zygij. Dionysius. Post hos Eniochi, genuit q̄s Græcia tellus. Et Zygij iuxta uiuūt. Vali Seres. Hos genus plenū iusticiæ & cōmercio Mela asserit. Sarmata. Asiaticus. Duplex est enī Sarmatia, Europæa, & Asiatica. Iaxamatæ. De his lege Pomponiū. Cottæ. Et hi circa Mœotim habitant.

Cepœ.
Sindones.
Sindo.
Sindi.
Apaturon.
Eniochi.
Zygij.

Mouit & Argolicos bellorum rumor Achæos,
Cercetiosq; acres, & duro Marte Laconas
Heniochos, cymbaq; fretum secat aspera Tazos,
Littora mitratos fuderunt Colcha maniplos,

Argolicos Achæos. Hi Troianæ post prælia gentis Aschalaphi regis uictricia signa sequētes, Dispulsi uentis, istas ue-

Línigerumque genus, Phariroque furentia ſyſtro
Agmina bellantum, nec uertice defuit alto
Caucaſus, & rigidas armauit Iberia turmas.
Et niueum Albanus ſulcauit Alazona miles
Nocte magis ꝙ̄ luce uidens, canibuſque ſuperbis
Inſultat pugnæ, & crudo uorat agmina morſu.
Et quos inflexa Scythicus ſinus abluit unda
Aequoris Hyrcani, Nomadeſque, & pellibus hirti
Sauromatæ, & pictis pugnator Pæſicus armis,
Hinc & Moſchus atrox, curuiſq; impoſta Trapezus
Littoribus, Chalybumq; furor, qua Pontus & æther
Gente ſonat, reboant montes, ut forcipe maſſa
Voluitur, & uaſtis reſonant incudibus æra.
Inde Genetæi rupes tetigere tonantis
Rumores belli, motus Zaberenus, & antro
Vmbrifero Phyliræ, & ſparſis Byzares in agris.

nere ſub oras. Dionyſio. Acheoꝝ quoq; Ponticorũ meminerunt Plinius, Mela. Strabo. Cercetioſq; acres. Dionyſius. Poſt hos Cercetij, iuxta quos Axenus altis Fluctuat æquoribus. Laconas Heniochos. Sine aſpiratiõe ſcribit Barbarus Eniochos in principio, ultimã aſpirans: q̃d & Camers facit. Igit̃ Eniochos, pro Heniocos legendum. Laconas ex Iaſonis exercitu habitaſſe Eniochiam autor eſt Strabo, quod & Dionyſius indicare uidetur, dicens. Eniochi, genuit q̃s Græcia tellus. Tazos. Inſula eſt, quã Mela lib. ſecũdo, primã numerat inter eas inſulas, quę noſtris littorib. magis ĩminent, ab Helleſponti Europeo latere orſus. Hæc Tazos, uino ſuo, q̃d Tazium dictũ eſt, & nuce optima, cuius M. Varro meminit, celebris. Plin. cap. 7. lib. decimiquarti. Sita e regiõe Abderæ. Mytratos maniplos. Quoniã Colchi ab Aegyptijs originẽ habuerunt, apud q̃s erat uſus mytrę, idcirco mytratos dixit. Hi pueros ueteri Aegyptioꝝ ritu circũcidunt. Autor Diodorus. De Colchis Dionyſius ſic ſcribit. Intima ſed Ponti poſt fines Tyndaridaꝝ Aegypto miſſi Colchi tenuere coloni. Linigerumq; genus. Alludit ad morẽ Aegyptioꝝ in ueſtibus. Phario ſiſtro. Latino i, ſcribendũ ſiſtrũ & Phario legendũ. Eſt ſiſtrũ inſtrumentũ ſtridulũ & ſonabile Iſiacoꝝ peculiare, qui ob id Siſtrati noĩantur. Phariũ appellat a Pharo Aegypti notiſsima Cæſaris dictatoris colonia. Alto uertice Caucaſus. Sũmitates huius montis adeo præcelſæ ſunt, ut ab eis ſol ſcindi uideat̃. Maximam aũt orbis partẽ circuit iugo continuo. Non eodẽ ſeruato noĩe. Plura eñ dederũt ei gentes uocabula. Autor eſt Iornandes, q multis uerbis Caucaſum ipſum deſcribit. Porro proditũ eſt Alexandri exercitũ ſeptem & decẽ dies conſumpſiſſe ad ſuperandũ Caucaſum. Iberia. Ab his Iberis Scythiæ de q̃bus Ptolomæus, & Plinius in ſexto, Varro exiſtimat Iberos Hiſpaniæ originẽ traxiſſe. Contra Dionyſius illos ab his deſcendiſſe ſcribit. Albanus miles. Albanoꝝ originẽ Italicam Trogus repetit, & eos huius memores origines exercitum Pompei Mithridatico bello uti fratres ſalutaſſe. Solinus ait, q̃m albo crine naſcant̃ Albanos dici, Dionyſius Albanos facit bellaces, unde puto eruditiſſimũ Richardũ noſtrũ militẽ Albanũ appellaſſe. Alazona. Huius fluminis meminit Valerius Flaccus. Canibusq; ſupbis. Sũpſit hęc Poeta ex Dionyſio, Solino, & Plinio, q appellat canes fidiſſima auxilia, nec ſtipendioꝝ indiga. Aequoris Hircani. Quod & Caſpium dicit̃. Nomades. Scythici ſunt eñ & alij, Vagi dicti, q̃d pecoꝝ pabula ſequant̃. Eadem tñ genti origo. Sauromatæ. Ita græcis, nos Sarmatas uocamus. Hirſuti pellibus. Mores gentis Pomponius in tertio refert, & plura Herodotus in quarto. Pæſicus. Pomponius Pæſicaꝝ in tertio quoq; meminit. Moſchus atrox. Aſiaticũ intelligit. Lege Melã in Sũma Aſiæ deſcriptione. Trapezus. Idẽ tradit oppidũ eſſe Chalybũ maxime illuſtre. Genetæi. Huius meminit Valerius Flaccus & Barbarus in emendationib. Plinianis in deſcriptione Scythicaꝝ gentiũ. Zaberenus. Lege Tibarenus, ut apud Dionyſiũ. Hinc pecoꝝ eſt diues nimirũ gens Tibarenũ & Val. Flaccus lib. q̃nto. Inde Genetæi templũ Iouis, Hinc Tibarenũ Danides poſt terga lacus. Cæterũ Tabereni Chalybas attingunt, q̃bus in riſu, luſuq; ſummũ bonũ eſt. ut Mela tradit, & Flaccus lib. iam citato. Strabo Tabarnos noĩat. Iuſtiſſimi ſunt illi, nec prius prælio congrediunt̃, quam diem, locũ & horam ex fide hoſti denũciarint. Phyliræ & Byzeres. Hoꝝ fit mentio a Plinio cap. quartodecimo ſexti, a Val. Flacco libro itidem quinto, & a Dionyſio Byze-

Cercetij. Eniochos. Siſtrum. Summitas Caucaſi. Iberia. Albani. Alazona. Momades. Pæſicus. Trapezus. Tibarenus.

tes primi, q̄s iuxta terra Bechirū Macrones post hos pariter, Phyliresq; sequunt, in descriptione Asiaticæ plagæ, quæ a Colchide in Bosphorū usq; Thracium protenditur.

Mossynæci. Non tot habet frondes Othrys, nō collis Hymetti
Mossyni. Tot flores, tellusque Arabum tot mittit odores,
Quot properant ad bella uiri, nouus impulit ardor
Mossinæcosque, & sudibus Macronas obustis,
Armataque cohors uibrabat Amazone peltas,
Thermodontiaca præformidanda securi,
Durataei. Quosque iris, quos potius Halys celer alluit undis,
Nota olim ut perhibent, sitienti littora Mœdo,
Atq; umbram in pelagus curuam deflexa Synope
Quos alit, armantur, pedites liquere Cimolin,
Et gens aeream Teuthrana Carambida uidit
Amazones. Commotam, & trepidum buxo pallente Cytorum.
Vnde ruens pugnæ sua spicula uellit Amastris,
Ponticaque obscuro linit Heraclea ueneno,
Nigra inter scopulos gignens Aconita sagittas.
Accola Callichori remeans ubi corniger Indo
Bacchus Pampineis ornauit tempora uittis;
Lauit & eoo madefactos sanguine thyrsos.
Peltæ. " Martem inhiat, uel qui Byzantia mœnia contra
Exarsere odio, sceptrumque odere Tyranni
Vulgus hebes, dominoq; nouo parere parabant
" Instabiles populi, sic nos contraria semper
" Fata trahunt, & clade noua lætamur, & armis.
" Nec contenta manent uno sub Principe regna,
" Sed mutare uices, cupiuntq;, cupitaq; damnant
Sæpe, nec euentu mens ulla quiescit in uno.
Quippe nouum iuuit demens Europa furorem,
Iris. Esse donum capit arma manus, gaudetq; parentum
Halys. Funere, quiq; Bycem curuam cinxere paludem.
Iamq; Agathyrsææ temnunt sua plaustra cohortes,
Et linquunt rapidi pecuaria nota Satarchæ.

Mossynecos. Mossyni Dionysio. Dicti q̄d sup arboribus habitant. Turres em̄ Mosyni uocant, quę uox & lignea dom⁹ interp̄tat. Autores Strabo lib. 12. & Mela. 1. Nec me p̄terit hos & Durataeos appellatos gręca dictione, qua utit Lucreti⁹ in medio Primi, quāuis alq nequicq; pro hoc uocabulo Dureus legūt. Amazone. Apd' Diodorū de illis magis fabulosa q̄ uera inuenies. Amazones a dextræ mām̄æ carētia dictę sunt. Mazos gręce, latine mām̄a. Armata cohors. Appositiue, & respexit ad legē, q̄ res militaris & arma uiris interdicebat, & Solę fœminæ erudiebant ad militiam. Peltas. Scuta erant breuia, q̄bus peculiarit Amazōes utebant. Has Maro q̄a in modū Lunę figuratæ erant, Lunatas appellat. Thermodontiaca. Dionysius & Herodotus referunt Amazónes relicto flumine Thermodonte, cū in sedibus suis essent debellatę apd' Sauromatas cōsedisse.

Quosq; Iris. q̄s potius Halis. De Iri & Hali fluminibus p̄ter alios Valerius Flaccus lib. q̄nto. Labit Iris iuxta Amasicam urbē Strabonis patriā. & Dionysius Iris continuo liq̄dus p̄currit in æquor. Post Halis est fluuius. Potū aūt Halym dixit, q̄d a Mædorū exercitu exhaustus fuerit, ut Herodotus narrat. Hunc fluuium Lucanus in tertio Crœso fatalem dixit. Crœsus enim Lydorum Rex, cum contra Cyrum Persarū regem bellum gerere statuisset Apollinis oraculum consuluit, cui sic Pythia respondisse dicitur. Crœsus perdet Halym transgressus plurima regna. Vel ut secundo de Diuinatione ait Cicero. Crœsus Halym penetrans magnam peruertet opum uim. Hostium uim sese peruersurū putauit, peruertit autem suam. Synope. Vrbs Ponti Straboni a Milesijs condita. De Synope fabulam mitto, quā Flaccus & Dionysius referunt, & Diodorus in q̄nto. Cimolin. Oppidum Capadociæ Plinio, Paphlagoniæ Melæ. Eadē regio, nomen diuersum. Gens Teuthrana. Teuthraniā Mysij antiquitus tenuēre, Supra Aeolida & partem Troadis in mediterraneo est, ibi Caicus amnis

Crœso curs fatalis Halys.
Synope.
Cimolis.
Teuthrania.

Oritur gens ampla per se cum totum Mysia appellaretur, Plinius autor in Quinto. Est & eius hominis oppidum Stephano, a Teuthrante patre Telephi, qui & heros Teuthrãtius. Carambida. Promontorium est Ponti prope quod Halys ingreditur. Cytorum. Straboni olim Sinopensium Emporium. Nomen accepit a Cytoro Phryxi filio. Mela in descriptione Paphlagoniæ: Pallente buxo. Est enim buxo frequens. Marone teste. Et algentem buxo spectare Cytorum. Amastris. Metropolis Paphlagoniæ. Pontica. Sunt enim & aliæ Heracleæ. Ordo est. Pontica Heraclea gignens nigra Aconita inter scopulos linit sagittas obscuro ueneno. Alludit ad fabulam extracti Cerberi ab inferis, e cuius spumis natum est aconitum præsentissimum uenenum, per Acherusiam specum iuxta Heracleam Ponti. Inter scopulos. Nascitur inter cautes, quas græci Aconas dicunt. Vnde nomen ueneno. Accola callichori. Camarithas designat iuxta Callichorum fluuium habitantes, in quo flumine Bacchus post subactam a se in Indiam primum Abluit eoo rorantes sanguine Thyrsos, ut Val. Flaccus cecinit, a quo hũc locum mutuauit poeta. Vel qui Byzãtia mœnia contra. Sentire uidetur, quid hi qui odio Imperiũ Orientis prosequebantur, ut Turcos ad bellum motos senserunt, cupidi nouarum rerum Turcis magis ꝙ Imperatori Græcorum hæserunt. Cæterum huius urbis nomina & originem annotauimus, ut omnia, fusius in Staurosthici commentarijs. Hæc a Maumete expugnata est Anno, post natum Seruatorem Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo secundo, ut Sylulus; Tertio, ut alij scribunt. Sed mutare uices. Quam uere hoc dicat nos ipsi uidemus, & quotidie experimur, recentibusq; admonemur exemplis, ut potenti sceptro nimium nemo confidat. Siquidem Imperia, ut cætera queq; mortalia & fluxa uicibus fortunæ ab alijs ad alios transferuntur. Nil tamen in orbe uicissitudine regnorum est mutabilius, cui rei monstrandæ omnis Phrisingensis Antistitis labor insudauit, & Cyprianus autor & martyr gloriosus, nõ merito sed sorte ipsa regna uariari cõprobat, lib. de Idolorũ uanitate. Essedonũ. Inter antropophagos i Asiatica parte numerant Essedones, qui & ipsi nefandis funescant inter se cibis. Essedonũ mos est parentum funera cantibus prosequi, ut Scribit Solinus cap. uigesimo quinto. Meminit item Mela in principio secundi, & Strabo lib. undecimo. Herodotus in Melpomene. Agathyrsæq; cohortes. Hi ambiunt Mœotida a Dionysio & Marone picti & fortes appellantur pingunt enim ora & artus, ut referunt Plinius & Mela. Plaustra. Quæ pro sedibus habent. Vnde Hamaxabitæ dicti. Satarchæ. Hi usu auri argẽtiq; damnato in æternum se a publica auaritia abdicãtunt. Scientes nimirum auro multa subesse mala. Hinc ut canit Ouidius, ortum Omne nefas, fugere pudor, uerumq; fidesq; In quorũ subiere locũ, fraudesq; doliq; Insidiæq; & uis & amor sceleratus habendi. Lege Plinium in Quarto, & Melam in principio Secundi.

Carambida. Cytorum. Amastris. Heraclea. Camaritha. Mutare regna. Agathyrsi. Hamaxabitæ. Satarchæ.

Quosque Thoantææ populos uocat ara Dianæ
Ad cædem, & tinctos humano sanguine cultros,
Subsidio traxere duces, Hypanimque bibentes
Ante Exampheo dulces ꝙ misceat undas,
Mox & Echidneam misit gens barbara prolem,
Agminaq; ærisonus Scytha formidantia thauros.
Nec uos Axiacæ, Bracataque turba silenda es
Sarmatiæ, inq; lupos uertentes corpora Neuri.
Et iam Carcinites centum sinus ingemit alnis,
Spumeaq; horrentes spargunt in æquora Taphræ.
Mille etiam populi ueniunt, mille agmina passim
Armatorum hominum Mœotia littora circum
Cernere erat, multæq; ruunt sine nomine gentes.
Non secus ac placidi remeat cum temporis aura,
Trans pontũ glomerantur aues, atq; agmine denso
Perturbant terras, & pennis aera uerrunt.

Thoantææ. A Thoante rege Tauricæ Chersonesi. Vocat ara Dianæ ad cædem. Vnde a Luciano in Dialogo Iunonis & Latonæ hospitũ interfectrix appellatur. Hypanimq; bibentes. Apud Plinium, Solinũ, Diodorum, Melam, & Vitruuiũ huius fit mentio fluminis, qui non longe a mari, ex paruo fonte, cui Exampheo nomẽ est, adeo amaras aquas accipit, ut nõ dulcis hinc defluat. Dionysius eiusdem nominis flumen in Indiæ descriptiõe refert, quem Plinius nisi in eo mendũ sit Hypasin nominat. Echidneam pro

Hypanis. Exampheo.

Armati ſtabant proceres, cunctique fremebant,
Baſilides. Et cupiunt Aſiam q̃primum inuadere bello,
Europæq; imos tumefacta per æquora portus
Quærere, & Argolicis Tanain ditare triumphis.
Scythatauros. Tunc Methydes Peryphas, trepidãtis ductor Alani,
Corpore qui magnum Cyclopem, altumq; Typhoea
Vincit, & eloquio par eſt, ſed uiribus impar
Plus lingua, q̃ Marte ualet, ſpectanda furenti
Lumina ſubiecit uulgo, paulumque moratus
Incipit affari populos, ac talia promit.

Item Baſilides populos. Intelligit, quib. ab Hercule & Echidna generis principia ſunt, mores regij, arma tantum, ſagittę. Autor Mela. Scytha formidãtia Tauros. Scythatauros græce ꝓtulit, una dictio eſt & paterni caſus. Legens Piniũ in quarto, Pomponiũ in primo, item Solinum diſcet Thaurorum gẽtem maximam fuiſſe, ſcilicet Triginta populorũ, & Tauroſcythas montana incoluiſſe. Dicti autem Scythotauri, quaſi Scythæ Tauri mõtis accolæ. Solẽt pro uictimis aduenas cedere. Lege Seruium ſecundo in Aeneida comment. *Axiacæ.* Axiacæ. Gens Scythiæ, a fluuio Axiacę nomen, qui a Barbaris Heſter dictus ex Peunicis iugis, qui Carpatho cohęrent oritur. Axiacæ ut Solinus ait, in Europa ſiti neq; mirantur aliena neq; ſua diligunt. Bracata. Totum enim Bracati corpus, & niſi qua uident etiam ora ueſtiri Mela dicit. Per Braccas autem ueſtes hirſutas ad Septentrionem ſitis uſurpatas intelligimus. Ouidius lib. de Triſtibus tertio, Pellibus hirſutis arcent mala frigora Braccę. Oraq; de toto corpore ſola patent. *Neuri.* Neuri. Budinis hi proximi ſunt, coacti aliquando ob ſerpentum ingruentem copiam ſedes relinquere, autore Herodoto. Hermolaus nominãdi caſu Neuroe ſcribit, non Neuri. Græcam ſecutus uoculæ rationem. Vertentes corpora in lupos. Nam ut Mela ſcribit, ſingulis tempus eſt, quo ſi uelint in lupos, iterumq; in eos qui fuere mutentur. Quod ipſum quandam in Arcadia gentem potuiſſe, Plinius dicit lib. octauo, & ex M. Varrone cap. decimo ſeptimo lib. de ciuit. Dei, decimo octauo Auguſtinus retulit. Ouidius de quadam Thraciæ ad Pallenem palude ſimilia refert lib. Met. ultimo. *Carcinites.* Carcinites. Ab urbe Carcine quæ in eo eſt, ut apud ipſum Melam legimus. Alnis. Nauibus. *Taphre.* Taphre. Eodem autore, quod inter Męotidem & Sinum eſt Taphrę nominatur. Per æquora portus. Vt ita legas ſenſus exigit, & non pontus. Argolicis triumphis. Vel triumphis quos antiqui Græci adepti fuerant. Aut triumphis, quos propter futuram uictoriam contra Imperatorem Byzantij, qui & Græcię Imperator dicebatur cõſecuturi erant. Methydes Peryphas. Mechei filius. *Alani.* Alani. De Alanis alio in loco.

Bellũ ingens proceres, & magna paramus, euntes
Ad gentes Aſiæ, Europamque laceſſere Martis
Ignaui, haud opus eſt freta ſi tentabimus, alto
Cyaneæ occurrent pelago, totumque moueri
Cyaneæ. Credideris Pontum, & ſaxis concurrere ſaxa,
Vnde per errantes fluctus uix ulla ſuperſtes
Nauis agit remos, medio properanda recurſu eſt
Ipſa fuga, & montes uitandi, undæq; ruentes,
Fluctiuagos quanq; nobis ſuperare furores
Conceſſum ſuperis, prope magni adnare neceſſe eſt
Littora Byzanti, rex ipſe tremendus in arctis
Faucibus obſtabit, totaque propontide contra
Propontis. Excipit populos, timeo Thracum arma, ſuumq;
Boſphoron, & gentes fluctu quas perluit Aegos,
Naufraga ubi medijs iacet Attica puppis in undis,

Bellum ingens proceres. Oratio qua perſuadetur bello abſtinẽdum eſſe. Probat a difficultate, & ignorantia nauigationis, a difficultate uictoriæ. Cyanęę. Petræ ſunt Põti, Straboni paruæ inſulæ, Dionyſio & Herodoto Planetę quaſi mobiles & erraticæ appellatæ. Vix ulla ſuperſtes Nauis agit remos. Figura poetis frequens, id eſt, uix ulli remi agũt pro impellunt ſuperſtitem nauem. Byzanti. Conſtantinopolis. Propontide. Propontis eſt, ubi paulatim mare ex

Tranſtraq; cum remis ſubter uada cęca feruntur.
Fingo fretum pateat, nulloque premamur ab hoſte,
Vela quis imponet ratibus? quis gnarus aquarum,
Turbatique ſalis ſcopulos uitabit opertos?
Quis flantem Bóream? quis noſcet idonea puppi
Tempora? quis placidis comittere lintea uentis?
Quis furor o proceres? quæ ſors temeraria belli
Sollicitat mentes? Ignota petuntur & armis
Fœta uirum tellus, atrox ruet agmine Lęuon,
Et dacum manus, & crinito uertice Mœſus,
Pannon, & inculto propior male Sarmata Moſco,
Quótq; undis populos Germanicus alluit Iſter.
Ergo ſi patriæ pietas tenet ulla, furorem
Pellite, & externi flammam compeſcite Martis,
Si tamen hic animas effundere uultis, eamus
Per mare, per terras adſum, meme ipſe, meumq;
Obijciam caput, & dicar comes unus in armis
Indecoris non eſſe animi, ſic talia fatus,
Spem uultu ſimulat, circum pauor intus anhelans
Corda quatit, rabies decreuerat effera cunctis,
Pugnandiq; ablatus amor, ſic Pontus, ut unda
Exeris os, mulcesq; Deos Neptune marinos,
Et ponit fluctus, & tempeſtate remota
Tauromínitanum Siculus mare nauita tranat.

angustijs ſpaciatur, ſeu ut utar Melę uerbo expandit. Helleſpontus uero uocatur ubi primum ſe mare coarctat: Thracum. Scilicet gentis ferocis. De hac ſcribunt Mela circa principium ſecundi: Solinus cap. decimo quinto. Strabo lib. ſeptimo. Syluius paulo póſt principium Europę. Suum Boſphoron. Recte ſuū, q̄a in Boſphoro Byzantium eſt. Nempe Thracio. Eſt enim & Cimmerius. Aegos. Flumen Thraciæ naufragio atticę inſigne, ut poeta ſignificat, Melā q idē dicit ſecutus. Quis flantem Boreā. Vim huius uenti explicat Ouidius lib. transformat. ſexto. item Plinius, & Aul. Gellius in ſecundo. Quis noſcet idonea puppi tēpora. Hoc eſt, quādo tutum & ſine periculo nauigandum ſit. Nō enim eadem nauigatio, quod Plinius notat in ſecundo. Lęuon. Lęuonum Ptolomęus meminit in commemoratione Germanicarum inſularum ad finem lib. ſecundo.

Helleſpōtus. Boſphoros. Aegos. Boreas. Lęuones.

Dacum manus. Dacum pro Dacorum & Dionyſius dixit. Dacorumq; manus. Nunc, ut quibuſdam placet. Vualachi nominantur. Ea aūt regio quæ modo Dacia dicitur, ueteribus Cherſoneſus dicta eſt. Mœſius. Ptolomęo ſuperior & inferior Mœſia poſt Illyricum & Pannonios. Scio nonnullis perſuaſum Mœſos eſſe, qui Bulgari uulgo appellantur. Quod mihi falſum eſſe uidetur teſtimonio Danubij, cuius hoſtia ſunt in Mœſia. Igitur Mœſij quos Vualachos dicimus. Pannon. Hungarus. Syluius Európęas res auſpicatur a pannonijs & Hungaria utriuſq; terminos conferens. Porro quot gentes eam regionem occupauerint, Antiſtes Ottô, & Abbas Vrſpergenſis, item alij retulerunt. Qui hodie Pannoniam inferiorē incolunt, a Schytis ſe traxiſſe originem prædicant, & Hungaros ab Hungaro eorum rege nomen habere. Qui plura cupiunt legant epiſtolam uiceſimam primam, lib. epiſtolarū uiceſimi quarti Franciſci Philelphi.

Daci. Dacia. Mœſia. Pannōn. Origo Hungarorum.

Sarmata. Polonus, quem dicit, male propiorem inculto Moſco propter uictoriam Sigiſmundi Regis Polonię, quam ad fluuium Boryſthenem contra Moſcorum Imperatorem adeptus eſt. Per anticipationem tamen accipiendum eſt, ut illud Maronis in ſexto, portusq; require Velinos. Cauſſa hujus belli a poeta in libro, quē Hodopericon inſcripſit, refertur. Germánicus. Propter originē, quam in quarto libro refert. Patriæ pietas. Quæ uſq; adeo inſita eſt, ut, quod eleganter ſcripſit Lucianus in Encomio patriæ. Patriæ fumus luculentior homini uideatur, q̄ ignis alibi. Vnde apud Homerum Vlyſſes optat uidere ſurgentem terræ natalis fumum. Vnde & ductum prouerbium Patriæ fumus igni alieno luculentior. Adi Chiliades Eraſmi. Tauromínitanum. Id eſt, Siculum a Taurominio illuſtri Siciliæ oppido.

Sarmatę. Patrię pietas. Taurominiū.

Venerat interea Polemo longęuus, Ibera

Venerat interea. Hæc

Matre satus, genuit cuius uetus Acra parentem,
Sed sua Myrmecio traduxit tempora pago
Extorris patria, huic nullum uirtute, uel armis
Iberus. Consiloue parem Scythicas regnasse per oras
Commemorant, postq; siluere. hic aggere ab alto
Linigerum caput ostentans, his uocibus hiscit.
Non ego tantarum socij molimine rerum
Acra. Sollicitor, maneat uobis modo uita superstes,
Myrmetion. Ibitis in clades Asiæ, mihi fortior ætas
Hæc foret o utinam, primosue referrer ad annos
Cum fregi Albanos, pepuliq; e monte Thoonas
Caucaseo, & uetitas spoliaui milite portas.
Sed uitæ pars lapsa meæ est, quodq; abstulit ætas
Roboris, ingenio sollers natura rependet.
Ergo si qua fides senio prębetur, & annis,
Audite hæc proceres, stat Cheronesus ab alto
Circumfusa freto quo templum, arasq; cruentas
Virgineæ statuere Deæ, cui uerus in antro
Fatidico Vates litat, atque arcana sub auras.
Quæ sunt, quę fuerint, quę sunt uentura canebat
Albani. Vt recolo, cum Martis amor, temereq; iuuenta
Me rapuit bello, & crudelibus impulit armis.
Quare si Martis mens est cognoscere finem,
An fuat hoc nobis bellum exitiale cauendum,
Mittite Parthenię scitatum oracula Diuę,
Mittite & ad Danai templum memorabile Achillis,
Vel qua Phryxęæ gens Colcha horrenda fatigat
Thoonæ. Numina Leucothoes, sacramue requirite Lunam,
Albanæ numen gentis, quo montibus errant
Afflati, & trepidos miratur Iberia Vates.
Iuuenta. Quiq; magis furit, & maiore impellitur œstro,
Is sacer, & sacra deuinctum membra cathena
Relligio, Diuæ mactandum destinat aræ
Indigenę, hinc simul atq; exhausta piacula ritus
Ingenium. In dubijs responsa petunt, quæ numina diuum
Annuerint, eadem nobis peragenda sequamur.
Si spem suppeditant superi, & sperare triumphos
Senectus. Promittunt, capite arma citi, & uexilla uolentes
Tollite, & in pelagus læti compellite naues.

oratio tota in persuasione posita est, & consilio. Longeuus. Apta persona electa. Aetas enim sapientiæ est condimentum. Ibera. Hispana, ab Ibero amne nauigabili propter quem uniuersam Hispaniã Græci appellauere Iberiam. Vetus Acra, Myrmecio pago. Qui est Bosphori Cymmerij, Mela autore, meminit Plinius & indicat Ptolomęus. Per oras Scythicas. Quibus proprie nomẽ Scythæ remaneat, patet ex octauo Ptolomęi in Europam tabula. Primosue referrer ad annos. Maro præteritos dixit, hoc est, si talis nunc essem, qualis eram. Cum fregi Albanos. Color ex octauo Maronis, ubi Euander Pallanta filium ad bellum iturũ alloquitur. Ex eo dicti quod albo crine nascãtur, uel ab Albano flumine, qđ per Albaniam decurrit. Autor Plinius. Iustinus dicit eos ab Albano Italiæ mõte nomen tenere, qđ inde Herculem, quom extincto Geryone armẽta eius p Italiã duceret, sequuti fuerint. Thoonas. Hi ad Caucasum habitãt, quod poeta innuit. Sed uitæ pars lapsa meæ est. Designat iuuentam quæ adolescentiam sequit, qua ætate, ut physici dicũt, sanguis integer est. qui senio diminuitur. Ingenio. Industria, consilio, prudentia. Nam ut Diuus Hieronymus in Amos prophetam scribens inquit, Senectus auget sapientiam, prudẽtiam quoq;

At si nos contra Vates arcana mouebunt
Inuisos superis, quid frustra littus arandum
Classibus, atque inter Symplegadas ęquore mergi.
Cur Scythiam patimur? satius nos condere terris
Pauperibus, propriosq; lares, atque antra tueri,
Quam diuis cœpto auersis, & numine læuo
Classe peregrinas, belloque lacessere terras.
Plura adnectentem uox deficit, ortaque uulgo
Seditio est. alij infectis decedere rebus
Consulere, & placidam uitę captare quietem,
Secretas alij Diuorum exquirere mentes
Solliciti, uerum ij quorum sententia bello
Scrutandi Europam, pacem damnare, Deosq;
Temnere, & innumeras secum compellere gentes.

ac cōsilium suppeditat. Senio. Velut plurimarum rerū usu perito. Et annis. Quod senex multa meminerit superioribus acta seculis. Innuit autem ad magnarū rerū gubernationem, tum sapientiam, tum multorū experiētiam requiri. Has aūt usus esse filias Afranium poetam prudenter & lepide scripsisse refert Gellius. Cheronesus. Peninsulam graeci Cheroneson siue Chersoneson uocāt, quasi terrestrem insulā. Arasq; cruentas. Scilicet Dianæ tauricæ. Cui uerus. Sic scriptum memini in alio exemplari, non dirus. Quæ sunt, quæ fuerint, quæ sunt uentura canebat. Versus Homeri est, item Hesiodi, & Maronis in Georgicis de Protheo. Parthenię. Virginę ut iam dixit. Sic enim a uirginitate Parthenia dicta est, & Maro Parthenias appellatus, ab insigni modestia & uerecundis moribus. Quod præter alios Ausonius testatur in Epistola ad Diuum Paulinum. Memorabile templū. Id in Leuce insula erat quæ Achillea propterea nominata est. Mela & Plinius huius meminere. Gens colcha. Iberis & Albanis finitima, huic Strabone teste celeberrimum fuit Leucothoes templum. Horrēda numina. Pro carmina ex emēdatiore codice numina reposui. Scribit enim Herodotus Leucothoe ab incolis immortalium honores tribui. Leucothoes. Hæc Ino & Albubunea apud latinos dicitur, Cadmi & Harmoniæ filia fuit, quare suspicor, pro Hermionem legendum esse Harmoniam. Phryxeę. Epitheto, ni fallor, admodum longe repetito. Nempe a conditore. Perhibetur enim hoc templum a Phryxo conditum, secus flumen Phasim. Albanæ numē gentis. Idem Strabo commeminit. Habuit & Luna templum in Aegypto quod Herodotus ueracissimum autumauit. Errant. Sensus non patitur ut errat legatur. Sed minutius fortasse hoc, q̄ adnotari debeat. Symphlegadas. Quo in loco sint autores minime conueniunt, nec quid nam proprie sint consentiunt. Nam alij petras, quos sequimur, alij excitas undas & petris collisas, alij, ut Strabo, Plinius, insulas faciunt, dictę sunt aūt symphlegades a mutuo congressu. Symphlegma concursum significat. Cyanę uero a colore nigranti ab undarum concursu. Herodotus inquit græci illas planctas uocant, quamuis pleriq;, ut & ego, planetas legant, ut & apud Plinium pro planiciei reposuit Hermolaus. At Io. Fran. Picus legendum planctę arbitratur.

Senectus
Cheronesus.
Parthenia Maro cur Parthenias dictus.
Leuce.
Achillea.
Symphlegades.
Cyaneæ.

Vt siluere omnes, se tunc Othomanius Orchas
Androphagum de gente satus, coram obtulit ultro,
Spectandum cunctis, furibundoque ore minatur,
Indignis Scythiæ populis, itē ite per altas
Assuetasque niues, & uos ignobilis æui
Viuite degeneres inquit, quis nesciat olim
A nobis mortale genus, gentesque renatas,
Et prolem exhausto dignam subcrescere mundo,
Vnde olim Ianum (ceu prodidit alta uetustas)
Trans Hellen, scopulosq;, & saxa minantia Ponti
Italiam petijsse ferunt, uos terror ab undis

Vt siluere omnes. Hac oratione non modo animi persuadentur, sed impelli quoq; ac cogi uidentur ad bellum capessendum. Othomanius. Othomani filius, de quo Syluius in rebus Thracensibus. Orchas. Pro Orcanes, de quo idē scribit Syluius. Poeta autē hęc Turcarum nomina, ut & in Germanicis interdum, propter heroici uersus decorem uel in-

Sulcatis toties remouet, regemque timetis,
Angustumq; fretum, quid enim dementius illo?
Vela quis imponet ratibus? quid perdita iactas
Verba miser Perypha? populosq; in pace reponis?
Androphagi. Primus Anacharsis Ryphea ab origine cretus,
Perdocuit firmare rates, & uerrere Pontum,
Commotasq; salo teneat uelut anchora puppes.
Primus & æs conflare nouũ Scytha Lydus, & arcum,
Et pharetras, magno natus Ioue prodidit infans.
Nun periere artes? nobisq; ablata facultas
Infandum pelagus uetitis accedere uelis?
Est Bryomas, magnusq; Gyges, Glaucusq;, Thoasq;,
Quemq; tulit terris memoratũ Armozica Nereus.
Gnari omnes sulcare fretum, & contexere naues.
Saxaq;, & horrisonos soliti cognoscere uentos,
Quod Polemo suadet, senio confectus & annis,
Scrutari diuum mentes, hæc futilis ætas
Ista iubet, tempusq; teri in discrimine mauult,
Quam peragi bello, & quantũ olim Marte feroci,
Nunc tantum sermone ualet, quid Delphica demens
Tẽpla siles? Phariũq; bouem? quid corniger Hãmon
Intactus? sacræq; Hecates Perseidos aræ?
Gemmantem his dictis, uagina extraxit eburna
Impatiens gladium, quicunq; remanserit inquit,
Hostis erit patrię, dixit. circumque ferentem
Lumina, sollicitum aiunt ingessisse furorem
Mentibus, ũsq; adeo strepitus, uocesq; resultant
Montibus, & Ponti stridor diuerberat undas.
Non secus Ionij campos, atque æquora late
Corus agit, tristisq; Aquilo, Libyamq; remensus
Africus, & moto conturbant littora fluctu,
Quisq; uolat, perflatq; undas, & turbine magno
Personat horrendum, & uinci negat. inde fugatis
Hostibus arreptum proprijs mare flectit habenis,
Atque potest quo uult titubantem impellere Pontũ
Victor, & indomitus spumantibus imperat undis.

flexit, uel mutauit, ut hic Orchas pro Orcanes, q rem inchoatam a patre, ut refert Syluius, prosecutus Turcorum Imperium propagauit. Androphagum. Ex industria ex crudelissima gente ortum scribit. Nomen autẽ ab effectu sumptũ est, quasi homouori, qđ homines instar ferarum uorare consueuerint. ad quos referri potest, ut Camers notat, illud in Asinaria, plautinũ, Adagium. Lupus est homo homini. Plurimas autẽ gẽtes uesci humanis carnibus passim tradũt scriptores grauissimi, Harũ meminit idem Camers ĩ Collectaneis in Poetas.

Quis nesciat olim. Hic locus declarat ex secundo fragmento Catonis de Originib. unde poeta illum sumpsit. Trans Hellen. Idem Cato tradit rate Scythica Ianum uenisse in uaticanum, a q ipse Deus uaticanus. Lege quæ Annius ĩ Vertunnianã Propertij scripsit. Quid enim dementius illo. Ac si dicat, quid magis ratione alienum. Et refellit omnia obiecta. Primus Anacharsis. Probat a scientia nauigandi. Riphea ab origine. Scytha enim erat, de cuius inuentis Plinius, ubi denotat Quæ qs inuenerit in uita. Scytha Lydus. Hoc ipsum scribit Aristoteles. Ioue natus. Scilicet Scythes. ut Plinius ait. Alij sagittas Persen Persei filium inuenisse ferunt. Quemq; tulit terris memoratum Armozica Nereus. Sensus est. Et est Nereus, quem tulit, id est, protulit, edidit. Armozica, oppidum Scythiæ in terris memoratum. Horrisonos uentos. Citantes tempestates marinas, quales perhibent a meridie Austrum, ad orientem Notum, Aphricum ad occidẽtem. Vnde poeta inferius, atq; æquora late

Tempestates, q citẽt uenti.

ra late Corus agit, tristisq; Aquilo Libyamq; remensus Aphricus & moto conturbant littora fluctu. Nunc tantum sermone ualet. Senilis eloquentia maxime probatur, & in precio habentur eorum opera, qui in extrema senecta scribunt, ut in adagio quodã Roterodamus admonet. Quin & Nestoris in Pyliorum Ducis facundia in prouerbium abijt, ut idem explicat, dicens: Homerum huic, ut tria secula, ita plusq; mellitam quandam facundiam affinxisse.

Arma uocant cuncti, pharetrasq;, arcusq; minaces
Expediunt, bellique Orchas designat Amartem
Esse ducem, sęuumq; patri Salmonea iungit
Ad pugnam, iubet & scindi de uertice naues
Ryphæo, cęsisque undas impellere syluis.
Nec mora festinant operi, totamque moueri
Aspiceres Scythiam, feruet mare nauibus altis,
Ponticaque accipiunt glaciales carbasa uentos.
Iamq; rates pelago, iamq; arma, ducesq; feruntur
Europam contra, atque Asiam, cũ fama per æquor
Euolat, & tali rumore Propontida miscet,
Vicinasq; urbes, Scythicum genus æquore magna
Classe uehi, & gelido properantia lintea Ponto
Aegæum in pelagus, Lesboaq; littora ferri,
Remq; auget dictis, horrendaque nuntiat arma.
Extemplo pauidas subitus timor occupat urbes,
Arma parant populi, curruntq; ad littora Thraces,
Pilatæq; manus funduntur ab Hellesponto.

Amartem. Et hic uitauit nominis asperitatẽ. Nam Amurates dicebatur. Is fuit ipsius Orcanis filius, qui rem quoq; ut auitam & paternã adauxerit, apud Syluiũ legimus. Salmonea. Et hoc etiam flexũ nomẽ, Solimanus em̃ uel Solmanis, ut Syluius scribit, dicebatur. Amuratis filius, qui tamen breui fato functus, re omni ad fratrem Pazaitem deducta. Ryphęo uertice. Interpres Dionisij admonet Rypheos Scythiæ montes sine aspiratione scribi, quam tamen Seruius adhiberi pręcipit ad differentiam Ripęorum Archadię montiũ. Lesboaq; littora ferri. Sensus est talem terrorem id cusserat animis fama, ut non solum Byzantium contra arma moturi essent Turcæ, sed inuasuri etiam Aegei insulas & Lesbon aggressuri. Remq; auget. Vnde Ouidius cecinit. Et auditis aliquid nouus adijcit auctor.

Amurates.

Solimanus.

Venit Bebrycia genus insuperabile bello,
Et Mysi indomiti, & sublato Mœones arcu,
Quiq; Asiam, Phrygiamq; colunt, & flumina potãt
Lydia, & Ionias Cycnis modulantibus undas,
Anchialum interea cursu, Crunonque relinquunt.
Et Mariandynos, Erithynaque saxa, sinistra
Nautæ, fluctisono dextra concurrere cautes
Cyaneas pelago, & Byzantij littora miles
Prospicit, & contra plenis it mœnia uelis.
Iam Scythia per littus diffunditur, æquora classis
Occupat, & uasto telorum turbine muros
Agmina certatim inuadunt, stant turribus altis
Armati ciues, & saxa ingentia torquent,
Et pice flagranti positas in littore puppes,
Sulphureisq; urunt tędis, atque ignibus atris,
Vndique fit clamor, bellum terraque, marique

Bebrycia. Arriano post Chalcedonios Bebrycij sunt. Mysi idomiti. Etiam abs quibuslibet lesi & impetiti. Mœones. Lydi. Ni fallar, diximus Lydiam antea uocatam Mœoniam. Sublato arcu. Hoc dicit propter usum ut autumo Lydorum, quos notatos legimus, quod ad capessendum bellum æquo propensiores fuerint. Audiuit & gens hęc male multis nominibus, quę auctores passim referũt, & furti inprimis, quod nõ discederent, nisi re quapiam sublata, & propterea fortasse dixit, & usus est

Lydi furaces.

Insurgit, primusq; urbi ferus intonat armis
Salmoneus, multoq; madens in sanguine Amartes,
Increpitat pugnam ignauam, lentasq; sagittas.
O genus æternum, & terris seruata propago,
Scandite iam murum, & Mœotica signa per urbem
Ferte alacres, quid uos Byzantia mœnia terrent?
Dixerat, incumbunt pelago, sonat icta profundo
Verbere tonsarum, & remis spumantibus unda.
Annixiq; altos tormento impellere muros
Insultant, iaculisq; ardens prætexitur aer,
Non tot Erycthoniæ pulsarunt curua triremes,
Littora Sicaniæ, nec coniurata Mycenis
Aulis uicino uidit tot lintea portu.

Sublatus arcus a Lydis.

uerbo Sublato, ad utrũuis intellectum faciente. Quid si referas a Lydis sublatum arcũ iuxta historiam. Cyrus enim de uictis Lydis imperauit, ut Cauponiam exercerent, neq; arma tractarent, sed ueste ad terram usq; demissa uterentur, quæ olim mollitiem indicabat, ut ad eum modum ueluti in fœminas transformati, ad rebellionẽ fierent inutiles Zenodotus autor, ab Erasmo in Chiliade Secũda citatus, in relatione Adagij Lydus cauponatur. Sed prior sensus magis placet. Phrygiam. Geographi duas ponũt, minorem & maiorem. Minor eadem & Epictetus & Asia minor, Altera Orientalior quæ maior appellatur. Flumina Lydia. Scilicet Pactolum, Iardanum, Hermum, Caystrum, Meandrum omnium maximum. Ionias undas. Caystrum intellige, qui ex Ioniæ mediterraneis in Aegeum tendit. Cycnis modulantibus. Secutus Dionysium, qui & in hac regione ponit cantũ Cycnorum. Egialum interea cursu cromiamq; relinquunt. Verior lectio est Anchialum interea cursu, crunonq; relinquunt. Nam Melæ est crunos portus in littoribus Istro proximis & inter urbes Anchialos connumeratur. Mariandynos. Arriano gens Paphlagonum uicina Sangario flumini ubi Heraclea est. Straboni uidetur e Thracia profecta. Erithyna saxa. Sunt maris ponticí prope Paphlagoniam scopuli duo Erithyni a colore appellati, quod tellus in ea parte rubricare uideatur. Fluctisono dextra concurrere cautes Cyaneas pelago. Sequitur eos qui ponũt Cyaneas insulas ante Bosphorum Thracium. Nauigationem ergo direxerunt inter littora Asiæ & Symphlegadas, unde illis insulæ dextræ & littorales Asiæ populi sinistri occurrebant. Iam Scytha per littus. Poeta rem breuiter perstringit, ut qui iam digressione hæc scribit. Syluius, fideliter & diligenter extendit, deplorans ignauiam Christianorũ principum, quod Græcis auxilium non tulerint. Taxat & Campanus. Terris seruata propago. Alludit ad primatum humani generis, qui enim scriptorum consensu Scythis attributus est. Non tot Eryctoniæ. Id est, Atticæ, denotat classem illam nobilem Atheniẽsium in Sicilia amissam, ut Plutarchus in Nicia tradidit. Aliter, Non tot Agenoriæ. Et hoc magis placet. Nam utroq; modo scriptum uidi in exemplari poetæ. Significat autem triremes Carthaginenses. Historia notissima est. Sicaniæ. Siciliæ. Aulis. Portus Euboeæ, quam hodie Nigropontum appellant. Coniurata Mycenis. Ex Pomponio, qui ait Aulis Agamennoniæ graiorumq; classis in Troiam coniurantium statio, quamquã poeta, quia dicit. Vicino portu. Videtur uelle non in Aulide fuisse classem Græcorũ, sed in uicino sibi portu. Nec defuerũt antiqui, q id crederẽt, qua de re latius disserit. Strabo.

Phrygia duplex.
Flumina Lydiæ.
Crunos.
Anchialos.
Mariandyni.
Sangarius.
Erithyni scopuli.
Cyaneæ.
Primatus humani generis.

Interea syluæ ceduntur, turris in auras
Erigitur trabea, & tabulis crescentibus urbi
Instat, & armato completur milite moles.
Hinc uectes, & saxa uolant. hinc pestifer ignis,
Nigrantiq; ruunt male olentia sulphura tæda,
Venerat illa dies, qua lamentabile regnum
Eruerent Thurcæ, nostrisq; ornata triumphis
Barbara Ryphæas uictricia signa per alpes
Gens ferret, nostroq; orbi intercluderet æquor.

Trimõtium.

Interea syluæ. Adi Syluium quem poeta hic sequitur. Luculenter enim Syluius, quia soluta oratione, & urbis oppugnationem, & constantinopolitanorum munitionem, item religionem ac supplicatiões describit.
Termontia arua. Id est, uicina loca Thraciæ tremebant. Trimontiũ lo-

Nox ruit interea,& crescens pallentibus umbris
Distulerat pugnæ rabiem, iacet humida transtris
Pars Scythicæ pubis, pars curuo in littore ponunt
Corpora,& humentes capiunt ad sydera somnos,
Gliscit in urbe timor, uigiles per culmina clamant
Custodes arcis, iamq; altera uenerat orbi
Clara dies, croceisq; polo Titonia bigis
Fulserat, at Scythicę reuocarunt arma cohortes.
It stridor cœlo, reclamans uocibus Helle
Perfremere horrendum, Termontiaq; arua fragore
Ingenti tremere,& subter (mirabile dictu)
Aufugere immanes turbata per æquora Phocę.
Heu urbem inuisam superis, quam uidit ab alto
Nec pater omnipotens, nec iuuit Apollinis ara.
Fama est Argolica uento Lacedęmone uectos
Consuluisse Deum, magniq; oracula Phœbi.
Quo tandem immensi per tot discrimina Ponti,
Per uarios casus,& mille pericula rerum
Compulsis, finem præberent fata malorum,
Vt Deus egregiam circundare mœnibus urbem
Præcepit, dignam statuendæ quęrere sedem
Argiui scrutari oras, cum Dorica puppis
Hellespontiacę summisit lintea fauci,
Et celerem angusto firmauit littore cursum.
Hic urbem egregiam statuunt,& mœnia condunt
Spumanti uicina salo, chalcedona contra,
Atque suo ductor dixit de nomine Byzas.
Ergo dum pugnant,& cędibus alta fatigant
Mœnia,& Argolicę Scythicus furor ingruit urbi,
Delius & Rhodopen oculos,& littora Thracum
Torsit,& armatam classem, terraq; furentes
Aspexit populos, regnumq; quod ipse, domosq;
Puppe Terapnęa quas condere iusserat actos
Strage premi infanda, tractosq; in funera ciues,
Fumantes firmauit equos, magnumq; tonantem
Inuadit dictis. quid te pater optime contra
Vrbs molita mea est? circumstant undiq; gentes
Per mare, per terras,& ni tua cura ruentem
Excipiat, nostri cadet ingens gloria Ponti,
Cretheos Aemonij magno de sanguine Phryxus.

cus est Thraciæ ad Philippopolim apud Rhodopen montē. Apollinis. Qui ibidē urbis fundamēta ponēda responderat. Fama est. Hic per occasionem originē urbis recenset, de qua Strabo, Volaterranus, Syluius, & nos in Staurosthico. Terapnea. Lacedęmonia. Quid te pater optime contra urbs molita mea est? Innocentem & immeritam ostendit, cū offensæ caussam perquirat. Cretheos Aemonij. ꝓbat sibi multas a mortalibus iniurias illatas, & uno tantum artificiose exemplo utitur. Non em̄ multis utendum erat, cum urbs sua a Turcis oppugnaretur.

Phryxus. Hic Iouē auū refert, fuit em̄ Athamas qui apud Isthmū regnauit pater Phryxi Crethei frater, quem Aeolus Iouis filius genuit. De quibus plura Higini9 & statim in principio Val. Flaccus. Nephelęa dona. A Nephele Phryxi matre. Thessalico hospite. Iasone. Aesonias. Thessalicas ab Aesone, cuius multa mētio apud Ouidiū in transformat. Phryxus.

Calcatum iter. Acherusia pande Limina. In ora Pontica Specus ē Acherusius ad manes peruius, autores Mela, Plinius, Solinus, Ammian9. Nomen sumptum ab a, sine, et chęron, lętícia, qđ locus is, quo per Acherusium specum iter est, sit omni penitus lætícia uacans. Est & Italiæ palus Acherusia, ꝓpe Puteolos & Cumas, ꝓpter Herculem, Thesęum, & Pyrithoum, quos ad in-

Aurea trans pontum, qua Colchidis ora recedit,
Vellera deuexit, Nephelęaçʒ deinde sacrauit.
Dona tibi o genitor, prolique tuenda reliquit
Nostræ, ut Thessalico raperentur ab hospite furtim
Scilicet, atçʒ aurum Aesonias ueheretur ad urbes,
Multaque præterea sileo ludibria templis
Facta meis, serua hunc populum. nam cætera tali
Pensabis dono, Scythiamçʒ his disijce flammis,
Atque iter ad Manes calcatum Acherusia pande
Limina, & horrisonas sub tartara merge sagittas,
Hostilesçʒ incende rates, aut obrue Ponto
Vel si te pietas retinet, fac desinat armis
Hoc genus infandum, regnumçʒ reuisat auitum,
Atçʒ Pharetrigeræ referant sua signa cohortes;
Ad Tanain, tristemçʒ iram compescat Amartes.
Talia sic fantem, solio tunc Iuppiter alto
Excipit omnipotens, fatis urgentibus instat
Vrbi summa dies, & ineluctabile tempus.
Non longe cladis meta est. nec Delphica tantum
Oppida disijcient, sed nostro oracula templo,
Rapta quoçʒ, & summo lugebunt uertice sellæ.
Non erit Archadiæ locus integer, omnia flammæ
Consument Scythicæ, bimarisçʒ arsura Corinthus,
Ictibus æthereas prosterni ingentibus arces
Cernet, & æquari Pelopis tecta alta superbi
(Infandum uisu) medijs iam Cycladas undis
Aspicies, Delumçʒ tuam, Myconemçʒ cremari,
Igneçʒ Ryphæo trepidam fumare Lebynthum.
Hæc multos olim gens regnatura per annos,
Donec in arma ferox magno Germanica pubes
Seruiet Austriadum generi, quo sanguine cretus
Trans Hypanin, ultraçʒ feret uictricia Thulem
Signa triumphatam, & Scythico dominabitur orbi,
Ventura hæc terris, hominum cum pastor habenas
Lydius excipies, nec non Pallantidos arcis
Sceptra Leo, & sancto Latialem numine Romam
Sublimem efficies, uotisçʒ uocabere terris.
Hæc ait, & magno nutu aurea sydera torquet,
Perçʒ polum incedens stellis ardentibus, imas
Despiciens terras, Irim Thaumantida ab alto

feros descendisse credide rũt antiq. Vel si tē pietas retinet. Correptio est figura nota. Amartes. Pro Amurates, & nõ legendũ amantes. De hoc Amurate Syluius multa meminit. Excipit omnipotens. Iouis uaticiniũ futuri Imperij Turcarum. Delphica oppida. Vt Byzãtium a Byze iubẽte Apolline conditum. Nostra oracula. Quãto in precio Delphicũ fuerit oraculũ Herodotus ostendit. Sellæ. Meminit plurib. Strabo huius oraculi, item Lucanus.

Hæc multos olim. Dicit duraturum Turcarũ Imperium usçʒ ad tempora Maximiliani Cæsaris, a q̃ postea delebuntur. Lydius pastor. Leonem Pontificem maximum significat, qui nũc post Iulium Secundum Ecclesiæ pręest, a Capnione ĩ nuncupatoria quadam epistola & Erasmo ĩ Chiliadibus, tum alijs locis pluribus laudatus.
Pallantidos arcis. Romanæ a Pallante Euan-

Aethere demisit, tetramq; alimenta referre
Imperat in nubem undarum, uolat ipse tricuspi
Fulmineus, tonitrusq; ciet, ruit igneus æther,
Totaq; pulsantur piceis Byzantia nymbis
Mœnia, & horrificis Boreas circum euolat alis,
Et defrenatis uoluuntur cursibus amnes,
Instat tempestas oculis, & grandinis horror.
Pugnabant cæci, & nubis clauduntur amictu,
Deseritur pugna, & curuo se littore condunt.
Humentes Scythiæ populi, postesq; reuulsos,
Aerataq; minas nutantes mole relinquunt.
Interea nox atra polo surgentibus astris
Ingruit, & fessos dulcis sopor alligat artus.
Stant muro excubiæ, rexq; alta in nocte quieti
Se dedit, & somno curas mulcebat inanes.
Mopsopia, ut perhibent, curru deuectus ab urbe
Triptolemus, cœlo sacratos impulit angues,
Dona ferens Cereris, Scythicas iam desuper urbes,
Et Pontum geminos deflexerat axe iugales.
Sceptra loci, & regnum tunc rex crudelis habebat
Lyncus, & hospitio uenientem suscipit amplo.
Inuidet inuentis, & nocte silentibus umbris
Ferro hostem aggreditur, celeri scelus hausit olympo
Alma Ceres, regemq; noua indignata figura
Induit. illum acri compensans lumine curru
Bacchus pampineo, frenatam in Nebrida uersum
Alligat, inuaditq; Indos, ubi cornua tollens
Nigra corymbifero uictor ciet agmina Mœro.
Ille odium Cererem Scythicum contra impulit almã;
Exercere genus lucentem qualis Eleusim
Deuehitur curru, sertisq; recentibus ornat
Spiciferum caput, & geminos agit alta dracones,
Talem sese offert, & regem nocte sepultum
Inuadit dictis, tu nunc agis ocia somno
Fatorum ignarus, Byzantiq; immemor urbis,
Surge age, nam terris cum crastina fulserit hora
Collucere faces, & mœnia capta uidebis,
Dixerat, & tenues subito delapsa per auras
Multa super fatis cunctantem, & multa parantem
Poscere, deseruit. uisa est quoq; ab æquore summo

dri filio, siue a Pallandio oppido Archadiæ, ut Solinus & Halicarnasseus sentiunt. Inanes curas. Propter necessariam fati uoluntatem. Mopsopia ut perhibent. Orditur fabulam Triptolemi et Lyncis Regis Persarũ, quæ est apud Ouidiũ in transformationib. Animaduertendũ qđ Lyncus dixit, & nõ Linx, ut alij: ad differẽtiam puto inter regis homen & animalis. Innuit aũt Cererẽ adhuc memorẽ antiqui odij in scythas, admonere regem in somnis de futura cladé. Celeri scelus hausit olympo. Id est, uidit. Maro hauriat hunc oculis ignẽ crudelis ab alto Dardanus. Annotatiuncula in margine indicat, cur dixerit celeri olympo, nempe ad Lunæ naturam respiciens; quæ & Ceres dicit, quã rem Macrobius abunde tractat, & Maronis inter preces tangũt, super his uerbis. Vos o clarissima mundi lumina Liber & alma Ceres. Illũ acri cõpensans lumine. Confusus ordo; ut est illud Maronis, medijsq; i fluctib. aræ saxa uocãt Itali. Notarunt Seruius & Quintilianus. Est autem constructio, Bacchus cõpensans acri lumine, scilicet Lyncum. Versum. Id est, mutatum. In nebrida frenatam. Hoc est, alligatã freno currui Bacchico. Illum inquam alligat Bacchus. Curru pãpineo. Pro curru inuaditq; Indos. Corymbifero Mœro. Mõs est ĩ Idia, ubi altus Bacchus fuit. Vnde ut ait Põponius, locus fabulæ datus Iouem

Lyncus;
Lynx;

Mærus;

Cærulea in somnis affari talibus Helle.
Heu fuge direptas terras, fuge littora Ponti,
Multaq; præterea superum portenta Deorum
Suprema unde dies, urbisq; miserrima cædes
Agnosci poterat. trepidus rex protinus alto
Desilijt lecto, & medias parat ire per umbras,
Cum subito excelsa penitus micat ignis ab arce,
Summaq; fumantes rapiunt incendia turres.
Talia cunctanti regi, Melanius arcas
Helle. Hostis habet muros, inquit. uidi ipse, refracto
Belli ferratos diuelli cardine postes.
Sic ait, & tenebris pauidum se miscuit atris.

Interea armorum sonitus clarescit, & urbem
Horror habet, ueluti cum Pergama celsa tenebant
Dirus. Thersandrus, Pyrrhusq; ferox, & Dirus Vlixes
Teucrorum Imperium iuratum transtulit Argos,
Vndiq; stricta acies, hinc Vali, & Sarmata ferro
Incumbunt, Cottęq; fremunt, gaudentq; cruore
Iaxamatæ, Chalybesq; ruunt, Neuriq; luporum
Pellibus horrentes, Phyliræq;, rudesq; Satarchæ
Byzeresque feri, & peltis decertat Amazon.
Parte alia trepidos inuadit Iberia ciues,
Atq; Albana cohors, Nomadumq; exercitus omnis
Funditur, & rapidis non defuit ira Cohatris,
Irrumpuntq; omnes, cęduntur limine primo
Portarum excubiæ, resonant clamoribus undæ.
Discurrunt passis matresque, nurusque capillis,
Et natis comitata cohors infantibus ibat
Per tenebras, perq; arma uirum, Scythicasq; sagittas.
Vrbs ruit in flammas, miserorum corpora passim
Cęduntur, rapiturque adytis Byzantia gaza.
Eoo interea surgebat lumine Titan,
Augetur passim cædes, uasto omnia luctu
Complentur, fugiuntque omnes, & lata uiarum
Constipantq; Scythę, & strictis mucronibus instant
Fulminei. haud aliter rabies infanda luporum
Ieiuna compulsa fame, stat faucibus atris
Atque inhiat prędæ, & pecora inter inertia sęuit.
Iam Byzantiaci properabat ad alta Tyranni

Bacchum in fęmore alu isse. Nam per hoc nomē græci fęmur etiam significant. Abundare illum Corymbis ait Plinius.

Lucentē Eleusim. Propter sacra nocturna, quę facibus accensis fiebant, ut diximus superius.

Dracones. Vehi Draconibus Ceres fingitur, propter Lunæ uarios circumflexosq; meatus.

Helle. Phryxi soror quę in pontum cadens mari nomen dedit Hellespontus. Fingit hanc quoq; uelut numen uicini maris regem de fuga admonuisse.

Interea armorū. Thersandrus, pyrrhusq; ferox & dirus Vlyxes. De his Maro in secundo. Scribas dirus sine. y. Nā dirus dicitur deorum ira missus. Iuratum trāstulit Argos. Argiui in Aulide portu iurarunt euersionem Troię. Maro Nō ego cum Danais Troianam euertere gentē Aulide iuraui. Rapitur Byzantia gaza. Vt inferius referam. Iam Byzanciaci. Apud Syluiū & q expugnationis huius seriē per literas posteritati dederunt, aliter inuenio, q dicunt duos milites, græcum alterum Theophilum Paleologum, alterū Dalmatam Ioannē, pro portis murorum urbis diu solos Turcarū impetum sustinuisse. Bartolinus tamen dicit ante fores regiæ domus necatos. Penetralibus abdit. Veritas historiæ habet, ut Syluius scribit, Gręcorum Imperatorem cum non, ut regem decuit pugnaret, sed fugeret ī ipsis portę angustijs cecidisse, tum oppressum calcatumq; obiuisse.

Atria Salmoneus, Scythica stipante caterua.
Quem simul atque amplo uenientem a limine uidit
Rex, fugit. inque domus sese penetralibus abdit.

Fama Charistenium bello flagrante Mycenas
Armata misisse manu, Ieuonemque Pyræum
Iunxisse & bello, quo non Taulantius oris
Vir fuit in patrijs, & pace animosior alter.
Hi duo uestibulum regis, uastamque silentes
Portam adseruabant, etenim te subtrahis illa
Fœde Ligur pugna, nec fusi sanguinis ultor
Iustiniane fugis, tum luce coruscus ahena
Orchasque, Polemonque ferox, & dirus Amartes
Tela parant, limenque petunt, & sanguine tincti
Threicio insultant portis, illi horrida contra
Arma retundentes, hostes a limine pellunt.
Vtque feræ telis circum stridentibus ultro
Incumbunt ferro, & quanto magis ingruit hostis
Mucrone infesto, ijs tanto magis effurit ira.

Fama Charistenium. Hoc nomen imutatū est a Poeta. Ieuonem. Pro Ioannē mollitū est hoc nomen, ut annotaciuncula in margine testatur.

Pyreum. Illyricū, Dalmatā. Pyrei enim populi sunt Illyrici, uel proximi Illyricis liburnis Istris, ut est apud Melā. Illyricas gentes, si Syluio fidē damus nostra ætas sclauos appellat, & alij Bosnenses, alij Dalmatę, alij Croacij, Istri, Carnique nuncupant. Cæterum Sclauorum nomē latissime patere ōndit autor Chronicorum Regni Polonorum. — *Pyrei.*

Taulantius. Et Taulantij inter Illyricos populos numerant, quorum meminit etiā Lucanus. — *Taulantius.* Fœde ligur pugna. Designat Ioānē Iustinianū, apud Ianuam Ligurū Metropolim nobili loco natū, qui in hac pugna uulneratus, ubi fluitare sanguinem suū animaduertit, clam sese pugnæ subtraxit, cūque in Peram diuertisset, inde Chium nauigauit, ibique seu uulnere, seu mœsticia morbū incidens inglorius uitam finiuit. Felix si in ipsis Bysantij mœnibus animam exhalasset, inquit Syluius. — *Io. Iustinianus. Ianuensis.*

Dij qbus hanc urbē, iunctūque Propontida Thracū
Mens fuerat regi externis defendere bellis,
Cur æquis summo hæc oculis spectatis olympo?
Iamque Charistenius madido sudantia tabo
Tela uibrat, roratque effusi sanguinis unda,
Ipse Pharetrigeras impellit in arma cateruas
Salmoneus, Periphasque simul, solumque petebant
Marte Charistenium, nec cedit Achaicus ardor,
Sed contra ignauum uiolentius increpat hostem,
Milleque iam fracto pendent umbone sagittæ.
Interea ille ardens crudum Pythoenta, Lycumque
Setigerum, & longo pugnantem Amythaona cæstu
Ense necat, uomit ille animā, Ladumque Agathyrsa
Matre satum obtruncat. nec segnior ante Pyræus
Pugnat, & infanda prosternit cæde ruentes
Sauromatas, fractoque expellit Amazona baltheo
Alter Thissagetas (qui dudum e rupibus altis

Dij quibus hanc urbem. Exclamatio pathetica. Alter Thissagetas; qui dudum. Id est, paulo ante, ut significet & hos ad bellum descendisse, de quibus superius in relatione aliarum gētium nullam fecerat mentionem. Hi sunt uicini Turcis Mela tradente. — *Thissagetæ.* Brachatum. More Sarmatarum brachis opertum.

Effascinat hyrcos. Ostēdit in matre fuisse uim effascinandi, cum dicat hyrcos effascinare solitam. Effascinationem in teneris animantibus pollere ex Marone colligitur, ubi ait. Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos, tamen posse adultos partus etiam ef- — *Effascinatio in teneris pollet.*

Proruerant) iam uictor agit, Taberenaqꝫ fundit
Agmina, Brachatumqꝫ Gyan, cui Pythia mater *
Ingessit stimulos, quæ Ponti effascinat Hyrcos.
Voluit humi, mœstumqꝫ Thagen agit obuius ensi
Quisqꝫ animam, fusoqꝫ madent in sanguine postes.
Quantum Martis amor crescit, uiolentaqꝫ surgit
Impacata fames pugnæ, tantum horrida cædes
Augetur, ruit Argolicus iam fulminis instar
Impetus, aut quando gelidi fumantia Pindi
Alta ruens quercus diuellit saxa, nemusque
Prosternit, uastoqꝫ resultant antra fragore.

Ecce aũt Armipotens magno cũ turbine Amartes
Arguit ignauam pugnam, telumqꝫ trabale
Torquet in aduersos hostes, fremituqꝫ sonoro
Id uolat, & triplici insidit ferale cruenti
Sibina. Aere Charistenij, tauriqꝫ ingentia findit
Tergora, & effracti clypei mora scinditur ærea
Ilicet atra repens descendit ad inguina pestis,
Perculit & uires, animamqꝫ inuasit Achiui,
Ille cadit moribundus humi, sociumqꝫ requirit
Thesauri Cõstantinopo. ablati. Lumine, & ultorem poscit necis. alta Pyræum
Ira, dolorqꝫ rapit, miseri iam pallida fato
Ora tegit clypeo, uibrataqꝫ tela repellens,
Argolicos Manes iterumqꝫ, iterumqꝫ querelas
Nominat ingeminans, & funus deflet amici.
Ac subito ut tygrim catulos rapientibus Indis
Ira agit impatiens, uolucremqꝫ impellit in hostem.
In turmas ruit, & Sibina crudescit acuta,
Authoremqꝫ necis quærit Taulantia proles,
Nec mora, terrifico ceu turbine uoluitur Auster,
Ingruit & Ponto, & motas circumtonat undas,
Crescit Amastriaco uiolentior ira Tyranno,
Atqꝫ coruscanti telo furibundus Amartes
Stat contra, sed postqꝫ nequicqꝫ horridus hostem
Inuadit, frustraqꝫ suos prædestinat ictus.
Saxum ingens, quod forte uia sub turribus altis
Deciderat, rapuit, nixusqꝫ per aera torquet.
Heu fatum inuisum, fremit & persibilat auras
Pondus, quaqꝫ ori mentum coniungitur imo

fascinari autores habes Plinium & Solinum. Interpres Pauli in Epistola ad Galatas hoc uerbo usus est, quo uero sensu Erasmus indicat. Resultant antra fragore. Cacephatos est, ut illud Maronis & Dorica castra. Nescio an de industria Poeta id fecerit, ut fragor etiam in uersu sentiretur.

Ecce autem Armipotẽs Amartes. Veritas historię id Maometi tribuit, qui defuncto Amurate gubernacula regni adeptus est. Sibina. Genus teli quod Illyricis & Liburnis in usu fuit, autor est Ennius, ut est apud Sextum Pompeiũ.

Felices animæ. Color sumptus a Marone in morte Nysi & Eurialі.

Byzantia gaza. Sunt enim, ut Syluius scribit, Inuenti non pauci Thesauri, quos in ipso belli principio infelices suffoderunt ciues, quibus si pro defensione urbis usi fuissent, suam fortasse uitam & patriæ libertatem seruassent. Coacti autẽ serui uerberibus & tormentis dominorum abdita scrutari & eruere.

Supellex. Etiã eodem Syluio autore. Templũ Sophiæ Iustiniani Cæsaris opus, toto orbe famosum, & cui alterum comparari nequeat, nudatum sacra supellectile, ad omnes spurcicias patuit, ossa martyrum quæ fuerant in illa urbe preciosissima canibus obiecta & suibus, sanctorum

Irruit hostile, & fractis furit ossibus, ille
Vt moriens sua fata uidet, pallentis amici
Desuper incubuit corpus, sic deinde quieuit.
Felices animæ dum Cæsar, & Austrias orbis
Progenies reget Imperium, Rhenusque bicornis
Seruiet, & dominos rerum uisura nepotes
Transferet in cœlum nostros Germania diuos
Fama per ora uirum, tenuesque uolabit ad auras.
Nec mora conuellunt postes, longa atria lustrant
Porticibus uacuis, Byzantia gaza, supellex,
Thraicijque patent luxus, rapiuntur ab hoste
Regis opes, Scythicæque aperitur curia turmæ.

Ecce cruentatis manibus iam cæde recenti
Raptabat regem Salmoneus, fœdaque tabo
Ora, & purpureo concretos sanguine crines.
Ante fores limenque locat (miserabile uisu)
Exanimum corpus, spoliatque, & regis ademptas
Exuuias ostentat ouans, quatit omnia, & altum
Vociferans uolat in cædem, ceu uertice torrens
Alpino ruit, & uasto cum murmure syluas
Abstrahit ingentes, & saxa sonantia torquet.
Vndique conueniunt matres, & pectora plangunt
Innuptæ, puerique, & fœmineo ululatu
Hellespontiaci resonabant æquora Ponti,
Fit passim cædes, Thurcæ dominantur in urbe.
Sic placitum superis, iam summa incendia turres
Aureaque insiliunt lambentes sydera flammæ
Perque domos, perque alta ducum pallatia, & urbem
Ignis abit, teter per multa uolumina fumus
Euolat, & qua non poterat uulcania pestis
Ire, tenent gladij, Scythicusque intermicat ensis;
Tela parata neci, nulli parsum, accipit omnes
Atra dies, fœdos nisi qui seruantur in usus.
Exitus hic urbis, iam fama per aëra pennis
Præpetibus uolat, & Thracum sublimior urbes
Aemathiamque petit, ueloxque per oppida fertur
Dorica, & affatu Pelopæas territat urbes.
Mox abit in nubes, & iam super æquora magno
Remigio alarum propellitur, omnia miscet,

imagines aut luto fœdatæ, aut ferro deletæ, Altaria diruta, in templis ipsis aut lupanaria meretricum facta, aut equorum stabula. Idem scribit, ut Seruatoris nostri simulacrum irrisum, atque iterũ cruci fuerit affixum. Turmæ. Erat enim uictorum infinitus numerus, quorum impetu in ingressu portæ octingenti circiter milites ex Latinis, Græcisque periere.

Ecce cruentatis, &c. Raptabat regem Salmoneus. Id fingit Poeta. Nam Imperator, ut diximus, dum fugeret, oppressus est. Nulli parsum, accipit omnes Atra dies, fœdos nisi qui seruant in usus. Sic Syluius. Non dignitas, non ætas, non sexus quemque protegebat. Stupra cedibus, cedes stupris miscebantur. Senes exacta ætate, fœminas uiles ad prædam in ludibriũ trahebant. Vbi adulta uirgo, aut quis forma conspicuus incidisset in manus rapientiũ diuulsus.

Atra dies. Inauspicata, secundum ueterũ superstitionem, cuius meminit Plinius libro septimo, capite quadragesimo. & Erasmus Centuria quinta primæ Chiliadis. Pelopæas: Id est, Peloponessiacas. Pauidas per aures. Lege timidasque per aures. Nunc me Pazeites. Innuit se trahi quodammodo ad canendũ de reliquis Turcarum tyrannis, nisi absterreret eum rerum moles Pazaites duos inue-

Atra dies.

Duo Amurates.

Tercentumq; tonat linguis, Asiamq; pauentem
Sermone inuadit uario, pauidasq; per aures
Infandum canit excidium, lacerata capillis
Ingemit, & diro funestat murmure terras.
Tunc subito capere arma uiri, portasq; nouare
Vrbibus, & celsas implere molaribus arces,
Armaque pars senio, & rubigine pallida tetra
Expoliunt, raptor tanq; prope mœnia Amartes
Afforet, atque Asiæ diffunderet agmina campis.

Duo Pazaites

Nunc me Pazeites, nec non uocat alter Amartes,
Hunyadisque fugã, & rorantes sanguine Varnas
Mens agitat, gestitque animus per uulnera ferri
Europæ, & toto seriem deducere bello.
Moles longa retro est, Taberena ne fulmina, & ultra
Excitas Tanaim gentes & bella canemus
Horridaq; palmifera præformidante Damasco:
His igitur, ne longa sequar primordia rerum,
Hismariæ pereunt urbes, Orphæaq; quondam
Sythonis, & patulos longis ululatibus agros
Bystoniæ replent matres, serpitque ruina

Ioannes Hunyad.

Per Macedum campos, & summo uertice pastor
Horruit Orbeli, nec non & Aeantia pubes,
Et Libethra suis Scythiam male uidit & undis,
Ossa ingens, Pindus, Lapytharum a sedibus Othrys
Euulsus, Nymphas sæuus Bæbeidas horror
Armorum, & clades uiridantem perculit Orcon.
Nec te Triptolemi serpens defendit Eleusis
Non Argis quondam belli, non fama Mycenis
Profuit antiqui, nec Liber & Herculis ira
Ingentes Thebas, Cadmæaq; mœnia iuuit.
Iam declamatus Bromio aduentante Cytheron
Deseritur sacris, atq; exululata relinquunt.
Notą triennales trepidantes Orgya Bacchæ.
Hinc furor Archadiã, & gelidi delubra Lycæi
Inuasit, Pholoemq;, & Nymphas nonacrinas,
Pisæasque urbes, & in oppida Achaica fertur
Infandus furor, & non dum uana mistus Enipeus
Alphæo expauit, turbatique Elide ludi.

nio, alterũ q patri Amurati eius nois primo, nã & duo Amurates fuere, ut Poeta quoq; indicat, successit Thraciã, Mesiamque magna ex parte subegit maiora facile cõsecuturus, si per eius infelicẽ exitũ licuisset, quẽ si forte regris, apud Syluium inuenies. Alterum filium Maometis expugnatoris Bysantij.

Nũc me Pazeites, nec non uocat alter Amartes. Duos quoq; lego Amurates. alterum filium Orcanis, cuius superius mẽtio facta est, alterum filiũ nõ eius quidem, qui Constãtinopolim expugnauit, sed alterius Mœometis, qui fratri Mosi sine liberis extincto successit. Poeta tñ ficte, ut admonuimus alteri Amurati tribuit expugnationem urbis Bysantij. Hunyadisq; fugam. Nomẽ illi Ioannes erat, natione Vualachus haud claro sanguine ortus. Verum uir magno animo, dextro ingenio, & uirtutis amator. Hic, ut Syluius meminit, Ladislai partes in Hungaria secutus, ingentes Hungarorum & Polonorũ copias fudit, primusq; oim apud Hũgaros Turcorũ acies & frangi, & uinci posse mõstrauit. Varnas. Locus ingentis stragis a Turcis nostris illatę, duce Amurate secũdo. Ex hac pugna Hunyades, ut peritus rei militaris factũ prædixerat, non creditus sese ante finẽ pugnæ in tutum recæpit, ut ait Volaterranus. Et idcirco dixit Hunyadis fugã. Hu-

Quid Pelopis tecta alta canam? Bimarisq; Corinthi
Isthmon, & euictas miserandas Helladis urbes?
Quo me Cyrrha rapis? quo me Cephissus, & unda,
Castalius sacra? & uocales carmine Delphi?
Non Athamanteæ cladem Calidonis, & amnem
Athracium Ionij maculantem sanguine littus
Dissimulabo, nec exhaustum iam Marte prophano
Leucatenq;, Argosque, & Acarnano Acheloo
Vincula coniecta, & frenatas Pontibus undas.

lus pugnæ seriem Syluius scribit. qui et autor est Amuratem uictorem interrogatũ, quid nam tristior esset uictis iam hostibus, respõdisse. Nolle hoc modo sæpius uincere. Taberena ne fulmina. Tamburlanũ intelligit a Tabernis, ut Scholium declarat, Asiaticis oriundũ alludens ad nomen. alij tamen Tartarum, siue e Turcarum genere fuisse uolũt. Verum quisquis is fuerit, proditum est hũc Tamburlanũ decies centena milia hominũ in castris habuisse, de cuius triplici tentorio extat caput primũ apud Crinitum. de honesta disciplina libro primo. Dixit autem fulmina respiciens ad id quod Tamburlanes iactitare solebat. Nempe se Dei esse iram. Nec uerbo res defuit. Crudelissimus enim Tyrannus plures Asiæ urbes deleuit, homines tanq; pecora trucidauit. Adde quod Pazaitem, cuius paulo ante memini, uinctum prandens, quasi canem sub mensa sua cõmedere iussit, ascensurus equũ, eo tanq; scabello usus est. Damasco. Hanc nobilissimam Syriæ urbem diripuit atq; incendit. Syluio teste. De Damasco lege Pliniũ cap. decimo octauo, libri quinti. Sythonis. Thracia. Orphæa. Ab Orphæo qui Thrax fuit. Recenset autẽ ordine prouincias, & urbes Turcico Imperio subactas. Macedũ campos. Hi latissime patent, plures em̃ continet regiones, quas Mela nominat. Pastor Orbeli. Mons Thraciæ, ubi Orpheus habitauit. Nec non & Acantia pubes. Ab Acante amne Macedonũ iuxta Apolloniam. Meminit eius Strabo libro sexto & septimo. Mela item in Macedonia. Libethra. Cantatissimus fons Libethrus, quem præsidiũ poetarũ Solinus appellat, hinc à poetis Libethrides Musæ appellantur. Lege Seruiũ super septima Aegloga. Strabo autẽ nono Geographiæ lib. Libethrum dicit esse Nympharum antrũ & speluncam quandam. Ossa ingens, Pindus. Nostro ait Syluius tempore Nobilissimi montes Olympus, Pieris, & Ossa, Pindus insuper & Othrys Lapytharum quondam sedes Turchorum Imperio parent, penes quos quinq; & septuaginta urbes fuisse olim Plinius affirmat. Nymphas Bæbeidas. Meminit Bebæi fontis Ouidius in transformationib. item Plinius & Hermolaus in emendationib. Orcon, Lucanus Tytaresum nominat libro sexto. Ferunt hunc amnem in Peneum descendere, quem admissum non recipiat, sed olei modo supernatatem breui spacio portatum abdicet. Nec te defendit Eleusis. Sensus est. Non incusserunt timorem, quia Ceres & Triptolemus dicantur habere serpentes, quibus uehantur.

Tamburlanus.

Damascus.

Antiqui belli. Quod gesserunt contra Troianos. Liber & Herculis ira. Vterq; Thebanus fuit, alter Semeles, alter Alcmenæ ex Ioue filius. Iram autem accipe pro indignatione, qua in domandis monstris afficiebatur, adeoq; bili obnoxium ferunt, ut comitialem morbum pateretur, qui ab eo Hercularieus est appellatus, seu potius referas ad furorem, quem astu Iunonis concæpit, filiosq; suos esse hostes arbitratus interemit. Vnde Senecæ est tragædia, Hercules furens.

Iam declamatus Cytheron. Sententia est inuadentibus Turcis, & omnia deuastantibus deseruntur sacra Bacchi, quæ a Mænadibus in monte Cytherone fieri consueuerant. Orgia. Sic cum i, latino scribendum, alij a uerbo græco, quod furorem significat, alij a montibus, in quibus sacrificia fiebant, dicta putant. Vocales carmine Delphi. Propter oraculũ Delphicum.

Orgia.

Nec metam Europæ tantorum habitura malorũ,
Sed transuecta fretum gens cultu asperrima & armis,
Angustas iterum fauces, Asiamq; pauentem
Inuadit bello, rapitur Chalcedonis ara,
Sacra Ioui magno, positumq; ab Iasone templum
Bithynæq; urbes, Nymphæq; rapacibus undis

Nec metam Europæ. Hactenus de Europæ regionibus, quas Turcæ occuparũt, nunc de Asiaticis. Rapacibus undis. Propter Iollam Herculis ibi raptũ, ut cecinit Valeri. Flaccus. Branchi-

Ascanio fugere lacu, Mysique, Phrygesque.
Inde etiam Ionias manauit pestis ad urbes,
Quas nec tutata est pereuntes Latmia Phœbe,
Branchiadæque arcus, nec Amazonis ara Dianæ.
Quid cares memorem? quos ire per arma furentes
Bubasides uidere nurus. quid Marte reuulsum
Et Cragon, & Lymiren, & Xãthon, & horrida Vatis
Templa Dei? quot uos positæ super æquora Naxos,
Dulichiumq;, Sameq;, & syluis densa Zacynthos,
Neritos, & Chalcis Syphnusq;, & parua Seryphos
Perpessæ clades? saxi Paros inclyta uena
Iã gemit, et Gyaros, Strophades, uiridesq; Donyssa,
Insulæq; Altisonis quot fluctibus astrepit Aegon.

Templũ Dianæ Ephesiæ. Latmus.

adæq; arcus. Id est, Apollinis ab oraculo dicto olim Branchidæ, nũc Didymi autor est Pomponius, a Brancho Apollinis Cathamito, cui9 Lucianus meminit in dialogo Amoris et Iouis. Amazõis ara. Patronymice ꝓtulit Amazonis Amazonidos. Templum Dianæ Ephesię intelligit ab Amazonibus conditũm, uulgata sunt quæ de hoc scribunt Strabo, Plinius, Solinus. Latmia Phœbe a monte Latino Ioniæ, fabula nobili. Bubasides uidere nurus. Id est, Cariæ mulieres, ut est apud Ouidiũ in Transformationib. Pomponius Bubessum dicit non Bubasum geminato. ss. Horrida. Propter religionẽ templi, quæ introeũtibus horrorem gignat. Cragon. Montem Lyciæ. Lymiren. Oppidũ & Flumen illic. Xanton. Hanc Strabo inter sex maximas Lyciæ ciuitates cõnumerat. Plinius testatur tempore suo fuisse sex & triginta, cum olim septuaginta fuerint. Sunt eodem nomine duo fluuij, alter Lyciæ, alter Phrygiæ. Ergo lapsus est Volscus interpres Heroidum Ouidij, dicens Xanti fontes esse inter Telmessum & Pataram Lycię urbes, misceriq; cũ Simoente. Dei. Apollinis Patarei, cuius oraculum celebre fuit uanæ gentilium superstitioni. Quot uos positæ. Demonstratis Europa & Asia a Turcis occupatis, nunc ad insulas Aegei descendit. Syluis densa Zacynthos. Maro nemorosam uocat. Saxi Paros inclyta uena. Ob marmor parium cantatissimum, de quo multa Plinius.

Bubessum. Cragos. Lymire. Xanthus. Laps9 Volsci. Zazynthos. Paros.

Quare agite o proceres, & tu Germanice Cæsar
Trãs pontũ, Scythiãq;, atq; hymbribus obruta regna
Pergite, & armenias olim frænate sagittas.
Iã uideo Euphratem descendere, & agmina tauro,
Assyriamq;, & bello altum exardere Nyphatem,
Et festinãtem nostros Babylona triumphos
Et rapere, & raptas Eoa ad littora prædas
Vertentem, Casiumq; Iouem, Biblonq;, Tyrumq;
Sydonem, & Libanum externis seruire Tyrãnis.
Quin etiã per agros palma fragrãtis Idumes
Chaldeæ uenere manus, sæuitque cruenta
Sacra Palestinę, & memorãda per oppida Memphis.
Hosti præda sumus, iam fulget Maurus in armis,
Pugnacesq; manus contra mouet Astrifer Atlas.
Quod si uestra genus mora debellare superbum,
Et defrenatas longe propellere gentes,
In patrias uenient sedes, gelidasque per alpes
Signa ferent, legesque dabunt, etiã ne uidebis

Olim. Niphates. Casius.

Quare agite. Hortatio ad Cæsarem, & reliquos Principes, ut maturẽt expeditionem Turcicam. Armenias olim frenate sagittas. Sic legẽdum iuxta emendatius exemplar olim pro belli, hoc est, iam ut apud Papiniũ in Achilleide, Olim dolet altera uinci. Niphatem. Hic mõs dirimit ab Armenia Assyriã. Casiumq; Iouem. A Casio monte Arabię, cuius meminerũt, Solinus & Mela. Illic olim Ioui delubrum fuit, Nunc prope locus est Pompei Magni sepulchro inclytus. Reperio etiam alterum eodem noĩe montẽ in Seleucia proximũ Antiochiæ. Biblon. Nunc, ut quibusdã placet, Gibeleth nun-

Perſarum, Europæ gentem Sophytida, tellus
Nauibus Aegæo infeſtis? quando ergo erit olim
Tempus ut Auſtriadũ tremat Africa terra tumultu,
Atq; iterum pontem ferat indignatus Araxes?
Dixit, & inflãmatum animũ mentesq; reliquit
Heroum, curua pulſans teſtudine Enypheus.

Pars cupit Hyrcano bellum exercere ſub Oxo,
Pars celerem armeniæ confeſtim inuiſere Tygrim,
Horridaq; armigeris pulſare Artaxata ſignis.
Pars Scythicas ſpectare plagas, hic ire per uſtos
Ignoti Garamantis agros. pars uincere Mauros.
At iam iam Aegypti Pharijs quatere oppida ſyſtris,
Et latratorem telo propellere Anubim,
Bubaſtimq; ſacram, & Diuæ lunaria frontis
Cornua ſpiciferæ, uarijſque coloribus Apim
Fœdare, & bello quæſitum inuadere Oſyrim
Viſum alijs, Nilumq; alto turbare cadentem.
Dumq; huc atq; illuc ardor mauortius errat,
Legati undiſono redeuntes littore Rheni,
Reddita belligero referunt reſponſa Roberto,
Scilicet hunc pugna & bello contendere malle,
Cedere q; regno, dulceſque relinquere terras.
Nec Martem indictum, & pugnã renuiſſe nocentẽ.
Tunc rex Auſtriades ſolio ſic orbus ab alto.

leth nuncupatur. Plura de ea urbe Stephanus. Byblon a iunci copia, quem Græci byblum appellant, nominatam putẽt. Externis ſeruire tyrannis. Quaſi dicat repetenda hæc armis a nobis, tanq; propria, cum antiqui Imperatores militari iure, & longa poſſeſsione uendicauerint.

Chaldeæ uenere manus. Babylonia Chaldeorũ caput, ut inquit Solinus, nunc ſub Perſarũ Imperio regitur. Babyloniam ergo quæ ad alterã Nili ripã eſt, Chaldeorum Coloniam putauerim ex antiqua Babylone migrantiũ, a Saladino nunc Maometicæ ſectæ, ut ita dicã, Pontifice poſſidetur. Perſa cra oppida. Propter natalem locum & ſepulcrũ Seruatoris noſtri CHriſti. Etiã ne uidebis. Quaſi dicat hoc tãtum reſtat ad perniciem Europæ, ut Perſæ quoq; eam inuadant. Tremat Africa terra tumultu. Hoc Hemiſtychium extat apud Ciceronem de Oratore ad Quintum fratrem libro tertio. Pontem ferat indignatus Araxes. Sic etiam Maro dixit. Latratorem Anubim. Et Maro quoq; ait, Latrator Anubis, de quo Diodorus. Nec parum multa prodidit Herodotus de Aegyptiorum ſacris & moribus. Bubaſtim. Vt apud Melam legitur, non Bubaſta. Et diuæ Lunaria frontis Cornua ſpiciferæ. Id eſt, uiſum alijs fedare cornua lunaria frontis Diuæ ſpiciferæ, id eſt, Cereris. Hunc declarant locũ uerba, quæ Lactantius interpres Papinij ſcribit ſuper hoc uerſu in Thebaide. Varijsq; coloribus Apim. Pomponius, Bos niger certis maculis inſignis. Idem Plinius, idem Solinus tradũt. Oſyrim. Poeta ſeorſim ponit ab Api boue, cum aliqui ſint, qui Apim Serapim & Oſyrim pro eodem accipiant. Nilumq; alto turbare cadentem. Catharactam Nili intelligit, ubi tantus aquarũ fragor eſt, ut qui ibi habitent, ſurdi ſint, autor eſt Cicero in libello de Somno Scipionis. Lucanus item Catharactæ huius meminit. Legati. Qui miſsi deſcribuntur libro ſecundo.

Babylonia.
Bubaſtis.
Apis.
Serapis.
Oſyris.
Catharacta Nili.

Magnanimi proceres, quorũ mihi cognita uirtus,
Sperabam parta iam pace quieſcere regnum,
Noſque alio transferre nefas, ſocialiaq; arma
Vertere in externos, patriamque cruore tueri.
Sed quoniam ſæui paſsim inuaſere Tyranni,
Nullaq; raptores tangit pietatis imago

Magnanimi proceres. Cæſaris oratio quæ poſita eſt tota in ratiõibus, quibus probat bella geri non poſſe, niſi prius domi pax ſit. Qui Scythiam inuadet. Locus a maiori ad minus. Patriam defendere. Vim hoſtiũ a

Tantorum facie ſcelerum, quis temperet iras,
Atq; animam timeat medijs effundere in armis?
Quatenus, Vis ui propellanda. Qui Scythiã inuadet, rapidumq; uidebit Orontem,
Et Maurum imbellem uincet Germanicus enſis?
Quandoquidem ſunt bella domi? iã perfidus hoſtis
Occupat Europam, Libycas tenet anchora puppes
Littus ad Hiſpanum, querimur. uellemus in armis
Ilico perfremere, & populos ſuperare furentes,
Ii longe a patrijs abſunt regionibus, Acer
Hoſtis adeſt, ueſtraſq; potens ſibi uendicât urbes.
Quid uos par facere eſt? non extera quærere regna
Nunc opus. at iuſto patriam defendere Marte,
Libera quæ ſimul atq; erit, & pietate ſuorum
Defenſum Imperium, Tanais timet, ipſaq; ſupplex
Se debet Babylon, nec plus ſe nubifer Atlas
Armabit, uerretq; hoſtilibus æquora remis.
O genus armipotens ſuperis gratiſsima proles,
Deſidia ne animi tanta? conſuetaque bello
Pectora molleſcunt? perſtet ſententia ueſtro
Et regno, patriæque, penatibus, & ſacris Dijs
Conſuluiſſe prius, uarias ꝗ quærere terras
Increſcat amor, ſtat Pallatinus in alta
Arce ferox, noſtriſq; inhiat uiolentior aruis.
Palatinis non detrahitur. Nec quemq; timet, & iam formidabile bellum
Illum oratores referunt, pugnamq; futuram
Moliri impauidum, ac fruſtra repetuntur ab illo
Noſtras quas tenuit ſedes, Hagenoia tellus
Teſtis erit nobis, & iam pridem oppida capta
Antiquæ Helſatiæ. uobis quot & abſtulit urbes
Colligite, atq; utinam falſum ſit latius acrem
Inſtruit hic animum, & iam parto. degere neſcit
Veſtra niſi hunc contra uirtus inſurgat, & iram
Arceat, atq; ſui regni intra limina cogat.
Præterea quoties tacitas humentibus umbris
Nox operit terras, uiſa eſt regionis imago
Ante oculos noſtræ, paſſos laniata capillos
Sæpe queri, & nigram ferri lachrymoſa per auram.
Quin etiam in ſomnis genitor meus increpat arma,
Hagenoia. Abiectaſq; Aquilas, & corda infracta timore.

liberis ab uxore, a pecore, a domeſticis latebris propellere. Iuſto Marte. Si quidē iure naturæ uim ui repellere fas eſt. Sed ut id Chriſtiano cōueniat, & quatenꝰ decreta patrū, in quibus bellū approbari uidetur, recipienda ſint, tam uere, quã pie Eraſmus diſſerit Centuria prima Chiliadis quartæ, Adagio primo. Tanais timet. Innuit, Si Germanicū nomen concordiam amplecteretur, facile fore, ut totum orbem ſubiugaret. Idem Campanus in oratione Ratiſponeñ. idem Syluiꝰ in Europa, idem Poeta noſter in oratione Auguſtana, idem Huttenus ſentiunt. Et regno. Probat uendicandã patriæ amore, & Deoꝝ pietate libertatem. Per alterū oppida occupata intelligit, per alterum templa. ut ſuo loco dicemꝰ.

Stat Pallatinus in alta. Potentiam Palatini ſignificat. Nec quiſq; arbitretur hic detrahi Palatinis. Oportet enim decorum perſonæ ſeruari, ꝗd per proſopeam fieri neceſſe eſt, ut tradunt Cicero & Quintilianus. Quomodo enim Cæſar animos incitauiſſet, Si palatinū pium, ſibi amicū ac beniuolū illis dixiſſet, recitandæ ergo erãt cauſsæ, quibus animi ad inuidiam excitarentur, etiam ſi falſæ fuiſsent. Quare admonitos facio Lectores, tantum abeſſe, ut hic Palatinos notet, ut etiã dubium ſit, utrū maiores ſint laudes Cæſaris in hoc poemate, an Palatinorum. Hagenoia

Nec non & Thepsis, superum quæ arcana Deorum
Callebat Vates, olim uentura canebat
Excidia, & stragem populis, belloq; peracto
Nos fore uictores, & dudum Iuppiter alto
Intonuit leua, sic nos Ioue in arma uolente,
In cædes, strictiq; aciem mucronis eamus.
Dixerat. inq; animos pugnæ spirarat amorem
His accensi omnes Baccho, mensisq; remotis
Stant auidi Martis, uultuq; ferocia corda
Noscere erat, cunctos subit hæc sententia ferro
Cernere, & Arctoo pacem componere mundo.

tellus. Oppidum Elsaciæ, dictum ab Agenore, ut affingit Poeta alibi. Quare, si uerū esset, dictionē sine spiritu scribēdam putarem. Et in parto. Id est, acquisito. Itaq; expunge pacto, & repone parto. Thespis uates. De qua superius libro secundo. Arctoo mundo. Id est, Germanico Imperio. Vasta cum sit prouincia Germania haud īmerito alter mundus potest appellari.

Germania alter mūdus.

LIB. Tertij Finis.

LIBRI QVARTI ARGVMENTVM.

¶ Quartus liber, gentium, populorumq; descriptionem habet, & primo Cæsaris gentes enumerat. Inde fœderis Sueuici, quod tripartitum est. In eo enim Principes, Prælati, Ciuitatesq; numerantur. Inter ea iuuenis cum baculo de more ad indicendum bellum mittitur. Inde Cæsar in Noricum cum exercitu proficiscitur, unde Danubiani Numinis oritur in eum indignatio, qui statim flumina in consultationem uocat, & per occasionem iugis sexaginta fluuiorū, qui in Danubium exonerantur, descriptio, deq; Danubij fonte plura. Sequitur Cæsaris & militum in Danubio pugna. & inde discessus, eiusdemq; cum Regina uerba de rebus Insubriū. qui mox cum exercitu in Prischauium agrum profectus, Ophoburgium obsedit, inibiq; pugna uaria, sed in primis duellum Cæsaris & Oebali, qui de se multa refert, quorū in auxiliū Venus, & Diana descendunt. clarū utrinq; certamen, sed uicta Venus, in cœlum aufugit. Oebalus iam iam moriturus, Cæsarem ut se mandet sepulturæ, rogat. Cæsar cum militū furorem composuisset, ad Oebalium corpus proficiscitur, idemq; sepulturæ mandat.

Othobergiū uel ut nostri Ortenberg.

¶ AVSTRIADOS Liber Quartus.



VM GLISCIT SIC IRA animis, uulgata potentes
Fama mouet populos, tunc omnes arma capessunt
Illyricæ, in primis patrio de more cohortes
Armantur Sibinis, Bacchæ Pucina relinquunt.
Prela Tegestreæ, Natisumq;, nouemq; Timauī.
Transcendunt fontes, portusq; arx alta Naonis
Excitur, Carnusq; audax, cui corpus Ibera

¶ In Austriados Lib. IIII. Iac. Spiegellij Scholia.

DVM gliscit sic ira animis. Sequit Cathalogus gentium, quæ Maximiliano militarūt. Illyricæ cohortes. Propter aliqua oppida, quæ Cæsar in Illyricis tenet, prius a Venetis possessa. Illyrij seu Liburni (inqt cap. quinto) secundi, L.

Illyrij, ubi & unde.

Cætra tegit, ſuguloq; in pugna muſſat obeſo.

Sibinis. Tegeſtre. Tergeſte. Natyſus. Timauus. Carnus. Cetra. Carnį ſtrumis laborant.

Florus, ſub extremis Alpium radicibus agũt inter Arſiam & Titium flumen longiſsime per totũ Adriatici maris littus effuſi. Lege Pliniũ cap. uiceſimo ſecundo, lib. tertij, & Appianum in Illyrio, qui ſcribit Polyphemũ Cyclopem ex Galatea genuiſſe Celtum, Illyrium & Gallum, a quibus Celtæ, Illyrij & Galli nomẽ habent. Sibinis. diximus Ennio autore, ut eſt apud Sextum Pompeium genus teli fuiſſe peculiariſsimum Illyricis populis. Pucinaq; prælia relinquunt. Plinius uini pucini meminit, nunc nos Ribolium appellamus ex Tergeſto ſuauiſsimum affertur. Sed hi uerſus ſic legendi ſunt. Armantur ſibinis Bacchæ Pucina relinquunt Prælia Tegeſtrææ. Nam Greci Tegeſtre dicunt, & apud Dionyſium legitur Aſty Tegeſtræon. Interpres itidem uertit. Alta Tegeſtræon poſtremæ mœnia terræ. Artemidorus autem (ut Stephanus ſcribit) Tergeſtrum nominat. Latini Tergeſte uocant. unde noſter, alibi libro undecimo Tergeſtinos maniplos dicit. Nam Pomponius, Plinius, Strabo, ſi ſyncera eſt translatio Tergeſte ſcribunt. Natiſum. Alij dicunt Natiſonem, Lege Sabellicum in deſcriptione patriæ. Nouemq; Timaui Tranſcendunt fontes. Nouem enim capitibus exit, uno tamen oſtio, mare Adriaticum ingreditur. Maro per ora nouem uaſto cum murmure montis It mare præruptum. Carnusq; audax. Ni fallor reſpexit ad rebellionem Carnorũ ſub Maximiliano Cæſare, qui Hungarorũ exempla ſecuti ſunt, qui paulo ante in Principes uiros Pannoniæ conſpirarant, tantamq; inde cedem editam ferunt, ut diuerſis locis ſupra quadraginta millia cæſa cenſeantur, tandem uicti pœnas luerunt, quare arbitror hunc uerſum additum Poſtea a Poeta cum multo ante opus confictum fuerit, ſed non æditum. Tumultum hunc, ſeu mauis ſeruile bellum in literas retulerunt, & Poeta noſter in Itinerario, & Cuſpidianus, & Ludouicus Decius In tempora Sigiſmundi Sarmatarum Regis. Cetra. Scuti genus. Maro Leuas cetra tegit. Iugulo obeſo. Id eſt, tumenti, omnes enim fere Carni ſtrumis laborant. Dicunt aquarum naturam hoc efficere. Nam author eſt Albertus noſter, qui montes incolunt, frequenter nodoſa & ſtrumoſa habent colla & guttura, propter aquam talem in eis flegmaticam ſuperfluitatem generantem.

Inde Carenthani trepidam eduxere phalangem
Villacio, ſequiturque Luentium, & altior illo
Gurcia, quæ uarijs pedites emiſerat armis.
Quinquaginta Bebras centum delecta iuuentus
Pila gerunt humeris, cæſtus fert cætera pubes.
Oppida quid Styriæ memorem? Greciasq; cateruas?
Armigerumq; genus? qua deſpumantibus undis
It Drauus impatiens, & multo fertilis Hydro.
Nec mora, diſiectis antiqua Celeia muris,
Petouioque ingens (uelut indicat alta uetuſtas)
Arma parant, equitum turmas hæc, illa cohortem
Emittit peditum, ſed longe animoſior ibat.
Belliger Auſtriades, & mœnia lata Vianæ
Conueniunt circum populi, effuſumque uideres
Et Cremeſum, Sthaniumq; ferox, & prædia lætos
Rhetia deſerere, & Mauternia rura colonos.
Quiq; habitant Cetij ſummis in collibus urbes.
Inde Anaſina Phalanx. primo Styra in agmine ſecũ
Velſinos ducit, ſimul & Gemunda profundum
Turba lacũ, & rupis Trauſtanidos antra relinquũt,

Villach. Luentz. Gurck. Bebra.

Inde Carenthani. Carinthiæ limites, moresq; gentis Syluius in Europa ſcribit. Villacio. Villach uulgus appellat, oppidum eſt famoſum, ditione Antiſtitis Bambergenſis. Luentium. Luentz oppidum intelligit, a quo Vallis ipſa nomen accæpit.

Gurcia. Hæc clara eſt ſede epiſcopali, cuius Antiſtes olim inter ſacri Imperij proceres nũerabãt.

Styriæ oppida. Et hæc Syluius deſcribit. Oppida recẽſui lib. primo. De Drauo inferius. Quinquaginta bebras. Hoc eſt, quinquaginta pedites gerentes bebras. Bebra aũt eſt teli genus. Nómina & genera telorũ adnotauit diligenter Crinitus, libro tertio & decimo, de honeſta diſciplina. Greciasq; cateruas.

Et manus Istricola in bellum ruit aspera Lynzo. Sic sine diphtongo scribēdū ab oppido Gretz.

Fertilis hydro. Accolæ fluminis Draui referūt aliqn̄ maximā uim serpentiū uisam in flumine. Celeia. Huic Comites præfuere patrū nostroꝝ memoria, quo iure in Austriacam domū abierit, lib. primo relatū est. Antiquitatem loci referunt ueterū Rhomanoꝝ inscriptiones & monumenta, quoꝝ multa collegimus, dum illic ageret Cæsar Maximilianus. Petouio. Nos Pettau uocamus, & ipsum oppidū uetustate nobile. Vianæ. Viennæ ut dicā inferius. Cremesum. Krems. Sthanium. Stain, oppida Austriæ inferioris ad ripam Danubij. Rhecia. Oppidulū Rhetz dictū significat, nobile musa Gracci Pierij, ad quē Celtes noster elegans in mores Aulicos scripsit carmen, lib. Odarū secundo, si forte requiris. Mauternia rura. Pagus est Mautra dictus non ignobilis ob soli fertilitatem. Cetij. Scilicet montis, qui patria uoce Kalenberg dicitur. Hunc de Parocho suo exteris notū fecit, cantatissima fabula posteris per rythmos tradita. Anasina Phalanx. Prouincia Anasi, das Land ob der Enns, cui a fluuio Anaso nomen est, olim Norici Ducatus portio, tradita est a Friderico Primo Austriæ Principibus titulo Marchionatus sacri Imperij, qui & tum ipsam Austriacam Marchiam iussit esse Ducatum, ut legimus apud Ligurinū Poetam nobilissimū. Styra. Hac ædificijs clarior urbs alia non est in Anaso. Velsinos. Incolas oppidi Vuels, quod alluit Trauna fluuius. Insigne morte Maximiliani Cæsaris, patria Erasmi Strenbergij. Gemunda turba. Gemynden oppidū ad lacum Traunæ intelligit. Rupis Traustanidos. Mons est ad Traunam fluuiū æditissimus, quē accola uocat Traunstein. Lynzo. Ad Danubij ripam situm est Lynciū nobile Anasinæ regionis emporiū, unde dixit & manus Istricola. Hic obijt Cæsar Fridericus pater Maximiliani.

Ii signa extollunt Aquilæ, Martisque futuri
Festinant auidi, pars leuam Ancilibus ornat,
Præmunitque latus framea, pars more Cateias
Teutonico gerit, & loro prædestinat ictus.
Gemmatoque omnes auro, tortisque refulgent
Torquibus, armati proceres, galeisque micantes
Coniferis, duro gestant humeralia ferro,
Thoracem connnexa super, rapit æquora cursu
Miles, & æripedem impellit Cataphractus anhelum
Goricius, sacraque fremens uolat agmen ab urbe,
Qua se Noricijs Athesinum uallibus infert,
Vastaque percussis liquere incudibus æra.
Nigrantes populi, cæcisque horrenda cauernis
Sbotia, & armatis campus deferuet Halæus
Ciuibus, ardentes qui deseruere Salinas.
Et iam nubiferas linquunt castella per alpes
Durati niuibus populi, & qui diuitis Arces
Circum habitant Tyroli, regio quo nomine dicta est.
Inde tridentini, & populi uenere bilingues
Bessenij, Cornique, & plebs cætrata Salurni,
Bolzanumque ferax mercis, cogitque morantes
Clusinos ea fama duces, tua Bryxina proles
Ante omnes uisa est sumptis fulgentior armis.

Ii signa extollunt &c. Ancilib9 ornat. Ancile posuit pro Scuti genere. Cæterū de Ancilibus lege Plutarchū in uita Numæ Pompilij. Catheias. Germanorū proprie telum erat, & meminit Maro. Et loro prædestinat ictus. Quia cum feriebant loro, quo telum alligatū erat, retrahebatur. Sacra ab urbe. Inspruck intelligit, quam sacram urbem puto, ideo appellat, q̄d Cæsar eam uelut præcipuam sedem frequentarit. Qua se Noricijs. Sequitur hic Strabonem qui Aenum Athesinum appellat, & idcirco Poeta inferius de Anaso flumine dicit. Du biusq; binomine ripa, intelligens fortasse illud appellari oportere etiā Aenum. Sbotia. Svuatz oppidum significat, cuius & meminit Picus in Staurosthico. Campus Halæus. Hala est

Ancile. Catheia. Aenus. Athesinus. Anasus.

Parte alia uallis circundata montibus altis
Quadriuia, hæc patribus dicta eſt Amnaona priſcis,
Tela capit, falces Trameni conflat in enſes
Vinitor, impellitque acres ad munia belli
Cura Ameranæos, atq; Octumiudicum ad oram
Peruenit rumor, Rætique ex alpibus altis
Tyrrhenamq; manum, & celeres ægere quadrigas.
Algoui, & armigeræ pubes animoſa Briganti
Pilati aduentant, plenas Conſtantia lintres
Telorum impellit remis, longeque reſultant
Per Venetum uecta arma lacum, propiusq; uidetur
Clusa. Incola neglectis ferri Neleburgius agris,
Ad bellum fremit Hegouius, ſimiliq; furore
Corripitur Rotheburga manus, Nicerumq; remenſa
Soncouijs ſe iungit equis, tacitusq; furentem.
Quadriuia. Nec te Friburgi, nec uos nemora atra ſilebo,
Fraxinea horrificas uibrantia tela per umbras,
Nec non Vindelicos, & qui nunc fertur in illis
Traminium. Eſſe locis, iuxtaq; Alpes colere arua Sueuum
Ingentes clypeos aptare, & pila uideres
Fœdere coniunctum magno, ſunt longa relatu
Principia, atque olim uarijs orientia cauſsis.

urbs opulēta mille paſs. ab Aeniponte. Tridentini. De his inferius. Populi bilingues. Duas eal lentes linguas, Nempe Germanicam & Italicā. Sunt autem e pagis q̃s proximo nominat uerſu. Bolzanum. Nos Botzen uocamus. Ferax mercis. Propter mercatum qui illic in anno bis celebris eſt. Cluſinos duces. Non ſatis intelligo quid uelit. quāquàm ſcio Cluſam oppidum eſſe, per quod e Brixina tranſitus fit a ꝓficiſcentibus ad Bolzanum. De Brixina inferius. Quadriuia. Codobrium nunc uulgus uocat. Dicta eſt Amnaona. Rationem nominis nequiui hactenus inquirere. Trameni. Traminiū pagus, uino, quod in collibus naſcitur præcellens, nobilis, exportatur in exteris nationes, Baigariam, Sueuiam, & Rhetiam. Ameraneos. Ab Amerano, quod oppidum eſt, ut dictum eſt, Tyroli arci, a qua regio ipſa Tyrolenſis dicta eſt, uicinum. Tyrrhenamq; manum. Quoniam Rhetus ex Tuſcia uenit, & eam partem inter Alpes & Iſtrum habitauit, quæ hactenus ab eo Rhætia dicta eſt, autor Trogus libro uiceſimo. Idem ſcribit Plinius capite uiceſimo tertij. Algoui. Inter Rheticos olim connumerati. Briganti. Diluit errorem quorundam doctorum uirorum, qui aſſeruerunt Conſtantiam Brigantium eſſe, cum Brigantium oppidum ſit ſeorſum a Conſtantia, Hoc Lacui Brigantino nomen indidit, quem Plinius facta literæ unius tranſpoſitione Bigrantinum uocat. Nemora atra. Id eſt, gentes nigræ ſyluæ, quæ ſic noſtra lingua appellatur, & eſt pars Hercyniæ. Eſſe Sueuum. Tranſmigrationes gentium indies fieri manifeſtum eſt. Sueui in media fere Germania poſiti olim erant lata gens. Nunc autem Sueuiam intelligimus Vindeliciam & partem Rhętiæ, & idcirco dixit, qui nunc fertur in illis eſse locis.

Ameranum. Rhetus. Algoui. Brigantium. Nigra ſylua. Sueui, olim lata gens. Origo fœderis Sueuici.

Fœdere coniunctum magno. Originem refert fœderis Sueuici. Hic duas refert cauſsas, tertiam ſcribet ubi de Norimbergenſibus loquitur, de quibus copioſius Nauclerus.

Burgouiæ (ut memorāt) tellus, atq; oppida, q̃ inter
Vindelicos Iſtrumq; iacent, ſubiere Georgi
Boiugeni Imperium, qui late extendere fines
Inuigilans, auro prædiues & ubere glebæ
Sub iuga conſilium crinitos Marte Sueuos
Poſſe trahi cœpit, uicinaq; protinus arua

Burgouiæ ut memorant tellus. Primā dicit cauſsam. Ducem Georgium Bauariæ cognomēto diuitem, qui Sueuos ſub iugū mittere deliberauerat. Othingo. Oitingen pagū agri Bur

Occupat, & trepido potitur ui Martis Othingo.
Deuictisq; sacras Rocheburgi sæuit in aras
Hac primum populos coniunxit origine fœdus.
Ast alij diuersa, & te Friderice recensent
Fœderis autorem, qua tempestate potentes
Inuasit Venetos senior Tyroleius heros.
Raptaq; Regini ducibus sunt mœnia Boijs.
Tertia iam causa est, alio se differet alma
Calliope, nunc & populos, & missa canemus
Auxilia, & iunctas bello memorabimus urbes.

gouij intelligit. Rocheburgi. Cœnobium est in eodem agro Rockenburgum dictū, iuxta oppidum Vuissenhorn. Ast alij diuersa. Secundam caussam uult Albertū, q. Regionē, id est, Ratisponam urbē Imperij occupauit. Hoc autem fœdus sub Friderico Augusto ictum est primo, tum confirmatum a Maximiliano Cæsare filio. Senior Tyroleius. Sigismundus Tyroli Princeps ille omniū sua ætate principum liberalissimus. Albertus enim Bauariæ Dux, ut a Sigismundo hęres Tyroli fieret laborauit, aliterq; fieri non posse animaduertit, nisi astu uteretur. Persuasit Sigismundo ut bellum sumeret contra Venetos, ac sua reposceret, ut is pecunijs & uiribus extenuatus cögeretur, postea Alberti uires ac auxilium requirere. Rei Fridericus Imperator nō ignarus prudentia sua ita egit, ut a Sigismundo hæres interim crearetur, quod ut quantum posset Albertus turbaret Ratisponam occupauit, ac arma contra Fridericum sumere uelle uidebatur, quare Fridericus cum Sueuis fœdus percussit, exactisq; hostibus Reginonem recuperauit.

Ratisponā.

Fridericus Imp. hęres Tirolis creatus.

Occupata ab Alberto Ratispono.

Prima Moguntiaci. Sueuicum fœdus trifariam diuisum erat. Primi in eo Principes erant. Secundo Prælati, Tertio Ciuitates. Et hunc ordinem sequitur poeta.

Sueuici fœderis ordo triplex.

Prima Moguntiaci micuerunt agmina ab oris
Bertholdi, sequiturq; Iacobus, & almus Vryel
Zolrensisque sacer, & tanti Martis origo.
Boiugena Albertus, multis legionibus arce
Munychia properat, generisque is Norica rura
Per seriem repetit, Rughorumq; aspera princeps
Gesta Filectei referens animosa Tyranni.
Bella inhiat, priscoq; acres descendere regno
Cassubios secum, & uenturo Marte frementem
Vandalon aspiceres. Virthymberzentius heros
Instruit antiquos decios, montanaque proles
Prosequitur Pelegarda ducem, qui turbine belli
Innumeros scribit populos, & auita reposcit
Oppida, trans Enti ripas, quantumque laboris
Hauserit is bello, post me admirabitur ætas.
Tu quoq; dux Badæ, non inferiora secutus
Auspicia, ad Martem properas, qua cana uetustas
Antonina tuis ostendit munera thermis.
Primus & hic ordo est, arasque, & sacra relinquit
Fana Moguntiaci, delubra, ignesque Licæos
Religiosa cohors, uadit nec segnior illis

Prima Moguntiaci Bertholdi. Huius uitā Bertholdi e familia Comitū Hennenbergiorū, auunculus meus elegāter scripsit. Iacobus. A Liebenstein, equestri familia natus. Vryel. Et hic e clara eius ordinis Gēmyngorum stirpe fuit. Cui successit, qui nunc cum Magdenburgeñ. & Halberstateñ. Moguntinam tenet Ecclesiam, Albertus e Marchionib. Brandenburgeñ, natus patre Electore. Zolrensisq; sacer. Fridericus Episcopus Augustensis, ex Comitibus de Zollern. Boiugena Albertus. Eorū scilicet pater, qui hodie Bauaris imperant. Origo tanti Martis. Id est, caussa tanti belli, ut lib. primo relatum est. Munychia arce. Monachū intelligit claram Boioariæ urbem, & Principū

Monachum.

Campiduna Phalanx, atque Eluagensius hasta
Insignis miles, populus Salmonidos oræ
Villaqꝫ, Augieqꝫ minor, uineæqꝫ, Rotumqꝫ
Bergi opus accelerant, æterna nec abfuit aris.
Vesta suis trepidas campo, quæ fuderat alas
Pone Hugon, fratresqꝫ duo, secundaque proles
Natorum, & paruo properat Volphãgus Othingo.
Zolrensisqꝫ ferox alter, pincernaque magni
Decij. Imperij Albertus ueteri mouet arma Lyburgo.
Quicqꝫ equites ducit saxosa Elephantis ab arce,
Prҿterea innumerũ genus alto a sanguine cretum.

Sedem. Dixit autẽ Munychia ad græcũ nomẽ. Rugorũ Princeps. Marchionem Casymirũ intelligit. Gesta Filectei. Is bellum cũ Odeacro gessit, ut diximus primo libro. Cassubios secum. Alludit ad titulos, quibus etiã hactenus utuntur Margrauij. Instruit antiquos Decios. Vt se Decij pro rep. uouerint, pulchre scribit Gellius, et meminit Eusebius lib. temporũ. Tu aũt intellige Decios, id est, Teccenses populos, qrũ Duces suã ad Decios referebãt originẽ. Horum ditio accessit regulis Vuirtẽbergensibus, ut Nauclerus ostẽdit. Vnde se Duces hodie Teccẽsos appellãt. Montanaqꝫ proles Pelegarda. Comitatus Mõtis Pelegardi subditos, intelligit, cuius titulo etiã hactenus usi sunt Principes Vuirtembergenses. Enti ripas. Aeneam hunc fluuiũ Capnion appellat, de quo inferius latius dicam. Alluit urbem Phorcensem. Antonia munera. Antonius illic multi nominis thermas ædificauit, unde adhuc Germanico nomine a Thermarũ nomine Baden appellatur. Primus & hic ordo est. Hactenus de Principibus, nunc de Prælatis. Ignesqꝫ Liceos. Augustensem Episcopũ intelligit a Lico flumine, ut supra dixit matresqꝫ Liceҿ. Campiduna phalanx. Campidona dicitur uulgo, oppidum iuris Imperialis, cuius & Celtes meminit, Germanice Kempten. Eluagensius miles. Eluuangensem intelligit. Est locus Ecclesia insignis, quҿ sacri Imperij Principem, nomine præpositi sustentat. Salmonidos orҿ uillaqꝫ, Salmansuiler cœnobiũ est insigne, cuius Abbati parent coloni multi, ideo dixit populus Salmonidos orҿ, pro terrҿ, regionis, ditionis. Augiqꝫ minor. Est enim & maior, quæ Reichenaio ab incolis appellatur, quæ & ipsa olim eminẽtissimum Imperij principem sustentari poterat. In hac Marci Euangelistæ corpus ostenditur. Pone Hugon. Comes a Monteforti. Fratresqꝫ duo. Ioannes & Vlricus. Othingo Vineҿ. Vueingarten. Rotumqꝫ Bergi. Rotenberg. Sunt & hҿc cœnobiҿ, quorum Abbates cõiuncti fuere in Sueuico fœdere. Aeterna nec abfuit aris uesta suis. Indicat uestalium quoqꝫ Cœnobia in eo fœdere coniuncta fuisse. Lyburgo. Nos Lymburgũ dicimus, coactus uersu dixit Lyburgum. Elephantis ab arce. Interpretatus est germanicam dictionem, Comitem enim intelligit de Helffenstein.

Teccenses. Monspelegardi. Entius. Antoninianҿ. Thermæ. Baden.

Tertia dein ueniunt coniunctis fœdere magnis
Vrbibus auxilia. in primis ad munia belli
Turma Argentorato uiolentior exit equestris,
Hinc Augusta sacro tantum, quæ surgit alumno,
Quҿqꝫ e mensa ultra est, feruentem littora Zonam
Nauibus oceanum, & rubri trans littora, nouit
Quæ regum imperia, & qua Calecutidos orҿ,
Taprobanesque altus declinet Delius umbras.
Nec non Vindelici, tellusque Licatia secum
Armantur, campoque fremit Gæsata iuuentus
Alerio, & gelidi complentur milite ripҿ
Pegnitij, propere qui regna inuadet Othonis.
Pone Vlmanatum placido decurrit ab Istro

Tertia dein ueniũt. Tertium locum ait in Sueuico fœdere ciuitatibus datũ. Argentorato. Strasburgo, de cuius nominis ratione aliquãto pluribus agemus lib. octauo. Sacro Alumno. Allusio ad Matthҿum Langum Cardinalem Gurceñ. qui patricia gente Augusteñ. ortus. Quҿque e mensa. Laus Augustensium a mercatura. Nauibus Oceanũ. Dicit Horatius fuisse eum audacissimũ, q primus fuerit nauigare ausus.

Turba ingens hominum, Niceroq; Eslingides alæ,
Nec non & uacuam fontem liquere salutis
Gens Habilis pugnę, sequiturq; ardentior Hallis,
Norlingiq; hominum, genus implacabile pugna.
Quęq; tenet patrium collis sibi nomen ab umbra
Antiquis memoranda uiris, hic Flauius aras
Pręclaras statuit, armisque eiectus ab Istro
Aeneadum prius, his consedit Rętus in oris,
Vnde etiam priscis dicta est hęc Rætia tellus.
Lindauiumq; feros telo, remisque Brigantas
Munijt, & sacrum petijt Gemyndia fœdus.
Incola Mēmingi, Bibracūq;, & Vimpina currus
Aptant militiæ, atque alio sese ordine rursum
Campiduna armat Legio, uisuraque primum
Verdea Austriadas acies, & Martia tela.
Villaque Fullonis, turba & Luthyrchidos oræ
Auleniumque uetus, & formidanda Buchori
Insurgit pubes, alia ratione nec ullo
Fœdere coiunctus bello furit Hassius heros,
Visus & umbriferis rapidas diffundere ab antris
Melibocus turmas equitum, longumque frementes
Abnobij montes, & quas non suggerit ordo,
Mille anię properant, uariæ & sine nomine gentes.

Hanc humanam temeritatem eleganter Claudianus cecinit in præfatione Raptus, & Seneca in Medea. Feruentem Zonam. Orbis terræ p quinq; zonas siue fascias pro rerum diuersitate discernitur. Lege Pliniū in secundo. Macrobium eodem de Somnio Scipionis. Martianū lib. sexto. Maronē primo Georg. Tibullum, quarto, Claudianū primo de Raptu, Nostrum Ricchardū lib. octauo. Calecutidos oræ. Ad quam nauigatione per Lusitanos reperta nauigant. Sensus est opinor, nouerūt mercatores Augustenses, in quam partem Sol declinet umbras suas iuxta illud Lucani miratur umbras nō esse sinistras. Nā illi qui habitant Taprobanem uel Calecutiū habent contrarias umbras a nobis. Nam existente sole, uerbi gratia in tropico Cancri cū ad nos maxime accedit tendētibus nobis ad occasum, umbrę sunt dextræ, illis itē ad occasum tendētibus, sunt sinistrę, rursus cū p Austrinā plagā nauigant Taprobanē uersus a Gadibus fiunt illis umbræ dextrę, nobis a Septentrione in Orientē sinistrę. Nec ijs q extra Zodiacum positi sunt mutantur, nisi quod accessione uel remotione Solis longiores fiunt aut breuiores, ut per gnomonem facile colligere possumus, quare miror Plinium ita facile errasse constanter asserendo, nihil habitari in terris, quam quod Zodiaco subiacet, monstra autem in syluis gigni, quoniam Venus duos gradus latitudinem Zodiaci excedit. Si autē ita esset aliquando & nobis etiam, ut in Syene contingit, umbræ fierēt a uertice. Sed quidquid a Syene Septentrionem uersus incolitur extra Zodiacum est, quātumuis enim accedat Sol ad nos, siue ad Cancri, umbræ nunq; cadunt nisi obliquę ad Septentrionē. Gęsata iuuentus. Id est, telis Gallicis armata. Gęsos uiros fortes dicebant, unde poeta inferius dixit, quos misit Gallia Gęsos. Campo Alerio (Norinbergenses uocant Haller vuyse. Locus est ad ripam amnis Pegnesi peramenus. Lege Celtem cap. quarto in descriptione Vrbis. Regna Othonis) Odenvualt a nostris dicitur, siue ex Othonis Imp. donatione Amberbacensis cœnobij, siue ex loco non ignobili Odonoheim, ubi Otho in uenationibus pernox agebat, ut idē Celtes in lib. iam citato scribit. Placido Istro. Quoniam paulo supra Vlmanates in Rhętia oritur Danubius, ut suo loco dicemus.

Calecutica nauigatio.

Lapsus Plinij

Gesi.

Othonis. Ducis & hoc dicit propter oppida, quæ a Palatinis tenebantur. Fontem liquere salutis. Interpretatio uocis Germanicę Heilprun. Quod oppidū est haud incelebre iuris Imperialis. Brigantas. Intelligas illos qui Brigantinum lacum accolunt. Nam de Brigantio oppido superius scripsit. Brigantinus autem lacus dicitur Constantiensis, Acronium & Venetum Pomponius appellat, alibi poeta Tyberij lacum dixit, eo quod ut refert Strabo Tyberius illo ad inuadendas Sueuorum gentes usus est. Alio sese ordine. Quia superius propter prælatos dixit, ua

Fons salutis.

Brigantinus lacus.

dit nec ſegnior illis Campiduna phalanx, hic autem propter ciuitatem ipſam Campiduna armat legio. Viſuraq; primum. Vt paulo inferius ſcribit. Cæſar primo Danubianam Verdeam uerſus, caſtra mouit. Villaq; Fullonis, Pfullēdorff oppidulū, ut & Leutkirch. Auleniumq; uetus & formidanda Buchori. In tertio pede uidetur peccatum in ſyllaba. Sed idem facit Maro. Omnia uincit amor, & nos cędamus amori. Adi Seruium. Alia ratione. Landgrauium Haſsię ſeorſum ponit, quia alia q̃ fœderis ratione uenit ad hoc bellū. Melibochus. Mons eſt Veſtualię, ut etiam Abnobij, qui ex alpibus, ut dictum eſt, continuo facto iugo in Veſtualiam protenduntur.

Principium interea belli ſerieſque futuri
Diuiditur, uarijſque fremunt regionibus arma.
Dux ſiquidem Decius, uexilla uolantia ripis
Diffundit Niceri, Chaubos, Rhenumque laceſſit
Langraphij furor, & cętratum Bacteron urget.
Quique excelſa colunt Segduni mœnia patres
Hercynia in magna, qua regnū, atq; oppida Othonis
Antiqui ſteterant decertauere, potentes
Trans quoq; Alexander Rheni furit agmine ripas,
Pellæis qui claret auis, & nomine regum
Nec minor inſurgit contra uiolentus Odechi
Mœnia Burgrauius Princeps, atque inſtruit arma.
At Cæſar trepidas inuadere deſtinat urbes
Norici, & Albertum ſecum coniungere caſtris.
Iamque ſui armantur populi, iam pila Sueui
Geſtabant humeris pedites, circumque Licæa
Littora perfremere, & Martem incuſare morantem.
Tandem magnanimus phaleris ardentibus auro
Cæſar æquum aſcendit, circundatus agmine magno
Armatorum hominum, cui duro caſſida ferro.
Suffultos operit crines, & lamina pectus
Aegidos, & lateri feruens effulminat enſis.

Caubos uel Chaubos.

Principium interea. Diuiſio belli. Dux Decius. Virtembergenſem intelligit, ſuperius enim dixerat Virthymberzentius heros, Inſtruit antiq̃s Decios, ut inferius latius indicabimus. Cubos. Cubi a Chaubis differunt. Cubi enim citra Rhenū in Germaniæ. Chaubi uero ultra in belgica ripa ſunt. Cetratum. Id eſt, ſcutatum. Cętra em̃ ſcutum erat rotundū & breue. Liuius Cętratorū militum in Macedonico bello meminit. Bacteron. Nam Bacteri & Bructeri dicūtur, qui ut poetæ uidetur, Veſtualiā tenuerunt. Segduni. Sequitur opinionem quorundam, qui dicūt ex diſtantijs Ptolomęi colligi Norimbergam Segdunum poſſe appellari. In qua ſententia Celtē Germanum poetam alioqui eruditum fuiſſe uideo, q ſingulari opere Norimbergam celebrauit. Pellæis qui claret auis. Alludit ad nomen Alexandri. Iuuenalis, Vnus pellęo iuueni nō ſufficit orbis. Aegidos. Thoracis. In priuatis enim perſonis Thorax dicitur cū induit Imperator Aegis dicitur, ut eſt apud Martialem. Poetæ item Ioui attribuunt, & Gręci Aegiochum Iouem, id eſt, habentem Aegida dicunt.

Mittitur interea iuuenis, qui more parentum
Indicat bellum, Claregatumque per urbes
Pergat, & elato baculo fera nūnciet arma.
Auſtriades igitur rebus ſic rite paratis
Verdæam petijt, qua ſe Verneſus in Iſtrum
Ingerit, & uaſto condit ſua nomina fluctu.
Viſaque ut inuicti ſplendentia Cæſaris arma
Formido inuaſit proceres, qui fœdere iuncti

Mittitur interea iuuenis. Hic mos ſeruat̃ uſq; in hodiernum diem a noſtris. Claregatum. Antiq̃ uſus eſt uerbo, cuius meminit libro primo T. Liuius. Eſt clarigare nihil aliud, q̃ clara uoce ablata repetere. Romani ſiquidem cum alteri bellū indicere uolebant patri

Hostilem in cędem, & bellum commune ruebant;
Omnia ne Cæsar late sibi uendicet armis
Pacta soluturus, totumque repente subactum
Noricon asciscat, talisque it rumor ad urbes
Illius aduentu trepidas, ceu subter anhelans
Tellurem quateret Boreas, & uerteret imo
Fundamenta domum, quo summa palatia, templa,
Ingentesq; cadunt turres, planctusq;, timorq;
Gliscit, & exangues pręssant ad pectora natos
Sollicitæ matres, fugiuntque labantia tecta.
Armorum interea strepitus, clangorq; tubarum
Ingens auditur, subterque meabilis horror
Fertur aquas, Istrique meat spumantibus ad aulam.
Tunc subito ut magni tumefactas perculit aures
Danubij, excelsa madidum caput extulit unda
Numen, & a summo palantes prospicit amne
Austriadas, motasq; urbes, atque obijce postes
Muniri, & circum rapidam sua mœnia pubem
Lętiferos lapsus, uastosque locare molares.
Tunc Xantho, Beoremq; uocat, qbus ĩperat almos
Acciri Diuos fluuiorum, qui sua pulsant
Littora, & in gremium recipitq;, fouetq; cadentes
Protinus obliquo fluctus secat utraque motu
Immanes, pars inferior tenus inguine pisces
Spumea tortilibus propellunt æquora caudis.
Virginis os, uultusque illis super eminet Algam,
Et proni in fluuium crines, Hysmenia quales
Leucothoe diffundit aquis, aut subdola Syren.
Nec mora aui similes, iunctæ Vlmanatibus ambæ
Incubuere uadis, Reginique æquora uasti
Straubyngumq; petunt, dein fætã mercibus urbem
Augusto augurio quondam quæ condita fertur
Patauium, & latis properãtem cornibus Aenum
Exuperant, sacrique inuisunt mœnia Lynzi.
Mox ubi naufragi subter uada cæca Trudeli
Danubiana fremit nequicq; adeunda Carybdis,
Errantes ubi sæpe rates absorbet hiatus,
Interq; & cautes, & saxa sonantia uoluit.
Hinc Cremesum, & magnæ pallatia culta Vianæ

patratō, quod genus sacerdotij erat, demandatur prouincia, qui ad fines hostiũ profectus clara uoce bellũ indicebat, unde clarigo uerbũ. Poeta propter uersum dixit claregatum. Formido inualit proceres. Alberti nos scilicet, & hinc fictio Danubij inferius, ꝑ quã ut in notatiunculis marginum legi, principũ suspicionẽ significauit. Vnde subitꝰ Cæsaris ex Norico discessus, quamq; & fluminis eadẽ tempestate incrementũ fuit maximum, & iuges pluuię.

Pressant. Maro Pressabimus ubera palmis.

Xantho Beroemq; uocat. Nymphas Danubij Xantho accusandi casus græcus, ut illud Ouidij, miseraq; relinquere Dido. Leucothoe Hysmenia. A flumine q prope Thebas labitur. Subdola Syren. Quoniã cantu somnolẽtos facit nautas, inde nauim mergit. Apud Homerũ Vlyxes sociorum aures cera obturat, ne Syrenum cantum audirent. Est & Syren insecti genus api nõ dissimile Suida autore.

Augusto augurio. Alludit ad nomen, quia a uolatu auium dicta est.

Petauium: Patauium augusto eñ augurio cõdita fuit, ut etiam in Italia Patauium, antiq eñ ut de Rhomulo & Rhemo legimus, nullibi urbem condebant, nisi prius captato auium augurio, qui mos in frequenti usu obseruãdi, scilicet auiũ uolatus fuit apud Germanos Tacitus ẽ autor, & nos libro primo

Prætereunt celeres, nec non antiqua superbi
Mœnia Claudonyi, Phlexiq; & Amantina linquunt
Littora, Lussoniumque ferax, & Iazigis oram,
Syluicolasq; alto trepidantes uertice Dacos
Videre, & Mysos, quis lac mulgetur equarum.
Iamq; Triballorum fines, iamq; arduus Hæmus
Visitur, & gelidi regio transcenditur Axij
Vsque etiam Peucen, & qua septem ostia uoluens
Præruptum in pelagus, uasto cum murmure fertur
Ister, & undarum trepidum subit agmine Pontum.
Adnantes fluuios adeunt, & nuncia portant
Verba, & solliciti mandato Numinis urgent.

diximus. Sacri Lynzi. Propter Fridericum Augustum dixit, ubi diu p̱mansit. Trudeli. Alludit ad uocē nostrā Strudel, qua locus ille in Danubio periculosus nauigantibus significat, primo autem inter cautes ingenti boatu fremit aqua, ubi hęrent aliquando naues & dehiscunt, & hanc scyllam dicere possumus, mox charybdis superanda est, ubi aqua quodam uehementi rotatu uoluitur, adeo ut non nisi ualidis remis nauis euadat. significauit ergo utrumq; periculum, cum Saxa cœca dixit & charybdim. Hinc Cremesum. Prosequitur nympharum cursum pontum usq; diligenti locorum descriptione. Quis lac mulgetur equarum. Id, recitat Strabo ubi de Mysis loquitur, Idem duas ponit Mysias, alterā Olympicā, alterā circa Caycum & Pergamenum agrum usq; in Teutraniam & Istri ostia. Est autem Homeri hemisthychium, quamquam non ignoro nonnullis uideri Homerū ponere Mysios in Asia. Poeta tamen sequitur opinionem eorum, qui uolunt Homerum meminisse Mysiorum in Europa ultra Istrum, quos alij Mœsios uocant, ex autoritate ueterū marmorū, quamquam a Gręcis ambo Mysij appellentur.

Principio ante omnes Perseæ cursibus undæ
Conueniunt æquis, & Campidunius Iler
Deserit Algouios, genus insuperabile bello,
Diuitis hinc Vlmæ descendit Plauus ab oris,
Burgouiusq; altas infertur Gynsus ad undas
Danubij, & de se dictam præterfluit urbem.
Ramilachumq; rapax, longaq; in ualle refusus
Prętius, & fœlix Laugeno Verghus alumno
Mox Egue, Zusimiq; amnes, Vernessus ad alta
Spumeus euoluit Verdęæ mœnia cursum.
Infra autem strepitus uelocis Smutteris ingens,
At leni contra descendere gurgite Egyssus
Auditur, planisque Licum stupet accola ripis
Sic fluere, & rapido Nymphas ululare sub amne.
Iam properat Suter, & Parrhi uiolentior Alueus
Arsacidesq; Ilmus, & tu quoq; turbidus undis
Altimula, gelida allaberis amne Chehelas.
Hunc & Abis Rhegusq; minax, & Nabus ab antro
Pinifero, mitisque Laber, Iserisque fluenta
Pone ruūt, nec Phylsa minor, quē Volphagus æquat.
Ripaque nec cursus uoluis Gyssæa minores

Principio ante omnes. Res miræ indagationis pariter & ingenij. Sexaginta enim flumina, qđ a nullo hactenus factum recitantur, quæ in Danubium exonerant, cuius opinionis est Plinius, & Solin9. Burgouius, q̄ per Burgouiam labitur. Vrbem. Scilicet Ginsburgū. Mos Egue, Zuzimiq; amnes. Legendū Mox Egue, Zusimique amnes. Rhegusq; minax. Sine aspiratiōe scribe Regus. Aēnus diuidit diphtongum, ut etiā in hac dictione Pontanus fecit. Nymphęq; sorores Grenisex. Sorores dixit propter duo flumina hoc ipso nomine appellata. Sic superius Persęas undas dixit, duo intelligēs eiusdem fere appellationis flumina, quę statim ad ipsum fere Danubij fontem ingrediun

Vastior,

Vaſtior, at longas interluis Aenus Alpes
Labentemq́ʒ cies Boiorum a montibus Iſſum.
Rhennauiq́ʒ Auarum fluctus, Nymphęq́ʒ ſorores
Crenyſeæ properant, Gemundęiſque refuſus
Traunus aquis, Anaſusq́ʒ uolat, dirimitq́ʒ potentes
Auſtriadum populos, dubiusq́ʒ binomine ripa
Laureaci, in uaſtum curſu deuoluitur Iſtrum,
Nec non Orcynijs Nendus dę montibus ortus
Miratur, uitreum longe quanto impete fertur
Herlacium, quantasq́ʒ trahat celer Ipſyus undas
Vtq́ʒ rapax ſimul a Styrijs ruit Erlaphus antris
Venaque Pylachrij lenis, fonteſque Melyci
Nec placidis te campi uadis, nec Traſme ſilebo
Nec te, quod retinet regio prope Tullia nomen
Pone Vienna Deis noſtris ſacer. hoc quoq́ʒ montes
Oppidaq́ʒ, & priſcæ gaudent cognomine ſylug
Piſcoſusq́ʒ Phyſa, & tranabilis unda Sueci
Hinc Leyta Auſtriadum dirimit qui pannona terris
Marcomanumq́ʒ aſſurgit aquis, quibus altera ripa
Danubij increſcit, Carnuntique aſtrepit urbi
Cæruleuſque Arabon, Styrijs de cautibus ora
Attollens, ueteris diſterminat arua coloni.
Nec piger it Granis, Boghusq́ʒ, ſed amplior illo
Sarmaticis ſe mola iugis euoluit in Iſtrum
Mox Drauus impatiens undarum examine uaſto
Perſtrepit, & ſpumans fluctu diuerberat aſtra
Intonat hic Iſtrǫ, & contra nitentior urget
Et ſaxa, & montes, & fluminis antra profundi
It Saus interea, & magnis allabitur undis,
Squamigeris inuectus equis, hauritq́ʒ morantem
Imperturbati Drinoum littoris amnem,
Sollicitatq́ʒ Dei monitu, longumque Tybiſcum
Carpathio ciet ore iugo, qui feſſus in antro
Sederat, & ſecum requieſcere iuſſerat undas,
Nulla mora ut ſenſit ſe terq́ʒ, quaterq́ʒ citari
Proſilit ingenti ſtrepitu, quo curua reclamant
Littora, quo ſyluæ, & ſaxorum impellitur agmen:
Et iam Sardonio trepidat de uertice Moſchus,
Miranturq́ʒ Daci tumido properare Rhaboſum

tur. Inaſus. Vel Anaſus, utrūq́ʒ autores uſurpant, alterum autem frequentius.

Binomine ripa. Quoniam ut dixi Strabonem ſequitur, qui dicit Atheſinum appellari, quem nūc nos Aenū dicimus, ac Aenum fortaſſe non incongrue dici poſſe Anaſum, quoniam ſi interualla locorum colligimus ex Ptolomęo, anceps ſum utrū Anaſus dici debeat Aenus, aut quem Strabo Atheſinum nominat, tamen hac in re ut cuiuſq́ʒ erit iudicium, ita ſentiat, Alibi tamen Atheſinum dicit Aenum.

Drauus impatiēs. Tacitus inquit Drauus curſu uehemēs, Sauus aūt placidus fuit.

Gurgite,& inflexi turbari stagna Marisi,
Nympharumque choris sublimis ire Ciabrum
Vluifer attonito cursu metuendus Alutas
Vndas quadriiugo spumantes uerberat axe
Extremusque uenit Mysorum Hierassus ab oris.
Sic turmatim omnes uasto cũ murmure fontem
Istri adeunt magni,limenque,& Numen adorant
Vndarum,sedemque sacram,fluuiumque potentem.
Hic ortu gelidis,sacro caput exerit undis
Ex leni sic fama iugo,fuit Abnoba nomen
Olli,sed uocem iam mutauere priorem
Monte sub aerio,quos Rhetia pascit,Adula.
Extemplo sed aquis fluuiorum exauctus,oberrat
Immanes populos,& regna exortia gentis.
Lęthiferos quod alat pisces ab origine,uanum est.
Sic etenim ignari patres,mendaxque uetustas
Asserit,Armeniæ ceu fons & Lydia ab ortu
Traduntur partus eniti stagna nocentes
Nec(quamuis Perses descendat ab alpibus amnis,
Et fontem Abnobium cursuque augescat & undis).
Credimus hoc non esse caput,quo denique cuncti
Se referunt fluuij,subeuntque madentia musco
Atria,& immensum tophis surgentibus antrum.

Marisi,Meminit Strabo.

Vluifer. Ab ulua uluifer legendum.

Hic ortu gelidis. De ortu Danubij autores non consentiunt, Poeta Plinij et Ptolomęi sententiam sequitur. Apud Plinium Abnobam legimus, item apud Ptolomęum ut diximus Abnobiorum montium fit mentio,quare apud Tacitum arbitror legendũ ex leni Abnobæ iugo.

Sed uocem. Ordo est, sed mutauere uocẽ priorem illi quos Rhętia pascit sub monte Adula.

Adula. Plinius, Abnobius,Ptolomęo. Sequitur ergo utriusque opinionem. Lætiferos quod alat pisces. Locus est apud Plinium, ubi de medicinis aquarum loquitur, ubi etiam de hydro stagno. Nec,quamuis Perses. Constructio. Nec non credimus hoc esse caput, scilicet Danubij,quamuis Persas amnis descendat ab alpibus,quod est contra Strabonem, qui dicit oriri Danubium ex Alpibus.

Porta ingens primo,& scabris domus alta patescit
Porticibus,madidaque ingens specus accipit aula
Flumina,pro foribus custos stat peruigil Esox,
Vestibulumque tenent Nymphæ Perseides amplum.
At uero introrsum squallentia tecta lacunat
Purpureus murex,Conchæ,testæque renident
Humida saxa inter mediæ,quaque ipse sedebat
Ister erat locus,& pars longa remotior antri.
Iam satur ille annis æuoque uerendus,obibat
Labentes musco,uiridique uligine crines.
Quem Xanthe formosa pedes,phialeque,Psecasque
Errabant circum,& pulcherrima Lysianassa
Carpebat Cyprijs popularia Numina flammis.

Porta ingẽs primo &c.

Peruigil Esox. Fingit Esocem prò portis aulæ Danubianæ positũ, quẽ nunc Hausen germanice dicimus. Capitur in pannonia frequentius. Plinius huius piscis meminit.

Nymphę Perseides. Alludit ad duo flumina, quæ statim prope fontẽ Danubium ingrediuntur Persen & Persenium.

Dubiam sentẽtia mentem. Pollet in orationib. mirũ in modum poeta. Hęc in genere deliberati

Tandem multicauo residens in pumice, cuncta
Perlustrans oculis, fluuiorum stante corona,
Incipit effari. dubiam sententia mentem
Nostra diu tenuit, totus ne effusus in undas
Ad mare deferrer, ne me Germanica tellus
Susciperet gremio, nostroque tumesceret ortu,
An uestrum auxilium peterem, nam mi fuit anceps
Vtrum tentarem, potior sententia uisa est
Vobiscũ hæc peragi, summa hęc. iam tota sub armis
Austria agit nostri pilata ad littoris undas
Agmina, & infertur Boiorum mœnia contra.
Iam strepitus nostras ingens peruenit ad aures
Armorum, atque ipsi pugnaces uidimus alas
Ardere, immeritasq; aciem conuertere in urbes,
Scilicet ut fœdis maculetur cędibus unda,
Vestraq; descendat teter quoq; ad ostia sanguis.
Ite ergo & fontes, totasque resoluite uenas,
Et tumido lata arua uado, camposque patentes
Mergite, ut Austriadis iter eripiatur, & alto
Immersi fluctu, tentent minus aspera nostris
Prælia littoribus, fœdentque cruoribus amnes.
Vix ea finierat strepitu gliscente per antrum
Confremuere omnes, resonant caua saxa fragore,
Nec mora Danubrij rursus per magna reuecti
Flumina, corripuere fugam, totisque feruntur
Viribus, atq; suos repetunt cum murmure fontes.
At Licus, & Vinda, atque una Tyroleius Aenos
Detrectant iussa, & tacitum se continet antro
Quisque suo, simulatq; undas hausisse parentem
Oceanum, & tenui uix posse insurgere ab ortu.

Ecce ruens Ister uastarum impulsus aquarum
Molibus, exuperat ripas, campisque uagatur
Vndisonans, ueluti per Canchrum uectus Apollo,
Aut fuluũ ingressus flammato Hyperione monstrũ
Luctantem nigris Nilum propellit ab Indis,
Nec tantum increscens superat sua littora Ganges
Incertus quo fonte cadat, fugiuntque per Alpes
Agricolæ, atque altis nutant in montibus urbes.
Hic armenta trahit, syluasque & lustra ferarum,

uo posita est oratio. Nõ est impediẽdum iter Cæsaris, im̃mo est impediendum, tũ urbium utilitate, quas flumine suo hactenus uisus est custodiuisse, tum dedecore suo & fluuiorum, cum propter cędes futuras uideat cruore enectorum corporum infectos iri, quare deliberat obstandum, quo minus prælia in ripis suis committantur.

At Licus & Vinda atq; una Tyroleius Aenos. Detrectant iussa. Licus & Vinda propter Sueui cum fœdus, cuius caput inter ciuitates est Augusta. Aenus quia Cæsar Tyrolanę prouincię Comes est. Nolebant enim contra Cæsarem hostilẽ animum ostendere. Nigris propellit ab Indis. Idem etiam dicit Maro. Nilũ scilicet ab Indis descẽdere. Vbi Seruius dicit similitudine coloris Ethyopes quoq; nigros Indos dixisse. Ego uero Indos ĩ Ethyopia esse nõ negauerim. Eusebius em̃ in Chronicis tradit, Indos aliquando in Ethyopiã migrasse. Vnde opinio hactenus ineruditorum fuit Prę́stem Ioannẽ in India ultra Gangem esse, quod falsum Lusitanorum nauigatione repertum est, cum is apud Indos Aethyopię sit, nõ ultra Gangem. Rheson abesse. Fabula est de Rego flumine Ratisponæ. De Rheso autem Rege Thraciæ, & ut ab Vlixe & Diomede iteremptus fuerit, lege Maronem, item Ouidium in Heroidibus. Fictio autem hęc Ratisponę fortunam re-

Et ſaxa, & rupes, atque alta cacumina ſecum.
Interea rapidos uoluunt ad littora curſus
Defrenati amnes, & fontibus ora relaxant,
Vndarum patefacta domus, iam latius Alueum
Pandit Iſer, gaudetq; effundere brachia campis,
Miraturq; ſimul piſcoſum Rheſon abeſſe
Auxilio, uerum ille atris ingrata cauernis
Fata uocans, charam uxorem lugebat Acaſtem
Thraicij neptem regis, quam duxerat ante
Dardaniæ in campis, q̃ fraus pellacis Vlyſſi
Candentes auferret equos, illumq; necaret,
Vnde etiam illius uoluit de nomine dici
Rheſus, & hunc uiuens ſic Threſſa uocabat Acaſte,
Poſteritas Regum, & Reginum nominat urbem.
Quiq; Getas, Myſosq; uident, uaſto obijce pronam
Conſtipant undam, & contra luctantur in amne,
Camporum iam lata tenet, perq; arua, uiasq;
Expatiatur aquis fluuiorum maximus Iſter.
At rex ut molem undarum, paſſimq; uagari
Ingentem aſpexit fluuium, longeque ſonantes
Auditi fremitus, pulſataq; fluctibus aſtra.
Subſtitit impauidus, rerumque ignarus adorat
Numina, quæ ſubter labuntur gurgite uaſto.
Quæ uis naturæ eſt? huc forſitan æquora Nereus
Obice terrarum conuulſo & montibus ægit,
Arctoum merſura ſolum. ſic talia ſecum,
Intorquet telum in fluctus, gemuere ſub ictu
Exeſi cautes, concuſſaq; littora circum
Ingenti tremuere ſono. ceu Iuppiter altos
Fulminibus quateret ſcopulos, ruerentq; per undas
Annoſi lapides, motumq; tremiſceret æquor.
At rex armipotens auro, electroque refulgens,
Pergere in aduerſas undas, nec parcere curſu.
Non ſecus oceano fertur Neptunus in amplo
Iratus, Pontumque ſecat, cum littora torquet
Fluctibus, & late uicinas territat urbes.
Interea fremit Iſter aquis, uaſtumque moueri
Aſpiceres cumulum undarum, contraq; ſonantes
Irrumpunt fluctus, Monteſque feruntur arenæ,

ſpicit, quæ cũ olim Florentiſsima fuerit, nunc ad inopiam redacta eſt, per Acaſtem priſtinas opes et Regales pompas ſignificãs, per pellacem Vlyſſem Ducem, de ꝗ ſuperius dictum eſt, intelligens. Reginum nominat urbem. Ego in antiquiſsimis tabulis Reginonem inuenio apud Peutingerum.

Quique Getas. Dicit qui aquas ſubminiſtrare nõ poterant, obijciebãt ſe curſui Danubiano, ut inde tumefactior redderetur, & tranſiliret ripas.
At rex. Sequitur Cæſaris & militum in Danubio pugna. Monſtro. Ita Palinurus apud Maronem appellat mare.

Ipse super uehitur curru Deus, altaque miscet
Aequora, & impellit molem, mugitque, fremitque
Horrendum, fluuiosque iubet sua tollere cornua.
Inde acies turbatur equis, iamque acta profundo
Hærent arma uado, iam pila natantia fas est
Cernere, & horrisono demergi corpora monstro.
Tunc rex extollens duplices ad sydera palmas,
Iuppiter omnipotens reges cui cura tuendi,
Si mortem oppetere, atque anima diuellere corpus
Nos (ait) ordiris, melius precor astrue fatum.
O ter felices, quibus est occumbere bello
Concessum superis, supręmaque funera passi
Arma inter potuere mori. sic talia fantem
Obruit undarum globus, & densata uolumen
Ingens æquora agunt. tunc Iuppiter æthere summo
Despiciens, Irim propere Thaumantida misit,
Hæc addens. Istro qui iam tenet omnia fluctu,
Dic coeat ripis, proprioque nec exeat Alueo,
Quod nisi paruerit, sumptis delabere pennis
Trinacrium ad littus, aulaque arcesse Sicana
Vulcanum, ut flammis audacem torreat Istrum.
Dixerat. illa uolans iuxta caput astitit amnis,
Atque Iouis mandata refert, flammasque minatur.
Tunc simul atque alta Thaumantida sensit abunda
Danubij numen, uectum super æquora curru,
Palantes compescit aquas, omnesque residunt
Numinis ad nutum fluctus, placata quiescit
Vndarum rabies. ueluti cum turbine denso
Nigrescit Pontus, uentorumque agmine facto
Vis rapidas aperit Syrtes, atque omnis ab imo
Pulsatur tellus, spumantque ad littora fluctus.
At uero ut flantes linquunt freta cęrula Cauri
In sese redit, & tumidas mare temperat iras.
Tunc Cæsar iam uincat ait, nostroque triumphet
Inuidia auspicio, nunc cedimus, & fore tempus
Quo nos uera fides, seruataque fœdera poscent
Ire iterum in cędes, uictosque auferre periclo.
Sic fatus sese paulatim gurgite ab alto
Subtrahit, & regem sequitur sic cętera pubes.

Iuppiter omnipotens. Color sumptus ex primo Aeneidos.

Nostroque triumphet Inuidia auspicio. Hic innuit suspitionem Principũ, de Cæsare exortam.

Interea Dianã polo delapsa per auras
Danubium urgebat dictis, fluuiosq; morantes
Maturare fugam, regemque per aera Nymbo
Sublatum, Augustam uelox Dea uexit ad urbem.
Inde Hyleerotem, Cynthi quæ sola per umbras
Secum uenari, secumque errare solebat
Fida comes, roseæ, mutato uirginis ore
Ire in castra iubet, Langumq; affata potentem,
Cui rex discedens rerum concessit habenas,
Imperet armatas urbem traducere turmas
Vindelicam. mœrens iam se Regina ferebat
In thalamum, belli rabiem & crudele querentem
Excidium populis, erat haud oblita suorum
Funera, nec poterat menti dare sola quietem,
Sed longe ante alios Cæsar sibi charior omnes
Cordi erat, & Martis totam suspensa periclis
Ducebat noctem insomnem, dum coniugis illam
Cura subit, pugnæq; acris formido fatigat,
Ingressus tecta alta domus, sese obtulit ultro
Cæsar, & ancipitem Reginam his protinus ambit.
Cur mœsta es coniux? quæ te premit anxia cura?
Quin age & inceptos mecũ meditare triumphos,
Cum tu uicta sacro Regina per oppida curru
Insubresq; tuos, Gallosq; uehere togatos.
His dictis, ingens uestis diffibulat aurum,
Denudatq; artus Reginæ, atque oscula libat,
Et fouet amplexu, ueluti cum Iuppiter almam
Dardaniæ excepit Iunonem in montibus Idæ.
Et iam clara dies transacta nocte rubebat
Lampade Phœbæa, bigisq; micantibus eos
Rettulerat miseris curas animantibus ægras.
Protinus armato procedit milite Cæsar.
Pryschauium inuasurus agrũ, quem fluctibus urget
Hinc Rhenus, tumidoq; humectat spumeus alueo,
Hinc nigra prospectat patrio de nomine sylua.
Tunc subito aduentus dubias it rumor ad urbes,
Nec quid agant gnaræ, secus haud cũ carbasa uento
Franguntur, fluctuq; graui ratis ipsa fatiscit
Concurrunt mœsti nautæ, uotisq; fatigant

Hyleerotem. Ab amore syluarum compositũ nomen.

Vrbem uindelicã. Augustam. Mœrens iam se regina ferebat In thalamũ. Blanca Maria uxor Cęsaris Maximiliani, dũ hæc aguntur contristabatur de absentia Cæsaris.

Gallosq; uehere togatos. Aliter accidit. Nam morte præuenta est. Togatos autẽ dixit, quod Cisalpinis Gallis in Italia toga sit cum latio communis.

Et iam clara dies. Rursus Cæsaris expeditio in agrum Brisgouium, ubi Offenburgi oppidi pugna describitur. Eos. Aurora.

Numina, cum decimæ surgit fragor arduus undæ.
Iam pasim trepidare uiri, pars turribus altis
Alpinas aptare sudes, casusque molarum.
Iis formidando torquenda phalarica telo
Armatur diuersa locis, partem timor urget
Et Diuum auspicia, atque fides uiolata potentis
Arma sequi Austriadæ, interea Offemburgia Cæsar
Arua petit, circumq; urbis uolet agmine muros.
Nulla mora, effusi ciues, & tempora ramo
Palladio euincti, pacem ueniamque precantes
Recludunt urbem, & regem intra mœnia ducunt.
His actis, rapidas Otoburgia in arua phalanges
Educit, primoque iubet petere ocyus urbem
Legatos, secum breuibus mandata ferentes,
Vt sese dedant ciues, portasque recludant.
Sin aliter, bellum indicant, nec plura locutus
Circundat ualloque acies, & robore munit.

Decimæ. Id est, maximæ. De decimo fluctu, q tantopere uelut a conspirante Poetarum choro celebratur extat elegans caput, apud Miscellanea Politiani. Ophoburgia. Othobergia legendum. Nam Ortenbergi arcem a CAESARE expugnatam intelligit, modo illam urbem appellans.

Iamq; Atlantiacas uolucrem Pyroenta sub undas
Merserat, & uultum detexerat oceano nox.
Tunc nigri discors imis Dea sedibus orci,
Quæ secum e furijs unam coniunxerat atris,
Vrbe furens tota, per nigra silentia noctis
Pugnandi rabiem, subitosque in Marte furores
Effundit, tacitosque efflantia pectora somnos
Excitat, inde abiens ciuesque, urbemque reliquit
Irarum uoluentem æstus, pasimque uideres
Arma uocare uiros, crudo & se accingere Marti.
Dumque huc, atque illuc sæuit furor, orta nitebat
Inducens Aurora diem, cum regis ad urbem
Deueniunt Legati, & Serentanus ut aptum
(Hunc etenim exiguo fidentem corpore Cæsar
Diligit ante omnes, curasque interuocat altas)
Affatu nouit tempus, sic incipit ore.
Armipotens Cæsar magno de sanguine cretus
Austriadum, iussit nos hæc mandata ferentes,
Pro re pauca loqui, uult ergo atq; imperat, omnes
Vt sese dedant ciues, portasq; recludant.
Sin aliter, bellum præsens indicimus urbi,
At uos auxilij patriæ, nunc rebus egentes,

Iamq; Atlantiacos uolucrē Pyroenta. Sic etiam, pfert Valerius Flaccus, declinatur enim Pyrois Pyroentos, & est solis equus ab igne dictus, ut Aethon & Phlegon ab ardore. Discors dea. Huius imaginem in carmine de bello inter Cæsarem et Pompeium Petronius erudite expressit. Versiculos eius retulimus in enarrationes Staurosthici.

Serentanus. Denotat Cyprianum de Serntein MAXimiliani Augusti Cancellarium.

Consulite in dubijs. breuiter sic talia coram
Effatus, tacuit. tunc paßim murmura uulgo
Exorta, ut primum parua exalbescere Pontus
Tempestate parat, notus æquora subter anhelans
Euolat inter saxa, imisque remugit in antris,
Vixq; refert tacitum per littora curua fragorem.
Tunc discordis Abas excitus Numinis ira,
Pergite, & hæc uestro regi mandata referte,
Vrbem si cupiet dedi, portasque recludi,
Non uerbis sed Marte petat, bellumq; uolentes
Expectamus ait, sic fatus, lapsa per omnes
Voxq;, furorq; simul, strepituq; alta atria clamant.
Nec mora discedunt Legati, & sæua reportant
Responsa ad regem, remq; oēm ex ordine pandunt.
Ilicet armisono strepuerunt cornua cantu,
Nunc huc nunc illuc cursatur, Cæsar ad arma
Prosilit, & solus cunctis spectatur, & ardent
Illius ante oculos alacres occumbere campis.
Non secus ad ripas Hebri, aut Oeagria rura
Aeripedes Mars flectit equos & turbine fertur.
Aclides hic aptat duros, temone Cateias,
Iungit hic Hercynio, pars tela trabalia uibrat,
Ardentem interea in muralem lampada portam
Rex iacit, & calido iam strident cardine postes.
Tunc Gabretæis quassantur tympana truncis,
Itque fragor cœlo, ueluti cum Phlegra Gygantes
Protulit, & montes in montibus, ardua saxis
Saxa super posuere, Deosque egere pauentes.
Iamq; propinquabant muris, Casymirus Holarco
Quadrupedante furit, iaculisq; armatus aceruis,
Corpora subnixus pedibus, ferit obuia muris.
Parte alia cætratus adest Hericonius heros,
Nodosaque ruit condensa in prælia quercu
Hærent parietibus, pellunt, pelluntur & ipsi
Turbine saxorum, atq; animas efflare sub armis,
Hæc laus, hoc decus est, atque indefessa cupido
His inferre iugum, his se libertate tueri.
At rex hortari, pugnæque accendere pubem
Dulcibus alloquijs, animæ o felicibus inquit,

Discordis numinis. Quoniam suam sedem in Deorum cætu non est sortita discordia.

Gabræteis truncis. Id est, lectis in Gabreta sylua, cuius fit mētio apud Ptolomæum. Phlegra. Id est, campi Phlegræi. In Græcia sunt, & in Italia, ubi campi laboris appellantur, illic Iuppiter hic Hercules cum Gygantibus pugnauerunt, De Iouis pugna fabula nota est. Halarco. Equi nomen.

Hericonius. Hericum Brunsuicēsem intelligit.

Natæ aſtris, Martiſque genus, date tela per hoſtes,
Ferte facem, & ſulfureo iam fulmine portas
Vrite, nec uicto præformidetur ab hoſte,
Dixerat. Aeripedem uoluens, duo ſpicula torquet
Horrendum in poſtes, gemuerunt æra ſub ictu,
Et moto tremuit nutans arx ipſa profundo,
Tunc uelut Aſtræi prorumpunt carcere uenti
Aeolio, & tumido colliditur Adria fluctu.
Procurſum in cædem, fortes ingentia uoluunt
Saxa uiri, & iactis defendunt mœnia flammis,
Franguntur ſcalæ, ſubeunteſque atterit ictus
Annoſæ de mole trabis, traguliſque Sueuus
Fertur humi miles, propius duo fulmina belli
Et Brunſuychides, & longe animoſior illo
Irruit in cædem Langus, quem candida mater
Extulit in lucem, magnarum ad culmina rerum,
Hunc pietas & cana fides, mensq; ardua magno
Aequabit cœlo, & Latium mirabitur uni
Ius belli, paciſque datum, quantumq; pauoris
Incutiet populis, cum ſe Germanicus enſis
In Venetos effundet agros, gentemq; togatam
Transferet Imperio, debellabitq; ſuperbos
Littoris Euganei, iunctoſque in fœdere Gallos,
Tempeſtas eadem bellorum, & Cæſaris arma
Inuadent, magnaſque ruent (ſic auguror) urbes.
Hic ergo intrepidus telo, facibuſque ſub æreis
Aſſultat portis, perfractoque obijce, in ipſum
Erumpens aditum, framea retro urget acuta
Effuſum uulgus, matrum ferit aera clamor.
At rex ut poſtes, patefactaque limina uidit,
Non ſecus ac ſegetes Boreas agit, & ſibi cedit
Propulſata ceres, latoſque uolumine campos
Immenſo quatit, & timidis rapit arua colonis,
Sic pugna furit Auſtriades, ſic ingruit urbi
Sternens cuncta ſolo, Thaumantiſque aclide pectus
Transadigit; Pyrnũq; Getam, Pheronemq;, Labũq;,
Clauigerumque Gyan merſit ſtygialibus undis.
Dumq; horreſcit ouans, cunctis pauor, aduolat ipſa
Arce globus iuuenum, ueluti cum fluctus ab alto

Timido fluctu. Tumido lege.

Quem candida mater. Miræ Cardinalis Gurcenſis laudes, cui Poeta miſter a ſacris fuit plures annos. Ius belli paciſq; datũ. Cum ſcilicet a Maximiliano Cæſare Romam miſſus fuit, qui de bello, paceq; apud Iuliũ Secũdum, iterum apud Leonem Decimum Pontifices ageret. Proconſulari poteſtate Langꝰ bis Prouinciã ingreſſus eſt. Ego diploma primum conſcripſi. Alterũ Banniſsius.

Sic auguror. Verum fuit Poetæ augurium. Nam multo anteq; Cæſar contra Gallos & Venetos Italiam cum exercitu ingrederetur, hæc fuerant compoſita.

Euulsam Calpin, Balearicaque æquora frangit.

Euulsam Calpin. Respexit ad gesta Herculis, qui dicitur mediterraneis æquoribus uiam ex Oceano perfractis montibus fecisse.

Diua adsis, seu Phocaicas tua plectra per urbes,
Seu ripæ ad sacram resonant Holmæidos undam,
Bella, uirosque refer quibus astris gloria sese
Cæsaris extollit, uenturoque orbe propagat.
Iamque aderat pilata manus, regemque requirunt,
Perlustrantque oculis, globeis nunc mollibus urgent,
Nunc frameis acres, telisque minantibus instant.
Hos inter iuuenis quo non præstantior alter
Arctois fuit in terris, nec fortior armis
Clarus stirpe patrum, nomen fuit Oebalus olli,
Quis uigor, & Martis pugnandique emicat ardor,
Hic ergo immensis feriens clamoribus auras,
Huc huc arma uiri, telis terite obuia tela
Ignaua contorta manu. sic fatus, in hostes
Prorumpit medios, nunc magno turbine glandes
Torquere aduersum ingentes, nunc pellere gentem
Austriadam, magnosque duces, cum Cæsar ab alto
Et fugere, & capta Tyrolæos uidit ab urbe
Retro ferre pedes, & desperare triumphum.
Tunc Hyrcana uelut uiduo furit ubere tygris
Montibus, & magno lustrat nemus omne fragore,
Haud secus ense ferox excussa per agmina fertur
Purpuream ostentans aciem, rorantiaque arma
Sanguine cæsorum, nunc hos nunc increpat illos,
Heu pudor exclamat, uecorsque in pectore uirtus,
Ite o Germanæ germani haud amplius, ite
Atque mihi hunc Martem, pugnamque relinquite soli.
Sic ait, & sæui media in discrimina belli
Euolat, arcentesque arcet, frenatque ruentes.
Parte alia intrepidus pugnans Hericonius heros
Agmina dispulerat, ciuesque, urbemque sonoro
Terruerant horrore tubæ, tunc Oebalus armis
Et facie insignis, qualem gerit æmula Pœhbe
Cum puer æstiua lasciuit Latmius umbra.
Inuadit regem, & sublata missile dextra
Intorquet telum, raptum per inane quod altum
Sibilat, & conum regis transuerberat aureum.

Diua adsis. Horatiani in arte memor præcepti dicit, o Diua adsis describturo, scilicet pugnam Cæsaris. Licet enim poetis iterum inuocare, cum aliquid immensum grandeque accidit. Quod etiã Maro facit in principio septimi. Phocaicas urbes. Propter Parnassum in Phocide montẽ musis dicatum. Holmæidos ripæ, Id est, ripę Holmij fluminis, qui in Parnasso est. Huius meminit Hesiodus statim in principio Theogoniæ, & diuinũ Holmium appellat, ad quod Poeta respiciens, sacram, ut puto, undam dixit. Globeisque. Copulaque abundat. Oebalus. Fictum nomẽ, ut patet inferius. Idcirco quoniam Lacones fortissimi inter Græcos habiti sunt. Credebantur enim Eurotæ fluminis unda, in quam infantes mersabantur duriores ac fortiores reddi, de quibus plura apud Plutarchũ in Lycurgo.

Puer Latmius. Endymion.

Haud mora cornipedis magno furit impete in hostẽ
Cæsar, & autorem furibundo prouocat ore.
Quo fugis en adsum, decus est & gloria forti
Marte uiro oppetere, atq; animã perflare sub armis.
Sic fantem fugit ille, & sese subtrahit hosti.
Rex instat tamen, & iam iam prensare uidetur.
Cum subito uacuas uelox delapsus in auras
Decipit, hostilem dextram & se cursibus aufert.
Sic & in Hercynia capreæ fugere Laconos,
Aut cum dulcisoni per littora curua Cayci
Ipsa Iouis querulos ales dispellit olores.

Laconos. Canes uenaticos ex Laconia enim celebrati. Canes diuersorum generum memorat Pollux. Iouis ales. Aquila. Aristoteles tradit sex genera Aquilarum. Aquilæ pennam, uel rebus aliis consertam, semper remanere incorruptam, tanq; huius auis etiam extinctæ reliquiæ dominentur, Aelianus autor est. Præterea magnis hæc congreditur animalibus etiam ceruo. Lege Plinium. Olores. Cygnos. Hi tantum ab Aquila infestantur, cui magnopere resistunt, ut scribit Aristoteles.

Iamq; propinquabant prato q̃d plurima circum
Rupes (mirandum est) tophis pendentibus ambit,
Vna uia est aditus cunctis, eademq; regressus,
Nec nisi sese uno diffindit tramite circus
Naturæ cœlestis opus, mediumq; pererrat
Algidus exesis descendens cautibus amnis,
Illuc conuenere prior rex. eya age postq;
Sors tulit huc ambos, namq; o fortissima proles
Mirabar quæ tu ense ferox in Marte gerebas,
Qua patria, quibus altus auis? dic oro. loquentem
Excipit ille, genusq; suum, patriamq; recenset.
Qua lata Ogygii tolluntur mœnia Tulli,
Belgarum armigeris olim possessa colonis,
Quos & posteritas Lotharingos nomine dixit.
Antiquis sum clarus auis, qui ab origine prisca
Sparta huc exilio pulsi uenere relicta,
Vnde mihi nomen, uerum quo tempore, ferro
Italiam armipotens Byorix inuasit & igne.
Hic sibi fœmineam Cymbra de coniuge prolem
Substulit, & nostris cum forte appelleret oris
Hanc ægram patriæ, & charis cõmendat amicis,
Quæ postq; Mario cessit uictoria belli
Infandamq; patris mortem, fatumq; suorum
Audiit, Oebalio coniuncta est nubilis Othri,

Iamq; propinquabãt prato. Ficta topographia, id est, loci descriptio, ut etiam Maro facit in primo libro Aeneidos, in descriptione portus, ut annotat Seruius.

Qua lata Ogygii. Id est, antiqui, ab Ogyge, antiquissimo Athenarũ Rege sumptũ epythetũ, in qua significantia sæpe Græci uerbo utunt. Tulli. Vt Ptolomæo Tullũ, ita nunc quoq; Tullensis urbs appellat, Episcopali sede clara. Lotharingos. A Lothario Lotharii Imperatoris, Caroli Magni nepotis filio, q̃d in fratrũ diuisione hęc ei in portionẽ cederet prouincia. Byorex. Emenda Byorix, de quo in Vita Marii Plutarchus. Oebalio. Id est, oriundo ex Lacedæmone, sumpto epitheto ab Oebalo Spartæ rege.

Vnde genus, ſtirpemq; traho, neq; eñ ordine priſcos
Fabor auos, de me breuibus ſic accipe Cæſar.
Vt ſæuis genitor puerum diuelleret armis
(Horrida nam Druydum bello me oracla ferebant
Olim occaſurum) ſyluis me condidit altis
Atq; arcus, pharetrasq; dedit, ueſtemq; uirilem
Exuit, atq; inter Nymphas errare ſolebam,
Nec non barbarico teneras mihi tegmine ſuras
Arctabam, crineſque dabam diffundier aura,
Hic Nymphe potius q; uir credebar, & annos
Bis ſeptem in ſyluis luſtrans nemora alta peregi,
Interea ex Nymphis pulcherrima Lyriopæa
(Solus enim ſecum uiuo me in flumine laui)
Ardet amans, noſtrosq; oculos ſibi geſtit apiſci
Vnde faces iactabat amor, quid plurima fando
Cõmemorem? ut primũ Veneris data copia nobis,
Pergimus in ſyluas fidoq; coimus in antro.
Tunc ſimul ac uigiles Nympharum uenit ad aures
Noſtri fama doli, latebræque, & dulcia furta.
(Namq; uterũ heu miſeræ tumidũ detexerat error)
Hanc Dryades quærunt, & Oreades, atq; Napææ
Exitio, & longe iam conclamata per umbras
Lyriopæa amnes, & Lyriopæa cauernæ,
Saxoſusq; ueni mons Lyriopæa ſonabat.
Quæ ſubito ut ſenſit ſe quæri, lumina tollens
Ad ſuperos, tales effudit pectore uoces.
Promerui mutate precor me in ſaxa, meumq;
Infandum caput, aut flagranti fulmine ad umbras
Ipſe adigat pater, & ſic fata replebat obortis
Illa ſinũ lachrymis, quid eñ pudor imperat? ægram
Mœrens ſola animam q; primũ effundere in auras
Et cupit & tædet, dubioque in fine moratur.
Tunc ſubito (infandũ dictu, ac mirabile monſtrũ)
In latices abiere pedes, & candida in undam
Vertuntur crura, in limum ceu uertice crines
Extiterant abeunt, ſummoq; in gurgite pendent,
Vena fit ex oculis, fletuſque immurmurat imo
Vnde etiam ſcabro gelidus fons manat ab antro,
Ilicet ut caſum audiui, compendia luſtro,

Hic Nymphe. Sic abſque diphtongo legendum, eſt enim nominandi caſus, & inflectitur hæc nymphe nymphes, græca inflexione.

Compendia luſtro. Vel circundo, uel colligo ſarcinas.

Arripioq;

Arripioq; fugam, patriamq;, patremq; reuiso
Calcantem, & lætus per auitos deferor agros.
Hic Nympham exutus cingor fulgentibus armis,
Verum auidum belli, genitor me sæpius ortis
Detinuit lachrymis, tandem sic fata trahebant,
Vt uidit non posse animum retinere furentem,
His compellauit lachrymans me uocibus ultro.
O mihi si primos annos, quibus ipse recordor
Hercynio pugnasse iugo cum Prothea magnum
Straui, cum centum iam cæso, armenta per umbras
Setigerosque sues, & ouilia uictor abegi,
Præberent superi, nunq; ista pericula solus
Susciperes dilecte puer, nunc denegat ætas,
Heu tecum me posse mori, miserere parentum
Respiceque ante tuam morientem limina matrem.
Quo ruis? Ha saltem placeat me condere in urna
Ante fugam, aut artus flammis adolere supremis,
O spes occiduæ multum expectata senectæ
Men linquis? per ego has lachrymas, & casta parentis
Viscera, perque istos circum mea tempora canos
Obtestor, nunc necte moram, nec Cæsaris arma
Tenta, dura precor, sed & hanc mihi transige uitam,
Dixit, & amplexum ingeminat, tremebundaq; figit
Oscula, & ex animis collo suspensus inhæret.
Tunc uelut indomiti excutiunt insueta iuuenci
Pondera, uel Libycæ Garamantum uincla Leænæ
Effugi, hancq; auidus pugnæ, me contuli in urbem.
Talia dum memorat Venus alto, & Delia olympo
Diuersis coiere locis. Cypris alma Cytheris
Et Papho, hæc sacra discesserat hospita Delo.
Tunc Diana prior, ueræ iactantia laudis
Aucta tibi Cytheræa dolis, si fœmina uicta est
Inter Amadryadas longe mihi charior omnes
Lyriopæa tuis, hausitq; miserrima flammas
Cum mea me Delos uenantem sacra teneret.
Et pœnas sumpsisse parum est. quin agmen amorum
Cypri uehis tecum, & fæuis armata sagittis
Bella paras, iterumq; oblita sub Ilio alto
Tydidæ uulnus molli mauortia uibras

O mihi si primos. Color ex Marone de Euandro & Pallante.

Condere in urna, aut artus flãmis adolere. Varij enim fuerunt funerandi modi, ut ex autoribus colligere promptum est. Quod ad hunc locũ attinet. Mos apud Romanos comburendi a Sylla cœpit, teste Plinio, uerito talionẽ eruto C. Marij corpore. Desijt autem in Antoninis.

Hanc mihi transige uitam. Sensus est, Viue fili mi potius tuam uitã mihi, hoc est, in gratiã meam, q̃ cupias a Cæsare interfici.

Talia dum memorat. Ne aliqua in parte desit, Poeta qua Cæsarẽ non extollat, hoc figmento intelligi uult, q̃ animus Cæsaris a libidinibus penitus alienus sit, qui nullis se illecebris sinat corrumpi. Hospita delo. In qua frequenter hospitari solet, uel allusit ad hoc, cum primum Iunonem fugiens in Delo insula hospitio suscepta fuit. Tydidæ uulnus. Id

Arma manu, non sic furijs obnoxius istis
Cæsar erit, ne necte dolos. Sic talia contra
Orsa Venus, quid nostra ferox tibi dulcia quondam
Obiurgas tela? & nobis magni obijcis arma
Tydidæ? scis te demens per saxa ferarum
Latmia Mæandrum, Cydrelæumque Myunta,
Cum nostris, tantum gemeres iam saucia curis
Errasse, & dulcem frustrà Endymiona uocantem,
Auxilium petijsse meum? nunc Delia fastu
Nescio quo tumida es, partesque secuta potentis
Cæsaris, armisonam contra fera iurgia iactas
Pallada mortalem, quæ olim natabus es ausa
Et menti præferre Iouis, iam nulla Deorum
(Proh scelus) astrifero regnat sapientia cœlo,
Namque tuo superata Ioue est, mortalibus ullis
Ne dum præponis magnũ & memorabile pectus
Austriadæ. At nostrũ non sic, & Numen, & arcus
Nequicque Paphij, flammæque Cupidinis ibunt.
Talia subridens olli Venus alma locuta est.

Interea Austriades paucis affatus, ad arma
Prosilit, & rapidos metitur in æquore cursus.
At contra belli cupidus non segnior ibat
Oebalus, & lato sæuit uis Martia campo,
Ensem alter uibrat, claua furit alter acerna,
Aureaque ambobus sublimi in uertice fulget
Cassida, & horrentes diffundit in aëra cristas,
Tunc uelut excussa terris cum nube corusca
Fulmina bina ruunt, uolat æthere Iuppiter atro.
Ambo acres animis, armis fulgentibus ambo
Insignes ineunt pugnam, ardentesque duello
Ingeminant ictus, quibus alta cacumina rupes,
Saxaque, & excesæ longe sonuere cauernæ.
Oebalus aduersum putri rotat æquore loro
Puluerulentus equum, Regemque inuadit, & inquit.
Quo fugies? nunc hæc te nostris subtrahet armis
Sæua dies Rex, extremo tibi debita fato.
Sic ait, & rigido squallentibus ære lacertis
Tela uibrat, regemque urgens, instatque premitque
Impatiens, pugnaque minax secat aëra trunco,

est, Diomedis. Hic Tydei Etholiæ Regis & Deiphilæ filius fuit, qui Venerem Aeneæ in pugna suppetias ferentem uulnerauit, ut est apud Maronem. Contra armisonam Pallada. Ac si dicat. Nõ miror equidem, quod ita contra me superbias, cum etiam Pallada contemnas, nec erubescas mortalem Cæsarem præferre filiabus Iouis.

Et menti præferre Iouis. Alludit ad ortũ Palladis, quæ ut inquit Hesiodus, ex capite Iouis orta est. Caput ergo mentis sedes, & per mentem sapiẽtiam intelligit. nam dementem quoque insipientem dicimus.

Nunc pectus, nunc ora ferit, nunc pondere uasto
Regem abigit: uires olli Venus alma ministrat.
At Cæsar ueluti Getulas arma Leænas
Principio uitare ferunt, & temnere fraudem
Hostilem, at postq̃ uiolentior ingruit hastis
Venator, fuluasque iubas, & colla sub auram
Tollere, & immenso deferri in tela furore,
Conceptã agglomerat rabiem, nec fundit habenas.
Rex primo irarum, sed postq̃ audacia cernit
Vulnera, tunc auidus certandi increbruit ardor,
Et ruit in pugnam, & uiolenta perfremit ira.
Ac iuuenem aggressus, qua cassida lubricus anguis
Implicat, & circum tortus caua tempora serpit,
Ensem agit indignans, perge, & Calcanta reuise
Nunc ait infelix, quantum o meliora secutus
Auspicia in syluis, dixit: uulnusque profundum
Emicat, exanguisque ater cruor inficit ora.
Tunc Venus armatũ contra struit agmen Amorũ,
Ipsa autem niueos per inane impellit olores,
Et ridens certamen init, cestiq; reflexo
Aurea carbaseos nodo substringit amictus,
Et telum uibrat, quo cœlum, hominesq;, feræq;,
Squamigerumq; genus sub aquis, pictæq; uolucres
In flammas, & in arma ruunt, penitusq; sub haustis
Vulnus alunt uenis, cæcoque uruntur ab igne.
Vtq; Deum agnouit, ueniam præfatus, in illum
Effurit Austriades, molleisque repercutit ictus.
Nec mora, circumstant Natorum armata sagittis
Turba ingens, uerruntq; alis stridentibus auram,
Iniiciuntq; faces, & in intima pectora condunt.
Arma sonant Regis, Paphio tonat æreus umbo
Turbine, nec tanto potis est se Marte tueri.
Non referas ad personam Cæsaris, sed ad naturam amorum.

Protinus indignans contra se Delia pugnæ
Expedit, hic tuus est nequicq̃ inuentus Adonis
O Cytherea inquit, gelidi & Symoentis ad undam,
Nec Phrygium roseis Heroa amplecteris ulnis.
Sic ait, & uelox in Cyprida torquet hiulcum
Telum uastum, ingens, & inexuperabile pondus.

Getulas Leænas. Quoniam in Getulia, quæ Libyæ pars est, nobiles Leones nascuntur.

Niueos olores. Dicatæ enim sunt aues Veneri.

Vtq; Deum agnouit. Imitatus Maronem, qui Deum etiam de Venere dixit: uel quia barbara eius imago erat apud Lacedæmonios, ut indicat Ausonij epigrãma: uel more Græcorũ, qui pro miscui sexus deos deasq; esse putauerunt. In intima pectora condunt.

Cõtra se Delia pugnæ. Id est, rõ, naturaq; ad resistẽdũ uoluptati. prõpta.
Adonis. Puer dilectus a Venere, de quo habes caput apud Miscellanea Politiani, & Seruius plura in Buccolicis. Phrygium heroa. Anchisem.

Illa instructa dolis, rapidum subterfugit ictum,
Atq; fugam meditantem, & telo pressat inanem.
Exclamat Cæsar: non sic impune per umbras
Ceu fugit ex oculis canis umber, & inter anhelans
Agmina ceruorum sæuit, glomerataq; morsu
Dissipat, extemplo per cœtum inuectus Amorum.
Sic furit Austriades, uictorq; immania tela
Vibrat, & Idaliæ distringit sæua mamilla
Vulnera sub niuea, scissus fluit æquore cestus,
Dulceq; purpureo manat pro sanguine nectar.
Vt Venus infectam grandi se nulnere uidit,
Agmina Natorum uocat, & sublata remittit
In Paphon, ipsa abijt cœlum sublimis in altum,
Inq; sinū lachrymans magni est conquesta parentis.
Quam sic omnipotens solatur Iuppiter ægram.
Perfer ait, toleraq; graueis mea Nata dolores,
Fata urgent, superantq; Deos, & uoluere Parcas
Fatum. Omnia, sic placitum. belli Mars arbiter olim
Passus Aloidas fortissima corpora fratres
Vincula moliri: & forsan perijsset in illis,
Hunc nisi Maiugenæ tollendum Eribæa dedisset
Mercurio, qui clam (nāq; is Deus est quoq; pollens
Præstigij) uacuo Mauortem exemit ab ære.
Vulnere quin etiam Alcidæ Saturnia Iuno
Percussa indoluit: stygium quid in arma furentem
Plutonem memorem? qui telo saucius illo est.
Dixerat, & Natæ cruciatus fouit acerbos.
Hercynidum interea Nympharū turba per auras
Dianam exportant, roseaq; in ualle recondunt.
Cæsar adhuc feruens pugna, & præturbidus æstu
Martis, ad exanguem iam iam uolat Oebalon. ille
Perdiderat grandi confectas uulnere uires,
Et caput in teneros moriens deflexerat harmos.
Vtq; solent crebra iam proni grandine flores
Præ tenera languere coma, uel lata per arua
Procidere occiduo lethæa papauera collo.
Ille tamen cubito innixus, fœdosq; cruore
Attollens uultus, & pallida morte futura
Lumina, sic Regem supplex affatur ouantem.

Exclamat Cæsar. Per hoc figmentum, ut admonet in margine annotatiuncula; nobis cauendum est, ne libidinis appetitus, telum, id est, rationē nobis eripiat. Nā cum semel amittitur, perpetuo uincimur: nisi Cæsar, id est, uirtus ipsa auxilietur. Idaliæ. Id est, Veneris, quæ in Idalio colebatur. Maro. Est Paphos Idaliūq; mihi, sunt alta Cythera. Pro sanguine nectar. Imitatur Homerum, qui dicit deós carere sanguine, & nectar fluere cruoris loco.

Fata urgent superátq; deos. Quid Christianis de Fatis sentiendum sit, tradit diuus Augustinus libro diuinæ ciuitatis quinto. Poeta hic antiquorū opinionē de Fato sequitur. Aloidas fratres. Huius loci sensum pete ex sexto libro Maronis.

Eribæa. Quæ etiā Iuno appellatur. Quin etiam. Idem est apud Homerum, qui canit Herculem Iunonis papulā uulnerauisse telo trisulco, cum animaduertisset deam Eurysthæo imperasse, ut tot labores Herculem subire cogeret. Plutonem memorem? qui telo saucius. Hercules Pylum Nestoris patriam bello aggressus est: Pluto Nestori & fratribus auxilium tulit: qui dum cum Hercule pugnat, uulneratur. Idem Seneca tetigit, dum ait. Effugit tenui cuspide saucius, Et mortis dominus pertimuit mori. Le-

thæa papauera. Soporem inducentia. Maro. soporiferumq; papauer.

Vicisti tandem, lætorq; hoc uulnere Cæsar
Effudisse animam, nec dignior exitus ulla
Morte parandus erat: sed postq̃ frigore membra
Soluentur, precor adde rogo: ne præda ferarum
Fiant, aut putres iaceant inoperta per agros.
Præterea si unq̃ patrios inuisere fines,
Et Calcanta senem dabitur, mœstamq; parentem
(Magnanimi patris pietas tibi si qua remansit)
Egregiam mortem, & casus solabere nostros.
Dixit, & infernas anima est delapsa sub umbras.
Interea captam uictor uolat ense per urbem
Cæsareus miles, sternit cuncta igne, manuq;
Hostili, clamorq; uirum, clangorq; tubarum,
Tympanaq;, & rudibus resonabant æra flagellis.
Nil sparsum cædi, tolluntur in æthera uoces,
Horridaq; immensos expandunt arma furores.
Dumq; interfuso satiatur sanguine miles,
Cæsar adest insignis equo, cestoq; superbit
Idalio, rigidis præreptaq; cingula bullis
Gestat ouans, gentis casum miseratus, & urbem,
Demulcet dictis animos, & temperat arma.
Non aliter uenti diuerso ex orbe profecti
Bella gerunt, trepidoq; illisa tonitrua mundo
Fulmineum extollunt impacta nube fragorem:
Sicanio at postq̃ profert caput Aeolus antro,
Seditione uacant, & bella incepta relinquunt,
Iratiq; fremunt, uecte, & duro obice clausi,
Atria concutiunt resonantibus ardua saxis.
Sic Cæsar, sic miles erat, sic Martius horror
Placatur, iam cuncta fide capit inde sequestra.
Protinus armato procedit milite Cæsar
Corpus ad Oebalium, circumq; exercitus omnis
Funditur, & flauos miratur puluere crines,
Oraq; iam nigro fœdataq; membra cruore.

Vicisti tandem. Pathetica deprecatio. Ne præda ferarum. Funerare in bello corpora, ut testatur Aelianus, primus Hercules monstrauit: quum antea hostium corpora proijcerentur. teste Homero. Hæc auibus prædam tribuit, canibusque cruentis. Porro sunt qui bus uiuentibus cura sepulchri sit pompa, Sed id Christianæ modestiæ non cõuenit. Cyrus moriens apud Xenophontem, Meum corpus pueri inquit, quum decessero, nolite neque in auro, neq; in argento, neq; in aliquo alio lapide collocare, sed statim terræ reddite. & quæ sequuntur. Volaterranus taxat, sacerdotio præsertim dicatos, funeris ac sepulchri pompam expetere. *Cura sepulchri.*

Egregiã mortem. Modus loquendi. & significat: solabere illos egregia mea morte, quippe qui a te interẽptus moriar. Cesto Idalio. Sic legẽdum, & non costo. Cestos enim Veneris cingulus est ille efficax, unde Adagiũ. Cestum habent Veneris. cuius usum duplicem tradit Erasmus Roterodamus. *Cestos.*

Bullis. Bullæ cingulorum ornamenta dicuntur. Calphurnius in Buccolicis. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Et Poeta in sequenti libro. Et nitidis squallentia cingula bullis. Et rursus. Et picturatis splendentia cingula bullis. Est & tumor ille inanis, qui uisitur in aquis, momento temporis enascens simul & euanescens. *Bulla.*

Nec mora, sublatis cadit icta securibus ilex,
Mortiferæ taxi, & coniferæ cyparissi
Procumbunt flammarum usu, rogus ilico in auram

Mortiferæ taxi. Quia dormientibus sub umbra uenenum est. Vn-

de toxicam dictam tradit Plinius.

Tollitur, atq; ingens lignorum increſcit aceruus,
Interea corpus fœdatum in flumine uiuo
Abluitur, totosq; oleum perfunditur artus.
Imponuntq; pyræ ramo frondente cupreſsi.
Irrorat cunctos, plenaq; incumbit acerra
Ladus, & armato Cæſar ter milite luſtrat
Congeriem, ter defletos iam uoce ſuprema,
Oebalios manes iterumq; iterumq; uocauit,
Aeternumq; uale dixit. Iamq; ignibus atris
In cineres abiere artus: quos protinus aureo
Impoſuere tubo, fractisq; a culmine ſaxis
Inſtituunt uerſu fatum monſtrante ſepulchrum.

Tubo aureo. Morem antiquorum notat, quorum cineres in terreis tubis & uaſis oblõgis condebantur. Aurelius Auguſtinus ſepulchrorum memoriam, ſumptusq; funeris magis uiuorum conſolationem dicit eſſe, q̃ defunctorum utilitatem. Ambroſius aſtipulatur, dicens. Quid proficit ſepulchrorũ ſuperbia? damna ſunt potius uiuentium, q̃ ſubſidia mortuorum. Inſtituunt ſepulchrũ. Cicero de Legibus, excitari uetat ſepulchrũ altius q̃ quinq; diebus abſoluatur, nec lapide condi pluſquam capiat laudem defuncti inciſam, nec plus q̃ quatuor uerſibus elegis.

Monſtrante uerſu fatum. Hoc eſt, genus mortis referente. Idcirco fatum, non factum legendum.

AVSTRIADOS
LIB. Quarti Finis.

¶ LIBRI. QVINTI ARGVMENTVM.

¶ Quintus continet geſta Alberti ducis, & primo eius orationem ad milites. Inde Landouij obſidionem, cui Georgius Roſoburgus pro palatinis præerat. quod cum tueri non poſſet, noctu fugam arripuit, non citra militum Alberti ſuſpicionem. Inde fruſtra ab Albertinis Neoburgum obſeſsum, miſſosq; ad oppidum oratores, Polydamantisq; ſeditionem, eiuſdemq; ſuperbam orationem, quædamq; & præſagia, & uaticinia futurarum cladum. Interea Phalſgraphidæ Braunam aggrediuntur: diuq; cum pugnatum fuiſset, oppido potiuntur. Hoc Cæſar cum accæpiſset, ueritus, ne Alberti exercitum quoq; inuaderent, ſubſidio uenit: eiusq; conſilium circa rem bellicam deſcribitur. At Pallas nunciat Roberto coniunctas acies eſſe, & futuram pugnam. Interea Vcalegos explorator capitur, qui Cæſari ex ſummo montis iugo Roberti phalanges enumerat, & per occaſionem hanc Catalogus, quem conſulto prætermiſerat, deſcribitur. Sequitur pugna atrox, non ſolum hominum, ſed etiam Dearum. Nam dum CAESAR, ac Robertus duello certant, Palladis & Dianæ certamen ingens recitatur. Vulneratur Pallas a Cæſare, ſed a Mercurio dirimuntur. In fine Polydamantis ſubſidium, & mors, & Roberti non ſine laude ex pugna diſceſſus: quo Poeta eius futuram mortem ſignificauit.

¶ AVSTRIADOS
Liber Quintus.



SOLVERAT ARCTOO MEritas in littore Cæsar
Exequias tumulo, dederatque nouissima uerba,
Cum subito totum percurrit nuncia Rhenum
Fama mali, rectiꝗ loquax, ut uicerit armis
Indomitum genus, atꝗ Othobergi strauerit arcem.
Te quoꝗ dux Badæ montes, & saxa Gerunthi
Aiebat superasse, atꝗ inuidiosa Tyranni
Præsidia, ipsis & mortalibus, & sacris Dijs.
Tunc subito riguere animi, timor omnibus idem,
Ne circum streperent regalia cornua muros.
Nec mora, deduntur cuncti, poscuntꝗ sub altis
Cæsaris inniti felices fascibus urbes.

¶ In Austriados Lib. V. Iac. Spiegellij Scholia.

SOLVErat exequias. Memoriam defunctorum uenerandam esse, omnes fere gentilium scriptores præcipiũt, & multæ paroemiæ admonent. Nobis diuina scriptura edisserit, quomodo Iudas ille Maccabæus, ut cognouit in Sion ciuitate Regis magni, populum sibi subditum a Palestinis hostib. occisum: & scrutatione diligenti, facta, inuenta idola in finibus suorum, statim pro unoquoque eorum ad Dominũ, qui ad miserandũ facilis & paratus, munera propiciatoria attulit. Item diui Apostoli in tremendis uitalibusꝗ sacramentis, memoriam eorum qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt. Quod adhuc firmiter atꝗ adeo sine contradictione obseruat Apostolica & catholica Ecclesia Christi & Dei, a finibus usꝗ ad fines terræ, ab eo tempore, usꝗ in præsens, & in finem mundi usꝗ. Omnino hoc neꝗ uane, neꝗ absurde, neꝗ temere, fortuitoue ordinatũ est. Quæ enim Christiana religio erroris nescia suscipit, & in tot secula seruat inconcussa, minime uana sunt, sed utilia, Deo placita, salutiꝗ nostræ conducibilia plurimum. Arctoo littore. Respectu Italiæ tota Germania sub Arcto posita est. Et in littore dixit, pro in terra, ut Maro, iacet ingẽs littore truncus, de Priamo dixit, ad aram hircæi Iouis interfecto. Nouissima uerba. Vale, & Salue, autore Varrone. Vnde Maro. Salue æternum mihi maxime, Palla æternumꝗ uale. Idem tradit, in funeribus sic quondam a præcone dici solitum. Ollus lętho datus est. Fama mali rectiꝗ loquax. Est enim quicquid de aliquo diuulgatur, siue in bonum, siue in malum: diciturꝗ interdum de re inueterata. Rumor tantum de re recenti. Strauerit arcem. Hoc ideo dicit, quia fama semper auget rẽ dictis. ut superius dixit, Lesboaꝗ littora ferri. Te quoꝗ Dux Badæ. Et hoc famę est augmentum. Saxa Gerunthi. Denotat arcem Geroldisegi. Mortalibus. Propter mercatores, & ciuitates. Sacris Dijs. Propter Abbates uicinos. Vel simpliciter accipe dictum schemate prouerbiali, admodum Poetis familiari.

Memoria defunctorum ueneranda.

1. Mac. 12.

Fama.
Rumor.

Interea undisonũ dum trans parat agmine Rhenũ
Deuecto Hessaciam, & rapti confinia regni
Irruere, armipotens per Norica rura quiescit
Nequicꝗ Albertus, uarias sed ab arce phalanges
Munychia educit, telisque armata iuuentus
Intexto squallere auro, duroque orichalco
Cernitur, argentumꝗ nitet, pallensque electrum
Vndiꝗ, & æripedes phaleris gẽmantibus ardent.
Quaꝗ armis uia fœta est, ut uaria agmina magnum
Compleuere forum, Princeps sic aggere ab alto

Interea undisonum. Dum Cæsar Elsaciam, hoc est, oppida quędam iuris imperialis in Elsacia sita, in fidem suam recipit, Albertus ex Monaco copias educit.

Incipit Albertus,gratoque hæc ore profatur.
Hactenus o ſocij conabar mecq;,meumcq;
Conſeruare genus uobis,neu bella per arua
Norica feruerent,odijs exorſa prophanis,
Vos teſtes duco,multos optata per annos
Pax fuit,& nullis audita eſt buccina campis,
Vndique pendebant nigra rubigine & æuo
Conſumpti chalybes,at nunc horrentia nobis
Inſtant bella uiri,iuſtam dinoſcite cauſsam:
Iam ueſtros prædantur agros,iam funditus urbes
Diruere incipiunt hoſtes,contracq; feruntur
Securos patriæ:quare quod cernitis, ipſe
(Teſtor quæ norunt bellandi Numina cauſsas)
Obijciam caput,ut ueſtris a mœnibus abſit
Quæ ſe Boiugenas expandit flamma per urbes.
Addo quod & Cæſar referens uictricia ſigna,
Arguit abiectos animos,Martemcq; mouere
Nos iubet,atque armis ablata repoſcere regna.
Parte alia Abnobijs deductũ e montibus agmen,
Vrget Langraphius, Virthymberzentius heros
(Vt fas eſt)ad bella uolat:quid Norica caſtra?
Excitumcq; hoc Marte genus? iam ſcimus ut altis
Prorruat in pugnam commota Sueuia lucis:
Nos ſolum ignaui iuſto ſine Marte fruemur
Hac aura? aut nulla penſabimus ocia laude?
Quod petimus noſtrũ eſt, propriũ ni fallor habendi.
Dij cauſsa certare iubent,& Iuppiter æquus
Inceptis aderit,fundetque in pectora uires.
Vos modo confirmate animos,magnumcq; parate
Pugnandi robur,dextraſcq; aſſueſcite Marti.
Noſco animos,uultuſcq; truces,noſco ora triumphis
Digna uirum,& belli facile uictura labores.
Nec uos prætereat, quæcunque pericula nobis
Sors dabit,experiar primus. Nec plura locuto
Aſſenſere omnes,& reſplendentia tollunt
Pila uiri,circumcq; fremunt,& caſtra moueri
Quã primum uellent,teloque occurrere telis.
At Dux ſat belli gnarus,Martiſque futuri,
Tercentum exarmat currus,& ab arce ruentes

Hactenus o ſocij. Alberti oratio,qua ſuos ad arma ſumẽda hortatur. uerſatur in locis cõmunibus.

Inceptis aderit .Quia manca eſt omnis mortalium induſtria,omniſcq; conatus , ni ſauor aſpiret diuinus.

Experiar primus . Id optimi Ducis officium.

Aſſenſere omnes . Indicium beniuolẽtiæ ſuorum , quã inprimis Ducem oportet habere.

Munychia spectant matres, nuptæq; puellæ
Mœnibus ex altis, atque amnica murmurat unda
Vocibus, & uulgi uotis obtunditur aer.
Itur Landauum, cuius stant mœnia ripæ
Alta Iseris, celsæ tolluntur ad æthera turres.
Huic equitũ, peditumq; manu, Rhodomontius urbi
Gorgias præerat, durusq;, feroxq; sub armis
Tormentis, fossisq;, atque altis molibus urbem
Cinxerat: utq; tubas sensit, crepitantiaq; æra,
Quemq; suo iubet esse loco, & propellere primos
Aggressus belli, primisque obstare periclis.
Hic laus, hic labor est nullo delebilis æuo.
Talia dum memorat, campo se exercitus omnis
Fuderat, & muros equitum iam cinxerat alis.
Cætera pars longo figit munimina campo.
Interea alpinis Phœbo de montibus umbræ
Occiduo subeunt, & sydera cœpta uideri.
Tunc sese peditesq;, equitesq; in castra reducunt,
Atque mero indulgent, & somno corpora curant.
Et iam transierat reuolutæ buccina noctis
Tertia, tum subito Albertus, Casymirus, & heros
Zornyus euentum belli, casusque futuros
Secum agitant: alto tandem cum crastinus ortus
Fulserit oceano, latos placet undique muros
Cingere tormentis, portasque inuadere flammis.
Dum belli heroas sic cura agit, aurea uultus
Erexit croceos Aurora, diemque reuexit.
Inuadunt urbem, tormentaque curribus altis
Imponunt, omnesque uolant ad mœnia turmæ.
Pars facibus ruit ad portas, pars mœnia acernis
Subsiliunt scalis, tonitrus pars excitat æreos.
Et muros quatit, & turres, & templa Deorum.
Gorgias contra intrepidus, dextraq;, animoq;
Decertare pari, nec non sic cætera pubes
Suscipere ingentes ausus, murosque tueri,
Horrendasq; trabes, lapidumq; ingentia uoluunt
Pondera, nec locus est qui tempestate furentis
Mauortis careat, conuexa irrumpit olympi
Pugnantum clamor, fremitus, clangorq; tubarum,

Gorgias Rhodomontius. Hic Georgi9 de Rosenberg est appellatus, Frãcus natione, inter ductores Palatini exercitus præcipuus.

Tum subito Albertus. Innuit uigilãtiam & solicitudinem Ducũ, quos non decet solidam dormire noctem. Vnde & Maro Aeneam suũ alijs dormiẽtibus, uel uoluptati indulgentibus, aut uigilantem facit, aut certe excitat, fingitq; cogitabundum, sobrium, & de futuris agitãtem animo.

Bombarda.

Et longum, & uastum tonat ærea machina belli,
Condensoque diem fumo, & caligine cœlum
Obnubit, fierique Chaos, noctemque putares.
Pars muri iam strata solo est, aditusque patescit
Hostibus, & ponto nisi se mersisset Ibero
Cynthius, hæc belli lux iam suprema fuisset.

Aerea machina. Quæ ex sonitu Bombarda uocatur: ingẽtis ponderis, tam saxa quam ferreos globos igne ipulsa euomit: recens germanicum inuentum. Vnde lib. nono dixit Poeta, monstrũ damnabile terris, Quod ferri lapidumq; globos iaculatur & ignes, Nube diem, & tetra obtexẽs caligine Solem: Inuentum Germane tuum. Sunt tamen qui huiusmodi apud priscos etiã fuisse uelint ex uersibus Maronis. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi, Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans, Per graium populos, mediçq; per Elidis urbem Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honorẽ Demens, qui nimbos & non imitabile fulmen Aere & quadrupedum cursu simularat equorum.

Sic utrinque animis defessis pugna dirempta est.
Dux ipse interea multos horrentia clausit
Arma dies, tantum ne quisq; exiret ab urbe
Sollicitus, cœli nutus, & sydera seruat
Dextera, tunc uetitos sibi promissura triumphos.
Vt tempus uenisse ratus, tunc imperat, omnes
Venturo capere arma die, & tormenta parari
Ladouij excidio: quod cum uenisset ad aures
Gorgiæ, subito fugiendi cœpit ab urbe
Consilium, cum nigra polum discluderet umbra,
Et premeret placidus mortalia pectora somnus.
Et iam uix cœlo tollebat cornua Phœbe,
Atq; incerta uiæ mortalibus astra micabant,
Ductor Phalsgraphides, secumq; animosa iuuentus,
Semirutas moles murorum, urbemq; relinquunt,
Pergentes tacite per nigra silentia noctis,
Atque ita per medias acies, perque obruta somno
Corpora, & armatas tuti euasere phalanges,
Incertum, ne dolo uigilum, an sic fata trahebant.
Incolumes ergo cum primum abijsse relatum est
Phalsgraphidas, uastamq; urbem, murosq; iacentes
Deseruisse, fugam, strepitumq; audisse uirorum
Vt nullum inuenit dux Boius, æstuat ira,
Hinc tales tumido depromens pectore uoces.
Nusquã tuta fides, captum, atq; in uincla cõactum
Permissum est inquit, non ignorantibus hostem
Elabi a uobis, commissa nefarius ille
Non luit, & sacra ceu uictima fugit ab ara

Animis lassatis. Pro animis defessis, non ergo Lassatus.

Nusq; tuta fides. Quoniam Georgius nõ erat sine suspicione proditionis militũ Alberti: usque adeo nulla fides pietasq; uiris, q castra sequunt.

Martius, his dictis, Neoburgi ad moenia ductor,
Dirigere hostiles turmas, aciemque parabat.
Sed primum tentare fidem, & mollire precando
Constituit ciues. tunc Lynzius Astur, & acris
Hyphiades, quibus hanc dux curã iniũxerat, ambo
Hostilem adproperant excelsis moenibus urbem,
Mirantur qui gentis honos, quae fortia bello
Pectora, qui uultus uigeant, Martisq; cupido,
Dum lustrant urbisq; minas, surgentiaq; astris
Culmina murorum, tractasq; in nubila turres,
Concilium, ciuesq; uocant, & stante senatu
Incipit Hyphiades, & talibus orsa capessit.
Aduentus nostri fuerit quae caussa, uidetis
Egregij ciues, furor undiq;, & undiq; bellum
Exoritur, tanti quis non primordia Martis
Nouit? & exertum coniuncta in uiscera ferrum?
Dij tantum prohibete nefas, ne sanguine ab uno
Danubij fluctus, Iseraeaq; ferueat unda.
Non equidẽ ignari gens quantũ exasperet armis
Norica, quae rabiem nescit componere belli.
Quare agite o ciues, dextram coniungite dextrae,
Albertumq; uocate, atque intra moenia laeti
Excipite: aeterni sint nobis Numina testes,
Quã cupit hos meritis muros ornare triumphis
Dux noster, Boijsq; magis colere omnibus urbem.
Boiugenas reget hic populos, sedemque locabit
Perpetuam regno, pacemque, & foedera iunget
Auspicijs diuum, lateque superba trophaeis
Vsa diu uetitis, gens nostro Marte subacta,
Vltro praebebit timidas in uincula palmas.
Victor adest Caesar, qui Bojca ad oppida tendit,
Cognatas aucturus opes, iamque innatat Istrum;
Huc flammatus eques, deuictoq; agmina Rheno
Diriget in uestros fines, & strage replebit
Cuncta hoĩm. Quid Marte truci, dextraq; potentem
Langraphiũ memorem? Euanthis furit Hassia secum
Littoreque armantur mauortia castra Salaeo:
Parte alia bellum Virtymberzentius heros
Mouit, & horrisonis populat trepidantia turmis

Neoburgi. Danubiani, sunt enim & alia eius nominis oppida Rhenana.

Egregij ciues. Artificiosa oratio & rethoricis coloribus plena, tota posita est in persuasione.

Euanthis Hassia. Bacchico furore concita: ab Euan Euanthis Euanthidos deducitur. Hoc aũt dicit, quia sẽp Landgrauium furibundũ introducit. Salaeo littore.

Regna Palatini,& iam ſic Deus annuit alto,
Deſperata ſalus populis,dominoque Philippo
Depreſſit fortuna caput,quid prorogat ultra
Inuidiam? regni motus,uenturaque Boijs
Excidia,& magni uires fractura Roberti?
An ſolum Albicolis tutari ſceptra Boemis
Quamq; ſe totis,fundant Hermundura regna
Viribus,& noſtri ſpretor Multauia ritus
Effera calcatis huc transferat agmina ripis,
Credet? & in tuto ſpem ponere? proh inſcia ueri
Auerſo mens acta Deo,tantumne feretis
Exitium ciues? ſuprema ne funera paſſi
Cernetis dira conſumi mœnia flamma?
Dixit;& orandi facto ſic fine quieuit.

Id eſt, ripa Salæ fluminis, qui labitur p Veſtualiam inter quē & Rhenum cū Bructeris bellū gerens fracto crure Druſus oppetijt. Iam Deus annuit alto. Reſpexit ad illud in fine lib. tertij. Et dudum Iuppiter alto Intonuit lęua. Dominoq; Philippo. Vt Maro Dominum Aeneam appellauit ī quarto. Depreſſit fortuna caput. Iuxta eorum loquitur opinionem, qui rerum humanarum cōmutationem ī fortunæ poteſtate ſitam eſſe uolunt, quam tamē Chriſtiani non agnoſcunt,omnia Dei prouidētiæ tribuentes. Sed neq; ueterum ſapientes ei minimum tribuerunt. Saluſtius ad Cæſarem ſcribens inquit, ut ait Accius in Carminibus, Faber quiſq; fortunę ſuæ eſt. Et in proœmio Iugurtini. Ignauos atq; ſocordes dicit, cum uirtuti ac diligentię deſint, falſo fortunam incuſare, ad eamq; infelicitatem ſuam referri. Et Iuuenalis. Nullum numen habes ſi ſit prudentia, ſed nos te facimus fortuna deam, cœloq; locamus. Aurelium Auguſtinum pœnitet ea fortunæ tribuiſſe, quæ Dei prouidentię ſint. Depreſsit igitur caput fortuna iuxta communem mortalium affectū, quos pudet in calamitoſo rerum ſtatu conſpici ab ijs, quibus aliquando uiſi ſint florentes. Quid prorogat ultra inuidiam? Scilicet ſublata cauſſa, uel mox auferenda, ut ſequitur. Hermundura. Id eſt, Boemica. Tacitus tradit apud Hermunduros Albim fluuium naſci, quem conſtat in Boemia oriri. Multauia. Item fluuius Boemiæ. Spretor noſtri ritus. Hoc eſt, noſtræ religionis, ritus enim proprie de ſacris intelligitur. Syluius pluribus refert in hiſtoria ſua Boemica, ut gens hęc noſtram ſpreuerit relligionē. Auerſo. Irato. Cernetis dira. Concluſio pathetica.

Chriſtianos non agnoſcere fortunam.

Stabant ancipites cuncti,cuneosq; per omnes
Fluctuat huc illuc plebes,& neſcia certi
Iam quid agat,dubiasq; tenet ſententia mentes.
Tandem Polydamas,quo non furioſior alter,
Induit arma minax,ſeſe titubante ſenatu
Conijcit in medium,rupitq; ſilentia uulgi
Fatorum ignarus,uiolentoq; ore profatur.
Quod ſcelus o ciues,uano cur icta timore
Pectora ueſtra labant? quæ tanti cauſſa pauoris?
Pro re pauca loquar,neq; enim facundia nobis
Quærendi cauſſas,uter hoc ſibi iuſtius armis
Vendicet imperium,diriment has prælia lites,
Enſis erit iudex,non magni Cæſaris ardor,
Nec quæ Munychia properant ex arce phalanges
Impune ad noſtros conuertent agmina muros,
Dedant ſe Helſacij,pictisq; armata Couinis

Stabāt ancipites cūcti &c. Polydamas. Scholium adſcriptum in margine notat per hunc Polydamanta ſeditioſiſsimum quemq;, et rationi minime parentem intelligi.

Enſis erit iudex. Melanchton id nō diſsimulans in oratione dicta in funere Maximiliani. Ipſe hoc ſcio, inquit, pars il-

Belgarum

Belgarum ſoboles, uiuant, auraq; fruantur
Indecores animæ, quibus eſt interrita uirtus,
Semper amant cum laude mori, fatumq; paciſci.
Forſitan externo cariturum Marte Robertum
Creditis? & ſolo committere regna Boemo?

lorum malorum, cũ comitijs Auguſtæ habitis multa utrinque iactata eſſent, Palatinũ nihil reſpõdiſſe, niſi ut ſui cum telo eſſent, uindicãdam armis Bauariam. Flaminius apud Sillium religionis ſpretor, ait. Sat magnus in hoſtem Augur adeſt enſis.

Quicquid multifido mundi ſpectatur ab Iſtro,
Quiq; Boryſtenidas rupes, Mœotia quique
Littora circum habitant, Tanaisq; in flumine potant,
Qui noſtras dirimit terras, Aſiamq; reſcindit
Europa, & noſtro præbet confinia mundo,
Ad tantos uenient motus, properabis ab altis
Ryphęis Rhoxane iugis, tinctisq; ueneno
Sarmata Amaxobios duces in caſtra ſagittis,
Qua uaſtis fluit Indus aquis, contraq; renitens
Ganges aduerſum curſu delabitur Eurum
Deſcendent ad bella uiri, totamq; ciemus
Aſſyriam, claramq; Ninon cernetis eoum
Auxilio rigidos Aceſinem impellere Mallos.
Orbis erit noſter, nec plus de Cæſare quicq;
Fama canet, ſoli cunctis dominabimur oris.
Sic ait, atq; enſem uagina extraxit eburna,
Excitat abiectas acuitq; in prælia mentes.

Quicquid multifido. Tam magno animo, uel potius tanto furore Polydamãta captum fuiſſe introducit, ut nõ ſolum uictoriã de Cæſare, ſed etiã de toto mundo ſibi polliceatur. Rhoxane. Qui & Rhoxolani dicuntur, populi ultra Sarmatas, qbus cũ Sarmatę continua bella gerunt. Nũc Rutheni appellantur: quorum Imperator Magnus Baſili9, quẽ Cęſar Maximilianus fouebat, dũ inter eũ & Sigiſmundũ Regem Sarmatarum nõ conueniret: ſuperiori anno defunctus eſt. Chriſtiani dicuntur Rutheni, græca tamẽ ſecta lingua ſemidalmarica. ſicuti fere & Lituania & Polonia uicinæ regiones. Biſariam autem diuiſi. Qui dicuntur Albi uicini Lituaniæ, ex nomine fluuij Moſcouij, ac Moſquam regiam habẽt. Alteri Rubri appellantur, orientaliores ac Boryſteni propinquiores. Saxmata duces Amaxobios in caſtra. Amaxobij inter Sarmatas connumerantur, dicti quod in turribus uitam trahebant. Aduerſum Eurũ. Homerus quatuor tantum uentos facit, Eurum, Auſtrum, Fauonium, Aquilonem. Horum ortum Ouidio tradẽte his uerſiculis nouimus. Eurus ad aurorã, Nabathęaq; regna receſſit, Perſidaq;, & radijs iuga ſubdita matutinis, Veſper & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt Proxima ſunt Zephyro: Scythiam ſeptemq; triones Horrifer inuaſit Boreas, contraria tellus Nubibus aſsiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro. Patet ergo Orientem plagã uſq; Perſidem & Nabathęorum prouinciam, quæ ab Arabia incipit, expoſitam Euro, quo flante Ganges & Hęmodo monte Indiæ, ut inquit Pomponius fluens, in Indicũ mare ſeptem oſtijs diſpergitur. Claram Ninon. Ninus iuxta & ultra Tygrim, Nini ædificiũ, & regia octo annorum ſpacio, denis hominũ millibus extructa. Cuius modica adhuc dicũtur extare ueſtigia. Aceſinem impellere Mallos, Hoc eſt, cernetis Mallos accolas Aceſinis fluminis, impellere Aceſinẽ, ſcilicet nauibus, ſeu remis, in auxilium noſtrum profecturus. Aceſines nobilis fiuuius; qui, ut & Mallorum meminerunt Arrianus & Curtius, ingreditur Indum. Soli dominabimur. Ea eſt impotentis & excæcati amni arrogantia, ut plura ſibi ſemper quam par ſit, polliceatur.

Rhoxolani.
Rutheni.
Amaxobij.
De Ventis.
Nini regia.
Aceſines.

Exclamat tunc uulgus hebes, ſequiturq; malorum
Quod dederat fortuna caput, placet ire per ipſa
Vulnera, & in patrio dextras maculare cruore:
At quos ſors melior ducit, temeraria damnant

Exclamat uulgus &c. Vulgus hebes. Rationis, cõſilij, iudicij inops & expers. Caput. Autorem, Terentius in

Dicta patres, regniq; uident præsaga ruentis
Nuncia, plebæo semper damnata furore.

Adelphis. Te esse huic rei caput. Vocari enim præcipuam negotij partem, aut autorem rei, exempla passim obuia sunt. Eundem in modū & arcem dicimus rei cuiuspiam. Melior sors. Nimirum ratio, prudentia, industria.

Caput.

Namq; super celsa, quæ infra despectat in urbem,
Arce audita loqui cornix, ac premere uoces
Humanas, fatumq; Deo spirante profari.
Heu miserum, quid bella paras? superabere certa
Lege Deum, & medio feruentis turbine Martis
Arripiere tuis, solioque locabere olympi.
Hæc patrum turbare animos: sed maius in urbe
Prodigium fecere Dei, nam fulgur ab alto
Horrentes per inane faces, sudumq; trahebat.
Quod postq; fumo lucentem clausit olympum,
Demersitq; iubar densa caligine Phœbi,
Indigetes petit igne Deos, arasque calentes.
Non secus ipse tonans nebulosa cacumina Pindi,
Alpinasq; niues, gelidumue effulminat Othrin.
Aut cum flagrantis Libyes conuersus ad oram
Imbelles Mauors, summumque exterret Atlanta.
Præterea fleuisse feras, Manesque sub urnis
Insolitis ululasse modis, Ereboque relicto
Persephonem mediam furias agitasse per urbem
Accipimus, passimq; sacri incrementa per agros
Danubij, & multas disiectas flumine uillas.
Vtque iræ patuere Deum, & discordia mundi
Visa palam, timuere omnes, puericq;, nurusq;
Templis dona ferunt, sacras uoluuntur ad aras,
Numinaq; exposcunt ueniam, facta impia quondam
Si qua forent soluenda patrum, præsensq; piandum
Sit sceleris quicq;. Dum talia uoce precantur,
Patricio assurgit mulier de sanguine creta,
Quam Diuū exagitat uerus furor, illa sub auras
Effatur secreta poli, lachrymosaque pandit
Exitia, & magnas uentura in prælia cædes,
Tales fatidico referans e pectore uoces,

Loqui cornix audita. Cornicem habere uaticinium et loqui palam est. ut illud in Domitiani uita refert Suetonius. Nuper Tarpęo consedit culmine cornix, Cum bene non potuit dicere, dixit, erit. Plinius multa de cornice, item Macrobius, & interpres super hoc Maronis, prædixit ab ilice cornix.

Indigetes. Idem interpres qui sint dij indigetes in Georgica scribens, docet.

Incrementa Danubij. Secundum antiquos, q dixerunt Nilum uatem. Nam quid futurū erat, aquarū incremento præmōstrabat. Templis dona ferunt. Nam ut scripsit Ouidius, Flectitur iratus Iuppiter ipse datis. Et nobis remedia propiciando Deo, ipsius Dei uerbis data sunt. Nempe misericordiæ meritis peccata purgari, apud Salomonem legimus. Quod item ī psalmis spiritus sanctus declarat & probat, dicens. Beatus q intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Diuus Cyprianus scripturarum testimonio colligit, orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur. Diuum uerus furor. Ea em̄ Diuinatio quæ ex uatibus, siue prophetis est, si data diuinitus, semper est uera. Si minus, etiam quandoq; uera: ut placet Augustino, qui Maronem in Aegloga Pollionis de Christo uaticinatum esse dicit, ac Annam pontificem de liberatione populi, Asinam quoq; Balaam locutam. Diuinatio autem quæ ex arte fit, falsa deprehenditur, nō

Eccle. 5. Psal. 40. De Diuinatione.

ſolum ex euentu rerum & experientia ipſa, ſed ex autoritate philoſophorum & aſtrologorum: qua de re uterq; Picus pluribus libris diſputant. Noſtri doctores item. Verum Thomas Aquinus nonnihil ei concedit, corporis uidelicet diſpoſitionē, motum ſenſuum ad res uarias, partim etiam horum ratione intellectas. Nam corruptis ex aliquo aſtro ſenſibus, intellectus etiam patitur: uoluntas autem nullo pacto attingitur, liberaq; ſemper incolumis permanet.

Quis furor o ſuperi? iam pila minantia cerno,
Cædeq; ſpumantes fluuios humentis Adulæ.
Quæ uolitant animæ circum? noſco eruta magni
Fata Ducis, natique, & charæ coniugis umbras.
En uenit Hercynijs bello gens effera ſyluis,
Regina peritura ſolo: tantum ne feretis
Dij ſpectare nefas? His dictis, torua uagatur
Lumine, & exacto iam laſſa furore quieuit.
Sic Deus eöis agitat Nyſeidas antris
Thebanaſque nurus, ſtimulos cum ſentit Agaue,
Et furit Ogygias euanthis turba per umbras.
Tunc dira inſtabilem terrent præſagia plebem,
Patriciumq; genus, ne rurſus terra, fretumque,
Aer & uaſto ſplendentia ſydera mundo
Sint priſcum paſſura Chaos, confuſaque rerum
Forma, indigeſta redeant elementa figura.

Montis Adulæ. Danubium intelligit, qui ex Adula mōte, ut proximo diximus libro, oritur. Prædicit autem futuram cladem Boemorum. Quæ uolitant animæ circum? Vaticinatur mortem Roberti Palatini, cōiugis & filij, quę libro decimo multis uerſibus deſcribitur. Nyſeidas. Id eſt, bacchas, in Nyſa monte Indiæ, unde Bacchus Nyſęus dicitur. Stimulos cum ſentit Agaue. Hæc Cadmi filia ex Harmonia, de cuius furore Statius in Thebaide ſtatim in principio, & ibidē interpres Lactantius. Euanthis. Furens. Ogygias. Thebanas. Priſcum Chaos. Iuxta Ouidium, qui de Chao plura ſtatim in principio operis Transformationum.

Nyſa. Nyſęus. Agaue.

Polydamanta tamen poſſunt haud ulla mouere
Signa Deum: cui dira intus furialis Ericto
Gliſcit, & arma uocat, plebemq; ad bella pauentem
Hortatur, ſuadetq; omnes ea temnere Diuum
Fulmina. quid? neſcit, tum ſe, calor æthere ſummo,
Ceu nobis quondam patres memorare ſolebant,
Materia ſuperante pati, nimiumque recuſat
Impatiens natura inquit. ſunt aſtra, poluſque
Librato coniuncta gradu, globus aere terræ
Tollitur, ipſa ſinu magnum fert Nerea laxo,
Quod ſupereſt, mundūq; ipſum, ſeriemq; fatigans

Eryto. Scribendum Ericto. Deam hāc finxerunt, quę contentionē ſeminaret, a qua nomē habet. Quid? neſcit. Quid ſuſpendenda eſt dictio: neſcit inquit, calor pati, ſe ſuperante materia. Ceu nobis. Per interpoſitionem legendum: nā ea quæ audierat ignarus naturalium cauſſarum recenſet. Materia ſuperante. Ariſtoteles in principio tertij Meteororum. Sunt aſtra, poluſq;. Oſtendit temperamentum quoddam eſſe in elementis & rebus ſuperioribus, quod græci antipathiam dicunt.

Ericto.

Reſpuitur paſſim: hinc hominū, pecudūq; repente
Monſtrifici partus: hic alto ardere cometem
Vidimus, atque modis flagrantes æthere miris
Effulſiſſe trabes, ſtellamque arſiſſe cadentem.
Hinc tonitrus fiunt, & fulgura ſæpe ſereno
Viſa polo, & pauidas terrentia fulmina gentes.

Reſpuitur. Vult innuere: quotiēſcumq; uel humore nimio attracto, uel calore ſuperante, temperamentum illud exceditur, a natura eijci: quod quidem in ſyderibus fieri reſpicimus, a quibus

ſcintillæ uelut ex lucernis multo repletis oleo eijciuntur. Hinc monſtrifici partus. Credit poeta, monſtra in ſyluis gigni ex hac fece, ut ita dicam, rerum naturalium: quæ cum uim non habeat perfectę creationis, monſtrificos edat partus: quos tamen Plinius, ut a nobis relatum eſt antea, Veneri attribuit. Cometem. Si longa & lata flamma apparet more calamorum ardētium in campis, aut longa tantum, & Hœdus uel Dalus, ſeu diſcurrens & ardens aſtrum uidebitur, aut uehemens & condenſa fuerit flammatio, & quaſi ſphęrica, tunc Cometes erit a coma dictus. Si lōga, Pogonias, ex barbæ ſimilitudine. Ambo tamen Cometæ uocabulo. Commemorantur & alij a Plinio prę ter Ariſto. Cometæ. Xiphias, omniū placidiſsimus, in mucronē faſtigiatus. Acontias iaculi modo uibrans. Pithetes doliorū figura. Ceratias cornu ſpecie. Hippias equina iuba. Venti ab his & æſtus & ſiccitas, tū etiam Principū mortes portendi dicunt. Cur aūt raro fiant, & qua cœli parte, tradit Ariſtoteles. Sereno uiſa polo. De hijs omnibus lege Plinium lib. ſecūdo, in cap. Vbi fulmina nō cadant. itē Ariſto. in principio tertij lib. Meteororū.

Cometæ.

Creditis o miſeri, parua hæc momenta quietos
Sollicitare Deos, iſtiſque inuoluere curis?
Arce Tonans placida regnat, fruiturque beata
Pace, nec in noſtras flectit ſua lumina ſedes.
Nec uos fœmineæ moueant ludibria uocis
O uere lymphata Deo, Bacchoque repleta.
Dedidicit Cortyna loqui, non Pythia ſacro
Fert antro reſponſa magis, nec uera Tonantis
Amplius Idaliæ præbent oracla Columbæ.
Deſinimus nouiſſe Deos, ſolum enſis, & arma
Concedunt nobis meriti commercia cœli.
Dixit. & abrupto paſſim ſermone uagatur,
Accenditque animos dictis, ac ſuggerit iras.
Non ſic oceano fluctus uoluuntur in alto,
Aut cum Ryphæo Boreas de uertice pronus
Taurominitanæ turbat uada cæca charybdis,
Vt plebes, uulguſque minax (ſic fata iubebant)
Fuctuat huc illuc, Martiſque furore trahuntur;
Ignari, quid ſorte datum, quo ſubdola belli
Perducat fortuna reos: ſic undique clamor
Per ripas Iſeris, ualleſque reuerberat imas.
Legatoſque iubent patria diſcedere terra,
Ite aiunt propere, Regique hæc dicite ueſtro:
Non illi in noſtros ius eſſe impellere fines
Armatas acies, dextraque, & fœdere iungi
Poſcere nos uanum, qui Marte tuebimur urbem,
In cædes chara pro libertate ruentes:
Bello opus, hæc ſumma eſt. his dictis ſæua reportat
Hyphiades reſponſa, & Polydamanta recenſet
Vocibus inſtabilem ſtimulaſſe ad prælia turbam.

Columbæ Idaliæ.

Creditis o miſeri. Epicureorū opinio erat, Deos nihil curare mortalia: ſecundū quā hoc Maronis accipiendū eſt. Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat.

Dedidicit Cortyna loqui. Vt etiā uere ceſſarūt oracula, aduentu Seruatoris noſtri, ut teſtat Euſebius de præparatione Euangelica. Idaliæ columbę. Significat Dodonęum oraculū, quod p colūbas capiebat, ut diximus. Colūbæ aūt Idaliæ, quia Veneri dicatæ.

Cōmercia cœli. Apud gētes uiri fortes ſumma laude efferebatur. E noſtris Mantuanus Carmelita, eos æternū ſibi comparare nomen apud poſteros putat, q armis religionē noſtrā tutantur. Maccabæorum nomen, q p defenſandis patrijs Legibus pulchrā oppetiere mortē, inclytū eſt: quorū exemplo ſcio nō nullos magno & excellēti ingenio prędites, ſas putare Chriſtianis capeſſere arma i Turcas. Ego Eraſmo accędo, q pie autumat ſubigi poſſe Turcas certis illis hoīs Chriſtiani notis. Nempe uita innoxia, ſtudio benemerendi etiā de hoſtibus, inuicta omniū iniuriarū tolerantia, pecuniæ cōtemptu, gloriæ neglectu. Subdola fortuna. Anceps, dubia belli alea.

Tunc Dux magnanimus, quo non pręstātior alter
Boiorum tellure fuit, seu comminus ense
Pugnandum foret exerto, siue eminus hasta,
Voluit cuncta animo, & curarum impellitur æstu.
Et iam uer tepidum, & solito fulgentior annus
Dispulerat de monte niues, & læta fugarat
Temperies nostris brumalia frigora terris.
Phasgraphides tūc arma mouēs rapidū ilicet Aenū
Gorgiam petere, & Praunā properanter ad urbem
Dirigere hostiles turmas, & cingere muros
Obsidione iubet. delecto milite ductor
Mandata exequitur uelox, tribus agmina castris
Effulsere urbi: extemplo per mœnia ciues
Armati trepidant, æratasque excita currunt
Præsidia ad portas: alij de turribus altis
Prospectant acies, fusasq; per æquora turmas.
Dum sic attoniti perstant, & posse tueri
Diffidunt sese, instructas properare cohortes,
Et uexilla uident ferri sublata per auras,
Tunc arma armā uocant, concurritur undiq; telis,
Vimineoq; horret scutatus in aggere miles
Pro portis, sæuiq; inhiat præludia belli.
Ecce aūt infestæ iam propugnacla phalanges
Phasgraphidæ inuadunt, palosq;, trabesq; præustas
Corripiunt, fidoque intextas uimine crates
Discindunt: contra miles Praunæus ab alto
Hostilem frameis, saxisq; ingentibus, iram
Arcet ab incępto: sic par fortuna duorum
Visa diu: tandem Martis gliscente furore,
Phalsgraphidæ fracto pepulerunt aggere in urbem
Præsidium, murosque inuasissent, nisi pręceps
Sol Tartessiacas subijsset Delius undas.
At ciues intus trepidare, & uulgus inerme
Præsidium arguere ignauum, signisq; latenter
Detrectare uident pugnam, uultusque fugaces.
Postera ab oceano roseis Aurora rubebat,
Cum nigri humentes abijssent aëris umbræ,
In cœlum subuecta rotis, tunc Martius horror
Phalsgraphidum inuadit muros, clangorq; tubarū,

Tunc Dux magnanimus. Robertus. Accipe magnanimum pro uiro forti, rei militaris perito, atque ut nunc aiunt, manu prompto.

Magnanimus:

Phasgraphides. Iam descendit ad gesta Roberti, qui Praunam expugnauit oppidum Bauariæ inferioris, in ripa Aeni situm.

Tartessiacas undas. Ita legendum, ut in exemplari manu scripto, non umbras.

Aereaq; immensum disrumpunt tympana coelum.
Qui subito externi rumor peruenit ad aures
Militis, Aenanæ ferrata repagula portæ
Abscidit, & fugiens potiundam deserit urbem
Hostibus, atque ultra pauidum se surripit Aenum.
Vt fuga præsidij uisa est, patefacta repente
Vrbs Pallatinis ductoribus, ij sine cæde
Ingressi, statuunt læti sacra prçstitibus Dijs.
Phalsgraphidum interea Cæsar uictricia signa,
Ac simul & turpi uictam certamine Praunam
Accepit, magnum Albertum, fratremq; sub armis
Volphangnm ardentes, Noeburgi moenia contra,
Armorumq; minas, iramq; inferte nocentem
Tunc illis metuens, animosi tela Roberti,
Iræ etenim exciderant animo, cum Norica castra
Deseruit, motoq; indignans cesserat Istro,
Auxilium parat, atque infestis agmina signis
Helsaciæ intrepidas quæ iam conuerterat urbes,
Ducit ouans, Iserimq; petit. iamq; arua tenebat
Foeta armis, cum fama uolat, spargitque repente
Subsidio innumeras Regem ductare cohortes:
Non aliter fractæ uires, q̃ si sua Mauors
Vibraret lato feruens hastilia campo,
Infrçnesq; Getas, gelidumq; impelleret Hæmum.
Interea Albertus magna stipante caterua,
Affatur cunctos: auget præsentia robur
Militibus, gaudent dominum spectare loquentem.
O socij, mecum qui per discrimina belli,
Per dubios Martis casus, per tela fuistis,
Tempus adest inquit, quo nostrum auctura perenne
Sit fortuna decus, iam nomen quærite ab armis.
Omnis amor belli tanto est in milite maior,
Quanto maior erit famæ, laudumq; cupido
Sunt Cymbri testes, Latijq; per arua furenteis
Theutones, & Belgis raptæ confinia terræ.
Testis lentus Arar, & picto Lingones arcu,
Hæduus, & rapidis certans gens Sequana bigis
Rege olim uicta, & nostris tremefacta cateruis,
Degeneres non arma ferunt, sed ad ocia proni
Indecorem segnes ducunt sine nomine uitam.

Pallatinis. Scribẽdum cũ duplici ll. Nomen eñ fingit Poeta inferius, tractũ a socio Herculis ex Pallantço Arcadiæ oppido. Phalsgraphidũ interea. Scribit Poeta Cæsarem uenisse auxilio Alberto, & si paulo ante animum eius suspectum cognouerat. Id a poeta factum esse indicat anno taciuncula: ut Cæsaris animi fortitudinem, ac in suos pietatem ostenderet. Turpi certamine. Veritas est, Albertinos milites pugnam innsse, in qua unus ductorũ uir strenuus cecidit. Norica castra. Norimbergã. Cesserat. Prisgauiũ inuasurus agrũ, ut in quarto cecinit. Foeta. Plena.

Sunt Cymbri testes. De hijs, Teutate item, unde Teutones, ac Hçso, quorum paulo post poeta meminit, diximus in primo. Lentus Arar. Vel Ariouistum intelligit, uel Carolũ nostrũ, quos legimus in Galliam irrupisse.

Nunc haud externis bellum committimus oris,
Pro patria pugnare datum, sunt oppida nobis
Rapta palam, & nostris prohibent considere regnis.
Quod genus hoc hoim? quis non Teutatis adoret
Iam sacra, & diris horrentem altaribus Hæsum?
Bellum iura premit. rapto dominamur, & ipsas
Prosequimur cædes, fasque omne licentia rupit.
Vincimus Hyrcanas gentes, & Taurica regna
Delectu scelerum: iamque ipsa minora Vetoldi
Acta trucis, uiuos ursorum in pellibus artus
Insuere, atque feris demum obiectare solebat
Immanis: sed nos nunquid damnabimur ipsi
Tam uiles animæ? picto uehit aduena curru
Ingentes prædas, terit omnia, raptaque castra
Arbitrio premit ille suo: semper ne feremus
Hoc tantum durare nefas? in limine sæuit
Iam bellum, & patrijs ceu capti degimus oris.
Tollite nunc animos, & uestra insueta domari
Pectora, dictorum memores estote meorum.
Cæsar adest, nostrosque iuuat in Marte labores.
Qui belli maturus amor, quod fulmen in illo est,
Vt ruit in cædes, ut turbine conijcit hastam.
Sic ait, & uerbis pugnandi inspirat amorem,
Nec mora, decliui fulserunt Cæsaris alta
Signa iugo, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Et longum sonuere tubæ, perq; agmina Cæsar
Crinibus intonsus micat, & fulgentibus armis.
Tandem acies coeunt, & iam nox humida cœlo
Tollitur, ac reuehit fessis optata quietem.
Tunc Rex Albertum uerbis affatur amicis.

Bellum iura premit. Inter arma silent leges; nullum habet locum æquitas, religio ludibrio est, sacri & profani nullum omnino discrimen. Rapto dominamur, cædes prosequimur. Nam simul atq; belli sæua tempestas ingruerit, Deum immortalem, quàm ingens malorum pelagus occupat, inundat, obruit uniuersa. Abiguntur armenta, proteruntur segetes, trucidantur agricolæ, exuruntur uillæ, & mille alia mala, quorum multa recenset Roterodamus non uno dumtaxat loco, peculiariter tamen in explicando celebrato illo adagio, Dulce bellum inexperto. Fasq; omne licentia rupit. Tam pestilens est bellũ, ut non minus impios efficiat quàm ruinosos. Hoc fonte nobis tam ingens latronũ, raptorum, sacrilegorũ, percussorum turba scatet. Hyrcanas gentes. Latrocinio deditas, ueterum scriptorum testimonio. Taurica regna. Taurocytharum immanitas, & plus quàm beluini mores ex prædictis passim innotuerunt, & autores tradunt. Vetoldi. Poëta haud ignarus, delectationem afferre uarietatem, ueteribus noua subiungit exempla. Nam hic Vetoldus, imperante Cæs. Sigismundo, Vladislai frater eius, qui ad Poloniæ regnum uocatus fuit, Lituaniæ dominabatur, tanta uir crudelitate, ut dicto non audiẽtes, insutos pelle ursina, ursis ad hoc nutritis obijceret. Ferunt item arcum tensum gestasse, ut si quem aliter incedere ac uolebat, conspicatus esset, cõfestim confoderet. Multos quoq; per ludũ interemisse dicit. Rex a Sigismundo Cæsare factus, ante decessit, quàm diadema indueret.

Bellorum effectus.

Vetoldus tyrannus.

Quod contra uertis Noeburgũ haud consulo bellũ:
Quandoquidẽ ingentes nos contra armare phalãges
Phalsgraphidẽ fama est: ne Marte premamur utroq;,
Linquenda obsidio, campiq;, atq; ora Byburgi.

Quod contra uertis. Laudat tacite Cæsarem a consilio rei militaris, cuius aliquanto gloriæ cupiditate patrem uicit.

Qua Phylsi tenuis perlabitur unda, petenda est.
Illic comperio metari castra Robertum,
Et nos (si qua uia est) meditantẽ inuadere, longo
Fessos Marte dolis, ergo placet arma repente
Phalsgraphidem contra, & fortunam uertere belli.
Sic ait, & tacito curarum uoluitur æstu
Boius: interea fessus se miles in altam
Demergit noctem, & placidæ dat membra quieti.
Postera iam Phœbo rutilante Aurora micabat,
Vasa legi mandant, & semisepulta labore
Corpora curari, & signo iuncta inde moueri
Castra dato: peragunt alacres mandata Manipli.

qua factum est, ut cum illum uirum artibus pacis prædicet Germania, hunc non posit & bellicis, & ciuilibus decoris maximi facere. Tyrocinium egit maximis confectis rebus in Flammingis, Brabantinis, Hollandis, Sicambris: idq; tale ut in eo utrãq; fortunæ uicem sit expertus.

Aegida habens tũc Diua ferox, quis fallere possit
Numen? ut occultos alta præsensit olympi
Sede dolos Regis, uultusq; imitata, habitumq;
Exploratoris, uentura renunciat arma
Phalsgraphidæ. qui consilio, dextraq; potentem
Byspeichen, ultro compellans uocibus, inquit.
Postq; pugnandum est, res optatissima magnis
Dijs oblata mihi, tantoque impensior acris
Gliscit amor belli, quanto grauioribus ausi
Auspicijs, metam dabimus requiemq; laborum:
Rex etenim (ut fama est) in nostras dirigit oras
Cognatas acies, Martemq; exposcit apertum.
Quicquid id est lætor, nam uel uictoria belli,
Vel læthum dabitur, decus est utrunq; sub armis.
Quare age rumpe morã, peditũq;, equitũq; uicissim
Incipe delectum, quæue hic sit copia lustra.
At Cæsar maturat iter, perq; ardua montis
Ductat anhelantem pubem, tenebrisq; reuectis
Haud longe castris aberant, factoq; silendi
Indicio, Albertus placido sic incipit ore.

Aegida habens. Colores sumpti ex Marone de Iunone, quæ nullibi quiescebat, ut infesta esset Troianis.

Byspeichen. Nomen ductoris exercitus Palatinorum.

Læthum.

Læthum. Cum aspiratione scribẽda est dictio, cum illi origo sit græca tradente Varrone libro de lingua latina tertio. Læthes obliuio: inde Læthum dictum, quasi conueniat in obliuionẽ abire, qui uita excesserit. Et uulgo putãt ominosum plurimũ de uita defunctis loqui. Incipe delectum. Id sedulo faciendum admonet Xenophon, ne numerus intercidat, deinde equos prouidere uti boni sint ac laboris patientes, neu strigosi, neu calcitrones, qui inter alios inutiles sunt, sæpeq; cum res agi oportet turmas dissipãt, ordinesq; rumpunt, equitem quoq; bonum inutilem reddunt.

Equi calcitrones.

Felices animæ quibus amplum Martia nomen
Perpetuo lux una dabit, nunc auspice uobis
Cæsare pugnandum est, felicia signa sequamur,
Quemue probãt sua facta Deum, uictoria nostra est,

Felices animæ. Crebras & elegantes orationes apud hunc Poetã legimus, nimirũ ex industria factas: ut hac in re,

Stent rapti fines, recidiuaqꝫ Noria cordi
Condita Boiugenis olim, qui rupe Vesuntii
Huc uecti, in nostra steterunt regione coloni,
Vnde & adhuc retinet felix sibi nomina tellus.
Sic ait, interea tenebrosa per auia noctis
Ecce cruentatus manibus post terga reuinctis
Vcalegos, magna peditum stipante caterua
Ducitur ad Regem: coram qui talibus illum
Affatur dictis. Quis tu? quo tendis? & unde
Nocturnum moliris iter? Suspiria ab alto
Corde trahens, Phoeben, & conscia sydera facti
Sic testatus ait. Magne o Rex nomine dicor
Heu miser Vcalegos, ibam tua castra, tuasqꝫ
Exploratum acies, quo me sors impulit atra,
Et data magnanimo sollers mihi cura Roberto
Exhalare animam: uerum hæc infausta parentum
Perpetior scelere, atqꝫ meo dant sanguine pœnas.
Fabor enim, qua flauus habet sua regna Sycamber,
Vrbs fuit insignis bello, & prædiuite gleba.
Hic mihi regnat auus, sedemqꝫ, & sceptra tenebat
Ille loci: interea (nam te meminisse putandum est)
Belgarum auxilio, Martis cum turbine, ad urbem
Venisti patriam, & strauisti mœnia uictor.
Narrata hæc patribus, Scythico ruit Hunus ab Istro,
Horridaqꝫ in nostros conuertit tela penates.
Tunc auus insigni dictus qui nomine Theutras,
Vt casum uidit patriæ, commendat amico
Phorbanti uxorem, natum rapit impius alueo
Qui nondum infelix solidum compleuerat annum,
Et uehit in syluas, pedibusqꝫ in uincla reuinctis
Suspendit, linquens auibusqꝫ, ferisqꝫ uorandum.

uel æquaret alios, uel omnino superaret. Noria. Huius meminit oppidi Cæsar in cōmentarijs, & nos de eo superius.
Steterunt. Ea forma q̄ Maro. steterūtqꝫ comæ, & Terentius usi.
Vcalegos. Explorator Palatini: qui postqꝫ de se dixerat, per occasionem gentes et auxilia Palatini recenset. Argumentū indicat dilatū, & artificiose, quidem meo iudicio, in hunc locum gentiū Palatinarum catalogū. Nam mira est in hoc Poeta uarietas, non minus eruditōis q̄ delectatōis plena.
Nocturnum iter. Cur magis suspectum.

Strauisti mœnia uictor. Ante hoc, et post etiam bellū Noricum, in Geldrenses arma Cæsarem mouisse nostra habet memoria. Ego peracto bello Norico contra Palatinos, iam candidatus aulæ Maximilianæ, Cæsarem cum filio Philippo Rege Castellæ, tūc Belgarum Archiduce, in Sycambriam irrumpentes sequutus sum: ubi oppida quædam expugnata in fidem recæpit, Coloniamqꝫ Agrippinam cum triumpho rediens, pacem Palatinis ac toti Germaniæ reddidit. de qua re ultimo libro Poeta cecinit, & nos illic amplius cōmemorabimus. Scythico ruit Hunnus ab Istro. Id est, a parte Scythiæ. Apollonius Poeta dicit Istrum ex montibus Hyperboreis currere per mediam Scythiam & Thraciam: ubi scinditur, partim in mare fluere Ponticū, partim Adriaticum, per quem dicit Argonautas uenisse. Quod nunc minime apparet. Cæterū Hunnos duplices inuenio. Asiaticos, quos supra Caspios & Albanos ponit Dionysius. Simacatus quidam est autor Eustathio in descriptione orbis, Hunnos circa Boream & Orientem consistere, eosqꝫ Turcas a Persis appellari. Alij sunt Hunni Europæi, quorū meminit Procopius lib. quinto, diuersis tamen in locis. Ex quibus deprehendimus, Hunnos qui Pannoniam cœperunt, Europæos fuisse colonos,

Ister. Hunni.

forte Hunnorũ Asiaticorum. Hosq; simul eandem esse gentem cum Turcis, & Iazis, & Zanis. qui a Iustiniano superati sunt per Theodorum, ut autor est Agathius. Verum diuersis cognominibus appellati, ex Ducibus plęriq; nomen habentes. Ex his postea Hungari, quasi Hunnari appellati: qui anno salutis circiter quadringentesimũ Duce Keue Pannoniam ingressi, ad Tulnam Austriæ locum contra Romanos uictores fuere, in quo prælio Dux ipse occubuit. Plura item Iornandes & Paulus de Hunnis. Cum his Carolus bellum gessit, ut diximus, quos penitus ex solo Germaniæ substulit. Extare adhuc alteram Hungariam nõ longe ab ortu Thanays, Pannonicæ lingua & moribus pene similem, idololatram tamen Syluius scribit. Et uehit in syluas. Sumptum ex fabula Oedipi, iuxta Syllij descriptionem.

Hungari. Tulna Austriæ.

Post hæc acta, feris Cymbrorum inferna Megæra
Aëra per nigrum transuecta redibat ab armis,
Iamq; super Batauos, & iam super alta uolabat
Ardua syluarum: gemitusq; ut perculit aures,
Excæpit puerum, & gressus simulata seniles
Qua pastor septis pecua armentarius ambit
Phalsgraphidæ magni uenit, fatumq; redemptum
In peius, puerum infantem cui tradit alendum.
Hunc postquã uirtus, & auorum suscitat ardor,
Ignarus patriam repetit, diroq; parentem
Coniugio iungit propriam: cui nocte silenti
Portentum (sic Dij uoluere) apparuit ingens.
Visus enim serpens squamis fulgentibus ultro
Repere, & immenso torquere uolumine terram,
Spirarumq; orbes, atq; ora micantia linguis
Infauste posuisse sinu, lapsusq; repente
Per tenebras, nigri properasse in tartara Ditis.
Hæc Nato post nupta refert: qui tempora uoluens
Atq; fugam patris, syluaq; quot egerit annos,
Agnouit scelus infandum, raptusq; furore
Per scopulos, per saxa uolat, lucemq; perosus,
Ipse sibi infausta defodit lumina dextra,
Atq; suam Hercynio uitam transegit in antro.
His satus auspicijs, genus hoc a sanguine duco,
Hac gignor serie, quare nil miror habenas
Fortunam effudisse suas in nostra malorum
Exitia. His dictis iam clara rubescere eoo
Cœperat orbe dies, tum collem ascendit in altum
Cæsar & Vcalegos, unde prospectus ad ima
Castra erat, & latas poterant numerare phalanges.
Tunc Rex, fare inqt, quæ gens, quoue ordine turmæ
Militiam seruent? contra sic ille profatur.

Batauos. Corne. Tac. libro uigesimo multa de Batauis prodidit. Cõuenit inter plærosq; doctos eam insulam, cuius meminit Tacitus esse, quã nunc Hollandiam uocant. Terram omnibus studiosis, cũ primis Germaniarum, semper & celebrandam, & uenerandam: ut quæ nobis suũ Roterodamum dederit. Miror Ambrosium Bergomatem tam fœde lapsum, qui Batauiam olim, nunc Bauariam dici tradat: cum Bauari ad Danubium, Batauinon multum a ripa insulam Rheni colant. quod uel ex ipso Cornelio deprehendisset. Sed lapsum hunc fortasse quiuis mediocriter doctus aduertere potuit. Auorum ardor. Vt liberi fere parentes referre solent.

Cœperat alma dies. In codice scripto legi, Cœperat orbe dies. ut sit, orbe eoo, quam lectionem probam magis puto.

At postq́; merito labentem sanguine uitam
Heu uideo, hæc animo Cæsar cape dicta: per hostes
Si tibi (quãdoquidem mens est auidissima Martis)
Tela inferre placet, uerbis (haud mentior) hisce
Adde fidem: armipotens duro sude lata Robertus
Vallauit castra, & tuto munimine cinxit.
Ille est qui multa peditum comitante caterua
Incedit, latoq́; effulget in agmine clauo.
Hic medium retinet spacium, roburq́; uirorum
Circum habet, at leua uili contentus amictu
Crinibus & barba prolixa, atq́; obsitus æuo
Gorgias seruat partes Rhodomontius illas.
Dextra autem cernis quem uersicoloribus armis,
Hic est Byspeiches, pro castris Auchius ante est,
Atq́; datæ custos stationi fidus inhæret.
At primi ante alios, Mazaris sueta iuuentus
Heluetij, quos pone uides (nisi fallor) ab alta
Arbitror Hercynia Chamum, Ambergamq́; dedisse
Ad bellum, atq́; una iunctam Calminzida pubem.
Qui uero ex alia consistunt parte, Sycambros
Esse reor, cerne intortos de more capillos
Gentibus, atq́; æquor longis horrescere telis.
Iuxta autem manus est, gemmarũ diues & auri,
Gallica, pugnaces Belgæ, & præturbidus Axon,
Quiq́; colũt Vogesum, & fulgẽtibus Heduus armis.
Tunc Cæsar. Qui cultus ait, tam Martius illis
Quos uideo, & denso qui sistunt agmine iuncti?
Cui sic Vcalegos. Memorant ex arce profectos
Budorij, primam seruant qui ex ordine classem:
Inde locus populis proaui concessus Othonis,
Extolluntq́; leues duri Neomarctides hastas:
Hos sequitur Noeburga cohors, fidiq́; Roani,
Lanzuthique tremenda manus, longamque feroces
Byrcasidæ linquentes arcem, cominus omnes
Decertare auidi, atque animas effundere Marte.
Quare hanc o Cæsar, ne multo sanguine pugnam
Præsentem efficias, nec non sine cæde tuorum,
Quæ peragenda putem (paucis aduerte) docebo.

Merito. Ob pactam proditionem: cuius mercedem id genus hominũ raro accipit, ut quod frequens intercipiatur.

Armipotẽs. Laus Roberti in re militari.

Lato clauo. Hũc Sillis & Pontifici tribuit. Sacrificam lato uestem distinguere clauo.

Datæ stationi. Vel cõmendatæ, uel ipsis stationarijs militibus. Mazaris. Teli genus, quod peculiarissimũ fuisse Heluetijs tradit Cæsar in cõmentarijs. Chamum, Ambergamque dedisse. Oppida sunt Palatini ad Boemiæ syluam posita. Sycambros. Qui infesti semper CAESARI fuerunt, diximus enim hos hodie Geldrenses putari, quos Cæsar traiecto Rheno se fugasse dicit in commentarijs.

Mazaris.

Manus Gallica. Quoniam in eo bello Palatino Galli non defuerunt.

Pugnaces Belgæ. Quorum mox aliquot populos recenset. Axon. Lucanus, Longisq́; leues Axones in armis. Vogesum. Et huius meminit in primo Lucanus.

Budorij. Heidelbergũ intelligit oppidũ ad Neccarum situm, in quo Palatinorũ Rheni est sedes. Id Volaterranus in descriptione Germaniæ corrupte uocat Etelbergium, & lapsus inter Norici ciuitates numerat. Ibidem etiam Herbipolensi ciuitati emporium nostrate, quod Franconefurti est,

Budorium.

Volaterrani lapsus.

Eſt locus in caſtris Neoburgi mœnia contra
Expoſitus, trabibuſque altum ſubiecta minatur
Innexis ſpecula, & late proſpectat in agros,
Hoc factum, ut quando congreſsi hoſtilibus armis,
Vera hinc cum Martis mota face ſigna darentur
Vicina auxilium bello trepidaret ab urbe,
Quare inuade locum nullo munimine tutum,
Sed patet, infeſto ſi quiſquam eſt conſcius hoſti.
Dixit, & effuſo uitam cum ſanguine fudit.

attribuit: eodem errore, & eligendi Imperatoris locū Herbipolim dixit.

Othonis. Quos nos patria lingua Odenvualder appellamus. puto deſignatum populum.

Neomarctides duri. Forte quod diutinā ſuſtinuerint obſidionem Norimbergenſium. Neoburga cohors. Ita legendum, non Kœburga. oppidi huius, & ſuperius mentio facta eſt. Fidi Roani. Raynum ut uulgo nominatur accipe. Ergo expungēdum Kappa, & reponendū R. Fidum dixit, quia multotiens obſeſſus, nunq; a Palatinis defecit. Byrcaſidæ. Inflexit uocabulum, ut uerſui concinne reſponderet: deſignat Byrckhauſam oppidū, in cuius mōtis dorſo longiſſima poſita arx eſt, in qua Georgij Ducis Bauariæ ingentem uim Theſauri repertam a Palatinis fuiſſe, fama erat.

Kœburgi. Vt ſupra ita & hic Neoburgi legendum eſt.

Hæc Cæſar uoluens, noctu explorare cohortem.
Quod pugnæ exorſum capiāt, quæue intus oberrent
Excubiæ in caſtris, uel ſi Theutrantius illa
Finxerit Vcalegos: talem Raibertus ad uſum
Turmarum ductor, piloq; animoſus & enſe
Sanſius eligitur, qui centum ab origine Franca
Præclaros memorabat auos, ij iuſſa faceſſunt,
Secq; manu iuuenum, croceos aurora priusquam
Subiceret uultus, muniti ad robora ualli
Contulerunt. uigilans longe dux Auchius, inquit.
Qui uos? unde equitum turma hæc? ſic fatus, ab alto
Fumiferam extollit pinum. mox Sanſius olli,
Egyaleus. Caſtrenſes propere portas reclude: Egyaleus
Hic ego ſum, fortiſq; manū mecum adueho pubis
Subſidio. his dictis tacuit dux Auchius, artis
Atq; doli ignarus, uallum, portaſq; recludi
Iuſsit, & auxilium admitti, Bacchoq; foueri.
Sanſius ut bifidi ſimul intra robora ualli
Illæſam, atq; auidam pugnæ uidet eſſe cohortem,
Inſtruit, & iuuenes armata per agmina trudit,
Et uolat in cædem, primoſq; in tartara mittit
Tyrnaſtem, Phyalumq;, & magni Drapidis umbrā,
Qui bello infauſtus non dextris uenerat armis.
Vnde Sedunenſem Rhodani fons alluit urbem,
Et radit ſparſos fluuio creſcente Varagros.
Hunc fama eſt rapida gelidis ex alpibus unda

Theutrātius. Ab auo cui Theutras nomen affictum a Poeta, qui inſigne id dixerat. fortaſſe reſpiciēs ad Theſpiades appellatos a poetis Theutrántia turba, a Theutrante Theſpij patre. Vnde apud Deianeiram Ouidij, pro Theſticia, aut Theſpiea, legendū Theutrantia turba, autore Politiano, & Egnatio obſeruatore.

Egyaleus. Martis cognomen ſibi aſſumpſit, qui apud Grçcos Egyaleos appellatur.

Vnde Sedunēſem. Per digreſsionē Rhodani ortum & curſum deſcribit. Hic fluminū in Narbo-

nensi omniū maximus, ac rapidissimus, ex Alpibus per fines Allobrogū orientem uersus fluit usq; Lugdunū: inde cōuersus tribus ostijs in mare Gallicum desinit. Eius etymū Plinius, & item diuus Hieronymus, a Rhodiorū colonia urbe citerioris Hispaniæ uenire uolunt. Veragros sparsos. Quia in montibus sparsim habitant. Hunc. Scilicet Rhodanū. Alpibus. Ni fallor, quas nūc S. Bernardi uocant, Cæsari Summæ appellatæ, qui & eas latronibus purgauit. In his uolunt Veragrorū caput esse, uicum, ubi cœnobiū sancti Mauritij, Sedunensis diocæses.

Per Viberum campos labi, longoq; refractu
Ostrifero madidum caput occultare Lemanno.
Hic iras placare ferunt, & gurgite aperto
Luctantem laxare undam, qui uictor inerti
Indignatus aqua, & concæpto turbidus alueo
Humectat scabra pendentes rupe Gebennas.
Inde per immensum sinuoso littore campum
Delatus, tumidis Ararim permiscet arenis,
Binaq; Phocaico dein subijcit ostia Ponto.
Ergo laxatis cuneis furit ense satelles
Cæsaris, & largo maculatur sanguine tellus:
Sic passim in castris trepidatū, umbone Robertus
Rapto ait, O miseri, quo uos insania ducit?
Quidue mali fortuna parat? sedate tumultum.
Dixerat, interea fracto fugit obice ualli
Byspeiches, atq; arma uocat, ferte obuia pilis
Vociferat nunc pila uiri, dolus hosticus errat
In castris, passimq; omnes cæduntur inermes.
Perculit ut primum arrectas uox militis aures,
Corripit arma, ruitq; ipsa in discrimina pugnæ.
At prior ante omnes animosus imagine patris
Phalsgrapides bello insignis, facto agmine ab alto
Detrudit uallo rigidas umbone cohortes.

Viberum Ostrifero. Quia Ostreis abundet. Plinius dicit Ostrearum uiuaria īstituisse ante omnes Sergium Oratam in Baiano, qui & optimum saporem Lucrinis Ostreis adiudicauit. Ostreum apud Senecā, & Ostrea apud Gelliū fœmininum. Spartianus in Heliogabalo Ostreas & Liostreas dixit. Gebennas, Vrbs Gebenna Cæsari Genua appellata, iuris Germanici Imperij. Gebennensem agrū patrum nostrorū memoria nobilitauit secessus Amedæi primi Sabaudiæ Ducis: qui deinde ob abstinentiæ clariq; nominis famā, inuitus in concilio Basilieñ. Pontifex factus, mox concordiæ gratia sese sponte abrógans, Nicolao. V. sedente, Cardinalis ac Legatus remansit, simul cum his quos ipse Cardinales prius creauerat. Felix Princeps, & nimium felix, si senium suum Ecclesiasticis titulis non fœdasset, ut Syluius ait. Ararim. Qui una cum Duri ex eodem quo Rhodanus monte exeuntes, atq; una corriuantes, in Rhodanum iuxta Lugdunum commiscentur. Arar uero lenis adeo defluit, ut nescias in utram partem descendat. Vnde superius Poëta eum appellat, lentum. Habetur clarus ponte CAESARIS uno die militum opera fabricato. Phocaico ponto. Id est, Massiliensi. Nam prope Massiliam mare ingreditur. Massilia Phocensium colonia est. Vnde a Syllio Italico est Phocaica balista appellata Massiliensis. De Massilia diuus Hieronymus in Epistolam ad Galathas. Massiliam Phocenses condidere, quos ait Varro trilingues esse: quod græce loquantur, latine, & gallice. Hæc ciuitas Pompei partes secuta, a CAESARE per uim expugnata fuit. Libertate antiqua utebatur, nec prætoribus prouinciæ parebat, ut ait Plinius. Cur autem Phocenses communi consilio patrium solum reliquerint, Galliam Narbonensem adeuntes, ibidem florentissimam ciuitatem Massiliam condiderint, scribunt Herodotus libro primo, Strabo quarto. Meminit & Horatius libro Epodon. Stephanus Phocæan urbem Ioniæ facit, cuius denominatiuum Phocæus, & Phocaus, & alteram eiusdem nominis in Mycala Cariæ. Est autem & Phocis Bœotiæ, de qua mentionem fecimus in primo.

Ostreæ. Gebenna. Genua. Amedæus. Arar. Massilia. Phocenses trilingues.

Non aliter Nasamon, Cyrenarumque colonus
Regnantem media fugiunt Basiliscon arena,

Cyrenarum colonus. Sub Cyrenaica regione, Plinio Pentapolis dicta,

Pentapolis. a numero ciuitatum, quæ in ea continentur Cyrene, Apollonia, Barce, Arsinæ, Berenice, Libya est serpentum ferax, latissima gente, diuersisque immixta populis: quapropter Ptolomæo Libyophenices, & Libyægyptij ponuntur: & interior Libya sub Aethiopibus Nigritis: iuxta hos Nasamones populi & Garamantes: & paulo supra Marmaridæ ad Aegyptios pertinentes. Plinius Nasamonas etiam dicit antea Mesamonas a Græcis uocatos, ex argumento loci medias inter arenas sitos. Dionysius autor est, Nasamones a Romanis domitos, ob trucidatum ab eis Lentulum Ducem ad eos confugientem.

Basiliscus. Basiliscon. Tanta enim fertur acuitate ueneni, ut quamuis breuissimus, palmum enim non excedere dicitur, serpentem quamlibet magnũ halitu suo extinguat. Si quis autem uel baculo eum tetigerit, breui tempore intereat.

Aurora interea rutilantibus aurea bigis
Expulerat tenebras, lucemque reuexerat orbi.
Tunc Cæsar, properemus ait, nisi fallit imago,
In castris pugna est: en Sansius ut furit hasta,
Hippolitusque, Rhebasque simul: iam cedere retro
Incipiunt, densaque uirum iam mole premuntur.
Sic ait, & primis fortem procedere signis
Imperat Albertum: sequitur quẽ ex arcibus audax
Munychijs pubes, duroque exercita bello.
Iam cursu rapitur celeri, iamque ardua montis
Liquerat, & plano deduxerat agmina campo.
Pone instat Cæsar, uestigiaque impiger haurit,
Subsidio intentus pugnæ. Simul atque per auras
Effulsere Aquilæ, uexillaque nota Roberto,
Protinus e castris aciem producier omnem
Imperat, atque auidas diffundier æquore turmas.
Dumque uolant turmatim omnes, uallisque refractis
Exiliunt equites, infelix Sansius hostis
Impete suffossus uitam, cum sanguine fudit.
Nec mora, concurrunt acies, flagrantibus atrox
Desæuit Bellona animis, madet imbre cruento
Tellus, & nigro fluitantia corpora tabo
Calcantur resupina solo, expirantiaque auram
Congesti crescunt super ipsa cadauera trunci,
Dum pede pes teritur, mistusque umbonibus umbo
Truditur, & madido pugnatur cominus ense.
Albertus iam cæde madens, iraque redundans
Ingruit hostile, Auletemque, & Hyapida magnum
Atterit, & qui non dum formidabat Anireum,
Vertumnumque senem, natumque, & pellice Thusca

Pellice Thusca. Pro rhetica puto accipien-

Leucothoum Androcidem tetro demersit auerno.
Ac uelut armenio currens de uertice tygris
Immanes Arabas ferit, Assyriamq; frementem
Præuastis populatur aquis, & gurgite laxo
Cum stabulis armenta trahit: sic martius Heros
Ense minax per castra furit, madidusq; cruore
Multorum ualido prosternit corpora ferro.
Nec minus instabant Volphangus, & impiger hasta
Zornyus, & glauco pugnans Casymirus halarco.
Gorgias primam ut uidit trepidare phalangem,
Pilatam educit contra in certamina pubem,
Et pugnam instaurat: uolat ille, atq; æquora circum
Pulsat equo, & lato frendit gæsatus in aruo,
In densosq; agitur cuneos, telumq; coruscat.
Vt procul Albertus sæuo mauorte cruentum
Agnouit, rabies gliscit uesana furenti,
Ignoransq; modum calidæ indignatio pugnæ.
Protinus impatiens grandi ferit agmina pilo,
Et uetitum patefecit iter, totisque subinde
Viribus exarsere acies, exhausta iuuentus
Obruitur, passim cædes, tetra undiq; mors est
Effususque cruor, tolluntur in æthera uoces,
Singultusq; graues scopuli, & nemora alta remittūt:
Cernere erat laxosque arcus, & Auentica tela,
Armaque, quæ Alpicolæ bello aduexere Leponti
Sparsa solo, cæsasque manus, & brachia, & harmos,
Atque hominum truncos, & busta iacentia campo.

Interea lux alma polo fulgebat ab alto,
Lustrabatque Iuræ roseo iuga lumine Titan,
Tunc maiora graui renouantur prælia cæde.
Cæsar adest insignis equo, contra horridus ense
Instat Phalsgraphides: mirandi exorsa duelli
Vos canite o diuæ Libetrides: ira, furorq;
Immanisq; subit rabies, uotumq; cruoris
Ingentes animos, paulumq; moratus uterq;
Alterius spectare artus, & fortia bello
Pectora, fulmineosq; oculos, uultusq; minaces
Mirari: tunc alta uelut per nubila uenti,
Humentesq; ruunt Austri, Boreasq; niualis:

dum, quoniam Thusci olim Rhetiam incoluerunt.

Auentica. Id est, Heluetica: ab Auentino, ut quidam, nescio tamen quibus autoribus, monte, circa Lucernæ lacū.

Leponti. Heluetiorum gens.

Iuræ. Ptolomæo Iurassi

Vos canite o Libetrides. Obseruo huic poetæ familiare esse, Musarum petere auxiliū, quoties CAESARIS pugnā descripturus est. Musæ autem Libetrides dictæ a spelunca nympharum in Helicone. Libetrides.

Humētes Austri. Ventis quibusdam, ut testa-

Aut cum uere nouo Zephyris genitalibus aura
Spirat, & ardentes ineunt certamina tauri.
Concurrunt, quãtitur tellus, atque astupet æther.
Tunc Rex armipotens uibratum effulminat ensem,
Vrgebat contra, aut uitabat adacta Robertus
Vulnera, sed Cæsar telum fatale coruscans,
Non bene protecto plagam defixit in harmo.
Protinus exiluit calidus cruor: arma Robertus
Vt fœdata uidet, uasto ruit impete, & Heulon
Vrget equũ, grandemq; premit calcaribus aluum,
Aestuat irarum furijs, & conscia uirtus
Increpat ardentem, sic crebros ense sonoro
Ictus congeminat, horrendumque intonat hosti
Phalsgraphides, putriq; armorum fragmen arena
Emicat, obtusique enses, parmæque refractæ,
Atque iubatorum phaleræ calcantur equorum
Gemmatæ, & nitidis squallentia cingula bullis.

tur in Problematis Aristoteles alia alijs regionibus uis est ac natura. Hellespontias Atticæ terræ, insulisq; uicinis hymbrẽ adfert. Aquilo Hellespõto, ac Cyrenæ, Auster Lesbo. Atq; hic cum apud alios sit tepidus & pluuius, Aphricæ frigidus est ac serenus, ubi rursus Aquilo pluuius. autore Plinio, apud quẽ autor est Fabianus, Austrum in Aegyptum nõ penetrare. Qualis est Atheniẽsibus Scyron, qui idem Hellespontias uocatur, reliquæ græciæ ignotus. Narbonẽsi Galliæ Circius a turbine & uertigine sit appellatus: siue Certius, ut uocat Cato, uentus apud illos clarissimus, nec ulli uiolentia inferior. Idem non modo in reliquis cœli partibus ignotus, sed nẽ Viennam quidem eiusdem prouinciæ urbem attingens. Sunt & alij permulti cuiuscunq; regionis indigenæ, ut apud Gellium testatur Fauorinus. Boreas. Nos Aquilonem. Niualis. Frigidus. Zephyris genitalibus. Fauonij latine. Heulon. Nomen equi.

Dum furit ira animis, Pallasque & Delia ab æthra
Labuntur, rixamque ineunt, ac iurgia iactant.
Vixq; aberant pugna: quid enim? nunq; ne repostũ
Irarum cumulum linques Tritonia uirgo?
Quod scelus hoc? at fata manent inmota, tuisque
Plectere insidijs, facinusque inuita dolebis
Commissum, & qua nunc exorta superbia tanta est
Gorgone non semper spero iactaberis ista,
Nec rere huc Martem, quem cœlo asperrima Pallas
Vicisti, & magnum strauisti uerbere Numen,
Descendisse polo. sic Delia. At altera uirgo
Aegida concussit, circum caua saxa, nemusque
Intonuere, uadoq; amnes tremuere profundo.
Ac uelut ad scopulos, demissus ab aëre summo
Accipiter uolat, aut magno cum turbine ab alto
Saxum ingens cadit, & propulsat pondere terram,
Delia sic, Pallasque ruunt, Iserisque residunt
Cautibus, atq; acrem prospectant æquore pugnam.

Pallasq; & Delia ab æthra. Describit certamen Palladis & Dianæ, quarum altera pro Cæsare, altera pro Palatino pugnabat. Fata manent immota. Diuina decreta nõ commutantur, ut humanæ leges, quæ pro tempore uariantur, quemadmodum et mores & uoluntates. Vnde perpetuo epitheto, fatũ immutabile. Gorgone. Notissima fabula est. Ista. Per contemptũ. ut illud Maronis, aut quid petis istis. Strauisti uerbere numen. Cum enim Mars & Pallas in contentionem uenissent, Pallas percussit pugno Martẽ, qui percussus in terram cecidit: ut est apud Homerum.

Interea Austriades sæuum iam presserat hostem
Deiecturus equo, iuguloq; instabat inermi.
Ter Pallas percussa sinus, terq; Aegide acutos
Pulsauit scopulos, illoque ruisset in arma,
Ni Ioue demissa a magno Cyllenia proles
Saxifica fieri uetuisset Gorgone pugnam.
Tunc Dea corripuit hastam indignata trabalem,
Qua domat Heroas, cœtumque irata Deorum,
Hac igitur Regem aggreditur, uastaque tremebat
Voce solum, atque imæ resonabāt murmure ualles.
Non aliter cœlo uentis luctantibus intra
Humenteis nubes miranda tonitrua clamant.
Adstupet Austriades, mox percipit, Eya age fatur,
Pugnandū est iterum superis: nosco improba Pallas
Nosco iram, glaucosque oculos, atq; horrida tela.
Talia dicentem inuadit, lignoque trabali
Ingentem frangit clypeum, sub pondere Cæsar
Ingemit: ut quando percussa securibus Ilex
Prona ruit, lateque altum dant saxa fragorem.
Ecce autem uerita arma Deæ Diana furentis
Lœtifera in Regem, uolat obuia, pone fluebant
Corytique graues olli, læuesque sagittæ,

Accipiter. Multa accipitrum genera commemorat Aristoteles.

Cyllenia proles. Mercurius.

Hastam trabalem. Cuspidem.

Mox percipit. Latenter innuit acumen intellectus Cæsaris, ut uere illo præditus erat: ut qui non summas res modo & abditas, a sapiētibus, quos frequens admittebat, prolatas capiebat, sed nouas quoq; in medium acutissimas quæstiones, non facile, quamuis exercitato & ingenioso enodandas proferebat. Glaucos oculos. Ita finguntoculos habere Palladem Poëtæ. Vnde a Græcis quoq; Glaucopis Athene Pallas dicitur. Aristoteles de Animalibus ait, Glauciores oculos propter humoris prauitatem interdiu melius cernunt: Nigriores noctu ob debilitatem: quod minus a uisibilibus & luce mouentur. Homo tantum inter animalia uarijs oculis. Quos minimum attrectari iubet Galenus. Si leuis morbi sit caussa, tantum noxia subtrahenda, quæ quatuor sunt, Fumus, Sol, Lectio, Vinum immodicum: aqua prius tepida, deinde frigida diluendi: & si oporteat, lacte & oleo rosaceo liniendi. Si altior incubuerit caussa, quæcunq; illa sit, maxime hoc remedium proderit, in Commentarijs CAESARIS Augusti repertum. Plinio referente.

Pallas glaucis oculis.

Oculorū morbi leues, & eorum cura.

Vulnificumq; manu iaculum Dictynna coruscans,
Arcet ab incæpto sæuam Tritonida Marte.
Nam dum magnanimum regem premit illa, suasq;
Ingeminat uires per inane, uolatile telum
Delia (quod uasto stridens umbone pependit
Palladio) intorquet: tonat ictus, & arma Mineruæ
Increpuere sono, & longe caua saxa reclamant.
Tunc Pallas rabie feruens, effundit in hostem
Se totam, Diuamque ferit, pronamq; sub ictu
Sternit humi, uibratque ardens immania tela
Desuper, atque forent nisi Dij sine sanguine nati,

Dictynna. Diana: quare ita appellatur Solinus refert.

Desuper & quoniam Dij. Hic uersus, ut & se-

Concessumque frui cœli immortalibus auris,
Hæc fuerat suprema dies, campumq; cruore
Fœdasset Diana suo: iam cominus acre
Cæsar ut aspexit pugnantes, ingruit hosti,
Palladaque horrisono ingentem diuerberat ictu
Qua niueæ uertigo manus cadit altior orno
Hasta Deæ, lapsum conata attollere pondus
Deficit, atque alta Tritogenia uritur ira.

quens corrupte & perperam leguntur hoc modo. Desuper, & quoniam Dij sunt sine sanguine nati Hisq; immortalis uitæ conceditur aura. Quos ita ex Poetæ exemplari restituimus. Desuper, atq; essent nisi Dij sine sanguine nati, Concessumque frui cœli immortalibus auris, Hæc fuerat suprema dies. Sensus est. Hæc dies fuerat suprema Dianæ, nisi Dij essent nati sine sanguine, & propterea fruerentur, iuxta Homerum, aura immortali.

Et fremit immensum, Boreas uelut arcticus inter
Et saxa, & syluas, pontoque immugit anhelo.
At genitus Maia, præpes Cyllenius ales
Spectator pugnæ, scopulo consederat alto,
Protinus hic monitu magni Iouis inquit, abite
Cœlestes Diuæ, durumq; relinquite Martem,
Sic Iouis Imperium, dixit: læuaq; tonatum
In cœlo sensere Deæ: uolat aspera Pallas,
Atque senem Chirona petit, qui fessus in antro
Hæmonio lectas curam impendebat in herbas.
Iuppiter interea nubem demisit olympo,
Inuoluitque aciem, atq; oculorum lumen ademit.
Hic finis pugnæ: nam dum uestigia quærit
Nequicquã Austriades, labens se surripit hostis.

Arcticus. Flat enim Aquilo a Septentrionibus. Ponto anhelo. Metaphora, a currẽti furentique equo.

Senem Chirona petit. Sumptus color ab Homero, qui cecinit Plutonem apud Pylum Nestoris patriã, ut superius diximus, ab Hercule uulneratum, Pæonem peritissimũ in castris Græcorum medicũ incolumem

Chiron. reddidisse. Chiron aũt Phyliræ & Iouis filius fuit, de quo plura Higinus. Ab hoc Aesculapius medicinã, Astrologiam Hercules, Achilles Citharã didicere. Argonautarũ medicus fuit, multarũq; herbarũ uires ac naturas deprehendit. Vnde herbæ genus ab eo inuentæ, Chironia appellatur.

Hæmonio. Thessalico. Dira fames. Vel q̃d Deo irato eueniat, uel quod ad dira quæq; mortales adigat, unde & malesuada. Diuus Cyprianus libro contra Demetrianũ imputantẽ Christianis mala, quibus tunc mundus urgebatur, probat famem non cœlũ, sed auariciam facere.

Dumq; hæc in castris diuersa in parte geruntur,
Vicina auxilium fessis duxarat ab urbe
Polydamas sceleris fabricator, & impius arma
Induerat, quos dira fames, & auara libido
Præcipitat belli, iamq; inter Martia tela
Vociferans uolitat, sunt hæc ait omnia claro
Missa polo? hæc nostris horrentia fulmina templis?
Verum si patria superi sunt urbe piandi,
Ense scelus soluam, & præsenti cæde, sacerdos
Iratum placabo Iouem, pubemq; litabo

Auara libido. Insatiabile studium pecuniæ utcunq; conquirendæ. Qualem olim militiam L. Catilina collegerat, talem & hic Polydamanta innuit contraxisse militem.

Hostilem, Taranicꝫ sacra instaurabo quotannis,
Dixit, & in medium longa sude prosilit agmen.
Non secus Aethiopum fuluo nemora inuia tauro
Turbantur, cum sęua fames per uiscera serpit,
Diffugiunt, trepidantcꝫ ferę de montibus altis.
Sic Diuum contemptor erat, turbamcꝫ fugacem
Prosequitur uelox, atque acrius atterit agmen,
Contemnitcꝫ mori: sed quis cœlestia rumpet
Fata Deum, legemcꝫ dabit pollentibus astris?
Strauerat ille aciem, & uacuis uictricia campis
Extulerat iam signa palam, cum tractus ab ira
Volphangus iaculum longis amentat habenis,
Atque in clamantem tenso pede dirigit hostem,
Qualis Ithyræo cornu leuis exit arundo,
Vel cum depugnat uerso gens Parthica neruo,
Tale per immensum stridens uolat aëra telum,
Atque hostem fatale petit, cetramcꝫ rescindit
Quam Tartessiaco in pugnam de more gerebat:
Aeratoscꝫ orbes chalybum, septemplice gyro
Distrahit in partes uarias, penituscꝫ sub ima
Viscera delapsum fortes depascitur artus.
Extemplocꝫ cadens moribundus corpore uasto
Pulsat humū frendens, oculiscꝫ minacibus horret.
Non aliter Phario percussa Leæna ueruto
Concidit, & rictum spumantem uulnere torquet,
Sic olli rabies, creber ferit ilia pulsus,
Et calidę effuso uacuantur sanguine uenæ,
Vmbracꝫ tartareas fugit indignata sub umbras.
Nec finis pugnæ, pręsenti cæde superbus
Volphangus, per castra uolat, nec segnior illo
Ingenti campos replebat cæde Robertus,
Interea ductis pugnantem cornibus hostem
Clauserat, & fusos iam uictor Cæsar ab amplo
Aequore, dispulerat pedites, tunc Francus anhelo
Gorgias in Marte furens, quando undicꝫ cernit
Indignatam aciem, uersoscꝫ in terga maniplos,

Tarani. Codex manu scripto Taranis habet, ut taranes sit noïandi casꝰ. De sacris li. pri. dictū est.

Fuluo tauro. Plinius libro octauo, Atrocissimos, inquit, India habet tauros syluestres, maiores agrestibus, uelocitate ante oēs, colore fuluo, oculis ceruleis, pilo in contrarium uerso, rictu ad aures dehiscente, iuxta cornua mobilia, tergoris duricia silicis omne respuens uulnus, feras omnes uenātur. Ipsi non aliter q̃ foueis capti feritate sp̄ intereūt. Diodorus Siculus lib. quarto, hanc feram pluribus uerbis elegantissime exprimit. Postremo de eadem hoc modo sermonem concludens, ait: Merito igitur Troglodytæ hanc bestiam optimam iudicāt, cui a natura inditum sit Leonis uirtus, equi celeritas, robur tauri. Quodcꝫ maximū est, haud inferior natura feri. In hoc autem Diodorus ab alijs discrepat, qđ cum non in India, sed Aethiopia reperiri asserit. Sed esse potest, ut bene admonet Camers, ut tam ĩ India q̃ in Aethiopia reperiatur, propter consimilem situs qualitatem, cœlicꝫ influxum nō absimilem. Legem dabit astris. Siderale iudicium quod circa hominum genituras uersatur, quid astra & animo & corpori polliceantur, Christiana disciplina, quæ non sine lumine semper esse credita est, omnino damnauit, quia penitus incertum sit, nec facile deprehendi possit, deturcꝫ propterea paulatim occasio, præsertim in eruditis, in Fati opinionem delabendi, quę itidem a nostris doctoribus reiecta est. Loquitur igitur poeta iuxta ueterum superstitionem, profitens interim Christianum placitum, Nempe, nihil contra humani animi arbitrium ualere. Amentat. Lucanus, iaculum amentauit habena. Ithyræo. cornu,

Tauri syluestres.

In Astrologos.

Parthica gens. Originẽ eius pete ex Strabone, Trogo & Herodiano. In uniuersum Parthi regionem frugiferam colunt, omniaq; præter oleam ferentem, ab occasu Mediam, a Septemtrione Hircaniam, ab Oriente Ariam, ab Austro desertam Carmaniã habent, mõtibus cincti. Finis inter eos & Romanos Euphrates, regni caput Hecatompylos Plinio. Verso neruo. Post tergũ enim sagittas mittunt. Veruto. Iaculi, seu potius sagittæ genus.

Parthorum regio.

Magnanimum affatur breuiter sic ore tyrannum.
Nonne uides quanto in nostros furit impete Cæsar,
Vtq; fugam iam quisq; parat? quid in arma Roberte
Prorumpis frustra? tenet omnia Marte satelles
Hosticus, & multa satiatur cæde tuorum.
Talia sic fantem, nequicquam intelligit heros,
Accensus Martis rabie, & præturbidus æstu,
Iam solo res summa uiro, quosq; ęmula uirtus
Impulerat, secum fatali occumbere campo,
Dat stragem populis, teloq; horrendus ubiq; est.
Dumq; huc, atq; illuc, ceu præcingentibus armis
Armenias agit ira Tygres, Mysosq; bisontes,
Prorruit in pugnę flammas, Martemq; cruentum.
Intonuit cœlo, & uox exaudita per auras,
Heu fuge fortunam belli, deuictaque castra
Desere, teq; ipsum uentura ad fata reserua:
Ductores fugere tui, uictasque phalanges
Byspeiches tantũ, & Rhodomontius ense tuentur.
Vt Superum iussa, & uocem Dux auribus hausit,
Accepitq; fugam sociorum, protinus omnes
Qui secum uoluere mori, Martisq; peracti
Aeternam sibi qui laudem peperere sub armis,
Instruit in cuneum, uerbisque ita fatur amicis.
Audite hæc socij, denso nunc claudimur hoste,
Et iam præda sumus, nostræ solum ense salutis
Ostentatur iter, mecum nunc ite per hostes.
Si cui magnanimo præcursant pectore laudes,
Audendum est uictis, uos non sine labe retentam
Ductores auram indecores consumite, clamat,
Quæ laus o uiles animæ? nos proroget æuo,
Et uitam instauret Martis memorabile fatum.
Dixit, & aduersum uelox prorumpit in hostem,
Efficiens mucrone uiam, sequiturq; iuuentus
Pone ferox, laxaq; secat condensa cateruas,
Vt uirtus patefecit iter, castrisque relictis

Magnanimum tyrannum. Id est, dominum. ita enim antiqui appellabant. Maro. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. & in quarto. Nomadum tyrannos dixit, id est, dominos.

Mysos bisontes. Hos gignit Germania solum et Scythia. Vnde Mysos ꝓ Moesijs accipias. Ptolomęus Moesias duas in Europa post Illyricũ & Pannonios, superiorem & inferiorem ponit. Vnde qui Asiaticas habitãt, Mysias prouenisse dicuntur. Illæ Mysiæ, ex Moesiæ nominantur. Heu fuge fortunam belli. Scilicet aduersam. Laus Roberti a pietate in Supos, cum eos de ipso curam habuisse in periculis describat.

Vos non sine labe retenta Ductores aura uitaq; fruaminor inquit, Quod decus o uiles animæ? Restitue lectionem, ut sequitur, eritq; uersus clarior. Vos non sine labe retẽtam Ductores auram indecores consumite, clamat, Quæ laus o uiles animæ? Siquidem

Per campos tenuere fugam, Dux lumina flectens
Desertum ad uallum, premit altum corde dolorem,
Et rursus tentare acies, & prælia ferro
Stat cordi, atq; iterum sese obiectare periclis.

immortalem gloriã egregie fortiterq; gesta pariunt. Vnde dicit memorabile fatum, id est, gloriosa mors. Nos prorogет æuo, Et uitam instauret. Id est, Nomen nostrum, famamq; longa posteritas celebrabit. Velox prorũpit in hostẽ. Magnanimitas Roberti significatur in rebus aduersis superandis.

At rex, quandoquidem fama aduentare Boemos
Phalsgraphidæ auxilio, iungendaq; protinus arma
Senserat, Alberto mouit sua signa relicto,
Atq; iterum Helsaciæ repetit properantius urbes.

Et rursus tentare acies. Idem de se dicit Aeneas apud Maronem libro secundo. Vnde laus maxima fortitudinis & animi ad rem militarem promptissimi.

AVSTRIADOS LIB. Quinti Finis.

LIBRI SEXTI ARGVMENTVM.

¶ Gesta feliciter a Duce Virtymbergeñ. describuntur: sed prius Palladis querimonia est, quæ a Cæsare uicta fuerat. Itaq; dum curru per aerem uehitur, Robertum uidet, qui paulo ante a pugna discesserat, quem ad uirtutem uiam docet, uentisq; susceptũ in patriam pertulit. Interea Virtymbergeñ. Dux trans Entium castra mouet, eiusq; oratio ad milites, miraculumq; in eo uisum, eiusq; interpretamentum a Phorbio augure factũ: obiterq; Cæsaris somnium narratur, cui Deus Opt. Max. apparet, imperatq;, ut Decium Ducem sollicitet ad tuendum ædes sacras. Quod cum Duci Cæsar significasset, Maulprunniũ monasterium, quod Pallatini occupauerant, obsedit. Inibi pugna atrox: uictor tandem ad Prethenium obsidẽdum proficiscitur, unde Palatini Ludouici precibus discedit, & ad Pesychemium castra posuit. Parte alia Robertus Traustaniũ oppidum aggressus est, quo post acrem pugnã, ui potitur. Interim ex Pesychemo nuntius Palatino obsidionem narrat. Is cum præsidium non misisset, oppidum se Duci dedidit: quædamq; in fine oppida ab eo uicta recensentur.

AVSTRIADOS Liber Sextus.



VT PROCVL A CASTRIS TREPIdantia signa Robertus
Rettulit, alternæ præformidabile cædis
Bellum animo uoluens, Pallas deuecta p
Phylliridæ cani medico remeabat ab antro: (auras
Illa sub arctoo bigas firmauit olympo,
Atq; oculos defixit humi, infrenesq; Sycambros,
Saxones acres, Mortnosq;, extremaq; mundi
Littora, & indomitos Rheno claudente Batauos

¶ In Austriados Lib. VI. Iac. Spiegellij Scholia.

BASTARnasq; acres. Penitus corrupta dictio. Nã Bastarnæ Straboni populi sunt ad Pontum: quare reponas ex emẽdato exẽplari, Saxones. Quorum origo uarie traditur. Egõ Alberti nouissimi rerum Saxonicarum

Bastarnæ.

Despicit, innumerasq; alias sine nomine gentes
Quas alit auriferis felix Germania campis.
Tandem Boiorum flexit sua lumina terris,
Alpinasq; urbes, & regna potentia Marte,
Quæ pater undarum percurrens maximus Ister
Lustrat, ubi (sic fama canit) urbs Noria quondam
Magna, dedit leges populis, rexitq; superbum
Imperium, sed nunc omnis iacet urbis imago,
Pannoniamq; super celeri deuecta couino,
Quaq; potens bello magnos alit Austria reges.
Necdum etiam Diuæ crudeli Marte receptum
Vulnus, & Oebalij sors immatura sepulchri
(Quamq; & Cæsareo uictam dolet ense sororem)
Exciderant animo, cupit iram explere calentem,
Atque imo tales promit de pectore uoces.

scriptoris opinioni accedo, qui ex uerbis Taciti facit coniecturã, multa, quæ Tacito de Cattis commemorantur, gentis Saxonũ propria esse. Et ut quandoq; per errorem librariorum fiunt infractiones, non esse a ueri similitudine, si quis cõtendat, pro Saxi uocabulo esse usurpatũ Catti. Idem Albertus limites nobilissimæ prouinciæ uerius depingit, quã scribit, cap. primo libri primi Saxoniæ. Extrema mundi. Maro in fine octaui Aeneidos. Extremiq; hominum Morini. Hos Solinus, item Mela ad Gallicum oceanum extremos orbis facit, nisi sequeretur insula Britannia, uelut alter orbis. Hodie Teruani dicuntur, teutonice Terrensenser, ut ait Irenicus. Indomitos Batauos. Qui sint diximus. Hos & Tacitus a uirtute nimirum bellica cõmendat. Lucanus truces uocauit, Sulpicius recte feroces interpretatus est, quales martiales etiamnum uidemus. Rheno claudente. De hoc latius libro octauo. Felix. Diues. Auriferis campis. Quod iam Tacitus ipse, si ab inferis rediret, fateretur: ita omnia a prisca facie recessere. Syluius Germaniam mirum in modum commẽdat: liber extat uulgo cognitus. Pannoniamq; super. Pannoniam superiorem intelligit, ubi Austria prouincia Imperatorum altrix posita est. Notandum autem est, morem uolantium expressisse, qui uario flexu feruntur: ut etiam Maro statim in principio sexti, de Dedalo loquẽs, gelidas inquit enauit ad arctos, cum in Siciliam esset uolaturus, quæ in meridiana plaga posita est. Oebalij sepulchri. De Oebalo superius, pro quo Venus pugnam contra Cęsarem gessit. Victam sororem. Id est, Venerem, ex Ioue enim Pallas & Venus nata est.

En ego bellipotens rigidis armata chelydris,
Quæ olim centimanos prostraui cæde Gigantes,
Quæ Martem uici, concussi fulmine diro
Curua per Euboicum fumantia littora pontum,
Nunc autem (sic fata uolunt) sum fabula cœlo.
Sed nostri o utinam sic obruta fama Deorum
Peruigiles tantum & patris uenisset ad aures,
Non equidem Austriadum superatã Marte dolerem:
Sed temnor passim mortalibus, & mea uibrat
Exhorrentem hydro nequicq; læua Medusam.
At mihi non deero, sequar atris agmina flammis
Austriadum, atq; imo Furias acheronte ciebo.
Sic fata, infausto remeantem Marte Robertum
Vidit, & indoluit, grandiq; accensa furore
Prona ruit cœlo: ueluti cum flammea longo

Centimanos Gigantes. Palladem enim fuisse auxilio Ioui contra Gigãtes autor est Higynus. Martem uici. Homericum figmentum, ut proximo tetigi libro. Concussi fulmine diro. Hũc locum iratæ Iunonis uerba apud Maronem non multo post primi lib. Aeneidos principium satis explicant, ubi de Aiace Oilęo sequitur. Sic fata uolunt. Quoniam omnia, ut poetæ uolunt, item plæriq; philosophi fato reguntur, & subijciuntur, etiam ipse Iuppiter: Vnde is ueluti cedẽs

Stella cadit tractu, & candenti lampade signat
Aethera, qua nitidam producit semita lucem.
Sic Diua est, quacunq; pedem, currũque reflectit,
Ostentat cœleste iubar, Numenque fatetur.
Protinus armigeræ currum Tritonidis Heros
Agnouit, supplexq; Deam ueneratus adorat.
Tunc illa has sacro fudit de pectore uoces.
Nec tua te uirtus, nec fortis dextera bello
Vnq; deseruit: nam quantum uidimus acrem
In pugnam ruere, & quantas in prælia cædes
Moliri intrepidum, sed fato obstante dolorem
Hunc pone, & quæ sint peragẽda aduerte, profabor.

apud Maronem. Fata, inquit, uiam inuenient. Et Tragicus quidam apud Senecam. Ducũt uolentem fata, nolentem trahunt. Furias ciebo. Factum nõ reperio in poemate. Et idcirco dicendum, quod loquatur uelut furore amens: qui cũ abit, minus facimus q̃ quod dixeramus. Flammea. Ex cap. quarto lib. primi Meteororum Aristotelicorũ pete caussas flammarum in summo aere apparentium, & ibidem de sidere uolante, siue stella decidua. Cadit. Ab eo quod sic nobis apparet. Vnde Ouidius dixit. Interdum stella de cœlo sereno Et si non cecidit, potuit cecidisse uideri. Lampade. Face.

Vade age & hanc rupẽ, quæ cœlũ uertice pulsat
Exupera, atq; impelle gradũ: primũ ipsa uolenti
Difficili tentanda uia est, sudorque, laborque
Sunt olli comites, atque ocia pellit ab alto:
Sed postq; ad summũ concessum euadere culmen,
Gaudia pertentant animos, & blanda uoluptas,
Atque exactorum dulce est meminisse laborũ.
Hinc te ergo excipiam uentis, & nubis amictu
Aera tranabis medium, tutusque reuises
Phalsgraphidasq; tuos, patriãq; ueheris in urbem,
Ne uereare, adero, & uentos frenabo uolantes.
Interea ne frange animum, spemque altius effer,
Inuictusque mane, nam sæuas Iuppiter æquus
Mulcebit mentes, dulcemque ad regna uocabit
Progeniem, natosque tuos, paruosque nepotes:
Qui tandem æternum uentura in pace quiescent.
Hæc mihi pollicitus Diuum pater, atq; hominũ rex.
Sic ubi fata, ciet Boream, Argestemque per altos
Oceani errantes fluctus, Hyrcaniaque undis
Littora pulsantes, extremæque æquora Thules.
Ergo iussa facit præpes, talique precatur
Voce Deam. Te sancta sequor, te supplice dextra
Adueneror, salue, & tanti miserere laboris.
Hæc ait, & celsæ saxosa cacumina rupis,
Enormesq; uias, & densis obsita dumis

Vade age. Virtutis uiam ostẽdit, ad quam ire non possumus, nisi per maximas difficultates et labores. Locus est sumptus ex Ergis Hesiodi. Receptum est, Pythagoram quoq; hanc uirtutis figuram posuisse. Vnde carmen apud Maronem legitur, Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni. Sed, ut annotatum est ab Erasmo, apparet olim huius elemẽti figuram nonnihil diuersam fuisse, ab ea quæ nunc est. Prodici fabula de Hercule, & uirtute, & uoluptatibus notissima est.

Virtutis uia.

Byſpeichi pubem linquens, agmenque ſuperſtes,
Euaſit tandem & uentos expectat inanes.
Tunc ſubito Argeſtes montem pernicibus alis
Circuit, admotoque tremiſcunt undique ſyluæ,
Non tamen Aeolio ueluti cum miſſus ab antro
Aegæum, Ioniumque mouet, cautesq́; uadumq́;
Scyllæum, & pulſo frangit freta iuncta Peloro,
Sed miti Heroa amplexu (namque Arcticus una
Sepſerat, & Boreas patriæ non immemor oræ)
Extollunt per inane poli, geſtantque per auras
Quem uitreo nubis Dea circumfudit amictu.
Dumq́; ea molitur Pallas, fortiſſimus Heros
Tercentum præclarus auis, quos Martia quondam
Protulit, & uarijs ornauit Roma triumphis,
Virtymberzenſi armatos mouet arce maniplos,
Antiqui memor ille odij, bellique uetuſti
Quod ſecum multos Talacherus geſſerat annos,
Nec Lyndeſmitis feruens iniuria mente
Exciderat: uerum occulto ſub corde uolutans
Vindictam, ſpectare diem & melioribus uti
Auſpicijs, ſi unq́; uellet fortuna parabat.
Vt fractum longo præſenſit Marte Robertum
Eſſe Palatinũ, tempus ratus, Entium ad amnem
Caſtra mouet, gelidasq́; uehit trans agmina ripas.
Aduentu curſare omnes, trepidare per urbes.
Non ſecus orbatam Gangeticus accola Tigrim
Et timet, & clauſa pauidum ſeſe occulit urbe,
Luctantemq́; feram, & rabiem ſpectare furentem
Impatiens: quatit illa ſolum, camposq́; ſuperba
Balantum pecus, & latis magalia ſeptis
Circuit, inſidiasq́; altæ prædeſtinat iræ.
Sic Heros fertur, ſic infandus timor omnes
Sollicitat, pauitant miſeræ matresq́;, nurusq́;,
Longæuiq́; patres: ſed quos calor excitat armis
Deſerere ante diem, pugnaq́; effundere uitam
Armantur, clypeosq́; nauant, chalybumq́; trilices
Aruina nigra nudant erugine pingui,
Aut foſſas ducunt, aut ſcabra ad mœnia pronis
Marmora agunt humeris, aut propugnacula bello

A Teccenſibus Romanis, Duces Vuirtenbergenſes.

Patriæ oræ. Quoniam ſeptentrionalis plagę eſt uentus.

Circum fudit amictu nubis. Idem facit Maro in primo Aeneidos.

Dumq́; ea molitũ. Nũc ad geſta Ducis Vuirtẽbergenſis deſcribẽda deſcendit.

Quos ornauit Roma triumphis. Sequitur annales, qui tradunt, nobiliſsimam Teccenſiũ Principum familiam, genus ſuum ab antiquis Romanis habuiſſe. Quare poeta alludens ad priſcum cognomẽtum, Decium appellat interdum Ducem Vuirtmebergẽn. q̃ is & Teccẽſis ſit. De utraque domo, apud Nauclerum fit mentio. Talacherus, nec Lyndeſmitis. Hoſtes fuerunt progenitorũ ſuorũ, partesq́; ſecuti Palatinas. Quos, ut ipſe inquit, Palatini ad bellũ inferendum impulerunt. Bella inter Palatinos ac comites Vuirtembergi, Nauclerus retulit in Chronographia ſua. Poſterius emolliuit nomẽ Lyndenſchmidt.

Chalibumq́; trilices. Id eſt, ferri texturas; trilices, hoc ẽ, tertio textas, quamq́; etiam arbitror trilicia arma eſſe genus illud, quod annulis par-

Inſtaurant,

Inſtaurant, uallantq; horrendis molibus urbes.
Iamq; dies, alterq; dies illuxerat orbi,
Purpureoq; aurora polum bis uiderat ortu,
Tunc Dux ingentes uoluens ſub pectore curas,
Herboſo iuſsit figi tentoria campo,
Dein pubem affatus placido ſic incipit ore.
Bella ſub hac terra, & præreptis geſsimus oris
Alterutrum graſſata caput, tandem inuida nobis
Crinitos ſors præſsit auos, nec iura, nec æquum
Iuppiter omnipotens ſummo deſpexit olympo,
Quin furor hoſtilis noſtras delapſus ad urbes
Ingentes rapuit prædas, gentemq; coãctam
(Pro ſcelus) audiui domino ſeruire Roberto.
Namq; mihi quondam puero narrare ſolebat
Multa pater, meq; ad damnum ſeruabat inultum.
Quis Lyndeſmitem, prædatoremq; nefandum,
Et noſtris temere Regem Thalacheron in aruis
Prætereat? tantum nobis impune ferendum eſt
Dedecoris? tantum patrijs regnabit in oris
Externus miles, terraq; fruetur auita?
Progenies, prolesq; Deum ſata ſanguine magno,
Credite quod nunc Cæſar ſine numine Diuum
Bella mouet, uictorq; redit, Rhenoq; ſubacto
Cingit Chãonia uictricia tempora fronde.
Quare agite o ſocij, dextras aſſueſcite Marti,
Et mecum, ſi qua eſt tantarum gloria rerum,
Si pudor & patriæ pietas, iniuria ſi qua
Mentem agitat, raptiq; ſoli ſeruatur imago,
Alpinas aptate ſudes, & pila uolenti
Tollite nunc animo, et pauidũ conuertite in hoſtem.
Tu cœptis Bellona meis, & culte Sueuo,
Tu Vulcane pater, claram qui Lemnon, & alto
Fumantem Liparen, & feruẽtem Strongylon undis
Incolis, & Chalybum Dijs tela timentia promis,
Aſpirate precor, promptosq; animate maniplos.

uis ſimul contextis fit, quo ad inguina tuenda ac femora utimur. Aruina. Pulchre idicat morem Germanorũ in expoliendis armis.

Crinitos. Intonſos, quia Sueui.

Bellona. Inuocat Bellonam tanquam bellorũ præſidem, ignarus tamen, quod in Germanos irata fuerit, ut in primo libro diximus. Culte Sueuo Tu Vulcane pater. Tacitus autor eſt, Sueuos ueteres Iſidem coluiſſe. Neſcio quo autore Poëta Vulcanũ quoq; Sueuis cultũ ſcribat. Lemnon. Seruius octauo Aeneidos ſcribit cauſſam, cur Vulcanus dicatur in Lemnon incidiſſe. De cultu Vulcani in Lemno Val. Flaccus ſecundo Argonauticorũ, & Statius quinto Thebaidos. Metropolis Lemni Solino Hephæſtia. Græci Hephæſton Vulcanũ dicunt, Inde Hephæſtian Vulcaniam, & Hephæſtion, Vulcani templũ. Liparen. Vnde inſulæ nomen, ex ſexto libro Diodori Siculi patet. Seruius nobiliſsimus interpres, Phyſiologia, eſt in-

Nepheſtos.

Liparis.

quit, cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur inter Liparen & Aetnam, scilicet, propter ignem & uentos, quæ apta sunt fabris. Strongylon. Quod rapæ figuram habeat, id est, in rotundum acutumq; tendentem, ei nomen datum. quoniam Græci στρογγύλην rapam uocant. Strabo Onostrongylam, id est, rotundam nominat. Reliqua de ea Solinus.

Strongylos.

Vix ea finierat, subito cum flamma coruscans
Labi uisa polo, quæ supra uertice sidit
Magnanimi Herois, nec non (mirabile dictu)
Lambere flauentes crines, & tempora pasci.
Mirantur cuncti, & gelidos stupor occupat artus,
Req; labant subita, quid sit, quid nunciet, optant
Explorare uiros, quibus intemerata patescunt
Aetherei secreta poli: tunc Phorbius augur
Cui fibræ, saliensq; iecur, limesq; uolantum,
Quid uox obscœnæ uolucris, pallorq; Cometæ,
Atq; serenato labentia fulmina cœlo,
Quid medio creet axe faces, sunt omnia (mirum)
Occultis manifesta modis, non inscius ille.

Lambere flauentes crines. Idem Maro scribit Ascanio cötigisse. Optant explorare uiros. Notum prope omnibus est, quantopere ueterum superstitiosa sedulitas in futuris prænoscendis elaborauerit: quantoq; studio ac diligentia auguria omnia, extispicia, & reliqua diuinãdi genera coluerit. Vnde Cicero dicit libro primo de Diuinatione, Romanos nihil sine auspicio fecisse. Idẽ ait Vale. Maximus cap. primo, secundi libri. Plinius auspiciorum repertionem, eorundemq; materiam copiosius tradit. capita pete ex Indice Camertis uiri undequaq; doctissimi. Saliens iecur. Proprie, quia uiuentibus nobis cor salit. Limes uolantum. Nam tam a uoce, quam a uolatu augures capiebant auguria. Vnde ex eorum disciplina, quæ aues diræ & ominosæ, quæ rursus felices & auspicatæ crederentur, sumptum est, ut & cum rem feliciter, aut secus cedere significamus, bonis, aut malis auibꝰ dicimus. Exempla promit Erasmus. Obscœnæ uolucris. Bubonem significat, qui inauspicatissimi ominis habitus est. Idq; in publicis maxime auspicijs, ex quo etiam funebrem uocarunt. Hinc illud notum. Fœdaq; fic uolucris uenturi nuncia luctus Ignauus Bubo, dirũ mortalibus omen. Quin & in coruis dirum & ominosum est habitum sicubi glutiunt, & uocem uelut strangulati emittunt. Quãquam de coruis & cornicibus uaria traduntur, si quando ad læuam, aut ad partem dextram cõuolitent. Serenato cœlo. Quia naturaliter non nisi nubilo cœlo fiunt. Sic igitur prodigiose. Legimus M. Herenniũ Decurionem in Catilianis prodigijs sereno die fulmine ictum. Autor Plinius. Varia ac pene incredibilia scribunt autores de fulminibus. Ex nostris Plinius, & Seneca. Faces. Earum sunt genera duo, Lampades, quæ sunt plane faces: & Bolides. Faces uestigia longa faciunt priore ardente parte. Bolis uero perpetua ardens longiorem trahit limitem. Sunt omnia occultis manifesta modis. Ab his modis futurorũ inuestigandorum, omnino desistendũ monuit Christus Dominus, cum discipulis id scire petentibus sic inquit. Non est uestrum nosse tempora, uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.

Auspiciorum repertio. Bubo funebris. Lampas. Bolis. Act. 1.

Grinæus Apollo.

Talia uaticinans mandat sua dicta per auras.
Ne trepidate uiri, læuo Deus omine firmat
Cœpta, nec inuito molimur numine bellum,
Si quid mens agitat ueri, & Grinæus Apollo
Prædicit uentura mihi, si nuncius ales
Quem uideo læua cœli regione uolantem
Et uoce, & cursu magni Iouis abdita pandit.
O genus elapsum superis, sobolesq; perennem
Regnatura diem, Diuosq; auctura propago,
Quot tibi molitur felix fortuna triumphos,

Grinæus Apollo. A Grinæo nemore ubi colebat, ad Grinçam Etholiæ urbem. Læua. Ergo felici & auspicato omine, iuxta augurũ disciplinam, quã Plinius refert.

Perẽnem diem. Secus accidit. nam paucis ante annis exactus. exemplo est, ut ludat in humanis diuina potentia rebus.

Ablatas reddes urbes. Vt inferius patebit,

Innumeras urbes, immensaq́ue regna, Ducesq́ue
Debellabis, eruntq́ue tua immortalia semper
Facta, quod & uicto non dedignabere uictor
Parcere, & ablatas reddes ultro hostibus urbes.
Quare agite o Proceres, meritos indicite honores
Bellorum Diuis, & numina magna uocate.
Nec mora, gramineo surgunt de cespite sacræ
In campis aræ, fragrantq́ue, & olentia circum
Thura calent pecudes, stant sacris undiq́ue mystæ
Accincti, & Diuis spargunt bona uina uolentes:
In primis Heros, niuei inter cornua tauri
Et salsam frugem, & spumantia pocula fundit,
Demulcetq́ue Deos donis, pecudumq́ue litatis
Corporibus, læti Diuum pæana canebant.
Non aliter Libyci cirum delubra Tonantis
Gens inhiat sacro, & numen Nasamones adorant.
Vel cum legiferæ Cereri, patriq́ue Lyæo
Agricolæ lectum mactant pecus, & sua largo
Despumant paſsim bene olentia cymbia lacte.

Mystæ. Symmystæ. Sacrificium plenum. Lyæus. Liber pater.

Mystæ. Dicuntur, qui sacris alicuius numinis sunt initiati. Symmystæ qui iisdem mysteriis sunt initiati. Diuus Hieronymus ad Pammachium, Non magnopere cures, quid imperitorũ de ingenio tuo rumusculi iactitent, sed prophetarũ quotidie medullas bibas, Christi mystes, patriarcharũ symmystes. Bona uina. Non enim fas fuit uti ad sacra uinis permiscuis, sed certis: quod indicat Plinius. significabant aũt mero mẽtis integritatem. Tauri. Sacrificiũ plenum & perfectũ putabatur cõstare ex Sue, Tauro, Hyrco, Ariete: uocaturq́ue Trittys. Sed Athenień. Sue tantũ constabat, Ariete, Hyrco, sicuti apud Romanos Solitaurilia ex Sue, Oue, Tauro. Salsam frugem. Apud Horatiũ, & Tibullũ, item Macrobiũ, & Celium cap. 1. libri septimi Antiquarũ Lectionum, uariũ reperies ritum imolandi sacrificii, iuxta ueterũ superstitionẽ. Sed & Iudæis salis usus in sacrificiis fuit, ut Lex Mosaica iusserat, Leuitici. 2. Quicqd obtuleris sacrificii, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. In sacris Christianorũ literis ob salis mirã naturã sæpe pro sapientia solet accipi. Hinc ab Apostolo Paulo ad Colossenses. 4. cap. dictũ est. Sermo uester in gratia sit sale cõditus. Libyci tonãtis. Iouis Hãmonis, q colit in forma eius Arietis, q sitiẽti Libero patri fontẽ effodit, cũ illac exercitũ duceret, secundũ Seruiũ, siue Herculi ut ait Herodotus. Diodorus aliter. Lucanus in. 9. scribit, Catonis exercitũ uenisse ad templũ Iouis Hãmonis, cuius habita est mẽtio supra. Legiferæ Cereri. Cõuenit inter oẽs, Cererem primã in Creta leges reperisse. caussam ponẽdi leges explicat Horatius Satyra tertia, primi sermonũ. Lucretius lib. 5. Veritas aũt habet, primũ Mosem a Deo edoctũ hoĩbus leges tradidisse. Lyæo. Baccho, q Lyæus appellat, qm̃ soluit animi curas: id q̃d Vticensis Cato in se qñq́ue periclitatus est. ut ait Plutarchus. Inde Liberũ quoq́ue dictum plærisq́ue placet. Sed Alexander ait ita uocatũ, quod pro cõmũni Bœotiæ libertate pugnauit.

Oceano interea Titan demersus Ibero,
Iam nota Austrini lustrabat littora Ponti,
Corpora sollicitis demens mortalia curis,
Ecce serenato delapsum numen ab axe
Innumeris fulctum stellis, & Sole coruſco,
Qualis ubi auroram rutilanti lucifer igne
Ante oritur, tenebrasq́ue fugat, Phœbumq́ue reducit,
Helsaciæ petiit fines, ubi Martia castra

Ecce.

Iam nota. Id est, hac tẽpestate cognita. Alludit ad nauigationẽ Lusitanorũ per Aethiopiã ultra torridã zonam, multis, ut referũt, gradibus. Ecce serenato. Ecce, dictio semp aliqd magnũ ac repẽtinũ significat. Maro. Ecce aũt a Tenedo. Describit hic dei optimi ma

Cæſar habet, Martemq́ꝫ nouum, pugnasq́ꝫ parabat
In ſomno, & uigiles curas in nocte premebat.
Effigies immenſa Deo, uultusq́ꝫ micantes
Aſtra quibus cœlumq́ꝫ mouet, circumq́ꝫ beatis
Beatorum animæ ubi ſint.
Vallatur populis, medio quos orbe bicornis
Luna capit, iuxtaq́ꝫ locum meruere Tonantem.
Hunc pauet omne genus cœlo, terræq́ꝫ, mariq́ꝫ
Quicquid ineſt, intusq́ꝫ meat, uel paſcitur extra
Aeterni curſus legem, & commercia mundi
Et Solis, Lunæq́ꝫ uices, & ſydera lapſu
Circumſcripta ſuo, Nabathæosq́ꝫ alligat Euros,
Fulminaq́ꝫ, & ſpacijs freta decreſcentia certis.
Ergo ut olympiaca Saturnius Elide fulgens
Apparet nocte in media, ſomnoq́ꝫ uacantem
Vocibus Auſtriadem compellans, talia fatur.

ximi ſimulacrũ & effigies, quã dicit Cæſari in ſomnis apparuiſſe. Luna capit. Iuxta q̃rundã opinionẽ. Nam aliqui dicebãt, ut fuit Heſiod9, beatorꝫ anĩas ad beatorꝫ inſulas migrare: alij ad Elyſios cãpos, ſeorſum ab inferis locũ: alij uerti in ſydera, alij in olympo locum eſſe cũ cæteris dijs: alij in corpore Lunę beatorũ ſedẽ eſſe crediderũt: alij in quadã parte ætheris puriſsimi: q̃bus Lucanus aſſentiri uidetur, ſcribens in principio noni, illuc Pompæi animã perueniſſe. Quicq̃d ineſt. Scilicet terræ, mari, & cœlo, hoc eſt, quicq̃d mundi circũferentia claudit: quod ipſe Poëta declarat cum dicit, Intusq́ꝫ meat. Vel paſcit̃ extra legẽ æterni curſus. Hoc eſt, cœleſtis. Et cõmercia mundi. Id eſt, noſtri orbis ſocietatẽ, quæ nobiſcũ cõmunis non eſt, ſed ſola Deorꝫ immortaliũ ſedes, ut ita dicã. Nam & Poëta dixit, paſcit̃: alludens ad opinionẽ Poëtarũ, qui dicunt Deos nectare & ambroſia ueſci, celebrare cõuiuia, nuptias, & cætera huiuſmodi. Cur aũt ea tribuãtur Dijs, pete ex Mythologorũ promptuarijs. Et ſydera lapſu circũſcripta ſuo. Id eſt, ſuo ipſorum ortu & occaſu, qui ſyderũ curſus appellant̃, Quos ſi requiris, Plinius tibi monſtrabit, & e noſtræ ætatis cœleſtiũ rerum ſcriptoribus Pontanus facile Princeps. Porro labi, proprie de ſyderibus dici ſecundus in principio Faſtorũ Ouidij admonet uerſus. Ortaq́ꝫ ſub terras, lapſaq́ꝫ ſigna canam. Nabathæos Euros. Ita ſcribendũ affirmarim, non Auſtros, iuxta Ouidium, Eurus ad aurorã, Nabathæaq́ꝫ regna receſsit. Spacijs certis. Statis tẽporibus. Acceſſus & receſſus mariũ diuerſi diuerſas cauſſas attulerũt. Quidã uentis idipſum totũ tribuunt. Ariſtoteles, & Heraclitus a Sole maris fluxus & refluxus fieri exiſtimãt. Timæus flumina cauſſat̃ per Celtarũ montes Atlanticũ irrumpentia. Sunt qui in ſydera hunc redigant effectũ. Seleuchi mathematici opinionẽ Camers enarrat in Solinũ. Plato, ut Plutarchus, refert in elationẽ quãdam huius cauſſam confert. Pythæ Maſsilienſis opinio uerior. Is enim ſcribit, maris acceſſus Lunæ fieri incremẽto: E diuerſo decremẽto receſſus fieri. Probus in ſecundũ Georgicorum Maronis ſcribens, ait æſtus maris ad Lunæ motũ & rationẽ fieri: cui aſsignat quinq́ꝫ motus. Macrobij ſententia petat̃ ex primo de ſomnio Scipionis libro: Plinij, ex cap. nonageſimo nono, ſecundi libri mundanæ hiſtoriæ, qui teſte Camerte, nihil non tradidit elegãter ſimul & copioſe, quod ad huius rei noticiã pertineat. Ex noſtris uide diuũ Ambroſium cap. 7. quarti Hexameron. Et Vadiani noſtri cõmentarios in principio tertij Geographiæ Melæ. Saturnius. Iupiter. Fulgens. Quia ex auro eius ſimulacrũ erat, ut Strabo cõmemorat inter ingentia olympici Iouis dona, lib. octauo. Olympiaca Elide. Elis Peloponneſi regio, ubi delubrũm eſt Olympici Iouis certamine Gymnico & ſingulari ſanctitate inſigne, autor Pomponius in ſecundo.

Syderum curſus.
Syderum lapſus.
Maris acceſſus & receſſ9.
Elis.

Cæſar magnanime, & Diuos auctura propago,
Aduenio Superum Rector, præq́ꝫ omnibus unum
Ipſe uelim te, fide Deo, templisq́ꝫ, tholisq́ꝫ
Quæ paſſim miles ſceleratis occupat armis
Præbere auxilium, ſi iam pietatis imago
Vlla uiget, uotiq́ꝫ reos damnare cupido
Aſſerto Superis, & Numen ab axe uocari.

Auctura diuos. Sane non ad morẽ Romanorum, qui defunctos Imperatores, etiã ſceleratiſſimos tyrannos miris ceremonijs in Deos referebant: ſed iuxta noſtræ religionis ſanctificatiõem, ut ita dicam, referẽdum

Fœda Paleſtinæ taceo ludibria terræ,
Verum animo ſtant fixa meo, uictamq; Sophenem,
Et domitum Aegypti pronum Carmelon in æquor
Agmine barbarico, ſæuiq; Serapidos armis
Vlciſcere, tuos poſcunt hæc prælia faſces,
Cum mare pulſabis flammato milite rubrum,
Et ſeptingemini calcabis littora Nili,
Cum partem inuiſes Scythiæ, & Mœotica uinces
Regna, & uictorem mirabitur arcta Propontis,
Claſſeq; roſtrata Nepheleias ingemet Helle.
Me noua nunc agitant Cæſar, iam uidimus alto
Noſtra Palatinis uiolari templa ſub armis,
Atq; ubi ſacratis lucis, araq; piabant
Erecta, & largis placabant Numina donis
Turba ſacerdotum, nunc Marte & ſanguine multo
Fœdantur loca ſancta ſitu: quid Numina cœli
Perpetimur? ueſtrum ne genus, Germanica pubes,
Infandis audet factis contemnere Diuos?
Nunc cape quæ peragenda tibi ſint maxime Cæſar.

eſt, quod Cęſari ſimulacrum Dei noſtri, ut dictum eſt, finxerit apparuiſſe. Ipſe uelim te, fide Deo. Cōſtructio. Ipſe uelim, fide Deo. per interpoſitionē legenda uerba ſunt, præbere te auxilium templis, & cætera.

Votiq; reos damnare cupido. Familiare eſt poetis, illud quod ſequitur, pro illo quod antecedit ponere. Senſus ergo eſt. Si cupis in Deorum numerū referri, ut eos qui tibi uota fecerint perſoluere poſſis. Reus enim uoti, aſtrictum uoto ſignificat: damnatus, abſolutum. Maro. Conſtituam ante aras uoti reos. Et alibi, damnabīs tu quoq; uotis. Fœda Paleſtinæ taceo ludibria terræ. Propter Hieroſolyma & ſepulcrum Chriſti, quæ ab Aegyptijs cum Principū Chriſtianorū dedecore occupanť. Sophenem. Sophene prouincia iuxta Paleſtinā Melæ. Ptolomeus eam in Armenia maiori ſtatuit, Strabo inter Taurū Antitaurū eodem in loco. Sophenorū celebris populi meminit Plinius in ſexto. Eſt aūt ordo uerborū. Tu ulciſcere Sophenem uictā, & Carmelon domitū ab agmine barbarico, & ab armis Serapidos, nam hæc prælia poſcunt tuos faſces. Carmelon. Diuus Hieronymus in cōmentarijs in Amos cap. primo, Duo ſunt, ait, montes qui uocanť hoc noīe. Alter in quo fuit Nabal Carmelus, maritus Abigail ad Auſtralem plagā. Alter iuxta Ptolomaidem, quæ prius uocabať Acho, mari īminens, in quo Helias propheta flexis genib. pluuias impetrauit. Idē autor eſt Carmelū & gręce & latine dici, Hebraice aūt Chermel. Sęui Serapidos. Hoc eſt, Saladini, q̄ Aegyptijs impabat & Mēphim tenebat, ubi Apis colebať. Hic Saladinus Hięroſolymitanū regnū euertit. 9. & 80. anno q̄ a Gothifrido & alijs Chrianis Ducib. fuerat recępta, Anno aūt humanæ ſalutis. 6. & 80. ſupra undecies centeſimū. Faſces. i. labores. Vel alluſit ad Cōſules Romanos, q̄ in caſtra cū inſignib. cōſularibus ꝑficiſcebanť. Arcta Propontis. Quę breui trāſitu Aſiā ab Europa diuidit. Illic Darius. 1. et Xerxes in Gręciā trāſfretarūt. Nepheleias Helle, a Nephele matre.

Reus uoti.
Damnatus uoto.
Sophene.
Sopheni.
Carmeli duo.
Saladinus.

Aeneadum Decius Dux ſanguine cretus auorū,
Ablatas urbes, & regnum Marte repoſcit
Diuulſum, concit populos, totamq; ſub armis
Virthymbergon habet, qua dulces uitifer uuas
Fert Nicerus, multoq; fluunt læta arua Lyæo,
Bellaq; magnanimo peragenda in corde uolutans,
Militiam gelidi iam contulit Entij ad undas.
Hunc uerbis hortare tuis, pugnamq; uolentem
Exercere iube, & templis arcere prophanos.
Seruantur maiora tibi, cœptiſq; futuris

Wirthymbergon. Prouincia Vuirtembergēſis a principio ſub appellatione Comitatus tres habuit differētes inter ſe nominibus & caſtris dños. Primus Vrachi, Secundus Beūtelſpachij, Tertius Grieningæ regulus uocabatur. Verū poſtea in duas partes cōflatus eſt, ita ut unus Stutgartæ, alius Vracho præeſſet. Noſtra uero ætate, in u-

Vuirtemberg.

Semper ero præsens, teq; & tua facta iuuabo.
Dixit, & ingentem ducens per inania lucem
Ad cœlum rapitur, Titaniaq; astra reuisit.
Tunc pius Austriades uultu, manibusque supinis
Prosequitur Numen, tacitoq; hæc corde reuoluens
Iussa Dei, cum prima polo caput extulit Eos,
Treis oratores iubet ire, Heroaq; magnum
Sollicitare Iouis monitu, atq; accendere Marte.

Eberhardus barbatus. I. Dux Vuirtembergen.

num Principatũ redacta est prouincia, Cæsare autore Maximiliano, Eberhardo Barbato ex Comite Duce creato, gentilicijsq; insignibus auctis, & titulis. Hui9 Eberhardi Primi Ducis Vuirtembergæ uirtutes Nauclerus plurib. uerbis cõmẽdat, & auũculus meus singulari carmine cõplexus est. Nicerus. Hodie Neccharus, q inter maxios fluuios, q Rheno approximãt cõnumerãdus est. Hic eñ, ut Irenici uerbis utar, Taxagetũ, Rotenburgã, hodie Rotuuil, ut putãt, Tubingã, Eslingen, Canstadiũ, Marpachiũ, Laupheniũ, Hailpruñ, Vuimpinã, Peilsteiniũ, Heidelbergã, Laudenburgũ pteriens, iuxta Manheym Rheno ĩmergit. Maximi aũt fluminũ q Necchar pectũt, tria sunt: quorũ duo Coquus, & Iagusta, nunq; uno miliari a se inuicẽ absunt, pene. 13. miliaria currẽtes. Coquus non pcul ab Alen orit per Hallim, Ingelfingiũ, Forchenbergiũ, Sinderingiũ, Nouã ciuitatẽ delatus in loco Kochendorf dicto, ad Neccharum transit. Iagusta uero, die Iagst, nõ longe a Zebingen exortus per Lauchen dñorũ Teutonicorũ oppidũ, Eluangiũ, Krelczheimiũ, Landenburgiũ, Krauten, Scheutern, Vuidern pterfluens, iuxta Iaxfeldiũ Necchαro ĩmergit. Aeneas quoq; fluuius, die Entz, a Capnione nostro in. 1. Verbi mirifici lib. appellatus, Entius a Poëta, iuxta Phortzheimiũ, Capnionis patriã, Nagoltã suscipiens ppe Besiken in Necchar abit. Nagolta uero ab oppido sui nois delatus ad Calbiũ oppidum descẽdẽs, sese in Entiũ iuxta Phortzheimiũ abscondit. Titania astra. Vel astra, uel Solẽ, ut interpraẽ Seruius lib. 6. Diodorus scribit, Cœlũ ex plurib. uxoribus suscepisse filios. 5. & 46. ex qbus. 10. & 7. ex Titæa ortos, pprio noĩe singulos, cõmuni aũt oẽs a matre appellasse Titanas. Sol aũt & Luna, ut Hesiodus in Theogonia tradit, Hyperionis Titanis & Rheæ filij fuerũt: unde Sol Titan, et Luna Titanis appellaẽ. Celius ex Pausaniæ thesauris refert, Titana creditũ Solis fratrẽ, regionẽ ad Asopũ sicuti ferunt indigenæ habitasse primũ, & ab eo dictã Titanẽ. Verũ, uti ego, inqt, censeo, uir sagax fuit Titan, & tempor anni obseruator diligens, & qñ auctiora Sol faciat semina, & arborũ percoquat fructus. ac proinde Solis frater habitus. Vnde coniectatio euidens, cur astra Titania dixerit Maro. Eos. Aurora. unde eõus Orientalis dicitur.

Necchαrus. Coquus. Iagusta. Aeneas. Nagolta.

Vt primum Vlrycus Regis mandata recæpit,
Audijt, & Diuum non hæc sine numine bella
Tanta geri, antiquo precibus de more peractis,
Castra mouens heros, Maulprunia templa petiuit
Phalsgraphides, paulo miles quæ inuaserat ante.
Angustæ hæc claudunt ualles, scopuliq;, minæq;
Saxorum ingentes, montesque umbonibus altis
Desuper incumbunt, locus insuperabilis armis,
Et situs impatiens pugnæ est, seque ipse tuetur.
Vt motus patuere Ducis, strepuere per alta
Culmina cornicines: pauor undiq;, & undiq; muris
Concursum, instaurant laxis ingentia portis
Claustra uiri, trepidiq; aptant munimina belli.
In primis armata cohors, quæ templa tuetur
Circum deductis præmunit mœnia fossis,
Et tormenta parant, & propugnacla tribuni
Constipant telis, saxisque molaribus horrent

Mulbruñ.

Antiquo pcib9 de more peractis. Satis cõstat, nunq; fere Romanos bella suscepisse, nisi prius sacris rite pactis, ex Vale. Maximo. Maulprunia tẽpla. Mulbruñ Sueuiæ monasteriũ ditissimum, Cisterciẽsis ordinis, sub tuitione Comitis Palatini. Auũculus noster scribit extructũ olim a fratribus de Neuẽburg, qui huc translati sunt. Vnde adhuc Abbas noui castri huius uisitator, ut ita loquar, existit. Cæterum qđ ad hunc locũ & historiæ ueritatẽ pertinet, Venerabilis pater Nicolaus Baselius, Rhenani nostri testimonio, nõ tam integritate morũ, q; non uul

Mœnia,& infando feruet ballista furore.
At Decius bifidis heros tentoria uallis
Sepiri iubet:extemplo de montibus orni
Abnobijs,scissæque cadunt a culmine syluæ,
Procumbit montana abies,Germanica taxus,
Et quæ Chāonijs reddunt oracula lucis
Fatidicæ quercus,& amicis glandibus Ilex,
Tempore quo nulli cerealia pabula nōrant
Agricolæ,nullusque solum sulcarat arator:
Amphitrioniadæque arbor,Cybelæia pinus
Vellitur,& patulo gaudentes uertice fagi.
Nec mora,pro castris iacitur uallum, arctaq; tantum
Vallis habet spacij,quantum mauortia poni
Castra queant,aciesq; utrinq; inuadere Martem.

gari literarum cognitione sane quā celebri in Auctario Naucleriang chronographię gesta bello Bauarico posteritati tradēs, Dux,inquit Vuirtēbergensis Vdalricus, dū in Bauaria contra Rupertū rex, cum sibi adhęrentibus bellum ageret, iussu Regis & mandato sibi exercitum ualidum peditū & equitū adunauit: atq; missis ad Heidelbergam publicis literis diffidatorijs, Philippo bellum indixit. Itaq; contractis copijs peditū, nō minus uiginti millium pugnatorum,& equitum plus minus octingentorū,in Palatinū mouit, castrametatus in agro Mulbrunnensi ad uillam Illingen nominatā. Vnde nōnullas uillas dicti cœnobij igne cōbustas pertransijt,atq; ipsum cœnobiū,quod Castelli more satis munitū extitit,obsidione cinxit. Verū admotis Dux bombardis & machinis,primū fortaliciū quoddam, quod ipse Comes Palatinus longe antea in monticulo pro defensione Monasterij plurimis expensis extruxerat,satis munitum, atq; in arcis modū collocauerat, aggreditur: quassatūq; machinis destruxit. Deinde ad muros monasterij arte bellica mouens,turres, domos & murum ipsum bombardarū ictibus demoliri fecit. Montana. Hæc ēm,ut ait Plinius expetita nauigijs arbor est,& in excelso montium, ceu maria fugerit sita. Germnica. Quod ea abūdet Germania. Fatidicæ. Traditur Quercus arbor subiectā tutelæ Iouis fuisse uocalis,& responsa dedisse consulentibus. Quod testatur Maro. Atq; habitæ grajs oracula quercus. autor Probus. Alij referunt columbas,ut a nobis quoque mentio facta est superius,in oraculo fuisse uocales. Chaonijs. Epiroticis. Species est pro genere. Chaonia pars est Epiri,ubi fuerunt siluæ & quercus procerę,ut ex Marone licet colligere. Abies cur montana.

Lucis. A sensu contrario dictus,quod nō luceat, ut Seruio placet:aut certe ab ignibus & luce sacrificiorū quę illic fiebant. Nam nullum erat templum sine luco,ut Strabo docet. Amicis glandibus Ilex. Quercus,Ilex & Robur e glandiferarum genere sunt, & inuicem ponunt apud Poëtas,teste Parrhasio. Cerealia. Nam ut apud Maronem legimus & Ouidium, ut & omnes concordāt, prima Ceres reperit fruges,& ferro mortales uertere terram instituit. Ouidius, Prima Ceres unco glebam dimouit aratro,Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris. Nullusq; solum sulcarat arator. Iosephus tamen,cap. quarto primi Antiquitatum Iudæorū scribit, Cain primum terram arasse. Amphitrioniadæq; arbor. Id est,populus, dicata Herculi. Cybelęia pinus. Arbor grata Deum matri,siquidē Cybeleius Attis Exuit hac hominē, truncoq; induruit illo. ut Ouidi9 scribit lib. transfor. decimo. Pinea nux apud Martialē. Poma sumus Cybiles. Lucus.

Vt tempus pugnæ uisum,ferriq; parandi
Talibus (affatus cunctos) Dux uocibus hiscit.
Tollite nunc animos,altasque intendite uires
Magnanimi Proceres,uincat uagus armiger Indos.
Iam quicunq; uolet superet saxa alta Nyphatis
Hyrcanumq; mare,& Partho det iura subacto.
Nos uero Diuum monitu pellamus ab æde
Hanc belli flammā,& sacros reparemus honores,
Abnobijq; Iouis sublata piamina templo,

Nyphatis. Montis, supra Assyriam ad finē maioris Armeniæ, fœtus tygribus,ut scribit Strabo. Nyphates.

Abnobij Iouis. Qui in templis colitur Abnobij montis.

Hoc decus, hæc fama est, & uictor Cæsar in armis
Iam ueluti ignauos nos arguit: aspera cordi
Alberti stant facta Ducis. Quid bella mouentem
Langraphium, & magno trepidantia castra senatu
Cōmemorem? uos (Dijsq; uolētib9, & Ioue dextro,
Qui nostros grato pensabunt fine labores)
Præcipitate moram, gentemq; arcete prophanam.
Vix ea finierat, tuba tortilis agmina concit
Ad pugnam, & curuo mauors accenditur ære:
Vndiq; perstrepere, & sonitu Cybelæa resultant
Tympana, iam montes, latebrosaq; saxa redamant,
Et longe Hercyniæ ingentis nemora alta tremiscunt.
Vtq; datum belli signum, uolat æquore Martis
Bellona armipotens, motoq; agit agmina systro,
Impellitq; animos, & pugnæ suggerit iram.
Hostis ut armatas denso uidet agmine turmas
Deferri in pugnam, & sepiri milite templum,
Sistit pro muro intrepidus, uastosque molares
Deijcit, & duros clypei septemplicis orbes,
Loricæq; moram, & Chalybum contexta rescindit,
Multaque sanguinea prosternit corpora terra.
Hos inter iuuenis, quo non præstantior alter
Volcarum tellure fuit, seu cominus ensem
Vibraret, sumptisue repelleret agmina gæsis,
Olli nomen erat Lauso, facto impete talem
Expromit uocem, furibundaque pectora rumpit.
Quis timor ó socij? quæ tanta ignauia nostro
Pectori inest? clausi trepidamus, & hostica muros
Victrix inuasit pubes, tantum ne tuemur
Nos saxis, flammaq; locum? iam pergite, & amplo
Pugnemus Marte, atque æratas uellite portas.
Dixit, & euulso clausos trahit obijce postes,
Et uetitum recludit iter: tunc agmine facto,
Bella foris tentant, & ualle feruntur aperta.
At Dux ut longe sublato puluere uidit
(Ipse etenim uallo segnes, turbamque morantem
Hortari ad pugnam, uerbisq; accendere Martem)
Aduentare uiros, fulgentesque ære phalanges,
Hostiles nouit, falcatam protinus Heros

Dijs uolentibus. De re futura, cuius exitus pendet a Dei fauore, nunc etiam uulgo dicūt ominis caussa: atq; ita nos loqui Iacobus Apostolus docet. Cybelæa tympana. A ritu sacrorum Cybeles dicta, quibus in Sacris utebantur.

Chalybum contexta. Id est, cōtextos chalybes.

Contra aciem ſtruit, atq; effuſo contulit hoſti.
Nec mora concurrunt haſtis, it clamor ad auras.
His timor eſt uinci, Martis decus arguit illos,
Sic animo pugnare pari, nec cedere campo.
At Dux Biſtonio, qualis Mars puluere ſæuit;
Sublimi prouectus equo, per tela, per enſes
Irruit, & crudo miſcet mauorte cateruas,
Viq; uiam quærit, fœdatq;, repletque cruore
Aequor, & herboſo proſternit tabida campo
Corpora, lœtalique ferit mucrone maniplos.
Saxa uolant, non ſic miles Balearicus acrem
Proſilit in pugnam, & ſaxorum contegit atra
Nube polum: ſurgit clamor, tremefacta reſultant
Littora, qua uaſto ruit undarum agmine Rhenus;
Denſanturq; in bella globi, ſtat pectora contra
Pectus, & effuſo miſcetur ſanguine ſanguis,
Procumbunt fortes animæ, cladumque furore
Increbreſcit amor pugnæ, fluuioſque cruoris
Membrorum lapſum, & ferientia corpora terram
Cernere erat, nimbo telorum, ac pondere ferri
Obruitur, madidoq; iacet gens Martia campo.
Dum furor hos agitat, funeſtaq; prælia circum
Armipotens Bellona uolat, pars altera muris
Ingruit, & ualida frangunt teſtudine poſtes:
Diruitur paries, altoque cacumine turres
Fractæ, mole labant, cœloque æquata uideres
Ingenti ad terram ſterni faſtigia motu.
Parque tamen fortuna dabat contraria robur
Obſeſſis, pugnant acres, ſubeuntiaque altis
Corpora detrudunt muris, ipſæque ruinæ
Tela dabant, crebris ſonat ictibus æreus umbo.
Iam ſude, iam forti ſubeuntia corpora telo
Depellunt, ſaxisq; terunt muralibus arma.
Non tot in Hercynia frondes brumalibus auris
Arboribus lapſæ feriunt terram, aut caua pulſans
Littora, Saxonidam fluctus mare uoluit in oram,
Quot bello pereunt animæ: non magna ſupremis
Buſta calent flammis, tumuloue locantur auito,
Sed frenatorum pedibus calcantur equorum.

Biſtonio. Thracio. Biſtonij enim populi ſunt Thraciæ, apud q̃s Mars deus colebatur. Vnde ſuperius. Mars agit Odryſias, Adoniontheaſq; cateruas. Aequor. Solũ. *Biſtonij.*

Balearicus miles. Alludit ad inuentum ſundæ, quę primũ apd' Baleares repta fuit. Melæ in Hiſpania contra Tarraconenſia littora ſitæ. Maioricã & Minoricam appellãt, a diſpari quantitate. Has fundas bellicoſas Græci Gymneſias dixere, quod incolæ nudi æſtatis tempore iactu fundarũ ſe exercerent. Nam uitã ibi aliquãdo nec ueſtibus, nec calceis aſſuetam egerũt, ternis bifidis armati fundis: Vbi matres liberos arte iaculandi ſolent inſtituere. neq; em̃ fas eſt cuiquam maxilla panẽ terere, niſi prius ipſum lapidem fuerit indeptus. iacentem ſuper trabem in locum metę. Ita quidam ſcripſit Lycophron, ut aliqui Latinorum traduxerunt. Quę Florus cap. octauo libri Tertij imitatus, prope ſimilia retulit. Vadiano teſte commentario Secundo. Martia. Bellicoſa. *Gymneſiæ. Fundæ exercitium.*

Saxonidam oram. Saxoniæ pars, quam ueteres Nordalbingiam uocarunt, nos Holſatiam, Tietmarſiam, & Stormariam; ad orientem habet *Saxoniæ partes.*

terminum ueterem urbem, olim inclytam, nunc solum casas rusticas præferens oppidulum, Stargard, Vuãdalico nomine, quod sonat Aldenborg lingua Saxonũ, latine Veterem urbem: ex qua orientem uersus, per littora maris Germanici usq; in Prussiam Vuandalica gens omnia ditione tenebat. Nunc uero Saxones impleuere, exturbatis per tẽpora uetustis habitatoribus: nisi quod claræ urbes per hoc littus sparsę a Saxonum gente exędificatę: parent tamen Principibus antiquæ gentis Pomeraniæ atq; Magnopolis: lingua autem tota est Saxonica. Autor est Albertus Saxonicarum rerum scriptor diligẽtissimus. Sed & Irenicus Germaniæ precõ, omni laude dignus, Saxonicum nomen multos populos claudere, & usq; ad Oceanũ & utrumq; mare extendi, & Balteum mare, Pomeranicum dici obseruauit.

Et iam iam aggeribus fractis, penetralia uictor
Inuadit miles, uictricia signa ruinam
Exuperant, splendentq; altum uexilla per auras,
Hostiles trepidant alæ, & statione relicta
Diffugiunt, fusisq; globis, & milite fracto
Templa patent, priscisq; penatibus, & magnis Dijs
Sacrifici apparent ritus, aræq; dicatæ
Cædibus innumeris pollutæ, & sanguine diro,
Incassum siculis feruent incudibus æra,
Atq; Iouis frustra fulmen micat: impia postquam

Et iã iã aggeribus fractis. Poeta ordinẽ rei nõ est secutus, sed more Poẽtarum multa affingit, ut hic pugnam pugnatam. Porro ne rem, ut uere gesta est desyderes, ea se iuxta Baselij narrationem in hunc modum habuit. Vbi, demolitis cœnobij muris ui tormentorum, præsidiũ in eo fortiũ uirorum a Palatino collocatum, uidit: quoniam nullum eis aliud uel subsidium, uel auxilium, nisi sola fuga supererat, sub certis conditionibus Monasterium Duci tradiderunt. Itaq; Monasterium ingressus Dux cum suis obtinuit, & eos q fuerant de parte Comitis Palatini, iuxta condictum libere quo uellent abire permisit, susceptaq; Monasterij aduocatia, Monachos reuocari fecit. Secesserat enim Abbas cum fratribus ad Spiram, confugij gratia, paucis admodum senioribus in Cœnobio relictis.

Molbronũ deditur.

Et scelerũ impunes patitur Deus, hinc reor ipsos.
Securos nostri mortalia temnere Diuos.
Protinus ut capto strepuerunt cornua muro,
Et latas Aquilæ fudere in mœnibus alas,
Sublatus clamor, trepidum noua terruit hostem
Fortuna, atq; graui pubes perculsa timore,
Dissipat hærentes acies, retroq; relabi
Incipit, & turmæ fugiens dat terga ruenti.
Dux instat, uastumq; fremit, nunc ille ueruto,
Nunc arcu certamen adit, nunc obuia ferro
Corpora transadigit, rorant iam sanguine campi,
Putribus & passim deferuent æquora bustis.

Hinc reor ipsos. Ex eorum persona dictum puta, qui rerum inferiorum atq; hominum curã Deo adimũt. Hi autem iuxta uaticiniũ Ezechielis, ut diuus enarrat Hieronymus, famem & gladium sustinebunt. Sed de ipso quoq; iudicio Dei, & uindicta scelerum, ac uirtutis præmio, omnes pene græcorum antiqui poetæ, noticiam aliquam habuisse uidentur, cum Elysios campos, & fortunatas beatorũ insulas, nec non tartarum & Phlegethonta decantarunt, illos proborum prẽmia, hos uero improborũ pœnas: quos postea poetæ latini sunt imitati. Et eousq; processit Maro, ut alienis etiam meritis ad Elysios cãpos peruenire posse uoluerit, canens. Quiq; sui memores alios fecere merẽdo. Quod carmen in penultimo libro Diuinæ ciuitatis citat Augustinus, & inter alia scribit. Mirari soleo apud Virgilium istam Domini reperiri sententiã. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut & ipsi recipiant uos in æterna tabernacula. Christiani ergo est, Dei patiẽtia non abuti, qui cum habeat in potestate uindictam, mauult diu tenere patientiam, sustinens scilicet clementer & differens, ut si fieri potest, multum malicia protracta aliquãdo mutetur, & homo in errorum & scelerum contagione uolutatus, uel sero ad Dominium conuertatur, ipso monente & dicen-

Iudiciũ Dei, & antiquis Poetis notũ.

cente: Nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur & uiuat. Et iterum. Reuertimini ad me dicit Dominus. Et iterum. Reuertimini ad dominũ deum uestrum, quoniam misericors & pius est, & patiens & multæ miserationis, & qui sententiam flectat aduersas malicias irrogatas.

At Lausus, Mauors quem tristia ad arma uocarat
Pugnator, postquam fractas uidet esse cohortes,
Disiectasq; acies, clamans, Pro Iuppiter, inquit,
Iam uicti fugimus, raptas discurrit ad aras
Hostilis prædo, superest nihil, omnia nobis
Abstulit una dies, & ineuitabile fatum.
Siccine uiuendum est? auraq; fruamur inulti?
O ter felicem bello, cui munere Diuum
Contigit oppetere, o faustam Calchantida prolem
Cuius in auxilium uenit Dea, uulnere tandem
Regis agens animam, nostris tua nomina fastis
Inseris, & fama pulsas iam uertice olympum:
Nunc moriamur ait, propiusq; per arma ruamus.
Sic effatus, equi uelox spumantia laxat
Fręna, indignantemq; premi calcaribus aureis
Vrget, & in densos fumantem dirigit hostes.
Pannonis haud aliter cum per uenabula frendens
Vrsa furit, moriensq; suæ iam prodiga uitæ
In ruit arma uolens, tristesq; irata sagittas
Impetit, & uasto discerpit uulnera morsu.
Cæde replet iã Lausus humũ, gaudetq; supremis
Cladibus, atq; ultus uitam finire cruorem.
Dum furit impatiens uitæ, totumq; ruina
Agmen agit, dextra qui tela sonantia torquet,
Hunc simul Vlrycus crudeli Marte furentem
Aspexit, contra aggressus, diuerberat hasta
Iam trepido femur, & uitalia uulnere grandi
Perstringit: cadit exanimis, nec uerba loquenti,
Effugit in uentos uita, & se miscuit umbris.
Vtq; uiri casus, uictriciaq; arma per ædes
Visa repente, omnis pubes, & Martia turba
Consternata fugit, teloq; in operta relictis
Terga dabant templis: & forsitan illa fuisset
Vltima lux bello, nisi nocte oriente, tenebris
Tethys ad oceanum rapidum Titana uocasset.
Sic Phœbo fugiente acies, & pugna dirempta est:
Deseritur cædes: spolijsq; superbus opimis
Ibat miles ouans, Dux curru inuectus eburno

Ineuitabile fatum. Id enim, ut tradit Plato, totaq; Academia ratum & fixum est, & magna atq; æterna necessitate ducit.

Calchantida prolem. Oebalum, de quo superius dictum est.

Ingreditur templum, atq; aras amplexus, & ignes
Prosequitur precibus, ponitq; immania dona.
Interea croceis fulgens Titonia bigis
Fortuna. Surgebat, uultuque alpes lustrabat eöo,
Itur ad exequias, mandantur corpora terræ
Quæ sub Marte truci, & sæuis cecidere sub armis,
Munus ut exactum, supremaq; funera fletis
Sunt data corporibus, tūc Dux, fortuna sequēda est
Inquit, & armorum iuuat indulgere labori.
Hæc ubi, discedens, confertum protinus agmen
Educit, pubemq; omnem petere ocyus altum
Præthenium iubet, & carris componere uallum.
Hic regio antiqua est, uelut indicat alta uetustas,
Quam bello rigidi quondam domuere Cheruscæ.
Quorum Præthenius princeps (si credere dignū est)
Vrbem præclaram statuit, sibi mœnia fixit,
Prætheniamq; suo dixit de nomine gentem.
Hæc demum uoluente die, & labentibus annis
Phalsgraphidæ cessit, sacræ qui munere tedæ
Auspicijsq; olim tenuit dotalibus agros.

Titonia. Aurora.

Fortuna sequenda est. Fortuna a fors dicitur, quia res humanas ferat, hoc est, agitet & regat. Dicimus autem singulariter Fortunam uel deā, ut uetustas putauit, uel casum per quem res hominum uoluuntur instabiles & incertę. Pluraliter uero pro bonis fortunę, præcipue pro diuitijs dicimus fortunas. Pontanus libro de Fortuna Secundo, Bene inquit, atq; ex ipsa ueri cognitione q dixerunt fortunam nihil prorsus esse aliud, q̄ inopinum euenticiūq; caussarum concursum quendam atq; coitionem. Expressius autem, nec minus e re ipsa, qui naturā esse quandam, eamq; sine ratione, seu ipsius impetum quendam naturæ professi sunt. Lactantius pictam a ueteribus fuisse testatur cum copia, & gubernaculo, tanquam opes tribuat, & humanarū rerum teneat regimen. Vnde a Marone nō uno loco, & a plęrisq; uocata est omnipotens: quod pro arbitrio possit diuitias cōmutare, uictorias largiri, pauperem sublimare, & opulentū deprimere. (Omnipotēs.) Propterea Salustius in Catilinario, Profecto, inquit, fortuna in omni re dominať. Plinij libro mundanæ historiæ Secundo cap. Septimo, uerba de eiusdem potestate etiam nunc uulgo dicuntur. Nam nullus est quantumuis ieiunus autor, qui non aliquid super hijs luserit, quiq; uel non extulerit fortunam, uel interdictis nō incesserit. Sed eorū sententia mille est manibus explosa, qui fortunam putarunt deam, uel ea & casu omnia fieri. (Prouidentia Dei.) Cum nihil sit quod diuinā prouidentiam effugiat: a qua & si semper est, atq; hinc Aesæ factū sit nomen, ea deniq; perseueret, tamen unicuiq; sua distribuuntur, unde Nemesis nomen emersit. Diuersiq; promuntur effectus, quorum alij per se, alij ex accidenti, alij necessario, alij ut neotericis dicitur cōtingenter eueniunt. Quare quod uni uel casu, uel fortuna quandoq; euenit, neutro modo alteri potuit euenisse: quod manifestum fit exemplo protrito in scholis Theologorum, de seruis ignorantibus quid sibi sit occursurum cū mittuntur a domino euenturæ illius rei gnaro & scio: quod em̄ casu illis, aut fortuna contingit, domino relatum, tantum abest a casu, ut præuisum etiam & præmeditatū fuerit. Indeq; solet elici, quæcumq; hic aguntur, quanquam ad diuersas possunt referri causas, &
» modo naturaliter, modo casu, modo fortuna facta iure dici, prouidentiæ tamen Dei, quam ni-
» hil aut effugit, aut effugere potest, si accepta referantur, nihil in ea uel casus, uel fortunæ, uel na-
» turalis necessitatis reperiri, sed placiti & uoluntatis Dei, qui sua infinita bonitate libere produ-
» cit, conseruat, regit omnia, & quæ sui capacia sunt, si non obstiterint, beat. Hæc hactenus adscribenda duxi operepretium: ut cognoscant, qui omnia Fortunæ arbitrio subijciunt, toto se, ut dicitur, cœlo aberrare: multa ob institutam breuitatem consulto præteriens, quæ legenti mihi sese obtulerunt. Sacrę tedæ. Titulum possessi oppidi indicat, nempe dotalem. Erat enim olim Principum Badæ, ut Irenicus relatum scribit.

Dux ergo insignem multis cum milibus urbem

Dux ergo insignem.

Obsidione

Obſidione premit, tormentorumq́ꝫ labantes
Turbine dilacerat turres, pinnasq́ꝫ minaces,
Aeratóſque ruit laxa compagine poſtes.
At fama interea ut belli pernicibus alis
Nuncia Phalſgraphidæ Ludouici uenit ad aures,
Præthenium petijt, fido comitatus Eolpo:
Qui ſimul atq́ꝫ Aquilas, & ſigna micantia uidit,
Sic ait, O quantum nobis hæc caſtra minantur
Exitij, quantasq́ꝫ faces, noſtræq́ꝫ ruinas
Gentis habet: prohibite nefas, auertite peſtem
Dij quibus in terris cura eſt, arcesq́ꝫ Philippi
Deſpicite, atq́ꝫ feri rabiem compeſcite Martis.
Dixit, & armatum celeri pede tranſit ad hoſtem,
Atq́ꝫ acies inter graditur, leueſque ſariſſas.
Vt fuit ante Ducem, & libertas eſt data fandi,
Incipit. Egregiæ laudes Dux indyte, & ipſa
Quam medio exerces ſemper clementia bello,
Huc noſtros traxere pedes, gratumque dedere
Vim tentare animũ: neq́ꝫ enim facta abfore dictis
Arbitror, ad noſtras quantum fama attulit aures.
Quippe tua ad ſuperos tantum nec geſta, nec ardens
Ferretur uirtus, niſi te cœleſtibus aſtris
Insereret pietas, operumque exacta paterent,
Quare per Genium, Manesq́ꝫ, umbrasq́ꝫ tuorum
Linque oro has terras, tantis nec cladibus hauri
Immeritam gentem: & quando potes ipſe, precãtem
Solue metu populum: quæ tanta iniuria mouit
Dux animum? atq́ꝫ urbem fecit fortuna nocentem?
O male Præthenio ſunt his Duce condita terris
Mœnia. nam primum ſenſere per arua cohortes

Et ne hac i parte fides hiſtoriæ tibi deſit candide lector, haud grauabor tibi tradere uerbis Baſelianicis. Occupato cœnobio Mulbrunnẽſi, ꝓgrediẽs inde Dux Kintlingenſem agrum, de dominio ipſius Monaſterij, potenter ſibi ſubegit, & Palatini oppidũ Brettam obſidione cinxit, caſtra metatus uerſus Aquilonẽ oppidi. Firmata uero obſidione, muros, turres, ædificia quæque bombardis fortiter impellere cœpit. Verum q intus erant, fortiter rem agẽtes, in Ducis papiliones machinas direxerũt, ſeq́ꝫ oppidumq́ꝫ uiriliter defenſarunt. Verum cũ ex ocio uino delibuti & inebriati, machinarũ & bombardarum cuſtodes una dierum ſomno dediti, ſecuriores ſe exiſtimarent, oppidani de oppido prorumpentes, ocio uacantes & ſomno cuſtodes aggrediũtur, cędũt, atq́ꝫ occidunt, bombardasq́ꝫ nonnullas rapiunt uiolenter & demoliunt. Fit clamor ingens & inſolitus, atq́ꝫ tumultu in caſtris facto, correptis armis in hoſtem procurrunt noſtri, & mutuis cęſi gladijs, ceciderunt uiri ex utraq́ꝫ parte plus minus ducẽti. Durante aũt obſidione, tandẽ Ludouicus Philippi Comitis Palatini filius natu maior, in papilõnes Ducis Vdalrici uenit: quẽ multo cũ honore ſuſcipiens Vdalricus, in tentoriũ ſuũ introduxit: inter eosq́ꝫ de ſoluẽda, ut ſecuta eſt, obſidiõe tractatum.

Eolpo. Ni fallar a ſpe nomen poſuit, qđ ſpes ſeruet hominẽ in rebus duris, iuxta illud Ouidianũ. Spes bona dat uires, animũ quoq́ꝫ ſpes bona firmat. Viuere ſpe uidi, q moriturus erat. Spes aũt græce dicitur ἐλπωρὴ, & ἐλπίς. Leuęs Sariſſas. Id eſt, expolitas. Clementia. Scribit Seneca nullũ clementiã ex omnibus magis q̃ Regẽ ac Principẽ decere. Inculcandũ aſſidue Regibus, Principibusq́ꝫ reliquis Theodoſij Principis monitũ, cũ ad filiũ loquens ſic inquit, Sis pius inprimis: nam cum uincamur in omni munere, ſola deos æquat clementia nobis. Clementia.

Rumolidum, cum ſæua feros bellona Cheruſcas
Armauit, quondam rupto qui fœdere Chauco
Quintilium adiuncto fuderunt Marte latinum,

Cheruſcas. Poëta ſequtur eos, qui opinati ſunt Cheruſcas a Friburgo uſq́ꝫ Bruxellam, & ultra Cheruſcæ.

Quis modus o Superi dabitur? nunq́; ne malorum
Proculcanda dies? passi sumus omnia, tantum
Hoc superest, ueniant Persæ, Parthique fugaces,
Marmaridumue genus, p̄nusq́; in uulnera Mazax,
Et quicquid Scythico claudit Mœotica Ponto
Interfusa palus, unde est uia prima profundis
Aequoribus, laxique patent per Nerea cursus,
Qui nostras rapiant terras, incendia captis
Vrbibus inijciant, deprædatosque sub hasta
Venundent populos: sed tu Dux inclyte, quantum
Laudis habes uicisse urbem, quæ semper inermis
Extitit, & multos pacem seruauit in annos?
Parua hæc ne tenta, maius tibi Iuppiter æquus
Destinat Imperium: uerum si tanta gerendi
Bella auidus, nescitq́; pati, aut succumbere uirtus,
Hostiles per agros, Rheniq́; per aspera seui
Littora, confertasq́; acies, incendia, mortes
Verte illuc urbes, & iura reposce duello.
Quid ciues meruere mei? num finibus ignes
Ingessere tuis? raptosue ussere penates?
Non equidem tanti prisci statuere coloni
Vrbem quam bello laceras, fiducia uictis
Non dum tanta uiris, populum ad cōmercia dextræ
Dux trahe, susceptisq́; precor iam desine ab armis.

usq́; Heidelbergam se extēdere, hodieq́; Creichgauienses appellari. Verum hij longe a sententia Cornelij recedunt, Strabonis item & Claudiani. Ex quibus coniectamus, Cheruscas olim Saxoniæ partem, & partem ueteris Marchiæ tenuisse. Fuderunt Quintilium. Hanc horrendam & exitialem sub Varo Quintilio cladem descri bit Tacitus libro primo. Quam mœstiter hanc ipsam cladem Augustus tulerit, docet Suetonius in eius uita titulo Vicesimo tertio. Rupto sœdere. Strabo ĩ principio Septimi, Quibus, inqt, adhibita fides fuerat, hij magnas clades intulerunt: sicuti Cherusci & eorum ditioni subiecti. In quibus tres Romanorū ordines militū, cū Imperatore Quintilio Varo, fœderibus fractis per insidias obtruncati sunt. Adiuncto Chauco. Phrysio. Siquidem minores Chaucos Phrysios, maiores uero Saxones putant. Marmaridumq́; genus. Populi sunt Marmaridæ ad Aegyptios pertinentes, paulo supra Nasamones & Garamantes, Romanis armis deuicti: Vnde L. Florus in Augusti laudem scribens libro Quarto, Potuit & ille inquit redire Marmaricus, sed modestior in ęstimanda uictoria fuit. Mazax. Cappadox. Est enim Mazaca ciuitas Cappadociæ maxima, in honorem Augusti Cæsaris Cæsarea nuncupata. Alij uolunt, pulso Archelao Tiberium Cæsaream appellasse. Vnde Gregorius Nazianzenus, & Basilius fuere. Seui. Id est, exerce seuitiā. Hostiles per agros, hoc est, in paternas ciuitates. Verte illuc. Quasi dicat. Si gloriā quęris in armis, superandi sunt fortes & potētes: ut est pater meus Philippus: in uictis nulla laus militaris esse potest. Hūc sensum indicat scholium adscriptū: quod tamen in poetæ exemplari, unde codicem meum emendaui, non uidi appositum.

Chauci maiores, & minores. Marmaridę. Mazaca.

Dixerat, at cuneos ut uox est lapsa per omnes,
Placantur fera corda uirum, clementia mulcet
Pectora, ceu dulces hyberno tempore nidos
Per mare ucliuolum cum fœlix incubat ales
Alcyon, & fluctus sedat fœtura marinos:
Desistunt uenti, & uesana Propontidos ira
Subsidens, æstusque uado, montesque remittit
Vndarum, & facili patitur caua lintea cursu.

Cuneus militaris.

Cuneos. Milites in formam cunei redactos. Rariores enim primi incedunt, quibus uis maior densiorq́; succedit. Ordinantur autem ad aciem hostiū proscindendā, & impressionem faciēdam. Alcyon. Auis marina, latine Alcedo dicitur, ut autor est M. Varro libro

Tunc Dux hæc contra, ſedato pectore fatur.
Quod nos in ueſtras bellum conuertimus oras,
Nil mirum: patrias ſedes, noſtrumque Philippus
Imperium rapuit: multum eſt quod fabula mundo
Errat de nobis, cum raptis urbibus acri
Inuidia exarſit, Lyndeſmitemque nefandum
Iuuit, & in noſtros fines Thalacheron adegit.
Non fuit hoc animo, neq; enim mihi quæro triūphos,
Antiquas repeto ſedes, & auita tueri
Iura uolo Imperij, Deus annuit, & mihi cœlo
Signa dedit, miſſo in crines Saturnius igne.
At ſi me nunquam Diuum mandata mouerent,
Oppidaue, aut rapti bello confinia regni
Vrgerent pectus, ruere hæc ad prælia Cæſar
Sollicitat: ſequor hunc, nec non ſua iuſſa faceſſo.
Teſtor ego hoc caput, atq; umbras, cineresq; meorū,
Nunquam hæc in ueſtris geſſiſſem prælia terris,
Me niſi traxiſſet raptarum iniuria laudum.
Verum tu poſtquam ſedem, dotaleque regnum
Reſtitui poſcis, ſupplexque in caſtra petiſti,
Præbemus ueniam populis, duroque uolentes
Soluimus a bello, pacemq; indicimus urbi.
Nec piget oblatis donis certare priorem.
I felix, & ſolue tuam formidine pubem.
Finierat, tunc contra orſus ſic talibus ille.
Vellem pro meritis magnas Dux inclyte, grates
Reddere, Dij ſuperi teſtes mihi, ſed fruar aura
Dum uiuens, & ero poſtquam ſub tartara lapſus,
Dum fluet oceanus, metuetq; ſub æquore mergi
Arctophylax, Phœbiq; diem iubar afferet orbi,
Nunquam animo egregij labetur gratia facti.

de lingua latina tertio. Nequis Alcyona apud Plautū in ,plogo i Craſſi nani legat pro Alcedonia. De hac aue ſic refert Plinius lib. decimo cap. trigeſimo ſecundo. Alcyone paulo amplior eſt paſſere, colore cyaneo, ex parte maiore, tantum purpureis & cādidis admixta pennis: collo gracili ac procero. Ea fœtificat bruma, qui dies Alcyonides uocantur. Neque apparent, niſi mari tranquillo, maxime Siculo. Faciunt aūt ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt. Hi dies & nautis ſunt noti. Nam in his tempeſtatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilę figura paulum eminenti, ore perquā anguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine, ex ſpinis aculeatis compacti, tanta duricie, ut ferro incidi nequeant. Franguntur ictu ualido, ut Spuma arida maris. Hacten9 Plinius. Verum de numero dierū diſſentiunt ſcriptores: quod a Pyladæ Brixiano obſeruatū eſt, ut ſcribit ſuper hæc Plauti uerba. Alcedonia ſunt apud forum. Quę Eraſmus ille magnus ſpeciē prouerbij gerere cōprobat ex Græcorum commentarijs. Arctophylax. Sic appellatur, quod adhibitus ut quidam cuſtos urſæ uideatur. Dicitur & Boores, ſiue Bubulcus. Quod Manlius affirmat, & Auienus hoc uerſu. Arctophylax, ſiue ut ueteres cecinere Bootes. Quod & Poëta libro octauo ſic expreſſit. Graio de nomine dictus Arctophylax pater eſt. Idem tamen eſſe Bootes dicitur. Quia in modum Bubulci plauſtrum ſequitur. Magnus ſyderis ambitus, alijs ad Icarum, nonnullis ad Arcadem Iouis ex Calliſto filium referētibus, unde Arcadia dicta ſit, ut ait Pauſanias, Parrhaſio teſte. Metuet ſub æquore mergi. Nam adeo cardini iunctus eſt, ut nunquam totus occidat, ac opinione proſpectantium in eiſdem ueſtigijs ſtare exiſtimetur. Vnde piger & tardus a Poëtis appellatus eſt, hac nimirum ratione mathematica.

Alcyone.

Alcyonides dies.

Arctophylax Bootes.

Nox ruit interea, tenebrarum, & noctis opacæ

Interuentu,abiere Duces,ultroque citroque.
Poſtquam pacta fides,heros uelut humidus Auſter
Subijcitur Ponto,uel cum nymboſus Orion
Vltro citroq; Saxonium inuadit pelagus,ſic undique ſignis
Effurit elatis,conſumitque omnia flamma,
Proſternitque ſolo diſiectis oppida muris,
Antiqui tandem Peſychæmi ad mœnia uenit,
Qua uitreus Niceri Nagelia iungitur alueo,
Et late poſitis cœpit circundare caſtris.
Tunc ſubito trepidare omnes,ut uiſa repente
Picta per herboſos figi tentoria campos.
Non aliter quam ſi terræ abſorberet hiatus
Iactaue funeſtam lampas conſumeret urbem.
Orion. Dum timor attonitos agitat,tunc prouidus Aiax,
Qui genus antiquis fertur duxiſſe Thuringis,
Proſilit in medium uulgi,dein talia fatur.

Vltroq; citroq;. Barbari,hinc inde dicunt,ꝓ quo,utrobique latinus. Eraſmus noſter adnotat Centuria Tertia Chiliadis primæ, ultro citroq; prouerbiali figura dici, ualereq; ꝑinde,quaſi dicas, huc atq; illuc. Fieri autem uenuſtiorem metaphorã, quoties ad mutuam altercation, diſceptationem, confabulationem rixamue refertur. Quod uides a Poëta noſtro obſeruatum.

Heros. Dux Decius.

Orion. Orionis fabulã uarie narrat Higynus libro Secũdo. Seruius uero lib. primo Aeneidos. Quibus adde quæ Parrhaſius ſcribit Secundo commentario in Claudiani raptum: quo teſte Heſiodus, ait Neptunũ compreſſa,nõ ut inuerſus Higyni codex habet, Euryale,ſed ut Nicandri ſcribit interpres Hyeolo Minois filiæ Orionem procreaſſe. Nymboſus. Nam ſignum eſt famoſum tempeſtatibus. Et a Plinio horridis connumeratur. Hæc inquit ab horridis ſideribus exeunt Arcturo, Orione, Hędis. Saxonium pelagus. De hoc paulo ante diximus, ibi, Saxonidam oram. Nagelia.
Nagolta. Fluuium,quem Nagoltam nos uulgo dicimus,cuius in Necchari deſcriptione memini, poëta intelligit,uocis aſperitatem ob carminis decorum ut ſolet,declinans mutauit.

Vtendum eſt paucis, inquit,produxit in arctum
Iam noſtrum fortuna caput,tentanda ſalutis
Qua datur ipſa uia eſt:en undiq; cingimur armis,
Inq; pares bello,tanquam pecus abdimur urbe.
Quare agite,& ueris animos aduertite dictis.
Induciæ primum,pugnæq; uacatio tantum
Biſquinos oranda dies,neu buccina Martem
Excitet,admotaque ruant teſtudine poſtes:
Interea gelidas Iſeris mittamus ad oras
Qui magno belli narrent exorſa Roberto.
Si feret auxilium,& feſſis ſuccurrere rebus
Ipſe uolet,duremus ait,Martemque feramus.
Sin aliter,iuncta feriamus fœdera dextra,
Vlrycum & læti noſtram ducamus in urbem.
Nunc utrum uobis placeat decernite ciues.
Stabant ancipites,tandem in diſcrimine tanto
Inducias poſcunt:Dux annuit,ictaq; utrinq;
Pax,biſquinq; dies ſiluerunt arma,ſequeſtro
Sub Ioue,& hoſtiles preſſerunt tela cohortes.

Iſeris mittam9 ad oras. Significat Landſhutum, ubi Robertus morabaẽ, cuius mœnia Iſeris fluuius radit.

Ioue ſequeſtro. Id eſt; cõciliatore, & ut uulgo

At uero armipotens mouit ſua caſtra Robertus
Trauſtanium,& multis cinxit legionibus urbem.
Vtq; acies uiſæ,utque arma & fulgentia campo
Signa Palatini,trepidatum eſt undique in urbe.
Hi reparant murorum lapſus,hi caua tortis
Balliſtis onerant,alius ſub mœnibus ignes
Suſcitat,atque ſudes fuſo ſuccendit oliuo.
Aſt alij aereas turres,pinnaſque minaces
Aſcendunt,palos,& tela immania tollunt,
Saxaq;,plumbatasq;,& auita erugine glandes.
Nec mora, Phalſgraphides extollere ſigna maniplos
Imperat,aggredierq; excelſam mœnibus urbem.
Tunc cœlum & montes,ſyluæ,uallesq; profundæ
Intonuere,ſolumq; tremiſcere ſubter anhelans
Quadrupedantum longe uiſum eſt impete equorũ.
Iamque tribus fit pugna locis,iam miles acernis
Subnixus gradibus ſcandit ſcutatus ad alta
Culmina murorum:contra feruentibus hoſtis
Depellit ſudibus,ſaxiſque molaribus inſtat
Phalſgraphidis , ardẽsq; oleũ ſuper arma profundit,
Occumbunt fortes animæ,necat Aſteriphontem
Funditor Aulibates,aſt Elor Ethyngius Heucho
Clamanti intorta fauces tranſuerberat haſta.
Sic cadit Eurynomes,ſic & deſultor Opæus:
Euomit ille animam framea,ſed hic interit arcu.
Parte alia Alcyonus,Naublesq;,& Phadenius Phux
Mœnia dura ruunt tormentis,ardua moles
Prona cadit,longoq; horreſcunt ſaxa fragore.
At ſua Phalſgraphides portas impellit ad altas
Vexilla,euellitq; æratos cardine poſtes.
Vt uia facta,ruunt omnes,armiſq; pauentem
Inuadunt urbem infeſtis,atq; obuia cædunt
Corpora,ciuiliq; madent in ſanguine tela.
Dum ſæuit Bellona ferox,dumq; ira cruenta
Gliſcit,& urbanam ſuperat uis Martia plebem,
Phalſgraphidæ occurrit magno,laniata capillos
Turba nurum, pacem lachrymis,ueniamq; precatur
Procidua ante Ducem:precibus qui uictus,ab æſtu
Deſinit armorum,& uicta dominatur in urbe.

dicitur,mediatore.Nam notũ eſt Sequeſtrẽ uulgo appellari eum , cuius electi fidem utraq; pars ſequatur. Vnde & uocabulum a ſequẽdo factũ. Apud Iuriſconſultos Sequeſtraria actio dat, de eo quod ſequeſtro ponitur. Maro in Vndecimo Aeneidos, pacem ſequeſtram poſuit, ꝓ iducijs. Sequeſter. Sequeſtraria actio.

Funditor. Vegetius de re militari cap. decimo quarto libri Tertij,Funditores,ait,ſunt, qui fundas ex lino uel ſetis factis , cõtorto circa caput brachio dirigunt ſaxa. Funditores.

Nuncius interea Pesychemi mœnia linquens
Traustanium petijt, atque obsignata tabellis
Offert magnanimo Patrum mandata Roberto.
Quæ simul ac legit, curarum examine uoluit
Distracto hinc inde animos: stant Norica cordi
Bella, nec auderet dotalem inglorius oram
Deserere, & populos, dulcesque relinquere terras.
Multa super meditans secum, dein talibus hiscit.
Non ita magnanimos primo succumbere in ictu
Fortunæ, bellique decet, frangique periclis.
Difficilis captu regio, sublimia in auras
Mœnia tolluntur, Nicerus quæ, atque Entium utraque
Alluit in parte, & tenuis Nagelia cingit.
Addo arces etiam, duratos Marte labores
Quis uestrum ignorat? patrios uix agmine campos
Attigit Vlrycus, trepidatis? quo pudor ille
Armorum cessit, Martisque abiere furores?
At postquam sic fracti animi, sic perdita uirtus,
Hostem non armis, ullaue lacessere pugna
Est opus, at clausis defendere mœnia portis,
Auxilio nobis dum belliger arma Bōemus
Sumat, & extremo miles fremat excitus Albi.
Cum primum hic aderūt, urbem, uestramque iuuabo
Fortunam: perstent ciues, durentque labori
Interea, patrijsque abigam a mœnibus hostem.
Dixerat, at trepidam præpes festinat in urbem
Nuncius, & coram simul ac data copia fandi.
Exponit responsa Ducis, dum tempus inerti
(Nam bisquinque rubens aurora reuexeat ortus)
Consilio premitur, Decius uolat agmine Princeps
Aggrediturque ferox magnis clamoribus urbem,
Cœpissetque: nisi penitus luctantibus Austris
Ingentes orti motus, quibus almaque tellus,
Fluctiuagumque mare, & uestigia nostra sub imo
Oppositi contra, & manes tremuere baratri.
Tunc passim trepidare patres: sermoque uagari
Talis in urbe, dies cum crastina fulserit, Heros
Arma ciet, nostrosque inuadet milite muros.
Heu quales gerit ille minas, nun præda uehemur,

Nicerus quæ, atque Entium. Id superius enarratum est. Arces. Habet enim oppidum arcem & eam, ut Baselius ait, munitissimam.

Interea. Id est, dum hęc aguntur. Nam particula interea, inquit Seruius super primo uersu Decimi libri Aeneidos, præterita negocia coniungit futuris.

Innuptæq; ibunt famulatum in castra puellæ?
Quin pacem æternam patriæ, magnumq; uocemus
Heröa in fœdus: sic passim uerba feruntur,
Et circum aëreos pubes cubat anxia muros.
Interea exoritur iubar omnipotentis olympi
Tunc pugna diffisi animi, iuuenesque, patresque
Pergunt ad portas, ingentiaq; æra resoluunt,
Victoremq; Ducem, & florentes ære cateruas
Accipiunt læti: curruq; inuectus eburno
Iuramento adigit populos, fœdusque sacratum
Teutonico de more ferit Rethęius heros.
Inde Leostenium sinuosi ad Cocchenis undas
Inuehitur: tunc sese urbesque, arcesque uideres
Dedere uictori, nec non Vespergon, & udis
Condita Iastadij Mechymolia mœnia ripis
Vi capit, & tandem defessus Marte quieuit.

Iubar. Iubar. Proprie lucifer dicit, q̄d iubas lucis effundat, a quo quidq; fulgens ita noīatur. Probus in catholicis, Iubar inqt, numero semp singulari splēdorē diei signat. Maro, It portis iubare exorto. Oīpotentis. Non ignoro nōnullis placere magis, ut apud Maronē, quē ubiq; feliciter Poëta sequit, legendū, oīpatentis. Tunc pugna diffisi animi iuuenesq; patresque Pergunt ad portas. Scribit id Baselius etiam hoc modo. Incolis autem Bombardarum lapides iactos ferre non ualentibus, neq; aliunde sperantibus munitionē, sub conditione salutis Duci Vdalryco dederunt.

Rethæus. Rethæius. Romulęus, a Romanis originem trahens. Rethæus mons Troiæ est. Vnde Romani Rethæi dicuntur, ut Aeneadæ ab Aenea qui ex Troia uenit. Vtitur Rethæi epitheto frequenter Syllius Italicus. Inde Leostenium. Baselius sic. Dux obtento cum arce oppidulo Böseckheim, collocatis inibi præsidijs, Comitatum Ludouici de Leostein, partis Palatini Comitis manu armata uallauit, omnemq; Comitatum, & quæ suæ ditionis erant, igne ferroq; uastauit, & in deditionem accæpit, maxime castrum Leostein, cum uillis Grofs und Klein Ingersheim: quibus obtentis, in Comitatum Vuinsperg mouit exercitum, incensis per circūitum uillis: castrum uero uallauit obsidione, quod firmiter expugnatum obtinuit. Inde progrediens, Nouam ciuitatem pari sorte in ditionem accæpit. Deinde Meckmūl oppidum obsidens, in suam redegit potestatem. Hæc Baselij uerba, Poëtæ, ut ipse uides, lumen inferunt, & uersus ob mutata nomina obscuros, reddunt penitus claros. Leostein. Leostenium. Irenicus Germaniæ illustrator candidus testis est, Comitatum Leosteinensem, olim Leuuinsteinensem appellatū, esseq; uenerandæ antiquitatis regionem. Cocchenis. Vulgo Kocher dicitur, & latine coquus. Hic in loco a suo dicto nomine Kochendorf Neccharum ingreditur, ut retulimus. Vespergon. Vuinspergum intelligit. Mechymolia. Meckmullenia, ut ita dicam. Iastadij. Iagustæ, cuius etiam superius mentionem fecimus.

AVSTRIADOS.
LIB. Sexti Finis.

LIBRI SEPTIMI ARGVMENTVM.

Lantgraphij Hassiæ gesta narrantur, quem furiosum aliquantulum fuisse Poëta introducit. Is ergo cum exercitu Chaubos, oppidum Rheni inuadit, qui præsidia Heluetiorum habebant, ibiq; nonnulla de Heluetiorum dinocratia. Inde Lantgraphij oratio militaris de inua-


dendis muris noctu, pugnaque atrox describitur. Cumque fere uictor Lantgraphius uideretur, imbri, tonitruque exterriti Lantgraphidæ in castra redeunt. Ilicet Dux moræ impatiens, castra mouit, Odenhemium inuadit, Scheniumque oppida. Inde Vrsino in monte trophæa ponit. Elatus gloria iterum Chaubos repetit, eiusque stratagema describitur, pugnaque cum triginta Chauborum exploratoribus. Sequitur præparatio pugnæ naualis. Interea Sunebergh cum Gesfeltum occupauisset, a Palatinis illic oscitabundus capitur. Simulque Chauborum nauale a Lantgraphidis comburitur. Chauborum oratores centum Budorium petunt, nauesque auxilio deducunt: sequitur pugna naualis in Rheno, & Pallantiæ turris Rhenanæ origo: sed uoce Deum audita, Hassiadæ, & tonitru exterriti, classem ad littora uertunt.

¶ AVSTRIADOS Liber Septimus.



NTEREA ABNOBIIS deduxerat agmina syluis
Langraphius Dux, sceptra tenens quam magna Thuringis
Hassia contigua est, & Bructera uergit ad arua.
Hic armat ter mille equites, passimque uagatur
Marte furens, & cuncta quatit, nec uiribus ullus
Par erat, aut mediis quisquam uiolentior armis.
Non aliter Nysæ frenatas uertice tigres,
Thyrsigeramque nigros pubem commouit ad Indos
Bacchus, & armatas in bella Mimallonas egit.
Hinnit eques, pulsatque solum, tremit hausta sub imo
Tellus: ipse ferox, acerque in prælia turmas
Lantgrauius. Instruit, & Rheni positos in littore Chaubos
Inuadit, uallumque locat: dein bella per urbem
Chauborum indicit, famaque exterritat hostem,
Gestarum cuius rerum se tollit olympo
Gloria quantum armis, quantum supereminet omnes
Ingenio, haud utinam furor & uiolentia Martis
Tanta foret, mediis uictor fulsisset in armis,
Venturumque sibi nomen peperisset in æuum,

¶ In Austriados Lib. VII. Iac. Spiegellij Scholia.



NTErea. Particulæ huius uim ad finem præcedentis libri ex Seruij autoritate diximus. Lantgrauius. Scilicet, Vuilhelmus cognomento medius, pater Philippi, qui iam dominatur. Nam Ludouico, qui, Aenea Syluio teste, Romanum Imperium oblatum, ob literarum ignorantiam recusauit, tres Vuilhelmi successerant. Porro Lantgraui uocabulum interpretari uideo Comitem Prouinciæ. Hassiæ Lantgrauiorum genus Irenicus non præterijt. Iam autorem habes, si forte requiris, unde petas, apud quem legimus Lantgrauiatum Hassiæ olim ad Thuringorum dominium attinuisse, & sub Othone Tertio ac Gregorio Quinto in Lantgrauiatum esse redactum: cum prius tantum Comitatus extiterit. Hassones uero, si sit aliqua Saxonum portio, ut mutata pro consuetudine Græcorum h, litera in s, aut econtra pro Sassonibus Hassones sint dicti, parum constat, inquit Albertus. Abnobijs syluis. Quæ Vuestualiam usque porrigi diximus. Hassia. Nomen regioni inditum a monte Hasso. Thuringis contigua. Ad Abnobios montes. Ab alijs partibus habet Franconiam, Sueuiam, Saxoniam. Sunt qui putant olim Cheruscos incoluisse Turingiam. Bructera uergit ad arua. Id est, Vuestualica, quia Hassiæ montes Vuestualiam excipiunt a meridie. Colligitur autem Bructeros coluisse partem saltem Vuestualiæ, quoniam Amasis fluuius per Vuestualiam labitur, inter quem & Rhenum Drusus cum Bructeris loci accolis bellum gessit. Nysæ uertice. Id est, a uertice Meri Indici montis, ad cuius radices, autore Curtio, Nysa urbs est clarissima & maxima, ut Mela inquit. Ab hac urbe Bacchus Nysæus dictus est. Is enim multis cognominibus, ut quarto Transformationum canit Ouidius, nuncupatus est. Stephanus de Vrbibus, urbes decem esse tradit, quæ Nysæ fuerint nuncupa-

Marginal notes: Hassones. Hassia. Bructeri. Amasis. Nysa. Nyseus Bacchus.

tæ. Vel ideo dixit, a uertice, quoniam Bacchus Indos subegit, apud quos solum & Hyrcanos tigres gignuntur. Inde fingitur Bacchus a tigridibus trahi. Artem captandi tigres, diuus Ambrosius Hexameron libro sexto exequitur. Est autem huic feræ inditum nomen a uelocitate. Medi enim tigrim, sagittam dicunt, ait Plinius. Inde propter miram huius animalis pernicitatem, creditum est Zephyrum uentum habere maritum. Ex hac opinione a Claudiano poeta tertio raptus Proserpinæ scriptum est. Fremit illa marito Mobilior Zephyro. quem locum contra fidem ueteris literaturæ Parrhasius corruptum adnotauit. Thyrsigeram pubem. Exercitum ferentem thyrsos. Mimallonas. Bacchas, quæ & Mimallonides apud Persium.

Tigrium captura.

Mimallones.

Chauborum. Horum facit mentionem Strabo lib. septimo. Sed non arbitror esse, quos nos Cubos uocamus. Arrisit uetus, ut opinor, uox Poëtæ: quamq; mox & Cubos dicit, & alibi.

Chaubi.

Iam Tartessiacas demerserat ora sub undas
Occiduus Titan, somnusque animantia habebat.
Chaubis nulla quies, senio pars arma situq;
Pars clypeos mūdant, chalybumq; in Marte trilices
Instaurant, uelluntq; altis ex montibus ornos:
Hi fossas ducunt, circundantq; aggere muros:
Prospectant alij latas ex urbe phalanges,
Miranturq;, pauentq; simul, spesq; omnis in ipsos
Versa erat Heluetios, primum quos liquerat urbis
Custodes, remeans ad Norica regna Robertus.
Hij tragulis ruere in pugnam, & torquere nocentes
Mazaras sueti, bellatoremq; uocare
Alcidem uotis, & duro tympana trunco
Quassantes in fata ruunt, nulloq; pauentes
Turbine, bellorum, genus insuperabile, pugnant.

Hij tragulis. Teli genus, ut etiam Mazaræ, quibus olim Heluetij in bello utebanť. Dicta tragula est, quod infixa scutis traheref. Alcidem. Herculem. Vel illum antiquissimū, cuius Cornelius meminit, et quem Peutingerus noster Alemannum Deum credidit extitisse. Vel illum Corneliano priorem, ac ætate maiorem, Osyridis filium. Alemanni simulacrum in Augæa ad nostra secula delituit, iuxta Constantiā: ubi non longe a suo nomine uilla Alma uocatur. Scribit Irenicus. In fata ruūt. Id queritur Vadianus his uerbis. Nimius nonnunq; (pace meoū Heluetiorū dixerim) nimis est ipetus. Nec est satis ualere uiribus, nisi ipsis magna industria utaris.

Tragula.

Hercules duo.

Alemanni simulacrum.

Aurifero (ut fama est) riparum margine Rhenus
Qua ruit ore tonans, illic sua regna gubernant,
Saxosasq; habitant ualles, qui uiribus acres
Auxere Imperium, transque alpes iura ministrant,
Præclarasque regunt Italis in finibus urbes.
Iis igitur curæ est pro muris cernere bello
Deligere excubias, & aperto marte phalanges
Condensas struere, et titubantem accendere plebem.
At contra lustrare locos, murumq; uidere
Langraphius, qua parte queat trabe frangere dura
Mœnia, & antiquas arces diuellere fundo.

Aurifero ut fama est. Laus Heluetiorū. Dicit autē aurifero, qa in quibusdā locis Rhenus harenas habet, ex qbus aurū fit: unde etiānum aurei Rhenenses dicunť. Illic sua regna gubernāt. Originē Rheni, de quo etiā Poëta latius in sequēti libro, referemus ibidē, nō nulla primo lib. diximꝰ. Admonendū hic duximus Lectorem, de Suitensium Heluetia Poëtam uerba facere: quæ ad ortum Brigantinos, et Aduallam habet: ad meridiem Insubres, Alpes Hannibalis, Gebennā: ad Occidentē Burgundiam, Iurassum: ad Septentrionē Basileam, iuxta descriptionē Irenici. Nam Heluetij de quibus Cornelius, ut indicat Cōmentarioli in libellū Taciti de moribus & populis Germaniæ, autor, quisquis is fuerit, doctissimus certe, incoluere regiones, quæ Comiti Palatino, Marchioniq; Badensi, & Spirensi Episcopo parent. Alciatus qui in cōmemoratione Heluetioꝝ nonnihil lapsus est, & Vadianus, ut ille uere ait Heluetiorū in li-

Suitensium Heluetia.

teris decus, putant Heluetioꝝ uetuſtorũ tractum hodie habitare e Germanis illuc profectos. Reliqua de Heluetijs apud eoſdem, Syluius gẽtis moribus iniquus eſt, & autor Soliloquij pro pace Chriſtianæ reip. Viribus auxere Imperiũ. Id Mela in uniuerſum de Germanis ꝓdidit. Ius inquit, in uiribus habent. Idq; maxime ſi laceſsitus qs ſit iniuria. Vnde Vadiano teſte, illa certi

Duellũ Hiſpanis familiare.

iuris in Germania quondã duelloꝝ ſeueritas. Hæc hodie Hiſpanis familiaris eſt: adeo, ut Cæſar Maximilianus, Princeps alioqui Eccleſiaſticæ diſciplinæ cultor obſeruãtiſsimus, q̃d illa Duellũ Chriſtianis prohibuerit, nobiliſsimis duobus Hiſpanis, tandẽ Duelli campũ aperuerit diu negatũ, morem gentis prius edoctus reſcripto Regis Ferdinandi, huius q iam imperat Caroli Aui materni. Regunt Italis in finibus urbes. Hoc dicit ut puto, ꝓpter pacta certa inita cũ Rege Galloꝝ ſup Ducatu Mediolani: uel quæ ſibi dicunt̃ uſurpaſſe a tpe exacti Ludouici, quẽ grauiſſimi uiri Gallis hoſtib. ab eis ꝓditũ in literas retulerũt: q̊ꝝ nõnullos citaui in ſcholijs meis, quæ ſcripſi in librũ Pontani de imanitate, quã perpetuã Suitẽſ. nois infamiã iuſtiꝰ diluiſſet, ſi mõ potuiſſet ille. Cui bilis mota, q̃d alicubi ſcriptũ eſt, Schaphuſam a Principib. Auſtriç ad cõiuratos Suitẽſes defeciſſe. Cernere, ꝓ decertare, et decernere. Sic Maro. Int̃ ſe coijſſe uiros & cernere bello.

Nox erat, & Proceres uocat ad tentoria primos
Vlrycum Saxona, Ducemq; Kunyſtea belli,
Dein tales promit ſedato pectore uoces.
Cernitis o ſocij, quanto rapienda triumpho
Vrbs datur hæc nobis, nihil eſt meminiſſe peracti,
Quid refert rudibus moliri incendia uillis,
Agreſtes populare domos, & prædia ferro
Incolumes tantum ſultis modo linquere Cubos?
Hic decus, hic laus eſt, Proceres agite, horrida tela,
Et frameas uibrate manu, uel more parentum
Feruida teutonicis properate in bella catæis.
Quis pudor, & belli & laudum neglecta cupido,
Ceruicem oblatis uetat obiectare triumphis?
Nos Bellona uocat, ſuadentq; ſilentia noctis
Inuaſiſſe urbem, crapula, ſomnoq; ſepultam.

Saxona. Nomen familiæ eſt, nõ gentis. Kunyſtea. Comitem Regij Lapidis. Kũnigſtein, quoꝝ ditio & ſedes haud longe abeſt a Francofordia nobiliſſimo illo Germaniæ emporio. Incẽdia. Taxat Poëta latẽter Lãtgrauij militẽ, q plurima loca, etiã ſacra tẽpla igne abſumpſit. Audiuit male & ipſe Lãtgrauius ob hæc incẽdia, uulgoq; furioſus, qualẽ ubiq; Poëta introducit, ut plæriſq; locis deprehẽdimus creditus eſt. Quãquam Poeta in militẽ culpam tranſfert, & artificioſe, ut oĩa. Sultis. Pro, ſi uultis, ita utebant̃ antiqui, ut Feſtus meminit. Frameas. Germanis ꝓprie Frameam cõceſſum eſſe inſignes autores tradunt. Copioſe Irenicus lib. 4. Germaniæ Exegeſeos tractat uaria Germanoꝝ tela & arma. Teutonicis. Quod alij a Germanis his nõ legant̃ uſi catęis, ut refert Irenicus, qui uult Maronem hoc uerſu, Teutonico ritu ſoliti torquere cateias, metaphoricos alijs aſſcripſiſſe. Idem ſcribit eſſe, qui putant Cateias ſcuta fuiſſe prælonga, pene totã corporis inferioris partem tegentia. Qualia Boemorum ſcuta, ſolo, dum præliantur, infixa referunt̃, ein Tartſch.

Frameæ Germanorum.

Catæia.

Dixerat, & tacitos flectens ad mœnia greſſus,
Incuſtoditos ſcalis inuadere muros
Cœpit, ubi excelſum ſurgentibus aëra pinnis
Culmina frangebant murorum, peruia nulli.
Dumq; ea molitur, quernæq; minacibus hærent
Parietibus ſcalæ, & muros ſubit unus, & alter,
Pondere franguntur ligna, & deiecta cadentum
Scuta dabant ſonitum, uigilemq; it rumor in urbem,
Vt caſus miſerum, & longum gemuere ruinæ

Ignari trepidant. Alij inter tela ruebant:
Accendunt alij tædas,& noctis opacæ
Discutiunt tenebras:clamant matresque,nurusque,
Formidantq; uiris,fraudumq; ignara iuuentus
Cursitat huc illuc. Tandem Leucontius Andes
Antiquis prognatus auis,Leucisque profectus
Anteuolans,cristas & scuta nitentia uidit,
Et scalis iterum muros ascendier altos,
Atq; locum inuadit,multosque a culmine turbat,
Vociferans,huc arma uiri,depellite uestris
Mœnibus hostiles dextras. En undiq; nostros
Miles habet muros. His dictis ingruit hosti.
Tunc subito Heluetij Chauborum ex arce ruentes
Plumbatis armata cohors,trabibusque præustis
Instaurant animos:alij insultantia Bebris
Agmina detrudunt,& pila tricuspide ferro
Euibrant equites,quo ullum non sæuius ictum
Telum infert,cum sese hostilibus applicat armis.
Saxa alij iactant,semifractasque columnas:
Hos timor audaces,& mortem temnere bello
Desperata salus cogit, longisque catæis
Vociferantem altis pellunt de mœnibus hostem.
Parte alia ærisono portarum in limine primi
Certant Vlrycus Saxon,ductorq; Kunysteus,
Nec non sanguineo indignans effulminat ense
Langrauius, contraq; iubet ruere agmina muros.
Diffugiunt omnes,iam propugnacula uictor
Miles habet,trepidi linquunt iam mœnia Chaubi,
Cum subito tenebras optata crepuscula Phœbi
Expellunt,referantq; dolos:tunc rursus ab alta
Arce globus iuuenum magno clamore repellunt
Langrauidas, gliscitq; atri uis ignea Martis.

Et iam Dux aderat,scalisque innixus acernis
Aggreditur muros:qui postq; mœnia uidit
Deserta,& fugere,& uictori cedere Chaubos,
Armatam excutiens dextram,dat signa flagello
Impeteret latos tormento ut machina muros
Turrifragis aries:extemplo cornibus alta
Saxa quatit,pinnasque trahit ceruice reuulsas

Leucis, Strabo hos quem Poeta sequitur supra Heluenos ponit.Sũt qui Tullenses eos hodie uelint nominari. Peutingero iuxta Mediolanos habitant. Leuci.

Vltra autem rapidum, qua Belgica littora, Rhenum
Feruida flammatos efflabant æra molares.
Nam simul horrendo pulsantur turbine cautes.
Territa anhelat humus, cœlum, nubesque, fretumq;
Astupet, & Nymphæ subeunt uada Rhenides ima.

Feruida æra. Tormenta bellica, quæ nos a sonitu nūc Bombardas appellamus, ut dictum est, & Catanæus in descriptione Bombardę testatur.

Boärda. Bombarda.

Boärda, siuè placet Bombarda magis, quod dicta boätu, seu bombo procul. & cætera.
Flammatos molares. Ignitos lapides.

Ardenna. Arduenna.

Pugnatur passim, euaduntq;, tenentq; potentes.
Langraphidæ muros, urbem timor angit, ubiq;
Concursum. Hic telo in pugnam ruit Ardennæo,
Hic uolat Hercynijs condensa per agmina truncis,
Sarissa. Fert Glycias hastam, cæstu Pythis, Idor acernis
Ingruit Aemathio cædi de more sarissis,
Fustibalum Thermonta iuuat, quo torquet in auras
Saxa, & uulnifico committit bella flagello.
Exclamant pauidæ matres, & culmine ab alto
Fustis. Antiquas iactare trabes, casusque domorum,
Dumq; furor Thermonta agitat, ruit obuius Idmon,
Qui Byturix genere, & patria, sed cæde parentum
Exilio damnatus erat, deuictaq; uisens
Regna Sycambrorum, multos latuisse per annos
Fertur, nec sceleris soluisse piacula tanti:
Hic tegere incocto taurorum tergore crines,
Fustibalum. Villosoq; ferox corpus centone solebat.
Qui cernens Thermonta procul, uolat impete uasto,
Et iuuenem telo moribundum sternit arena.
Byturiges. Vociferans Thermon, qs me adiuuat? Idora semper,
Idora commemorat, repletq; ululatibus auras.
Non secus Ascanij in nemore Amphitrionius heros
Incautum clamabat Hylam, curuæq; sonabant
Dilectum ualles, spelæaq; saxea nomen.
Dum gemit infelix Thermon, uolat Idor, & inquit,
Cento. En Thermon, en ultor adest: nec plura locutus,
Vibrans Aemoniam dextra impellente sarissam
Torquet, & effractis transuerberat Idmona costis.
Hic cadit exanimis, rupto pulmone cruorem
Euomit, & largo fœdatur sanguine tellus.
Dumq; gerit Thermonta humeris pius Idor, ab alto
Saxum horrendum ingens, & ineuitabile pondus

Ardennæo. A sylua Ardenna: quæ & Arduenna appellata: quæ a Metensibus usq; ad Aquisgranū porrigitur. dicta Achteruuald. ait Irenicus. Sarissis. Teli genus, ut dixi, apud Macedones frequēs. Vnde dixit, æmathio de more. quoniā ut inquit Plinius, Thessalia quoq; in Macedonum nomen cessit.

Fustibalum. Fustis est longus pedibus quatuor, cui per mediū ligatur funda de corio, & utraq; manu impulsus, ꝓpe ad instar onagri dirigit saxa. Autor est Vegetius de re militari lib. tertio. Dicitur aūt a fuste & ballo, quod significat iacio: Vnde Fustibalum, non Fustibulū scribendum.

Byturix genere. Id est, ex gente Byturigū. Duplices inuenio Byturiges. Alteros Aquitaniæ, alteros prope Santones. Meminere horum Cæsar, Strabo, Plinius.

Centōe uilloso. i. Operimento grossiori. Nam idcirco appellat stragulæ genus, q̊d multis pilis ac longis abūdet. Castrorum ac pauperū frequens usus. Amphitrionius heros. Id est, Hercules. Clamabat Hylam. Nam Hercules amissum Hylam diu clamauit. Fuit Hylas Thi-

Corruit, &

Corruit,& medio defixit uertice uulnus.
Non fecus ac fcopulos fummis de montibus undæ
Ingenti feriunt cafu,conuulfaqꝫ ad imum
Saxa ruunt,plantæqꝫ fimul,taxiqꝫ minaces,
Ille cadit per prona mifer,fractoqꝫ cerebro
Ilico purpuream moriens euafit ad auram.
Occurrunt focij Telamon,Lartefque,Procafque
Haffiadum proles,quos inter Martia tela
Dux flagrans animo uocat alta ad prælia uoce.
Hic armis grauior,fcutumqꝫ & fiffile robur
Vibrat,& ærato defendit caffide crines.
Et iam uictor erat,cum defuper ignibus atris
Intonuere poli,creberqꝫ e nubibus imber
Defiluit piceis,& nox præuecta tenebris
Vtramqꝫ inuafit magna formidine pubem.
Hi repetunt arcem,fugit ad tentoria miles
Haffiades,cœlumqꝫ timet,flammafque Tonantis.

Fabella Hylæ.

odamantis filius Dryopum Regis, quorũ gens fubiecta Parnafso fuit. Hic patre interfecto,Herculẽ fecutus,ftudio eius uirtutis ardens, cum ex comitatu Argonautarũ in Myfiam Hercules recefsiffet,ad materiã quærendã remi,quẽ fractum uolebat reficere, & Hylas ad hauriendũ aquam Afcanij fluminis urnam extuliffet, dum accedit ad ripam, adamatus a nymphis, & raptus eft: propter hunc Hercules comites deferuit,nec deinceps fecutus Iafonem. Hunc cum periffe cognitum eft,facra ei inftituta funt: qbꝰ mos fuerat,ut eius nomen clamarẽt ad ĩftar Herculis magno,ut dixi,clamore,Hylã inclamãtis. Hinc a Marone dictũ eft. Vt littꝰ Hyla,Hyla oẽ fonaret. Et Val. Flaccus.3.Argonauticon. Rurfus Hylan & rurfus Hylan per longa reclamat Auia. Ex hoc clamore,ut Camers refert,Tarreas in prouerbiorũ collectaneis autor eft parœmiã fumptam, Hylam inclamare de his qui aliqd inani labore profequunt. Vfum adagij docet Erafmus. In nemore Afcanij. Afcanij lacus & Strabo lib.12.& Proptius meminit elegia uicefima primi in principio. Incautũ. Quia in fontem cecidit,ut etiã innuit Iuuenalis. Vrnamqꝫ fecutus.

Hylæ clamor.

Afcanius lacus.

Dux tamẽ impauidus,quis eñ non cefferit aftris?
Difperfas recipit turmas,reditumqꝫ repente
Imperat,& foffis muniri,atqꝫ aggere uallum.
Et iam fub nigro turbata tonitrua cœlo
Defierant,Phœbiqꝫ iubar rutilantius ibat,
Feftini redeunt ad propugnacula Chaubi
Diruta,& euerfam mirantur ab ariete molem,
Ilicet inftaurant muros,foffafqꝫ profundas
Educunt,atqꝫ arma parant: ftat mœnibus altis
Horrida fulphureis feruens balliſta fagittis
Monftrum infame,atrox,quo dirum Iuppiter olim
Enceladum ftrauit telo, magnumqꝫ Typhœa,
Quẽ nunc flãmiuomis ardẽs ꝑmit Aethna cauernis.
Hæc frangit fcopulos,ac fæua incendia mifcet
Vulneribus,montesqꝫ uolans tranfuerberat altos.

Aries bellicus.

Ab ariete. Machina bellica. Sic appellata, uel quod habet durifsimam frontẽ,quæ fubruat muros. Vel quod more arietum retrocedat,ut cum impetu uehementius feriat. Vt fieri debet tradit Vegetius.

Balliſta.

Balliſta. Nonio eft inftrumentũ quo maiora & grauiora faxa iaciuntur. Idem uidetur Victruuio. Sed tamen inquit, nulla balliſta perficitur, nifi ad propofitam magnitudinem ponderis faxi. At Vegetius pro inftrumento quodam fune intento, uel neruo, quo fpicula iaciantur, longiusqꝫ mittantur accæpiffe uidetur, Pariqꝫ fignificatione Lucanus. Quia autem nomen hoc a græco uerbo βάλ-

λω, quod ut diximus, iacio ſignificat, deſcendit: ideo duplici ll, ſcribendum eſt, quanq; pene in conſuetudinem uenerit, ut unico tantum ſcribatur: nec minus tum ſyllaba longa ſit. Poëta uero uidetur hoc loco balliſtam accipere pro inſtrumento illo, quod uulgo dicitur Mörſel, e quo ſulphurei globi iaculantur: uel pro ipſa etiam Bombarda. Horrida. Ab effectu.

Ac contra Dux ipſe moræ in diuerſa trahebat
Zum Eychelſtein. Impatiens animos, mediaq; in nocte refigi
Signa iubet, totiſque acer legionibus urbem
Pergit Odenhemium, Druſiq; inuectus in agros
(Sic memorant ubi buſta Ducis, ſubiectaq; moles
Viſitur, adſcitis quæ dat cognomina terris)
Caſtra locat, bellumq; indicit protinus urbi.
Nulla mora, inuadit muros: contraq; ruebant
Nequicq; ciues, fractiſque effulminat Heros
Obijcibus portarum, & in arma cruenta, uiroſque
Prorruit effoſſos, paſſimq; miſerrima cædes
Aeditur, iniectæq; abſumunt omnia flammæ.
Sic uictor præda, & ſpolijs diſceſſit onuſtus.
Vangionumq; petit littus, Dux turbinis inſtar,
Et Sthenon aggreditur, citius quam caſtra locarat,
Vi potitur muris, ultraq; minantia Rheni
Vexilla inuexit ripas, montemq; reuiſit
(Vrſinum dixere patres) ubi dura laborum
Erectis poſuit uictor monumenta trophæis.

Druſiq; inuectus in agros. Sepulcrum Druſi prope Mogontiacū eſſe conſtans, & cōmunis ſere exiſtimatio omnibus eſt. Eius rei Eutropius & Otho Friſingenſis Epiſcopus teſtes ſunt locupletiſsimi: ne citē Chunradum Celtē rerum Germanicaꝝ exactiſſimū perueſtigatorē. Vulgus hodie Glandis lapidem uocat, a figura ſcilicet quā hac tēpeſtate præ ſe fert. Nam habuiſſe olim pyramidis figurā, complures ſunt, qui opinentur. Altitudinē habet cētum pedum, & planiciem in cacumine pedum octo: ex quo colligi facile poteſt, altiorem aliquanto eam fuiſſe. Baſis eius in circumitu patet centum & duos ac triginta pedes. Sunt tamen, ut refert autor collectaneorū Antiquitatum Mogontiacarū, qui coniectura ducti, molem hanc Aurelij Alexandri Imperatoris Romani Mameæ F. monimentū putent: hac fortaſſe, quod Euſebius Cæſarienſis refert in Chronicis, Alexandrum occiſum Moguntiaci tumultu militari, quodq; ab Aelio Lampridio hiſtorico ſcribitur, Alexandrū cenotaphiū in Gallia Romæ ſepulchrū ampliſsimū meruiſſe. Vnde & illud quoq; adijciunt, Moguntiā noſtrā Germaniæ, tum atq; Galliæ fuiſſe caput. Videtur aūt Poëta cōmunē ſecutus opinionē, uelle uicinā quoq; regionē Druſianā appellatā. Fuit Druſus Tiberij Neronis, & Liuiæ Druſillæ filius, faterq; Tiberij Cæſaris, & Auguſti priuignus, qui Rhetos & Vindelicos alpiū populos domuit, ut ſcribūt autores. Huic, cū uiolento equi caſu afflictus paucis dieb. uita deceſsiſſet, ob prouinciam p̄clare adminiſtratā Germanici nomē decretū eſt. Tiberius, corpus eius pedib. toto itinere p̄grediens, Romā uſq; peruexit, autor Suetonius. Vangionū. Id eſt, Wormacienſiū, inflexo Fungauiorum noīe, ut quibuſdā placet. Nā finitima regio Fungau dicit̄. Sthenon. Stein arcē ſignat in Rheni ripa ſitā. Citius q̄ caſtra locarat. Innuit celeritatē in uictoria. Vrſinū dixere patres. Parū id mihi cōſtat. Puto aūt ſignari Bericū monaſteriū Haſsiæ, ubi fama eſt, crucē e terra creuiſſe.

Druſianæ
Druſus.
Vangiones.
Fungau.
Zum Stein.

Iunxerat interea uelox ter cornua Phœbe
Noctiuagiſque inuecta rotis, luſtrabat olympum,
Nulla Duci conceſſa quies, iterumq; cruenti
Mens agitat molem belli, dolet, & ſua Chaubos
Arma pati impunes, quando ijs uictoria belli
Integra diripitur, ſic ſecum, & luce reuecta
Caſtra mouens iterum Chauborū ad littora pergit.

Iamq; furens aderat, curæq;, iræq; coquebant
Ingentes animos, quo pacto inuadere muros
Possit, agit secum, nunc huc, nunc fluctuat illuc.
Qualis ab Inoo surgit cum turbida Ponto
Tempestas, uoluensq; fretum, nunc uerberat ortum,
Nunc ad Amyclæi Nilotica regna Canopi
Fœcundam Aegyptum torquet spumantibus undis.
Talis erat Dux ipse, animum, mentemq; uolutans
Pene sibi haud constat: tandem placet ire, oculisque
Perlustrare urbem, sed qua uia tutior esset
Ignorat, uersatq; dolos secum: & sibi uestem
Induit agricolæ, qualis prope littora Rheni
Vberibus frangit glebosa noualia sulcis.
Exin Dux solus Chauborum pergit ad urbem,
Et moles spectare nouas, atq; omnia circum
Perlegere ille oculis, cratemq; annectere muris
Vimineam, & madido portas prætexere tergo
Effusam cernit pubem, intentusque uirorum
Sollicitum miratur opus, uersatq;, trahitq;.
Dũ per cuncta oculos, properat qua uortice Rhenus
Voluitur assiduo, & resonantia saxa cauernis
Verberat, & crebris anfractibus alluit urbem,
Illic uasta quies, paucisque habitata colonis
Pars erat, atq; ullis incustodita patebat.
Pro muris stat fossa ingens, quæ gurgite laxo
Excipit inuectas Alpini fluminis undas.
Hic sub rupe caua, & pendentis fornice saxi
Bissenas religant lintres, totidemq; liburnas
Ad belli casum, & placida statione triremes.
Vt uidit nauale uetus, facilemq; subinde
Ostentari aditum, qua cæca absumere nocte
Antiquas poterat flammis uiolentibus alnos,
Hinc repetit castra: interea deuexerat umbras
Nox terris, tacitoq; micabant sydera mundo.

Inoo ponto. Hoc est, ab ea parte Aegęi in quã se Ino Cadmi & Hermiones, ut oẽs, uel Harmoniæ, ut Hesiodus, filia, Athamãtis uxor, & Liberi patris nutrix, pręcipitauit e Scyronijs saxis. Fabulam refert Ouidius quarto trãsformationũ: quo loco scopulũ eum ex quo se Ino præcipitauit, eleganter describit. Imminet æquoribus scopulus. &c. Tempestas surgit. Illic eñ mare sæuo, ac procelloso uento Cauro agitat: quẽ Athenienses a saxis Scyronijs Scyronem nominant. — Ino. — Caurus. — Scyron.

Amyclæi Canopi. Amycle oppidũ Laconiæ Castoris & Pollucis altrix. Vnde Amyclei Maroni dicunt. Idem Amyclæum canem cõmendauit. Ita & Poëta Amyclæum Canopũ, oppidum & ostiũ Nili dixit, a Canopo classis Menelai gubernatore ibi mortuo & sepulto, ut Strabo ait libro ult. & Mela in secundo. Vadianus uocabulũ per b, literam aliquãdo scriptũ testatur, Quintiliano autore. Fœcundam Aegyptum. Quæ irrigatione Nili fœcunda sit. Vel ad illud respexit, quod septẽ uno partu filios in Aegypto pariãt fœminæ, ut Trogus autor affirmat, Solino referente. Aristoteles, cui, ut ait doctissimus Camers, ob singularẽ doctrinã magis credendũ est, ait in terra Aegypti mulieres parere sæpe tres, sępe quatuor, sed qnq; cũ plurimũ nascunt. Quomodo aũt plures simul gigni possint, apud philosophos ingrendũ est. Cæterũ partus mõstrifici nulla est quã requiras cãm. Siquidẽ creditũ est, nec ab re quidẽ, ob hoim crimina iminentia mala quibusdam prodigiosis p̃monstrari signis. Id aũt accidere credũt, aquarũ natura. Vnde a Plinio dicitur fœtifer potu Nilus. Alpini. Rheni ab ortu. Liburnas. Nauigij genus in Liburnia, quæ Dalmatiæ pars est, inuentũ. De Liburnis nauibus plura Vegetius de re militari lib. 4. — Amycle. — Canopus. — Aegyptus fœcunda. — Partus Monstrifici.

Nec mora, terdeni Lunæ per opaca feruntur
Deliquia, armati pedites, ſyluiſque ſub altis
Conduntur, qua parte datur proſpectus in hoſtem,
Exploraturi quæ ſint munimina uallo,
Aeſculus. Qui uigilent, quiue arma parent: dum ſingula furtim
Rimantur, pulſusq; pedum, denſusq; reſultat
Armorum fragor, & murmur diuerberat aures
Magnanimi Herois: cupit ire & cernere cauſſas
Caudex. Nocturni ſtrepitus, quæue illis agmina ſyluis.
Antiqua in nemore atq; ingens erat Aeſculus atro,
Caulis. Quæ tantum ad Manes imos, ac tartara mittit
Radices, quantum ramos per nubila tollit:
Illinc nodoſum dependens caudice robur
Ad terram euulſit: nec ei ſors dextera facto
Defuit, alituum obtenta ſub nocte tenebris
Præſidio eſt uſus, quorum fulgente per umbras
Remigio alarum, & iactis per compita pennis
Nocturnum molitur iter, plumaſque ſecutus,
Pendentem uidit Galeam, criſtaſque micantes
Arboreo in trunco: qualis cum obtexitur aër
Iam pleno Phœbe micat inter nubila uultu.
Poſtquam, ſic fama eſt, Ophobergia mœnia Cæſar
Vicit, Pryſchauioſque inuaſit milite campos,
Hoſtiles cuncti exuuias, & opima ferebant
Squallentes auro galeas, nitidoq; orichalco,
Et picturatis ſplendentia cingula bullis.
Pars teretes ocreas, & ſcuta recurua ſecures,
Pilaq;, pars clypeos patrias referebat ad oras.
Magnus auis, atauiſque potens, & belliger Oſtreus,
Dum repetit Sueuos, dirum & mirabile monſtrum
Apparet ſylua in media: quo non fuit ulla
Importuna magis labes, quam Sarmata telis
Et niue durati, nequeunt ſuperare geloni:
Hunc ueteres dixere urum, qui per nemora alta
Taurinis crudeſcit cornibus, & ferit aſtra.

Lunæ deliquia. Ita etiã Plinius lib. ſecundo appellat defectũ in Sole & Luna. Aeſculus. Color ex ſecundo Georgicorũ Maronis ſumptus. Aeſculus arbor eſt glandifera, ab edo, nam eius fructu olim homines ueſcebant. Plinius inqt, glans optima in quercu, atque grandiſsima, mox Aeſculo. Caudice. Caudex dicitur in arbore, q̃d ſupra terrã ſimplex aſſurgit: in herbis uero caulis appellat. Alituũ præſidio eſt uſus. Hoc non ſine autore dicit Pöeta. Nam Plinius in Hercynio, inqt, Germaniæ ſaltu iuſitata genera alituũ accæpimus, quarũ plumæ igniũ modo colluceant noctibus. Dionyſij interpres de his auibus ſic de Hercynia ſylua inquit. Hæc paſcit uolucres (mirum) fulgentibus alis, Quis ducibus noctu cernunt flexa uiarũ. Solinus, cuius uerba Poeta fere protulit, ita ſcribit. Saltus Hercynius aues gignit, quarum pennæ per obſcurũ emicant & interlucent, quamuis obtenta nox denſet tenebras. Vnde homines illius loci plærũq; nocturnos excurſus ſic deſtinant, ut illis utantur ad præſidium itineris dirigendi, præiactisq; per opaca callium rationem uiæ moderentur indicio plumarũ refulgentium. Ammianus apud Agathyrſos, ſiue Achillis Dromon huiuſmodi aues eſſe Alcyonibus ſimiles perhibet. Albertus noſter has aues
Lucidiæ. Lucidias nuncupat, ab effectu. Celtes autem noſter, qui pluribus annis Germaniam experiundarum noſtratium potiſsimũ rerum cauſſa peragrauit, de his loquens auibus, Nihil inquit habeo compertũ. Multa enim deſijſſe, quæ hodie non ſunt, & multa renaſci in rerum natura, quæ olim non fuerunt conſtat, noua cœleſtium corporum (ſi quid in mundo nouũ aliquid emergere poteſt) factum crediderim. Orichalco. Sic dictum, quod in montuoſis locis reperitur.

ſignificat montem, & χάλκ❡ æs. Orichalcum precioſum fuiſſe ex Plauto, Horatio in arte, et Lucretio colligimus. Bullis. Diximus libro quarto bullas eſſe ornamenta cingulorum. Eſt præterea bulla inſigne colli puerilis ſuſpēdiculū, ingenui aurea, ſeruilis ſcortea. Sic dicta a græco βουλὴ, quod ſignificat conſiliū: quia illis ueluti monumentū & memoria eſſet, conſiliū rebus omnibus adhibendū eſſe: & ideo illam corporis partem, hoc eſt, pectus attingebat, ubi naturale manet conſiliū, ut Feſto placet. Vrum. Gallica uox eſt, autore Macrobio, qua feri boues ſignificant. Seruius græcam uult originē ab ὄρει, id eſt, a montibus, ubi potiſsimū uerſantur. Germanice eos Vrochſſen uocamus. Imperitū uulgus bubalos uocat, & barbare, ut ait Irenicus ex Solino: cum Bubali pene ad ceruinā faciem in Africa procreent. Taurinis cornibus. Sunt em̄ omniū taurorum maximi, & fortaſſe adeo, ut currus cornibus erexiſſe dicant. Quin & hominem, cum equo cornibus uentilare poſſe, Albertus noſter aſſerit.

Bulla.

Vrus.

Quem ſimul ac uidit, ſubito per membra cucurrit
Infandus tremor, & uox faucibus hæſit anhelis,
Non ſecus imbelles Aquilam timuere columbæ,
Aut fuluum paſtor populantem armenta leonem.
Iamq; aderat monſtrum infrendens, ratioq; ſubinde
Nulla fugæ, inuentæq; piget, nec tendere telo
Audet in aduorſum, tandem ſic ultima ſemper.
Cura Deum, & pietas extremo eſt indiga cœli,
Oſtreus extollens duplices ad ſydera palmas,
Iuppiter omnipotens, inquit, qui fulmina torques,
Et nutu mortale genus, mundumq; gubernas,
Da precor auxilium, ne noſtra in uiſcera peſtis
Sæuiat, aut cornu miſerum diſcerpat adunco,
Has tibi dilecta, exuuias, monumenta laborum
Suſpendam quercu, necnon cum limina primum
Contigero patriæ, noſtris cadet hoſtia cultris,
Et centum ducam tauros ad ſacra uolentes.
Sic fatus, querno ſuſpendit munera trunco.
Audijt iſta Tonans, & nigri fulminis ignes
Excutiens dextra, iecit Summanus ab alto,
Ingentemq; ferit telo inter cornua taurum.
Ille cadit reſupinus humi, nemus omne tremiſcit,
Saxa tonant, imæq; omnes dant murmura ualles.
Non aliter ſucciſa ruit de montibus ornus
Antiqua inſternit plantas, & caudice duro
Dat ſonitum, fractæq; gemunt ſub pondere cautes.
Sic uictor Diuum auxilio, ſua munera liquit
Chaonia in quercu, & patrias remeauit ad oras
Incolumis, ſacroſq; Ioui inſtaurauit honores.

Leonis fames.

Fuluū leonem. Hunc fame compulſum ſtabula paſtorum, armentaq; inuadere tradit Homerus, ut refert Volaterranus. Carne Camelorum ueſci, autor eſt Herodotus, qui quondam in Camelos Xerſis frumētum ferentes impetum feciſſe Leonem commemorat. Saturitatem dierum inedia, uel ſimia deuorata, uomitionibus purgat. Plinius genera Leonum duo, libro mundanæ hiſtoriæ octauo, totidem Ariſtoteles libro naturæ animaliū nono tradit. Solinus autē genus triſariā ſcindit. cap. quadrageſimo. Vltima cura. Notat mortalium in Deum pietatē adeo lentam eſſe, ut non niſi malorum excitetur tempeſtate. Iuppiter omnipotens. Apuleius in lib. de mundo, refert Orpheum de Ioue illa dixiſſe, Iuppiter oīpotens eſt primus, & ultimus idē, Iuppiter eſt caput, & mediū. Iouis oīa munus, Iuppiter eſt fundamen humi, ac ſtellantis olympi, Iuppiter & mas eſt, & neſcia fœmina mortis, Spiritus eſt cunctis, ualidi uis Iuppiter ignis, Et pelagi radix, Sol, Luna eſt Iuppiter ipſe, Omnipotens rex eſt, rei omnis Iuppiter ortus. Fulmina torques. Fulminum plura genera Seneca docet in quæſtionibus. Fingunt autem poëtæ Iouem fulmen iaculari, quod ſontes ac impios iuſto iudicio puniat. Miſerum. Miſero modo: uel afflictum & miſeratione dignum, ſi legis diſcerpat, ut codex ſcriptus habet. Mihi prior lectio ma

Iupiter. omnipotens.

gis placet. Et centum ducam tauros ad sacra uolentes. Duo significantur. Primo sacrificium illud maximum centum uictimarum, quod dicitur Hecatombe græcis, & a Iulio Capitolino his uerbis describitur. Hecatombe tale sacrificium est. centum aræ uno in loco cespiticiæ extruuntur; & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Secundo morem antiquorum tangit, qui si uictima aræ stetisset, credebant sacrificium Dijs gratum fieri. Si a uictimario fugisset, impium credebant & non gratum Superis, Idcirco dixit, uolentes, spontaneas, non renitẽtes. Cætera ex Macrobio de uictimarum ratione, si uoles, cognoscere potes. Summanus. Iupiter, ut ita dicam, nocturnus. Siquidem Plinius libro secundo tradit Ioui diurna fulmina, Sũmano nocturna assignata esse. Summanum, quasi summũ manium dictum uolunt.

Hecatombe.

Summanus.

Hanc igitur galeam capit imperterritus heros
Langraphius, syluaq; habitent homines ne, feræ ne
Inquirit, tacitumq; petit per opaca tumultum.
Iamq; aderat, præsensq;, uiri, quo pergitis inquit?
Quidue armis densatis iter? nun tuta per umbras
Est uia? Pro scelus infandum. Nec plura locutus
(Norat enim Chaubos scrutatum castra petentes)
Insultantem acri percussit Pocryda nodo.
Hic cadit, atq; animã mistam cum sanguine fudit.
Cocurrunt socij, Phlegyas, durusque Thylemon,
Et senio iam canus Atax, uultuq; superbus
Euronios, ducens genus a Saxone uetustum,
Inuaduntq; Ducem: sic cum pluuialibus Hædis
Ionio in magno fluctus agitantur, & altos
Compulsant scopulos, fremituq; in saxa feruntur,
Stant tamen immotæ cautes, cursuq; refracto
In sese redeunt undæ, uictæq; residunt.
Haud aliter Phlegyan, sæuũq; Thylemona, & acrem
Euronium furor impellit: ruit ille bipenni,
Vulnificas iacit hic Theutisco more catæias.
Durior ille tamen scopulis, solidoq; adamante
Stat contra, truncumq; uibrat: uisoq; recedit
Lãgraphio tremebũdus Atax, pauidusq; Thylemõ.
Non tulit hoc Dorylas, proiecto sed pede telum
Contorsit uehemens, secat aëra stridula cornus,
Et rude uulnifica tegumentum cuspide frangit
Magnanimi Herois, sed non tulit illa cruorem:
Reijcit excussam Dux ilicet, & dolor intus
Aestuat, & nigro sudant præcordia felle,
Impatiensq; iræ furit, & ramalia quassans,
Vno treis animas ictu sub tartara misit.
Inde petit Phlegyan, qui pelle Alpinidos ursæ
Protectus, binis committit prælia gæsis.

Hanc igiꝛ galeã. Idẽ fingiꝛ a Statio in Thebaide.

Nec plura locutus. Orditur pugnã Lantgrauij cum triginta Chuborũ exploratoribus.

Pluuialibus hædis. Super tauri cornua est signum, cui auriga nomen est. Hunc tauro una clara stella coniungit. Retinet autem Auriga stellas duas, quæ Hædi uocantur: quorum et ortus & occasus tẽpestates grauissimas facit. Oriuntur autem cum Scorpione mẽse Octobri, ut ait Seruius super hoc Maronis uersu. Quantus ab occasu ueniens pluuialibus hædis, libro Aeneidos nono. Vegetius post mẽses reputatos nauigationi tutos, Octobrem ob hędos pluuiales ponit inter tempus incertæ nauigationis, & discriminis propioris.

Ramalia. Ramorum fragmina. Persius. Vt ramale uetus.

Hædi stellæ.

Hædorum ortus.

Ramale.

Quis te ait, eripiet nobis? truncumque reflectens
Ad caput, ingeminat uires, & tergore fracto
Inuadit costas, iamque ad pręcordia lapsum
Crudescit uulnus, gelidis mox eruta uenis
Effugit manes anima indignata sub imos.
Pergit uictor ouans, qualis fame concita tigris
Armenium pecus inuadit, nunc ore cruento
Agrestem ruit in taurum, nunc impete uasto
Turbat equos, solidam trepidās quatit ungula terrā,
Excelsosq; petit montes, & flumina tranat.
Haud aliter gliscit timor illis, inde per alta
Culmina diffugiunt, stat solus Marte Cleobus
Inuictus, reuocans fugientem in pręlia Cubum.
Hic etenim (ut memorant) pellectus amore Cyenes
Chaubigenæ, extremis Mysorum uenerat oris
(Namq; illic regnasse ferunt) fratrique relicto
Imperio, ut belli casum pręsensit amatę
Venit in auxiliū (quid amor non imperat, audet?)
Imbellem ne unquam post fata reprenderet hastam,
Degeneresq; animos, sęuum ruere acris in hostem.
Ac prior aggressus, uibrat telum, inde sub alam
Vulnus agit dextram: sanguis fluit horridus atro
Ore, minis, oculisq; tumens: uinci dolet Heros,
Instat atrox, pugnæq; ruit, roburq; coruscat.
Hic molem refugit saltu, & se subtrahit hosti,
Et noua bella parat: uolat igneus æquore syluæ
Nunc costas feriens, nunc crura, parumq; moratus
Respicit ingentes artus, uisisq; tremiscit.

Agrestem in taurum. Est em̄ & syluestris, cuiꝰ alibi mentio facta est. Impete uasto. Pro impetu, ut & Lucretius dixit libro Sexto, & Papinius lib. Thebaidos Septimo, ubi Lactātius interpres dicit, Statium antiptosin fecisse. Pius ait antiquos hic impetis dixisse. Excelsos petit montes. Solinus de huiꝰ ferę pnicitate sic scribit. Nihil tam longū est, qđ non breui penetret. Nihil adeo antecedit, ut nō illico assequatur. Mysorum uenerat oris. Plinius libro quinto Mysiam in Phrygia collocat. Strabo libro duodecimo regiones quasdam cōmemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Mysorum, Dolonum, item qui iuxta Cyzicum accolunt Mygdonum, ac Troianorū: neminem autē inficias ire, quin unaquæq; suis finibus sit circūscripta. Verum eos fines adamussim dijudicare, id neutiquam facile. Porro de Phrygijs ac Mysis prouerbium quoq; uulgo iactitatum fuisse uersibus trimetris gręcanicis, quos Erasmus latine in hæc reddidit uerba. Sunt separati Mysiorum termini, Phrygumq;, sed finire perq; est arduum. Huius rei caussam adducit: quod hi populi nón satis stabiliter tutati sint suas sedes, sed subinde aliunde alio depulsi, terminos incertos reddiderint. Amatæ. s. Cyenes. Quid amor non imperat? Per interpositionem legendum. De Amore scribentes multos id nominis comminiscūtur. Nisi fortasse, quod Rauisio placet, diuersis appellationibus eundem intelligi uelint. Triplicem reperio Amorem. Primum diuinum: cum incorrupta mente & uirtutis ratione conuenientem. Secundum corruptæ uoluntatis passionem. Tertium ex utroq; permixtum. Quæ & Platonis fuit sententia, Aristoteles quoq; idem pene, diuersis tamen uerbis asserit dicens. Primum propter honestum, secundum propter delectabile, tertium propter utile. Nec sane in Amoris diffinitione inter autores conuenit. Amor enim secundum Platonicos, nihil est aliud, quam pulchritudinis desyderium. Theophrastus sic. Amor est animi concupiscentia, quæ celerem habet ingressum, tardum uero regressum. Diuus Hieronymus libro Secundo in Iouinianum, Amor formæ, rationis obliuio est, insaniæ proximus, turbāt consilia, altos & generosos spiritus frangit. Aliter Mancinellus in Maronem. Aliter Beroaldus in Apuleium. Fulgentio nihil aliud est

Impetis.
Tigris uelocitas.
Mysia.
Mysorum & Phrygum termini discreti.
Amor triplex.

Amor, ꝗ flamma. Apud Crinitum cap. Quarto libri de honeſta diſciplina. Decimi ſexti ſcitu dignam reperies amoris definitionem. Cæterum amorem tricipiti Chimerę comparant plęriꝗ, cui Leonis caput, capræ uentrem, caudam Draconis indiderunt. Quod amor Leonis more inuadat: medio tempore libidinem, quam deſignat capra, animal in uenerē procliue: poſtremo, quod uenenum in cauda ſerpentis frequens, alumno ſuo propinet, id eſt, pœnitentiā uoluptati comitem afferat. Quod etiam diuus Hieronymus ad Amantium preſbyterum ſcribens docet. Omne peccatū inquit, poſt factū pœnitentia ſequitur. Sola uoluptas ipſo pœnitentię tēpore, præteritos patitur ſtimulos, ut (in his quæ corrigere cupimus) rurſus ſit delinquendi materia. Vnde non abſurde Propertius dixit. Omnes humanos ſanat medicina dolores, Solus amor, morbi nō amat artificem. Quamꝗ fuere inter gentiles, qui huic occurri poſſe dixerint. Qua de re lege Pliniū cap. Sexto Triceſimi, & cap. Nono Viceſimi quarti. Nobis uero remedia contra libidinē pręſcripta, tradit e multis nonnulla Roterodamus in aureo Chriſtiani militis compendio. Imperat. Ergo eleganter a Pio Secundo libro Elegiarum Sceptrifer eſt appellatus, & a Pamphilo Saxo imperioſus. Nam ut Ouidius in Epiſtola Phœdrę ad Hippolytū. Quidquid amor iuſsit, non eſt contemnere tutū, Regnat, & in dominos ius habet ille deos. Audet. ſ. Cleobus. Et eſt conſtructio. Cleobus audet ruere acris, pro acriter, in ſęuum hoſtem, ne unquā reprehēderet. ſ. Cyene, hoc eſt, ſuggillaret, taxaret imbellē haſtā, & degeneres anīos, poſt fata.

Amor Chimeræ comparatur.

Ceraunia.

Tum uero haud aliter ſcopuloſa Ceraunia tranans
Venantum telis ſus Epirotica ſæuit,
Et fremit horrendum, calidoꝗ effulminat ore,
Protinus irarum frendens retinacula ſoluit.
Sic Heros, uireſque, ęſtuſque recolligit alto
Marte furens, teloꝗ ferrum ferus impetit hoſtem.
Mons erat excelſis ſcopulis, & cautibus horrens,
Vnde æuo lapides conſumpti, & fragmina ad imum
Corruerant, illinc ingenti pondere ſaxum,
Quod uix quinꝗ uiri, quos præſens protulit æuum
Tollere humo poſſent, adeo natura relabi
Cernitur, inꝗ dies conſumi degener ætas,
Corripuit, uibratꝗ altum: tremuere profundę
Ad iactum ualles, medioꝗ umbone pependit
Saxum ingens, teloꝗ hoſtis diſcuſſit habenas.
Labitur exanimis, ruptoꝗ adaperta cerebro
Fit cutis, & moriens charam uocat ore Cyenem.
Interea & miſeri iam ſingultantia corda
Purpuream eructant animam, quę lapſa ſub ima
Tartara, defunctos manes, ſocioſque reuiſit.

Aroceraunia.

Ceraunia. Sic dicta qđ fulminibus infeſtētur autore Seruio & Acrone. Sic & a Marone, Lucano, Ouidio, Claudiano, Auieno, Mela, Solino uocantur. Plinius, Ptolomæus, Horatius, Martianꝰ, & plures alij Acroceraunia nuncupāt. Horatius appoſitiue Ode tertia Primi carminū, infames ſcopulos Acroceraunia, nominat, propter atrocitatem naufragiorum, quæ ibi multi patiuntur, ut ait Porphyrion. A Ceraunijs Epirus incipit, ut ſcribit Plinius. Epirotica ſus. Aper. Calidoꝗ effulminat ore. Dentes enim apri, uim fulminis habent, eodem autore.

Adeo natura relabi cernitur. Iuxta Homerum, qui ut refert Plinius lib. Septimo, Iam ante annos prope mille nō ceſſauit minora corpora mortaliū ꝗ priſca cōqueri. Atꝗ idē Plinius ſcribit obſeruatū eſſe, menſurā humanę ſtaturę indies minorē fieri, raroſꝗ patribus proceriores, conſumente ubertatē ſeminum exuſtione, in cuius uices nunc uergat æuum. Ex noſtris diuus Cyprianus contra Demetrianū ſcribēs, ait. Illud primo in loco ſcire debes, ſenuiſſe iam mundū, nō illis uiribus ſtare, quibus prius ſteterat, nec uigore & robore eo ualere, quo antea præualebat.

Naturam indies deficere.

Diſpulerat noctem noſtro Sol aureus orbe
Igne nouo, croceiſꝗ fugauerat aſtra quadrigis,
Vulneribus data cura Ducis, deinde ordine narrat

Consilium, Martisq; dolos, & fortia facta.
Nec mora, succidi teretes de montibus ornos
Imperat, & trabibus celeres contexere naues.
Efficiunt mandata citi: subit ille per alta
Syluarum, remosq; rudes, & transtra recidit:
Compinguntque foros alij, longosque rudentes
Intorquent, spirasq; explicat immanes Othreus
Insignis faber, & cæsa erigit Abiete malos,
Feruet opus iuuenum passim, crescitq; uidendo:
Non aliter massam uoluunt incude Cyclopes
Sicania ardentem, magnus nouat ægida Brontes
Palladium, & sæua componit Gorgone crines,
Fulminei Steropes Iouis ignes, Martia frena
Feruidus, atq; Harpen Saturnida conficit Arges.
Stant alij ad folles, obseruat Mulciber ictus,
Et maturat opus, formataque temperat arma.
Instant sic operi iuuenes, secat ille bipenni
Robora, & annexa rimas compagine iungit:
Hic clauum figit, auget præsentia uires
Langraphij, laudatq; manus, seruatq; magistros
Ante opus: ij celeres subiecto robore naues
Impellunt tereti, aut humeris uecta innatat alnus.

Martisq; dolos. Iuxta illud Maronis. Dolus, an uirtus quis in hoste requirat? hodie Stratagema uocant. Fortia facta. Cędem exploratorũ. Stratagema.

Foros. Tabulata nauium: ab eo quod incessus ferant. & est generis masculini, & numeri tãtum pluralis, fori, fororum. Autor Seruius sup hoc Maronis in Quarto Aeneidos libro. Implessem q; foros flammis. Fori. Spiras. Pomponio Spira dicitur & basis columnæ unius tori, aut duorum: & est genus operis pistorij, & funis nauticus in orbem conuolutus, ab eadem omnes similitudine. Spira. Arges. Maroni esse Pyracmon. Hesiodo Arges in Theogonia Diximus hos Ioui ac cæteris Dijs arma fabricare.

Harpen Saturnida. Id est, falcẽ Saturni. Mulciber. Vulcanus, quod ignis existimatur, qui mulcet ac domat omnia. Hunc fabulantur Poetæ in monte Aetna, quem Moncibelum hodie uocari dicit Pius in Lucretium, quasi Mulciberis montem, exercere Brontem, Steropen & Pyracmona, ad opera fabrilia. Facit autem Mulciberis, & Mulcibris, autore Prisciano. Dicimus & Mulciberi. Mulciber.

Dum noua sic classis, naualiaq; arma parantur,
Alberti iussu Suneburgius occupat heros
Gesseltum dixere locum, fraudemq; timeret
Cum minime hostilem, nullas circundare muros
Excubias noctu, aut portas custode teneri
Iusserat, it passim tyro, atque ignobilis ocij
Cura tenet miseros, nec plus meminisse peracta
Bella iuuat, cœloq; ingentem extendere famam.
Hæc cum Gorgiæ (quis enim sollertior illo)
Explorata forent, illuc per inhospita tendit
Clam loca, & ignauum fertur uiolentus in hostem.
Vix ergo roseas surgens. Aurora iugales
Impulerat, creperiq; albebant temporis umbræ,
Ecce autem infestis, uino, somnoq; sepultos
Inuadit telis Gorgias ductor: at hostem

Dum noua. Id est, dũ ad bellum nauale naues parantur a Lantgrauio, interea Comes a Sunnebergo, latine Solimontio, ductor, seu ut promiscuum nunc uulgus, capitaneus copiarum Albertini exercitus, Geisenfeltum oppidum occupauit: ubi cum minime hostem timeret, a Georgio Rosenbergio capit.

Ignauum. Securum.

Creperi temporis. Dubiæ lucis. Crepera enim res, ut Nonius inquit, dubia dicitur. Vnde & Crepusculum dicit lux dubia; & senes decrepiti Creperum. Crepusculũ. Decrepiti.

Vt ſenſit uecors armatum miles adeſſe,
Qui potuere fugam rapiunt, Suneburgius heros
In media arrepto dum prorruit agmina pilo,
Vi capitur: ſic miles ouans, ſpolijsq; ſuperbus
Captiuis, prædaque ingente receſſit onuſtus.
At uero armipotens Rhenana ad littora claſſem
Langraphius propere belli fabricauerat uſu:
Qui mox delegit iuuenes, fortiſſima bello
Pectora, dein breuiter quæ ſint peragenda profatur.
Ite ait, & flamma Chauborum amburite claſſem
Quæ ſub rupe caua, atque annoſi fornice ſaxi
Adſilet, & tuta undarum ſtatione quieſcit,
Vaſta ubi pars urbis, nulloq; habitata colono
Felicem facto uobis accommodat uſum.
Dixerat, at flammis audax armata iuuentus
Tranſiliunt uallos, ac per compendia nota
Intenti ad facinus muſſant, claſſemq; requirunt.
Iamq; globis flammarũ aderãt, tunc primus Aretes,
Accelerate gradum ſocij, ſic talia fatus,
Fumiferum intorquet telum: ratis uncta calore
Liquitur, inq; uado laxa compage reſidit.
Haud aliter medijs preſſis de nubibus ardor
Saxonias urit pinus, uoluitque ſub undas.
Vnanimes alij iactant, tædaſque, ſudeſque
Vulcano populante rates: furit ignea peſtis,
Nunc tonſas, nunc tranſtra cremans, lateq; uagatur
Fumiuomus uortex, oraſque, & uela perurit,
Roſtra alij reſecant, alij de rupibus altos
Corripiunt malos, uertuntq; in flumine puppes.
Iam crepitare ignes, fumusq; undare per urbem
Denſus, præfurua replens caligine muros.
Excitæ excubiæ, ſubit ad faſtigia Pollux,
Agnoſcitque dolos, & cornu perſonat unco.
Tunc ſubito armati trepidant, facinusq; requirunt.
Langraphidæ claſſem incendunt, & littora circum
Collucent flammis, inquit, ferte obuia tela.
His dictis tota cunctos ex urbe ruentes
Aſpiceres, ſed nigra timent ſpectacula noctis,
Pellereq; infandos audent nec puppibus ignes,

in dubio uitæ conſtituti. Et creperũ bellum, anceps dicitur. Ductor. ſ. copiarum Palatinarũ.

Aretes. Videtur nomen a Marte tractum, q apud græcos Ares dicitur. Infamis poëta. Et q̃s Ares Ares decet ſonare. Martialẽ putat: fortaſſe quod interpres obſeruauit alicubi apud Eraſmũ grauem & illum ſanctũ Theologum, optatum Chriſtianis omnib9 eſſe batauas aures, quo peſtilentes huius poëtæ facetias aut non admitterẽt, aut certe his nõ caperentur. Fumiferum telũ. Bombardam. Tonſas. Remos, Feſto: quod tondentur ferro.

Sed longe spectant: ueluti cum Martius agnos
A stabulis lupus eripuit, stat pastor in alta
Formidans specula, & nequicquam uoce minatur.
Vritur interea classis, uastoque sub amne
Mergitur, & facibus rupes, scopulique tepescunt.
It clamor coelo: pueri, innuptæque puellæ,
Exanimis postquam cunctis pauor omnis abiuit,
Ad littus properant, replentq; ululatibus auras.
Desierant ignes, planctumq; coercuit ægra
Chauborum pubes, spectant uada turbida fumo,
Nullaq; discernunt priscæ uestigia classis.
Interea residens sublimis in aggere Pollux
Instabat cornu, reditumq; canebat ad urbem,
Discedunt mœsti, fluuiumq;, & littora linquunt.
At iuuenes cæca freti caligine noctis
Castra petunt, dominũq; adeunt: at magnus Aretes
Quam primum ut breuiter coram data copia fandi,
Cuncta refert: pendentq; alij, spectantq; loquentem.
Dux gaudet facto, ac iætus sic incipit ore.
O animæ insignes bello, sic itur ad astra,
Pergite, & auspicijs uosmet seruate secundis,
Et mecum belli quæso tolerate labores:
Afferet una dies, post uicta pericula nobis
Post domitos casus, requiem, metamq; laborum,
Qua diues cernet raptos ex hoste triumphos
Hassia, & Abnobiam pubem laudabit ouantem,
Dixit, & hæc uoluens animo nihil abfore credit
Quin urbem capiat Chauborum: & classe parata,
Ingentes pinus, unctasque innare carinas
Aurifero in fluuio, & spumantes æquore remos
Aspiceres, fluctusque imo feruescere fundo.
Nec mora, cæruleis uerrebant flumina tonsis
(Alpinus, Thrasyasq; Lygur, Mysusq; Ephialtes,
Codrus, & Hercynio duratus frigore Phorcys).
Non aliter tonsi ueniunt ad bella Britanni,
Nauibus euerrunt qui uersicoloribus undas.
Ipse super tanta præfectus classe, tribunos
Eligit Argæon, qui nauibus Andecrinis
Præsideant, alijs clauum data cura regendi.

Magnus Aretes. Ex bono exẽplari reposui pro Azetes, Aretes, ut supra.

Tonsi Britanni. Ostendimus libro Secundo ex commentarijs Cæsaris, priscis morem fuisse Britannis, ut totum corpus raderent, glastoq; ora inficerent. Naubus uer-

Britanni tonsi.

Dumq; aptant classem, & fluuio compellitur alnus. sicoloribus. Id est, uariis coloribus uariegatis & pictis. Idem etiam tradit Cæsar. Eligit tribunos. Nomina eorum, qui præerant classi Vegetius refert, de re militari libro Quarto: ministeriorũ uero, quę in naui multa sunt, Budæus in annotatione l. primæ ff. nautæ, caupones, stabularij. Andecrinis. Apud eundem uide quæ sint naues hæ, Poëta posuit pro genere nauium aptissimo ad pugnandum.

Alnus. Alnus. Est alnus humoris patientissima, fabricandis apta nauigijs: quod aquis obruta diu non corrumpitur, ut innuit Vitruuius libro Secundo titulo de materie cędenda, his uerbis inter cætera de alno loquens. Ita quæ nõ potest extra terram paulum tempus durare, ea in humore obruta permanet ad diuturnitatem. & Lucanus. Fluctibus aptior alnus.

Centum oratores festini montis ad oras,
Budorij trepidant, miserandæq; ordine coram
Commemorant casus urbis, stragemq; suorum,
Budoris. Exustasque rates, nec non naualia Rheno
Heidelbergũ. Prælia moliri Hassiadas, fluctusque sub alnis
Feruere iam totos: quare per numina Diuum
Implorare fidem, qua magnum Heroa secuti
Phasgraphidem, utq; fero possint obsistere Marti
Auxilium expetere, & facto sic fine silebant.
Talibus at contra uerbis sic incipit Heros.
O utinam nostras solus mouisset ad urbes
Langraphius, tantumq; effunderet Hassia turmas:
Non equidem uestros fregisset machina muros,
Nec circum Abnobijs tepuissent littora flammis.
Cæsar adest, uetitumq; mihi per bella, per hostes
Obiecisse caput, uestrisque occumbere campis.
Vos seruate fidem, req; ipsa, opibusque iuuabo:
Nunc ite, & nostræ retinacula scindite classi.
Nulla mora, his dictis, uicina ad littora tendunt,
Deducuntque alto uarias e gurgite naues.
Extemplo repetunt Chaubos, iam præpete cursu
Euolat uncta abies, ceu torta Cydonia fertur
Cornus. Cornus, & Eoos stridens præuertitur Euros.
Iam mali apparent longe, iam carbasa cernit
Alta ex arce Hyas, cornu uocat undique ciues,
Classis adest inquit: currunt puerique, uirique,
Fœmineumque imbelle genus, stant littore curuo,
Excipiunt rates, & contis uincula nectunt.

Cẽtum oratores. Qui ad Palatinum patrẽ Heidelbergã profecti sunt, pro suppetijs petendis. Oppidum hoc Budoris Ptolomæo, ut diximus cõsentientibus nostrę ętatis eruditis. Heidelbergũ autem, teste Irenico, a nigrorum uaciniorum, uel prunorum multitudine nomen accępit, quę teutonice Heidelber dicuntur. Implorare fidem. Sensus est. Scilicet ut Palatinus ea fide eos prosequatur, qua fide ipsi prosecuti fuerant Robertum filiũ, hoc est, partes eius. Constructio autem est, implorare fidem, auxiliumq; expetere, ut fero Marti possint obsistere.

Cęsar adest. Innuit nullos Germaniæ Principes timuisse Palatinum, præter Cæsarem. Vos seruate fidem. Quasi dicat, In fide uobis non deero. Nunc autem uestra interest. Cydonia corn9. Arbor est, ex qua optimę usq; in hodiernum diem sagittę fiũt, & tela ad iaciendum. Vnde a Marone stridula uocata. Cydonia autem dicta est, id est, Cretẽsis, ab urbe Cy-

Cydon. done, quæ nobilis in Creta est, quam sagittandi peritam ostendit Strabo. Scribit Diodorus in Sexto, Apollinem arcus, sagittandiq; fuisse repertorem. Hinc Maroni, Cressa pharetra. Præuertitur. Præuerto dicebant antiqui, & præuertor. Eoos. Ab Eo, unde flant. Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna recessit. ut supra diximus. Excipiuntq; rates. Non suscipiũt, ut codex habet impressus, sed excipiunt, ut scriptus. Quis enim nescit,

Excipere. quod excipimus uenientes proprie.

Vt fama

Vt fama Hassiadum, percussit certior aures,
Aduenisse nouas Chuborum ad littora pinus,
Mussabant cuncti, formidantesq; repente
Voluunt huc illuc animos, totisque uagantur
Castris: quos inter surgens uiolentior Heros
Tales expromit uoces, ac turbidus infit.
Nunc ubi de uestris, ubi nunc iactantia uerbis
Cessit? ubi uires, laudumq; accensa cupido?
Aduenere rates, fugiamus ad Hassia regna
Indecores, nostrisq; iterum occultemur in oris,
Scilicet ut fausto de nobis Marte triumphet
Hostis, & alterius fiat uictoria belli
Iam parta, & tanti rapiatur fama laboris.
Dixit, & auersus cunctis se subtrahit, inde
Loricas auro intextas, nitidoq; orichalco
Induit, & tortos contexit casside crines,
Fert uibrans hastile manu, sic percitus ira
Armatum ruit ad littus, classemq; parari
Imperat, & lituo signum dare Martis adunco
Aenopylum, pugnaq; animos accendere cantu.
Vt sonitus strepuere graues, & tessara belli
Promulgata, omnis pubes uolat, armaq; passim
Conclamata, gerit falcem hic qua carbasa possit
Scindere, & in fluuio spumantes mergere puppes:
Teutonicas alij gestant de more bipennes:
Hij contos, naphthamq; parant, tædasq;, picemq;,
Et saxa & pharetras, & acuti fulminis ignes
Aeratis aptant ratibus, naualeque bellum
Accelerant auidi, & circum caua littora complent.

Nouas pinus. Nouam classem, uel nouum nauale. Sic alnum Claudianus accępit, ꝓ omni nauigio, teste Parrhasio doctissimo interprete. Suidas Pinum inter arbores coniferas numerat. Sed & ille editus aura, uentoq; sibilus pini proprius est. Papinius Syluarũ Quinto. Qualis alta comam syluarumq; gloria pinꝰ. Seu Iouis igne malo, seu iam radice soluta Deficit, & nulli spoliata remurmurat aurę. Septimius in re agraria, Pinea brachia cum trepidant, audio canticulũ zephyri. Nemesianus æcloga prima, Nobis ne uento garrula pinꝰ Obstrepat, has ulmos potiꝰ fagosq; petamus. Græca fabella tradit arborem pinũ gemere quoties a Borea ꝑflatur, eius necis autore. Lege iam nominatũ Parrhasium lib. primo Raptus Proserpinę. Victruuius libro proxime citato autor est, opera, quæ ex cupressu & pinu constituuntur, ꝑmanere ad æternam diuturnitatem: quod is liquor qui inest, penitus ĩ corporibus earum, habet amarum saporem, qui propter acredinem non patitur penetrare cariem, neq; eas bestiolas, quæ sunt nocentes. Aduenere rates. Per contemptum proferenda: ut est illud dicendi genus apud Maronem. Nunc Lycię sortes, nunc & Ioue missus ab ipso Interpres diuum fert horrẽda iussa per auras: Scilicet is Superis labor est. Lituo adunco. Intorto, inflexo. Tubæ genus satis notum. Tessera. Signum agnoscentię, quod in bello datur. Cretam hodie dicunt, die Creid. Sunt, & alij huius uocis significatus. Sed nihil ad hunc locum. Gerit falcem. Hanc Vegetius libro Quarto inter naualia tela ponit, & his uerbis cap. ultimo eiusdem libri describit. Falx autem dicitur acutissimum ferrũ, curuatum ad similitudinem falcis, quod contis lõgioribus inditum, collatorios funes, quibus antenna suspenditur, repente præcidit, collapsisq; uelis liburnam pigriorem & inutilem reddit.

Pinus conifera. Opera ex pinu diuturna. Lituus. Tessera. Falx.

Bipennes. Per has eodem Vegetio tradente, in medio ardore pugnandi peritissimi uel nautę, uel milites cum minoribus scaphulis secreto incidunt funes, quibus aduersariorum ligata sunt gubernacula. Quo facto, statim capitur tanquam inermis & debilis nauis. Quid enim salutis est ei, qui amiserit clauum? Naphtham. Bituminis genus Naphtha, quæ igni uel longius posito, statim accenditur: cui etiam, ut Marcellinus ait, si auicula insederit, breui præpedito uolatu

Bipennes. Naphtha.

subuersa penitus euanescit. Hac item credunt illitam a Medęa fuisse coronam Creusæ, quam cum capiti imposuisset, ipsa totaq; domus Iasonis combusta est. Meminit huius rei Plinius lib. Secundo, qui & alijs in locis Naphthæ facit mentionem. Acuti fulminis ignes. Id est, conti, sudis præusti. Maro, sudibusq; præustis.

Et iam fama uolat, & tristia nunciat arma
Langraphidas armare rates, bellique dedisse
Classica uenturi: tunc Chaubi ad littora pergunt,
Expectantq; acrem rostratis puppibus hostem.
Tollitur in uasto turbati flumine Rheni
Sublimis scopulus, quem desuper ardua turris
Ad cœlum erigitur, Chauborumq; imminet urbi.
Namq; ut fama uetus, remeans Tirynthius oris
Alta Erythia tuis, & regis uictor Iberi
Trans Pyrenæos montes, ad flumen abegit
Pfaltz. Rheni armenta boum, pauitq; in littore tauros,
Et molem erexit medijs in fluctibus altam
Factorum monumentum ingens, socijq; sepulchro
Quem secum Arcadio deduxit Pallantæo,
Seruat adhuc priscum turris Pallantia nomen.
Pals. Hæc frustra tentata diu, tremefactaque duro
Langraphio, solida est, & acutis cautibus hæret.
Huc ergo lapidum cumulis armata iuuentus
Læta subit pugna, naualiaq; orsa moratur.

Tollitur in uasto. Venusta fictio de Pallantide turri Rhenana, a qua posteri deinde Pallatini dicti sunt. Porro ad Chauborum urbem locus est Rheno circumdatus, teutonice Pfaltz, a quo, ut non omnino poëta finxisse uideatur, receptum est Palatinos nuncupatos. Etsi me nō latet, non nullos esse, qui nomen hoc tractum putent, ab oppidulo quodā in Mosellę ripa sito, Pals dicto, sub ditione tamen hodie antistitis Treuerensis, Si recte dictū memini, Vitruuio Palatio id funda-

Palatium. menti genus est, quod in aquis, aut in uliginosis, aut congesticijs locis fieri uidemus: a palis q in terram depanguntur dictum uocabulum: quod obiter hic referre libuit. Sed quod ad nostrū locum facit, non grauabor adijcere uerba Irenici ex cap. Quinquagesimo libri tertij Exegeseos: qui reiectis duabus de prima Palatinorum origine opinionibus, eorum sententiam sequit, Palatini Comites. qui origine ipsos Germanos dixerunt, & a palatio dictos: palatio enim præfuerunt, quando cum Imperatoribus militabant. Cuius honoris meminit Ammianus Marcellinus libro Vicesimo, ubi Palatij decurionatum, non ultimę dignitatis ordinem fuisse demonstrat. Nec una familia hunc ordinem obtinuit. Siquidem idem Irenicus multos Palatinos, ut alij, memorat. Catalogum Comitum Palatinorum Rheni texuit Irenicus libro citato. Nauclerus item diligenter. Ab his petendum, si quid ultra desyderas. quandoquidem institutę breuitatis memores, per rerum capita dumtaxat, discurrimus, autores indicantes. Erythia. Gerionis insula, de qua dixi Palantæum. in primo libro. Pallantæum. Solinus in principio scribit Pallantæum oppidum ab Arcadibus conditum, sed propter incommodum uicinæ paludis, quam præterfluens Tyberis fecerat, profecti Reate postmodum reliquerunt. Historiam explicat Dionysius Secundo antiquitatum Palatinus mons. libro. Ab hoc oppido nonnullis dictus Romæ mons Palatinus. Alijs a Palanto Hyperborei filia, quæ ex Hercule Latinum peperit. Alijs, quod Pallas ibi sepulta sit. Seruio, a filia Euandri Palantia, uel certe a Palante eius filio. Maroni, a Palante auo Euandri. Caussam diuersitatis huius assignat Seruius circa finem Septimi Aeneidos.

Interea Abnobijs impellitur ardua remis
Vncta larix, & sulphureis horrenda sagittis
Hassiades scandunt ad propugnacula turmæ.
Hostica stat contra nauis, primumq; Dryopas

Vncta larix. Nauis ex larice confecta. Larix, ut inquit Plinius, materia abieti longe pręstantior, uim icorruptam habet,

Aggreditur cornu,rostrumq; minante liburna
Dirigit,& contra propulsas atterit alnos:
Hoc pugnæ exorsum,hæc udi mauortis Enyo.
Nec mora,præcrupto tolluntur gurgite uoces,
Aerataeq; uolant agitata per æquora pinus.
Dux proram sinuat,uasto dein impete fertur
In Pocryn:qui summa tenens fastigia turris
Sulphureas intra iactat tabulata cupressus,
Vnde rates (mirum) medijs in fluctibus ardent.
Hunc calamo,qualem pubes Ryphæa,ueneno
Armat,& hostilem diuerberat Aegida Byzas,
Transadigit:cadit ille alto moribundus,& æquor
Ebibit,atq; animam spumantibus occulit undis.
Tunc subito exanimes socij,dare lintea retro
Conantur,sed longa abies,dum remige uelox
Effugit ad littus latebroso pumice,fracta
Mergitur,ac fluctus laxa compage receptat.
Vrinant uasto demersi gurgite nantes,
Fluctuat hic tabulis:pars fragminis antennarum,
Aut mali frusto insidunt,natat Orphiton æquor
Aerato inuectus remo,Leucusq; Phonartes
Per medios audax uncta trabe labitur hostes.
Ecce autem summo prępes de flumine Pistris
Pellitur,atq; æquor Rheni secat ære bicornis.
Huic Phorbas præerat,teloq; armatus hiulco
Proclamant longe,remis uada scindite ciues,
Armatasq; inferte manus,en quantus in alta
Puppe uolans Dux ipse furit:iam mergimur undis,
Ni uos præstetis solitas in prælia uires.
Dixit,& ardentem nixus pede lampada torquens
Prorruit ingenti rostro,retroq; repellit
Abnobidam nauim. Veluti cum fluctibus ipsi
Pelluntur fluctus,aut densus grandine nymbus
Truditur ad terram nymbo,cum creber in æthra
Fit tonitrus,terrentq; cadentia fulmina mundum.
Vtraq; sic ratis est:rapidas fugit illa per undas,
Hæc sequitur,iactantq; faces Phorbantia pubes,
Roboreq; ærata irrumpunt tabulata trabali.
Dum uicto insultat uictor,Dux ingruit hosti

ac humori cõtumacem. Vnde nauibus ex larice cõfectis gloria ingens datur. Adde quæ de larice scribit Victruuius lib. Secundo. Enyo. Id est, pugna. Nã gręcis Enyo, Bellona est. Vnde Mars quoq; Enyalius, id est, bellicosus a græcis dicitur. Quanquam aliq malint Enyalium Bellonæ filium esse. Aliquãdo aũt Enyo pro furore belli accipitur. Pubes Ryphęa. Id est, Scythica, apud qs iaculorum sagittarumq; usus est. Veneño armat. Asiatici enim, et pręsertim Scythæ ueneno sagittas inficiunt. Hostilem ęgida. Hostile scutũ. Byzas. Scytha. Alludit enim ad tẽpora sua, quibus Turcæ Byzantiũ occupauerant. Longa abies. Longa nauis, ex abiete enim, ut dixi, naues fiebant.

Enyo.

Enyalius Mars.

Pistris. Etymum uocis pete a Seruio super hoc Maronis uersu in Quinto Serij operis libro. Velocẽ Mnestheus agit acri remige pistrim. Rheni bicornis. Superiores poëtas etiã Rhenum bicornem dixisse In principio primi libri enarrauimus. Seruius in fine Septimi Aeneidos scribit, Bicornis, quia duos habeat alueos: de quo latius in sequenti lib. omnis bonæ eruditionis pleno fusius dictabimus. Abnobidam. Hassicam, a montibus Abnobijs: qs Celtes noster Obnobios ubiq; uocat. Phorbantia. A Phorbante præfecto palatinę classis.

Rhenus bicornis.

Abnobij, Hassici.

Veseui incendium.

Langraphius, uertitq; undas, ac fulminat ignes.
Quales fumiferi iaculantur ab ore Veseui,
Stuppea flamma uolat, lateriq; infixa liburnæ
Vrit, & obscuro densatur nauita fumo.

Fumiferi Veseui. Incendium Veseui notissimũ est, ex Seruij & aliorum Maronis interpretũ uerbis, super illud. Talis diues erat Capua, & uicina Veseuo Ora iugo, libro Secundo Georgicorum. Porro qui montes semper ardent, scribit Plinius libro mundanæ historiæ Secundo. Nec ignorandum, Veseuum, alijs Vesbium, nonnullis Vesubium nominatum. Plinius, ubi ab hoc monte exurgentem nubem intuitus, propius accessit, rem totam intellecturus: & undiq; flamma instante, dum perseuerantius inceptum exequitur, crassiore caligine spiritu intercluso, concidit in medio duorum seruorum, ut scribit Plinius nepos ad Cornelium Tacitum, qui auunculi sui obitum petebat.

Montes semp ardentes.

Plinius suffocatus in Veseuo.

Sergius a turri, socijque enixius alta
Deijciunt lapides, flammasq;, & fulminis instar
Tela, uorantq; ingenti accensas turbine lintres.
Augetur clamorq; uirum, sonitusq; rudentum,
Belgicaq; horrescunt nauali littora bello.
Langraphium euitat Phorbas, clauumq; reflectens
Fertur in Alcanthem: stant rostra minantia rostris
Obuia, & infando reuolutas turbine pinus
Excipiunt, iactantq; simul: fit pugna uicissim,
Ardens. hinc plures nequicquam innare uideres
Gurgite sub uasto, qua spumans uortice Rhenus
Voluitur assiduo, & raptat ui corpora fundo.
Stant tamen omnes intrepidi, uolat ære Sycopas,
Alcanthemq; ciet pugna: ruit obuius Harpax,
Venerat Hassiadæ magna qui Martis ab urbe:
Vtq; simul congressa abies, pilatus uterque
Pugnat pro rostris, tacitoque intercipit unco
Quisq; ratem, certantq; pares iam cominus ambo,
Ille Semiramio calefacta bitumine tela
Torquet in aduersum, populatrix flamma Cherucos
Haurit, & æthereas rapiunt incendia turres.
Excutitur nauta, & medijs in fluctibus errant
Remigiumq;, uirique simul: furit alter acernis
Asseribus, duroque ratis ferit Ariete costas.
Franguntur tabulæ, malus labat, ipsaque in imo
Laxatur sentina uado, & compagine fracta
Per Rheni campos puppes uoluuntur utrçq;,
Turbidaque effuso depingitur unda cruore.
Cleuius Orbantem iaculo ferit, hic Thrasycontis
Fulmineus Getico transuerberat ilia neruo,
Exanimes ambo proni labuntur, & amnem

Marckpurg. Hassiæ.

Lanus.

Lanstein.

Bitumen Semiramium.

Gurgite sub uasto. Locum superius descripsi.
Martis ab urbe. Marckpurgum intelligit, Hassiç metropolim, a Marte dictam, olim uilla, ut refert Irenicus. Hanc Lanus, quẽ excipit Rhenus iuxta oppidulũ sui nominis Lanstein, præterfluit. Sunt qui Marckpurgum a Marcomero Marcomeri Regis Francorum filio nominatum uelint. Ptolomeus Amisiã, teste eodem Irenico. Semiramio bitumine. Sunt lacus plures ex sese bitumen emittẽtes, qđ græci Asphalton uocitãt. Est lacus sub Babylone amplissima magnitudine, q̃ bitumine & latere testaceo, constructo muro Semiramis Babylonem dicitur circumdasse, unde dixit Semiramium bitumen, Item Tope in Sy-

Inficiunt tabo, ſpumasq; ad littora uoluit
Vnda cruentatas, quondam uelut Actia templo
Aquora Leucadius de ſummo uidit Apollo.
Et iam perfractas uortex penetrauerat alnos
Turbidus, inq; uado puppes alliſerat imo.
Merguntur cuncti, ſcutataq; turba ſub amne
Voluitur, & preſſos transfundit in æthera queſtus.
Dux aderat præſens, nantemq; in gurgite uaſto
Alchantemq;, Gyanq; luporum terga gerentes
Ad ſeſe recipit, telumque effulminat acre
Aduerſam in puppim: gemit illa, & pondere magno
Dat ſonitum, excuſſoq; tremit temone magiſter.
Dux flagrat pugna, atq; irarum effundit habenas,
Nunc tædas, nunc ſaxa iacit, teloque coruſcans
Immani, nautis uictor ſuper inſtat, & urget.

ria, Arabiaq; Numidarũ lacus ſunt immani magnitudine ex ſe maximas bituminis moles emittẽtes. Id autem in cauſsa eſt, quod iuxta huiuſmodi lacus crebræ ſunt bituminis lapidicinę. Fit ergo, ut cũ per bituminoſam terrã eruperit aquæ uis, ſecum extrahat, & cum egreſſa fuerit ſecernitur, & ita bitumen a ſe reijcit. Haurit. Conſumit. Turres. Quia in nauibus lignęę turres ędificantur. Nam ut Vegetius ſcribit, In maioribꝰ liburnis, propugnacula turresq; conſtituuntur, ut tanquam de muro ita de excelſis tabulatis facilius uulnerent, & perimant inimicos. Vel ſummitatem mali intelligit, ubi uelut ex propugnaculo quodam pugnatur. Acernis aſſeribus. Eidem Vegetio aſſer dicitur, cum trabs ſubtilis & longa ad ſimilitudinem antennę pendet in malo utroq; capite ferrato. Hunc ſiue a dextra, ſiue a ſiniſtra parte aduerſariorum ſe iunxerint naues, pro uice arietis impellunt, qui bellatores hoſtium, ſiue nautas ſine dubio proſternit ac perimit, ipſamq; nauem ſæpius perforat. Ariete coſtas. Verſus procelleumaticus, quo optimorum poëtarum exemplo poëta noſter utitur. Compagine. Compago, quæ cõpages etiam dicitur, ſignificat commiſſuram tabularum. Maro, Laxis compagibus omnes Accipiunt inimicum hymbrem. cuius nominis paternus caſus, a plęriſq; compagis enunciatur, ab alijs etiam compaginis. Quod Ouidius uſurpat, & Manilius, etiamſi Probus & Seruius refragantur. Leucadius Apollo. Leucadia inſula eſt e regione Ambracij ſinus, ubi Actium promontorium eſt cum templo Apollinis, nobili Auguſti, M. Antonij & Cleopatrę pugna nauali memorabile. Superbiſsimum eius belli apparatum Plutarchus in Antonio explicat. Leucadiæ rupis & phani etiam Apollinis, meminit Strabo libro Geographię decimo: ſcribitq; ibi ſaltum fuiſſe, ad ſedandos amores ualere creditum. Vnde Sapho prima dicitur ab excelſa ſe deieciſſe petra. Menandro autore. Quamquam non conuenit inter autores, quis primus Leucadium ſaltum tentarit.

Turres nauales.
Aſser.
Compago.
Leucadia.
Leucadius ſaltus.

Non aliter Phorcus curua maris æquora concha
Commouet, aut latos exterret fuſcina campos
Neptuni: fugiunt Nymphę Oceanitides, ipſe
Inous Colchos repetit cum matre Palæmon:
Sic Ducis aſpectu fugiunt cuncti, & ſua uertunt
Carbaſa, nec tantis audent concurrere telis.
Stabant plorantes miſerę per mœnia matres,
Exorantq; Deos, uocesq; ad ſydera tollunt.
Nec mora, uox tenues ſic eſt horrenda per auras,
Qua montes tremuere omnes, audita profari.

Non aliter Phorcus. Varro hunc Sardinię regẽ fuiſſe refert, & ab Atlante cum magna copiarum parte nauali prælio deletum, tantum ſui deſyderiũ populis reliquiſſe, ut inter maris deos relatus ſit. Heſiodo Ponti filius eſt Thaumantis, & Nerei frater. Probus duos Phorcos ponit, alterum maris deum, alterũ regem in Africa. Inous

Phorcus.

Hassiadum proles, uerso da lintea cursu,
Ac retro propera, nostram neue attere gentem.
Sic placitum Diuis. tacet inde, atque æthere fulmen
Ino. Concussum medio: signum hoc solet esse Tonantis
Cũ niueum Rhodopen, aut altũ effulminat Othryn.
Ilicet armipotens Diuorum iussa reuoluens
Langraphius, læuo cedendum censuit astro,
Tunc flectis cursum, classemque ad littora uertit.

Palemon. A matre Ino, potronymicum: qd' Seruius monet apud idoneum autorem notãdum. Ino autem postea Leucothoe & Albunea dicta ẽ. Huic Phrixus templum in Cholco ædificauit, ut diximus alibi. Nostrã neue attere gentem. Mira Palatinorum laus, cũ Superi de his curam habuerint. Lęuo cedendum censuit astro. Id est, propitio Palatinis. Neque enim lęuo pro sinistro intelligas, referens ad Lantgrauium. Nisi credas poëtam græcos secutũ, qui quod lęuum nos dicimus, ipsi dextrum dicunt, & faustum significant, ut apud Ciceronem legimus libro de Diuinatione secundo. Sed prior sententia placet. Maro. Intonuit lęuum. Hoc autem intelligitur de signis ex cœlo captis. nam illic quæ lęua sunt, nobis intuentibus dextera offeruntur, eodem Cicerone autore in fine libri de Vniuersitate. Idcirco lęuum in cœlo, dextrum ac fauorabile significat.

AVSTRIADOS
LIB. Septimi Finis.

¶ LIBRI OCTAVI ARGVMENTVM.


¶ Leucippe Palatinorum nutrix, & solers, Philippo Palatino somnium narrat: scilicet se Dea duce in orbem Lunæ raptam fuisse: multaque de Lunæ uastitate narrat ac natura, de Harmonia cœlesti, Sphæris, de polis, & mundi, terrarumque sectionibus, de æquinoctijs, & solstitijs, & dierum æquatione, diuersitateque, de eclypsi Solis, & Lunæ, de occasu, ortuque syderum: deinde ad quorundam syderum fabulas descendit. Postea quædam de principijs rerum narrat. Deinde diuisionem orbis terrarum prosequitur, & ab Africa exorsa, multum illic immoratur, pluraque de Nili origine atque incremento. Item de Atlante Mauritaniæ monte, de Syrtibus, & cæteris locis. Mox Asiam breuiter percurrens, Europamque, ad particularem Germaniæ descriptionem, in qua immoratur, descẽdit: ubi multa de Danubio, Rheno, & Hercynia sylua refert. In fine locum inter beatos Roberto parari se uidisse prędicit, breuique eius futuram mortem uaticinatur.

¶ AVSTRIADOS Liber Octauus.



IAM MATVTINVS CROCEAE Pallantidos ortus
Reppulerat noctem, lucemque reuexerat orbi.
Nec mora, Leucippe gressu titubante senili,
Olim Phalsgraphidum fuerat quæ maxima nutrix,
Sollersque ingenio facundas hauserat artes,
Pallantias, Aurora. Pergit ad excelsas ædes atria alta parentum,
Atque hæc magnanimo pandit longæua Philippo,

¶ In Austriados Lib. VIII. Iac. Spiegelij Scholia.



IAM matutinus. Tria i hoc libro continentur. Meteora, Cosmographia, Vaticinatio de Apotheosi, id ẽ, deificatio na Roberti. Pallantidos. Auroræ, a Pallante uno ex Titanib9, He-

Cœlestes præfata Deos, & numina olympi.

siodo autore in Theogonia, ut alibi indicauimus. Ferunt Pallantis cadauer Heinrici. III. Imp. tempore uillicis fodientibus prope Romã repertum tantæ magnitudinis, ut mœnia adęquaret, teste Nicolao Beraldo.

Pallantis cadauer maximum.

Leucippe. Palatinorũ nutrix. Sollers ingenio. Neq; enim hic sexus a natura tarditatis, aut hebetudinis damnatus fuit. Vetusta enim secula Musas, Sibyllas, Pythias habuerũt: Socratici Diotimam suã atq; Aspasiam celebrarũt. Pythagoręi, philosophantes fœminas mirant. Græca poëtrias illas iactarũt monimẽta, Telesillam, Corinnã, Sapho, Aniten, Erinen, Praxillam, Cleobulinã, & cęteras. Romani Lelij & Hortensij filias, & Cor. Graccorũ matrẽ, matronas quantũlibet eloquentissimas proferre possunt. Maiores nostri Rosuidam: ut nostrũ seculum Catharinã Byrckemeram, & Constantiã Peutingeram. Veneti Cassandrã suam, Policianico pręconio nobilem, uenerãdæ opponere uetustati promptũ habet. Cœlestes præfata Deos. Tetigit morem antiquorũ, qui nihil in sacris, nihil publice orabant, nisi præfamine quodam Deos inuocassent. Maro. Præfatus diuos. Lege Valerium in præfatione operis sui, meminit item Plinius Iunior in exordio Panegyrici, quem Troiano Augusto dixit. Morem hunc seruat Ecclesiasticus ritus in auspicandis Canonicis horis.

Mulieres insignis literaturæ.

Vos immortales Superi, uos sydera testes
Inuoco, ait, nobis si dantur somnia uera,
(Sæpe etenim pars illa animi quæ purior extat
Haud rationis inops, uera & tranquilla quietis
Somnia dat, recipitq; Deo prænosse futura)
Effari liceat, quasq; ipsa miserrima uidi,
Pandere res altas, mirandaq; prodere terris.
Tu (precor) adde fidem, atq; futuris consule rebus.
Tunc ille. O nutrix, capite hoc mihi charior, inqt,
Dic rogo, dic agedum, & quę sint hæc somnia narra.
Solue animum curis. At contra talibus illa
Orditur. Miseri cum nocte teguntur opaca
Mortales, altoq; polo uolat humida Phœbe,
Visa mihi ante oculos Diuæ splendentis imago
Sistere labentes glauco temone quadrigas,
Meq; una secum iussit considere curru.
Iam super humentesq; plagasq; & nubila, curuo
Axe ferebamur, cum se Saturnia Iuno
Obtulit, & nigro præcaligantia peplo
Ora gerens, læua turbata tonitrua promit.
Dextra impellit aquas, atq; alta ceraunia pulsat
Grandine, & attonito gignit miracula mundo.
Atq; huic sub pedibus præuastæ pondera massæ
Cernuntur, iuxtaq; sedens Thaumantias Iris,
Sole coloratos gignens in nubibus arcus.
Inde cito immensum uectæ super aëta cursu,
Aethera non stabili uicinum ascendimus astro,
Iunctaq; multiuagæ rapimus confinia Phœbes

Sæpe etenim pars illa animi. Hunc locũ, quem a Platone mutuatus est, tractat Cicero iuxta finẽ libri primi de Diuinatione. Effari liceat. Ratiocinatio. Si dant nobis somnia uera, quẽadmodum dicũt cum animus defęcatus est, ergo liceat nobis effari & pandere res altas. Opaca nocte. Propriũ noctis epithetũ. Nam opacũ est, ubi Sol non admittit: quemadmodũ apricum expositum soli dicimus. Idcirco nox opaca dici põt, etiam si Luna splendeat.

Opacum.

Apricum.

Diuæ splendentis imago. Palladis. Glauco temone. Alludit ad epithetũ Palladis, quę Glaucopis dicitur ab oculis glaucis, ut lib. primo tetigi. Saturnia Iuno. Quoniã a Physicis Iunoni attributus est, & per Iunonem aërem intelligimus. Ora gerens. Vultum. Præcaligantia nigro peplo. Id est, nigro uelata amictu, nigro uelo operta. Est enim peplũ palla fœminea. Maro. Crinibus Iliades passis, peplũq; ferebant. Dicunt dicatũ esse Palladi. Hoc aũt dixit Poëta, si-

Glaucopis.

Peplum.

Regna Iouis magni, qua fulmen, & Aegida uibrat,
Et matutino qui temperat astra recursu.
Vtq; ingens spacium, laxataq; regna bicornis
Attigimus Lunæ, stupui; quam uasta uidebam
Aequora camporum, fluuiosq; e montibus altis
Perstrepere horrendum, quid celsas eloquar urbes
Oppidaq;, & tractas ad sydera uertice turres?
Tunc Deus ille mihi, paucis longæua profabor,
Aduerte o nutrix, remq; omnem ex ordine pandam.

gnificans naturam aeris. Nam is, ut dicit paulo post, nebularum, nubium, uaporumq; a terra emergentium sedes est. Vel respexit, quoniã ita ornatam Iunonẽ esse Martianus etiã Capella in Philologia sua tradit. Turbata tonitrua promit. Hæc, item pluuiæ, grandines, in aëre gignunt. Vide Meteora Aristotelis, & Pontani. Attonito gignit miracula mundo. Vt cum legit̃ pluisse carnibus, lateribus, sanguine, lacte: quæ omnia diligens lector apud autores, præcipue Liuiũ reperiet. Præuastæ pondera massæ. Fingũt pedibus Iunonis incudem appensam: quoniã terra ab aëre sustentat̃, & tanq; punctũ in medio collocata est. Supra aũt propter pondus esse nõ potest, nec infra contra circũfuso renitente aëre. Iuxta sedens. Iris Iunoni dicata est, quia ex nubibus & Solis radijs creatur. Sole coloratos. Maro. Mille trahẽs uarios aduerso Sole colores. Aristoteles autor est, Iridem habere colorem puniceum, uiridem, & purpureũ, non quod uere sint, sed appareant. Idem generationẽ Iridis eiusq; accidẽtia tradit lib. Meteororũ tertio, Plinius Mundanę historiæ secũdo, Seneca lib. naturaliũ quæstionũ primo, diuus Ambrosius cap. 27. libri de Noe & Arca. Auerrois non recipit ab Aristotele dictũ, Iridem non maiorẽ semicirculo. Albertus aũt noster, q̃d raro fieri de nocte tradat, contra ait, in eodem mense bis uidisse nocturnã Iridem. Non stabili astro. Id est, Lunæ, ut patebit inferius. Inconstantẽ enim naturã habet, instabilitate & mutatione perpetua sua pene monstro similis, a lucẽdo appellata. Vnde Solomon. Stultus sicut Luna mutatur: q̃d diuus Ambrosius scite explicat in Sermone de Lunæ defectione. Eadem & Lucina, & Diana, q̃d noctes quasi dies efficiat. Nam in remediũ tenebrarum ab architecto mundi Deo inuenta est. quæ ex se nihil oĩno lucis habet. Accipit enim, ut & reliqua oĩa sydera lumen hauriunt, a fratre suo Sole, quicq̃d lucis ad nos trãsmittit. Lege Pontanũ in principio primi de stellis. Regna Iouis magni. Physici aerem Iunoni, ætherem Ioui consecrarũt. Vnde de Ioue & Iunone fabulant̃, quotienscũq; Iuppiter cũ Iunone coiret, creari fulmina. Nota fabula apud Ouidiũ de Semele: quæ petijt, uelle cũ Ioue concũbere, ut Iuno secũ concũbere solita erat. Vnde Semele cum tota domo conflagrauit. Fictum aũt est, quoniã ex calore & humore fulmina creant̃. Matutino recursu. Id est, bono, salutari. Manũ enim antiqui bonũ dicebant. A mane, matutinus deducitur. Plinius scribit, quicq̃d astrorũ aspicit Iupiter, suo intuitu ea lætiora fieri: q̃d innuere poeta uidet̃. Attigimus Lunæ. Hic punctũ scribi debet. Stupui. Sequit̃ illos qui dixerũt, in corpore Lunæ alterũ orbem esse. Tunc Deus ille mihi. Vel quia non nouerat Mineruam esse, uel quia, ut diximus libro secundo, Dij promiscui sexus censentur esse.

Miracula mundi. *Iris.* *Eccle. 27.* *Luna.* *Lucina.* *Diana.* *Aër.* *Aether.* *Manum.*

Principio quæ regna uides, quosq; aspicis orbes
Omnia sunt Lunæ, uarium & mutabile sydus
Premeat, & rigidi nunc sese Aquilonis ad oram
Flectit, & ad pluuios contermina porijcit Austros.
Nunc alibi quam credis erit, cœloq; subinde
Dissimilis fit Luna sibi: iam nulla repente,
Et iam tota micat: repetit modo tarda cubile,
Et modo per tenebras pernicibus euolat alis.
Hac Atlantæi fluctus, & Cymbrica Tethys
Pelluntur: fas est fugientem Saxona motam
Sæpe uidere undam, & totis electra natare

Porijcio.

Varium & mutabile sydus. Lege cap. nonum Plinij libro secundo, ubi hæc oĩa examussim reperies, & in prioribus commẽtarijs nostris, ubi oĩa uerbosius ĩuenies. Porrijcit austros. Sacrificali uerbo usus est, q̃d significat, porro iacio. Maro. extaq; salsos Porijciã in fluctus. Vide Macrobiũ de ritu Sacrorum libro Saturna. tertio. Hac Atlantæi fluctus. Credunt

Littoribus, titubat cum alto Gleſſaria ponto,
Et legit auricomus pallentia ſuccina Læuon.
Sed tantum lucis lampas ſibi Delphica, quantum
Elargitur habet, nitet æmula & effugat umbras.
Fertur & Athracio terras, afflata ueneno
Appetere, & magico palleſcere Luna ſuſurro
Cum Pheſtos, Gortynaq;, nec non inclyta Lyctos
Cypria percutiunt Idæis æra flagellis,
Sollicitantq; Deæ aduentum, ſonituq; reclamant
Littora Læthæa, & Minoum perſtrepit antrum.

maris acceſſ9 & receſſus ac inundationes fieri lunari ui, afflatu ac potentia. Cuius rei memini ſatis ſuperq; lib. 6. Electra. Vbi, & quomodo naſcaī Electrum, & q̃d ſolū in Germania, & ꝙ idem q̃d ſuccinū, de generibusq; & uirtute eorundē, atq; ut colligatur copioſiſsime tradit Irenicus lib. 7. cap. pluribus. Gleſſaria. Plinius lib. naturalis hiſtorię tricesimoſeptimo, Certū eſt inq̃t, gigni in inſulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari Gleſſum. Itaq; & a noſtris unā inſularū ob id Gleſſariā appellatā, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtrauiā a Barbaris dictā. Alibi hanc inſulā idem Auſieraniā nominatā dicit, ut in altero loco error ſit. Irenicus diſcreuit, Gleſſariā, nunc Sudau appellari ſcribēs, Auſtraniā uero, in dem Strom. Tacitus. Sed & mare ſcrutanī, ac ſoli oīm Succinū, q̃d ipſi Gleſum uocāt. Plinius tamē et Solinus in India etiā Succinum ꝓuenire aiunt: licet in Germania optimū, plurimūq;. De quo Stellā in primo de Boruſsiæ antiquitatibus libro copioſe ſcribit & eleganter. Id hodie Augſtein appellatur, q̃d inſtar uitri pelluceat. Alij, q̃d id oculis proſit plurimū. Læuon. Quod in Læuonū, ſeu Læuonorū littore electra frequēter reperianī, ultimo fere Germanici maris, quos Suetios putant. Delphica lampas. Solis. Athracio. Id eſt, magico, ab Athrace Magiæ ſectatore. de quo lib. primo. Palleſcere magico ſuſurro. Antiqui rerum naturaliū ignari, cum Luna pallebāt, ijs emori uidebaī: ſumpta a morientib9 ſimilitudine, hoc eſt, cū lumine ſibi a Sole denegato parū fulgebat, uel in coitu erat, credebāt Magicis incantationibus Lunā laborare: qua in re plurimū Theſſalæ mulieres pollebant. Vnde Menādrinæ fabulæ Theſſala nomē. Hanc uanitatē Ambroſius redarguit cap. 8. quarti Hexameron. Cum Phęſtos Gortynaq;, necnon inclyta Lyctos. Oppida Cretę notiſſima. de q̃bus Strabonē uiſito, quo non alter ſcripſit de Creta accuratius. Cretenſis em̄ fuit. Poeta innuit in Creta pollere artē Magicam. Super qua re cū aliquando ſermonē haberemus cōuiualem apud ampliſsimū uirū Iacobum Banniſsiū, memini poetā, qui tū aderat, mira retuliſſe, quæ de quodā uiro ſene & religioſo dicebat ſe de Magia Cretenſiū uſq; adhuc durante accæpiſſe. Affirmabat ſenex ille, ſe multoties cum Cretenſi quodā comediſſe, qui multos annos a fœmina Creſſa in Aſinū uerſus, onera geſſiſſet. Itē duas aues in q̃buſdam Cretæ ſcopulis nec paſtū petere, nec potū, querulasq; uolātium uoces per aērem audiri. Creditumq;, homines magicis incantationibus Cretenſiū mulierum in illas aues uerſos. Cypria æra. Quoniā ut autor eſt Plini9, æs in Cypro inſula repertū eſt: quāuis alij malint alibi. Idæis flagellis. Ab Ida mōte, qui etiā in Creta eſt: unde Idæi Dactyli. Sollicitantq; Deæ aduētum. Id eſt, Lunæ. Veneficæ em̄ mulieres ad deducendā Lunam æra percutiebāt. Ouidius de anu quæ Lunā deducebat, Themeſæaq; concutit æra. Læthęa littora. Læthęus fluui9 Cretæ, q̃ Cortynā oppidum p̄terfluit. Minoum antrū. Quod in eo nouē per annos immoratus Minos, hauſerit a Ioue leges & decreta, poſtea Cretenſibus ab eo promulgata: quarum æmuli & ſectatores fuerunt Græcorum optimi atq; primarij. Autor eſt Strabo lib. 10.

Electrum. Gleſſum. Gleſſaria. Auſtrauia. Auſteriana. Succinum. Augſtein. Athrax. Mira de Creteñ. Magia. Lethæus fluuius.

Tunc ego. Quis ſonitus noſtras Dea p̃culit aures?
Vnde oritur? qua parte poli? Mox illa uiciſſim
Sic ait, Ad ſuperas quantum potes, erige ſedes
Lumina, quo q; modo poſſis cognoſcere, fabor.
Primus qui ſe oculis offert Atlantius Arcas
Emicat: hinc pernox & Phœbo præuius aſter
Regna tenet, qui dum exortos Hyperionis ignes

Tunc ego, quis ſonit9. Interrogat de harmonia cœleſti, quā dicit cauſſari Minerua ex motu Sphærarū. Pythagoras cenſuit, oīa ex muſica cōſtare: unde ſecundū tonos dimetitus eſt Sphærarū interualla, quæ Dyapaſon perfectū in Muſi-

Præcedit curſu, tunc nomen Lucifer olli eſt:
At cum Pyrenem, & fuluos tranſcendit Iberos
Occiduus Titan, mutato nomine Veſper
Dicitur, atq; idem alterno tamen unus in ortu eſt.
Inde iubar Solis flammis rutilantibus aſtra
Permeat, & curſu totum diſcriminat annum,
Thrax ſuper hūc Mauors, rigidūq; effulminat enſem
Vt cernis, uiſusq; mihi iam pronus in Hebrum
Mercurius. Stilbon.
Exarmare Getas, Ciconasq; agitare niuales:
Hinc placidi nitet ora Iouis, ſed in arce ſuprema
Algenti poſita eſt Saturnia Zona receſſu.
Aſtrorum octauus retinet ſibi circulus ignes.
At reliqui duo ſunt, quorum piger alter ad Indos
Se uoluit trepidante gradu, rurſusq; reuiſit
Heſperiam rediens alternis motibus undam,
Vltimus auerſos de littore uoluit eoo
Sphærarum motus, ſecum agit & trahit orbes
Inuitos, noctemq; ſupra, Solemq; reducit.
Qui cum non parili ſpacio, nec motibus iiſdem
Voluantur, contraq; alto nitentia mundo
Interualla ſonent, & tardius aſtra ferantur
Falciferi remorata ſenis, citiusq; recurrat
Luna uices, pulſusq; grauis iungatur acuto
Quælibet, & uarie Sphærarum intermeet apſis,
Exoritur ſonus ille tuas qui mulceat aures.

ca octo uocū conſonantiā faciunt. Quod latius ex Plinio, & Cenſorino proſequit̃ eruditiſsimus Dubrauius in ſecundo Martiani Capellæ lib. de Nuptiis. Adde tu Macrobiū in Somnio Scipionis. Primus. Scilicet, ſupra Lunā. Atlantius Arcas. Mercurius. Hanc ſtellā Græci Stilbontem nominant. Paruū dicunt aſtrū, ſi cum Lucifero cō ponat̃, acuto & radiante lumine, uerſatili ingenio atq; natura. qualiſcunq; em̄ fuerit comes quē nanciſcit̃, tale & ipſum continuo reddit̃. Ea res locū aperuit fingendi, nunciū eſſe Mercuriū, miniſtrūq; Deorū: quādo eorꝝ uiribus poteſtatiq; obſeqtur. Atlantius, qa Atlantis Nepos. Horatiꝰ Mercuri facūde nepos Atlantis. Arcas, qa in Cyllene mōte Arcadię Maia Mercuriū peperit. Maro lib. Aeneidos. 8. Vobis Mercurius pater eſt, quē candida Maia Cyllene gelido conceptū in uertice fudit. Vnde & ipſe Mercurius Cyllenius dictus eſt. Hunc pernox & Phœbo præuius aſter. ſ. Venus, Lucifer, ut ipſe Poëta declarat. Pernox ꝓprie dicit̃ Luna, cū tota nocte lucet. Transfert̃ ad hoīes qui tota nocte uigilant, ut Aul. Gellius Socratē pernoctē dixit. Significauit ergo pernoctis uocabulo Heſperū cum nocte lucere, qui Solem ſubſequit̃: nos Veſperū dicimus Varroniana autoritate, ut cum dicit, præuius Phœbo, Luciferū intelligit, quem Græci φωσφόρον uocant.

Venus. Lucifer. Heſperus. Veſperus. Hiſpani fuſci.

Fuluos Iberos. Vel ad colorē reſpexit gentiū, quæ fuſcæ ſunt: uel ad harenas aureas, quas dicunt flumina in Hiſpania uehere: uel quia in effoſsione auri olim laborabant. Vnde Sillio Aſtur gens Hiſpana dicta eſt, concolor auro. Alterno ortu. Sic Papinius. Et alterno deprehendit̃ unus in ortu. Totū diſcriminat annū. Ab eo em̄ uiciſſitudines iſtæ mūdanæ proficiſcunt̃. de quibus lege Pliniū cap. 6. ſecundi. Quot uero diebus Sol curſum ſuū compleat, adhuc inter Aſtrologos non cōuenit: ut uidimus ex ſententiis eorꝝ, qui ꝓximis annis ſcripſere ſup rōne Romani Calendarii emēdandi: q̄d illud a uero Solis curſu diebus haud paucis aberrarit. Porro ſi cū Solis, de quo nunq; poſſent, ut ait Viues, pro dignitate ſatis multa dici, tum cæterarꝝ erraticarū uires itē ſignificatiōes ac decreta noſſe cupis, quartū adi Pontani librū de Reb. cœleſtibus. Rigidūq; effulminat enſem. Alludit ad naturā ſyderis, q̄d ui atq; ardore ſuo præſidere bellis credit̃. Vnde & Herculis Aſtul dictum, q̄d ille bellis, uiolentiis, raptibus, direptiōibus, latrociniis, & aliis quæ bellū fieri gaudet, multū delectatus fuerit. Aſtrologi Martem igneum præ cæteris eſſe ferunt: & idcirco Iupiter Saturni frigiditate, & Martis calore dicit̃ temperatus. Hebrum. Seruius in fine quarti Georgicorꝝ ſcribit Hebrū amnem ex fontibus Rhodope montis dilabi. Ciconas. Thraciæ populi, quorꝝ matres Orpheum uatē diſcerpſere. Fabula notiſſima, apud Maronē lib. iam

Curſus Solis nondum definitus.

Hebrus. Cicones.

ctato, & Ouidiũ lib. transmutationũ. ii. Astrorũ ignes. Stellas, quas fixas uocant. Se uoluit trepidante gradu. i. Titubante rotatu. Si quidem recentiores nonã Sphæram titubationis appellant. uoluit autẽ ab occasu ad ortum. Vltimus motus. Primũ mobile dicunt. Id ab Oriente in Occidentẽ reliquas sphæras trahit auersas: quoniã naturali motu reliquæ in occidentẽ tendunt. Albertus, Signa, inquit, ab occidente in orientẽ disponunt ordine naturali secundũ motum Planetarũ: sed ab oriente in occidentẽ secundum motũ primi mobilis dispositione præpostera disponunt. Orbes inuitos. Contra nitẽtes. Natura autẽ factum tradit Plinius, ut cõtrario hoc Sphærarũ motu, ac ut ita dicã certamine, aer segnis non sit. Qui cum nõ parili spacio. Colligit ex interuallis magnitudineq; Sphærarũ uaria, ac etiã motu ipso creari harmoniã. Nam secundum Pythagorã, non pari tonorũ spacio sunt oẽs sphæræ. Illud Pythagoræ refert Plinius cap. 22. lib. secundi. Pulsusq; grauis iungat acuto. Hoc oñdit Macrobius cõmentario in Somnũ Scipionis secundo. Quælibet apsis. Apsis, proprie apud Græcos curuaturã significat. Plinius uero accipit pro parte illa summa, infimaq; circulorũ in Sphæris, unde imã dicit & summã apsidem. Recentiores uero summã & imã augem dicunt in hemicyclis Planetarũ. Mihi autẽ uidet hic poni, pars pro toto, ut cũ dicimus puppim, proramue, pro naui. Hoc nẽpe sensu. Cum quælibet sphærarũ uario motu, uarioq; interuallo sint, orit illa cœlestis harmonia. Motum Planetarũ uariũ Plinius indicat. Verũ uerba eius nõ adscripsimus: q̃d sciam plura a principe Mathematicorũ inter Germanos annotata. cui neq; Macrobij sñia in uniuersum probat. Is se ipsum olim & noĩe & opere prodet egregio. Tuas qui mulceat aures. Vnde Plato, cum nõ uideret q̃bus uocibus concentum illũ cœlestẽ conferre posset, cœli sonos, Sirenes cœlorũ appellauit: quæ oĩm suauissimę atq; dulcissimæ esse uulgo dicunt: ita multũ, ut nauigãtes ab instituto queant cursu auertere, et amisso periculorũ sensu, in mille discrimina mortesq; suauitate sua transuersos agere ac præcipitare.

Sphæra trepidationis. Harmonia cœlestis. Apsis. Aux. Sirenes cœlorum.

Ast ego, Vbi moles Sphærarum extrema mouetur,
Cui uoluens motus, & uastum pondus inhæret,
Vtq; hoc partita est totum, natura sit, an ne
Conditio terrarum eadem? Dum talia contor,
Incipit illa. Poli duo sunt, quorum Arcticus alter,
Quẽ uos aspicitis transq; Orchadas, & freta Thules
Longa Callistonia duce littora quæritis ursa.
Alter ad Antipodas, & quæ uestigia gentes
Contra habitant nostra, atq; imo pulsant ab Austro,
Demersus terrasq; alias, populosq; profundos
Verticibus premit ille suis: sic cardine mundus
Circum agitur duplici. Dein qua Ryphæius umbo
Tollitur, atq; urget glacialis plaustra Bootes
Signa micant sena, & totidem tellure sub ima
Qua medius tepet axe dies, Antarctica dicunt.
Verum hæc sufficient nobis, si tempora fando
Prosequar, & ueri caussas reserabo latentes.

Ast ego ubi moles. Faceta petitio, Vbi nã tanta moles suspensa sit? ubi uoluat? Extrema moles Sphærarum. i. Primũ mobile, cuius impetu mouent cuncta. Vtq; hoc partita est. Sensus paulo abstrusior. Interrogat aũt, quomodo natura partita sit. Hoc totũ. i. Machinã cœlestem, & An ne conditio terrarũ eadẽ? Hoc est, Vtrum aliquod cõmercium, aliqua societas sit nobis cũ cœlo. Respondebit autẽ inferius Mineruа, terrã easdem se re diuisiões habere, quæ ferunt esse in cœlo. Poli duo sunt. Horum alter Septẽtrionalis, alter Australis dicit. Arcticus. Id est, Septentrionalis. qui semper in nostra habitatione apparet. Austrinus contra, qui semper, ut ad nostrũ horizonta condit. Sunt tñ in terra quædã loca, in q̃bus Polus, qui semp nobis conspicuus est, ijs qui ibi degunt haudquaq; cernit: qui uero nobis perpetuo occultus est, ijsdẽ conspicuus euadit. Rursus quoq; locũ quempiã in terris inuenies, ubi ambo poli æquabilem in horizonte sitũ habent. autor Proclus, Linacro Britãno interprete. Orchades. Insulæ maris Germanici, in quarũ numero discrepãt autores. Mela triginta eas esse dicit. Plinius & Martianus quadraginta. Ex uerbis Isidori autoris non oĩno spernendi cap. 6. quartidecimi Etymologiarũ, Camers suspicat eum legisse in Soliniano codice triginta tres. Parent hodie regi Scotorũ. Fama est apud Orchades arborẽ esse maritimã, quæ supra amniũ ripam enata, fructũ ferat nõnihil anati-

Poli cœli duo. Orchades. Arbor mira.

bus similē: eumq́ cū maturuerit decidere: q̄d si in undas cadat, mox animatū enare ex undis, & esse uolucrē: putrescit uero cum in terrā cadit. Meminit Syluius in Scotiæ descriptione, & recenser Vadianus cōmentario in Pomponij Geographiā tertio. Duce Vrsa. Quoniā Septentrionales populi hac potissimū in nauigando utunt. Calistonia. Quia in Arcton sydus Septentrionale Lycaonis filia Callisto migrauit ex Vrsa, in quā Iunonis indignatione, cuius erat pellex, mutata dicit. Fabulā narrat Ouidius & Higynus. Alter. s. Polus meridionalis, qui & Antarcticus, q̄d Artico oppositus sit, demersus ad Antipodes, & gentes quæ contra nostra uestigia habitant, & quæ ab imo Austro pulsant. Porro Antipodū situm, in quo non solū antiqtas, sed & Albertus noster, qui sub Rudolfo Habspurgo Impatore floruit, lapsus est, nō facile paucis uerbis absoluerim, Nam & Periœcorū & Antœcorū situs ratio prius consyderanda uenit: q̄d coincidat hoc respectu, illo autē in diuersum abeat: quæ oīa Vadianus, cuius ingeniū postera mirabitur ætas, in principio primi in Melam cōmentarij copiose & acute tradit & explicat, Sed & non minus erudite disserit & cōuincit, ut Lactantius & Augustinus clarissima religionis nostrę lumina, frigide nimis Antipodū habitationē negarint. Mundus. Cœlū. Ryphęius umbo. Id est, mons, seu scopuli Ryphęorū montiū. Sic Statius, ut, nisi fallar, dictū est ante, umbonē etiā montis pro tumore posuit, sumpta similitudine a tumore in scuto, qui Vmbo dicit. Signa micant sena. Alia est diuisio, postq́ incœpit a polorū diuisione. Micant sena. Nam hoc semper necesse est, ut sex signa superius sint, & totidē inferius infra nostrū horizontem. Carmina de duodecim signis ex Manilio in cōmentariū Reuchlinianorū progymnasmatū retuli, quæ & inceptatus sum eo loci. Quare si q̄d cupis de eorū natura & uiribus cognoscere, illinc mutuabis, si meliora non habes. Tepet axe dies. Quoniā in meridiana plaga calores ingētes sunt. Prosequar. Nā inferius de ijs dicet. Nunc illud prosequit quod petierat nutrix, ut natura hoc totū partita fuisset.

Callisto. Arctos. Vrsa. Antarcticus. Antipodes. Periœci. Antœci. Vmbo. De. xij. Signis.

Nunc autem quodcūq; uides, terrasq́, polumq́,
Quinq́ tenent Zonæ, glacies & frigora damnant
Extremas, horretq́ gelu pars utraq́ mundi.
Verum quæ media est, quanquam intractabilis æstu
Credatur, sed uana fides, non frigore lædi,
Nec feruere plagam uoluit Deus, at niue flammam
Miscuit, atq́ inibi posuit mortalibus almam
Temperiem, & regnum uobis habitabile fixit.
Sic etiam reliquas quas hæc plaga tangit utrinq́
Mortales habitant, qui plusue, minusue premuntur
Frigoribus, Solemq́ uident, ut cominus ardet,
Aut longe inualidus spargit sua lumina Titan.

Zonæ cœli quinq́, & circa illas antiquorum errores.

Quinq́ tenent Zonæ. Locus sumptus a Marone in Georgicis, iam inde a uetustissimorū tractatione uulgatissimus. Harū discrimen nobilissimus Grammaticus Probus, tradit, ut e manu accipi possit. Vt autē antiquitas ipsa in earū tractatione lapsa fuerit, eruditissimus Vadianus multis ostēdit uerbis cōmentario primo nuper citato: & Poeta noster antiq̄s ueritatis ignaros arguit. Credebant em̄ sub æquinoctiali plaga habitari nō posse: q̄d equidē mirari nequeo, cum intellexerint Onesicritum prius, mox Annium Policamiū Taprobanem insulā perlustrasse, cuius maior pars sub Aequinoctiali Zona posita est. de qua Plinius citra delectū falsa pro ueris tradidit, ut idē Vadianus studio ueritatis, nō captandæ gloriæ ꝓbat euidētissime cōmentario in Melam, j. Porro Auicenna, Ptolomæus, & Albertus noster tradunt eandē regionem temperatā esse: q̄a quāto maiore calore in die afficit, tanto maiorē refrigerationē in nocte longa Solis distantia recipit. alias refert Albertus rōnes in lib. de natura locorū. Sed uana fides. Antiquorū, qui propter caloris exuberātiam illic habitari non posse putabāt. Niue. Frigore nocturno, ut recentiores, item etiā, ut iam relatū est, Ptol. & Auicēna deprehenderūt. Sic etiā reliquas. s. Duas. Diluit etiā eorundē opinionem de plagis Septentrionalibus, quas credebant oīno propter frigora habitari non posse. Compertū enim est ultra Thylem habitasse, & nūc ex littore nostro ultra eam sæpissime soluere.

Vtrinq́ tangit. Abusus est uerbo: sed respexit ad cōnexionem Zonarū, quæ ut se inuicē tangant necesse est. Qui plusue minusue premuntur Frigoribus. Hoc est, maiora, uel minora frigora patiuntur, prout gentes propinquiores sunt, uel remotiores a Sole.

Forsitan unde Dies, & Nox librata requiris

Forsitan unde Dies.

Aequales

Aequales seruent cursus, uel laxet eosdem,
Laxatosque arctet rursum, qua post modo duplex
Solstitium fit parte poli, sic accipe paucis.
Signifero nunquam discedit tramite Phoebus:
Qui dum cornigerũ uectorem Nepheleidos Helles
Permeat, & primas amburit lampade partes,
Tantundem spacium nox atra, diesq; recurrit:
At cum se ad taurum, prolemq; Atlantida confert
Ad Boream uersus, fraternaq; sydera Titan
Tollitur, atq; supra terram fastigiat orbem,
Inde gradu maiore dies, & tempora ueris
Orta micant, & humũ pingunt uaga prata Lycæam.

Tertia diuisio est, ab æquinoctijs, ab incremẽto decremẽtoq; dierũ, a Solstitijs. Nox librata. Aequalis ponderis cũ die. Sumpta metaphora a libripende: & æquinoctia itelligit, quæ ab ipso met Poeta satis clare describunt. Aequinoctiũ autẽ dicit, cum diei noctes æquant. Solsticium uero, quia in cõuersione Solis ad aliud hemisphęrium, uel ad nos rursus reuertentis, uidet stare Sol, cũ minime stet. Signifero. Zodiaco. Nois rationẽ pete apud Macrobiũ. 2. de Somnio Scipionis cõmentario, et Pontanum lib. de reb. cœlestibus. 1. Sunt tamẽ & aliæ a nobis relatę alicubi. Idẽ multis uerbis explicat, quo ingenio, qbusue instrumẽtis fuerit ab Aegyptijs repertus Zodaicus. Vectorem Nepheleidos Helles. i. Arietem. Notissima fabula apud Higynũ. tunc primũ fit ęquinoctiũ. Primas partes. Hoc est, primũ gradum Arietis. Siquidẽ recẽtiorib. placuit scriptorib9, appellare Gradus, quas Latini ueteres Partes uocauerãt, cum a Græcis dicant Moria. Pontanus autor lib. eodẽ. Sequitur aũt in hoc recentiorꝶ opinionẽ, qui dicunt, æquinoctiũ inchoari in. 1. gradu Arietis. Antiqui autẽ, ut Plinius, Martianus, cæteri, dicunt in octaua parte incipere. At cum se ad Taurũ. Hoc est, secundã partem ueris, siue mediũ. Fraternaq; sydera. i. Geminos, tertiã, siue ultimã Veris partẽ. Siqdem hæ sunt Veris partes, q̃d dicit prima ipsius anni ætas: quæ sicut oĩs ætas, constat principio, medio, & fine. Veris igit principiũ cum sit in Ariete cõstitutũ, prima pars ætatis eius humido plusculũ abundabit: mediũ. i. pars secunda, cũ in Tauro collocet, ac mediũ ipsum inter principiũ constituat & finem, humido, calidoq; sic afficit, ut ab altero in alterũ pedetentim abeat, crescente iam die, & sole in altiorẽ cœli partẽ gradatim succedente. Quo fit, ut finis Verni tẽporis, hoc est, ultima eius ætatis pars sit calidior, cum Sol ipse Germinoꝶ signũ altissime proue ctus peruagat. Est itaq; Taurus tẽperatum signũ: cum sit calidi atq; humidi particeps, ac medi9, atq; ita qdem particeps, ut finis eius in calidũ longiuscule recedat ab humido. Quocirca Ptolomæus, ut refert Pontanus lib. rerũ cœlestium. 5. Taurũ ὑποθέρμον, q̃d latino nomine subcalidum dicet, uocat: traditq; initia eius, ac p̃sertim loca Pliadibus proxima, uentos ciere, itẽq; terræ motus, &c. Ex his patet sensus poetæ: qui uult, postq̃ Sol ab Ariete discessit, accedens Taurũ & Geminos, dies maiores fieri & pingi. Humũ Lycęam. Hoc est, Vindelicã. Hoc tñ accipiendũ est secundum rationẽ situs nostri: cũ in partibus calidioribus, ut in Italia, ante Martiũ incipiat Ver, ut ex Columella colligimus. Prolẽq; Atlantida. i. Pliades, quæ Atlãtis filię dicunt. Maro. An tibi eoæ Atlantides abscondant. De hijs haud mnlto post cõmode referã. Aduersus Boream. Qm̃ ipsæ in Boreali polo positę cũ Tauro sunt. puta in eius cauda. Alij ad sinistrũ Persei genu locãt. Tp̃a ueris. Vel absolute nũero multitudis ꝓ unitatis posito, uel ut sup̃ narraui põt itelligi.

Aequinoctiũ. Solstitium. Zodiacus. Gradus. Partes. Moria. Aries. Taurus.

Mox ut lernæi qua deflagrantia Cancri
Brachia panduntur, regioq; altissima cœli est,
Peruenit, & totidem consistit partibus, illic
Solstitium memorant fieri: cum feruidus axis
Torret agros, paruaq; cibum bos ruminat umbra,
Cum se Caucasea uoluit de rupe bicornis
Indus, & excursu est Patale stupefacta niuali,
Inde Mycenæi dum permeat ora Leonis,

Mox ut Lernæi. Significat in Cancro Solstitiũ fieri æstiuale, ut uulgo dici solet. Neq; enim me latet, ut ex Stabio nostro didici, & subinde apud doctissimũ nostrum Vadianũ legi, uerum Solstitium iter ultimum Geminoꝶ et Cancri primũ gradum esse. Improprie

Diminuitq; dies,& Tauri lucibus æquat.
At postquam illinc Sol abijt,flauamq; reuisit
Erigonem,uector meat ijsdem Athamantius horis.

ergo loquuntur, qui in Cancro, aut Capricorno Solstitiū esse dicunt: cum ad prima potius signorum initia fiant. Simile est de punctis Aequinoctialibus. Vnde utriusq; signi denominationem suscipere possunt, ut Collimitius in cōmentarijs Sphæræ docet. Cæterū æstiuale Solstitiū, cum Sol maximū accedit ad nos cōtingit,& in Syene Aegypti urbe nullæ umbræ iaciunt: quia perpendicularis illic Sol est, nec ulterius nos petit. Vnde error Plinij facile cōuincitur, qui dicit oīa Zodiaco subesse, præsertim quæ habitant. quia si hoc esset, aliquando accideret, ut nos etiam in Germania, uel sub germanico parallelo constituti, perpendiculares umbras haberemus. Alludit autē Poeta ad fabulā Cancri in astris positi beneficio Iunonis. Narrāt eam Higynus, Aratiq; interpres. Aliter Pontanus lib. de Stellis secundo. Regioq; altissima cœli. Sic habet emēdatior codex: quanq; & breuissima, legi potest. qua locutione utitur Vitruuius de Astrologia disputans, sumpta, ut arbitror, similitudine ab itinerantibus. Prior lectio magis placet. Quod posiq; Sol ad primū Cancri punctum (ut maneam in uerbis uulgi) peruenit, non habeat, quo Septentrionē uersus progrediat ulterius. Illic Solstitiū memorant fieri. s. Cursum suum in Austrum cōuersurus. Vnde a Græcis punctū illud Tropicum uocat. A nobis Solstitium: q̄d per aliquot dieculas, detrimētum ipsum lucis uix appareat, tanq; Sol ipse sistat, cum tamē minime stet, ut dictum est. Axis feruidus. Solaris currus. Caucasea rupe. Dixi antea, cōtinuo dorso Caucasum in Indiam usq; extendi. Patale. Insulæ nomen Indicæ, cuius meminit Strabo lib. quintodecimo. Inde Mycenæi Leonis. Fingunt Poetæ duos ab Hercule Leones interfectos, & utrūq; inter astra relatum. Vnum tamē, & quidem maximū signum est. Ad quod cum Sol uenit, incipiunt dies decrescere, ut uult Poeta. Terra aduritur, exsiccantur flumina, & fruges concoquuntur, ut Arati uerba Germanico Cæsare interprete testantur. Et signum ipsum ab hac efferuescentia nomen accæpisse ab astrorū peritis, Pontanus quinto Cœlestium rerū libro scribit. Mycenæum autē dicit, quod in ea regione, ubi Mycenæ sunt, nutritus fuerit. Vnde & Nemæus eadem ratione dictus est ab alijs. Tauri lucibus æquat. Correspondent enim sibi aliqua signa in spacio & horis dierum, ut Iulius Maternus, atq; Pontanus abunde explicant. Græci has mutuas correspondiones, seu consensiones Antiscia uocant. Erigonem. Virginem, quæ inter Leonem & Libram in Zodiaco locū tenet. Quod in hac signiferi orbis portione arescant sic omnia, ut siccitas quæ suapte natura generandis rebus male idonea est, regnare incipiat, signum Virginis sterile putatum est. Quod & græce Agonon, hoc est, infœcundum, parumq; omnino geniale. Athamantius uector. Phryxus Athamantis filius, de quo superius. Iisdem horis. Scilicet, quibus in primo, hoc est, Verno æquinoctio mearat.

Plinij error.

Tropicum. Solstitiale punctum. Patale.

Leo.

Antiscia. Virgo.

Exin terrigenæ Phaëtontis fabula Chelæ
Accipiunt Phœbum, gradibus tunc uoluitur æquis
Nox spacio contenta die, quo corniger ibat
Ammonis ueruex: sed cum se Scorpius offert,
Occasumq; petunt, cum Pleiades Atlantææ,
A medijs progressa plagis, laxata dierum
Interualla secat, Phœbeia lampas, & arctat.
Centaurum Chirona petens: sed & arctius illis
Dat uobis spacium, & lucem brumalis Apollo
Cum gelida Idæi Capricorni signa recurrit.

Aequinoctiū autumnale.

Exin terrigenæ. Designat alterū Aequinoctium, quod fit ī Libra, q̄d uetustiissimi Græcorū, ut Pontanus ait, Chelas uocauere libentius. Maro primo Georgicorum. Qua locus Erigonen īter Chelasq; sequentes, id est, Libram. Optat eū Augustum inter Librā & Virginem collocari. Nam a Chelis Scorpiōis Libra substineri uidet. Vnde aliqui pro uno tantū signo accæperunt. Huius signi consyderationē apud Pontanū ipsum uide, in tractatione rerū Cœlestium. Phäetontis fabula. Nam cum equi Solis ad Chelas Scorpionis peruenissent, exterriti aurigam Phäetontē excusserunt. Notissima fabula. Nox spacio contenta die. Id est, diei, antiqua inflexio, ut admonuimus, simile a Marone locutionē in testem aduocantes. Hāmonis ueruex. Id est, Aries, in quo alterum Aequinoctiū fit. Nempe Vernum. A medijs pgressa plagis. Sic legit in meliori Codice,. Hoc est, ab æquinoctiali puncto Scor-

Libra.

pionem uersus. Aequinoctialis enim plaga media est inter duos tropicos. Nam, ut inquit Albertus, portio terræ quadragintaocto graduum est, quæ supponitur spacio duorum tropicorum. Declinat enim Sol ad Aquilonem uersus tropicum æstiualem fere per uigintiquatuor gradus, per totidem declinat ad Meridiem uersus tropicum hyemalem. Et est ordo: Phœbea lampas a medijs plagis progressa, cum se primum offert Scorpius, adimens iubar occiduo Orioni, cum Pleiades occasum petunt, secat laxata interualla, id est, spacia dierum, quæ prius fuerant laxata. Sensus autem est. Cum Sol discedit a medijs plagis cœli, ubi fit Aequinoctium, & ingreditur Scorpium, tunc incipiunt dies decrescere, & nox augeri: sed magis in Sagittario, maxime autem in Capricorno minuuntur, ubi minimus totius anni dies est, qui Bruma appellatur. Scorpius. Hoc signum est fulminosum & flagrans, Martis domicilium ab Astrologis dicitur. Lege Manilium libro secundo & quarto. Vetustissimi Latini Nepam dixere. Columellæ de Nepa haud infrequens est mentio. Cicero quoq; in Arato. Atq; oculos urget pedibus pectusq; Nepai. Caussam relati in astra signi, pete ex secundo Higyni. Scorpius autem dicitur, a scorpizo quod est spargo. Spargit enim chelas, id est, brachia. Atlanteæ. Secũdum Musæum, fuerunt Atlantis filiæ septem, ex quibus sex claræ sunt, una obscura. Hinc Ouidius dixit. Quæ septem dici, sex tamẽ esse solent. Latini Vergilias uocãt, de quibus inferius Poeta. Pherecides autẽ dicit fuisse filias Lycurgi. Harum nomina putãtur, Electra, Alcinoe, Celeno, Asterope, Merope, Taigete, Maia. Columella scribit, quod decimotertio, & duodecimo Calen. Nouembr. Solis exortu Vergiliæ incipiunt occidere. Centarũ Chirona. Sagittarium Centauroꝝ iustissimũ. Caussa, quæ hunc astris indiderit uarie tradit: mihi Pontani figmentum probat. Idæi Capricorni. Quia in Ida monte dicitur nutritus, & cum Ioue profectus ad Titanorum bellũ, quem Iupiter uictor astris intulit. Aliter alij, Lege Higynũ, & Arati interpretem.

[Margin: Aequinoctialis. — Dierum decrementum. — Bruma. — Scorpius. — Nepa. — Vergiliæ. — Pleiades. — Vergiliarum occasus. — Sagittarius.]

Altera Solstitia, aëreas tunc nix tegit alpes,
Et septena trahens hæret Scythico ostia Ponto,
Quadrijugi patiens plaustri Germanicus Ister,
Noriciusq; gelu uadit super accola crustas.
Cum uero Iliacus sibi iungit Aquarius orbem
Titanum, solisq; iubar, tot continet horas
Scorpius, occiduo adimens iubar Orioni.
Mox Sol cum Zephyri mundum genitalibus auris
Mulcent, Idalios pisces petit, & sibi lucem
Subniti, spacijs miratur Libra sub ijsdem.

Altera Solstitia. Hyemale Solstitiũ intelligit: in quo sub Aquilonari plaga dicit ita frigora increbescere, ut Danubius onustis curribus per glaciem transfretetur. Quadrijugi patiẽs plaustri. Faciunt ad hunc locum, quæ scribit Ouidius, Danubio glacie rigescente de Scythis Istrum trãseuntibꝰ, eaq; loca de populãtibus, li.3. Tristiũ, in elegia, quæ incipit. Si qs adhuc istic. Iliacus Aquarius. Huic signo id nõis inditũ perhibent, q̃d eius exortu imbres plurimi fiant. Quidã uolunt Ganymedem eum esse, Troili & Calliroes filiũ: qui cũ Ida monte uenaret, ob nimiã pulchritudinẽ a Ioue adamatus, & per aquilã raptus, inter astra est collocatus. Nigidius aliter. Occiduo Orioni. Lib. 6. dixi, hoc sydus inter horrida cõnumerari. Fabulã eius uarie narrat Higynus lib. 2. Seruius. 1. Aeneidos. Porro q̃d ad hunc locũ facit scribit Higynus, Orionẽ occidere exorta Scorpionis posteriore parte, & Sagittario ex oriente, cũ Cancro uero toto corpore exurgere. Aliter Lactant. grãmaticus. Aliter Columella.
Genitalibus auris Zephyri. Eo eñ spirãte sata increscunt, uitaq; ac alimentũ plantis augeẽ. Et Horatius q̃3 genitalẽ aurã Fauoni dixit. Columella ait. Fauonij spirare incipiũt. 7. Idus Februa.
Idalios pisces. In q̃s se Venus cõuertit. Lege Higynũ. Idalijs Cypri nemus est, ut scribit Seruiꝰ, in q̃ est oppidũ breue, ubi tẽplũ habuit Venꝰ. Vnde apud Maronẽ ait ipsa. Est Paphos, Idaliũq; mihi, st alta Cythera. Idalia idcirco dicta poetis. Ipsa apud eũdẽ. Aut sup Idaliũ sacra se. recõdã.

[Margin: Solstitium hyemale. — Aquarius. — Ganymedes. — Orionis occasus & ortus. — Zephyrus. — Idalium nemus.]

Præterea ne te lateat, quæ caussa nigrantis
Sit Lunæ, Solemq; oculis uis auferat almum,
Aduerte. Occiduis cum Sol a Gradibus infra
Mergitur, atq; imas Austri defertur in oras,

Præterea ne te lateat. Nũc descẽdit ad caussas physicas. Incipit autẽ a deliquio Lunæ & Solis. Lunę Eclypsis fit, per interpositiõem terræ per-

[Margin: Eclypsis Lunæ.]

Eclypsis Solis.

Exoritur nox atra polo, subeuntq; per auras
Terrestres umbrae: quantumq; is tendit ad ima,
Aethereas tantum obnubit caligine sedes.
Tunc simul ac Phoebe terrarum attingitur umbra,
Vel caput umbriferi inuisit, caudamue Draconis,
Obduci tenebras uisum est, sydusq; hebetari:
Sed cum se paulo meta dimouerit illa,
Non passim defectus erit, nec tota nigratur
Luna nitet minus, aut plus, ut uicina propinquat.

pendiculariter inter Solem & Lunam. Eclypsis autē Solis fit per interpositionē lunaris corporis inter uisum nostrū & Solem. Fit aūt in cauda, uel uel in capite Draconis. Fictus locus ab Astronomis, ubi Sol & Luna cōueniūt supra uel infra terram ad inuicē e regione. A Gadibus. Sunt columnis Herculeis famosae. De his uide Pliniū, lib. 4. Solinum, cap. 36. Strabonē iuxta finē tertij. Diodorū lib. 6. Herodotū. 4. Quantūq; is. s. Sol. Vmbriferi Draconis. Quia Eclypsis syderū umbras gignit, quae nō nisi, ut diximus, in Dracone fit. Hebetari. Plinianū uerbū est. Sed cū se paulo. Eclypsis eñ Lunae uaria est, ꝓut portio terrę inter ipsam & Solē interponit. Nam si perpendiculariter terra interponitur inter utrumq; sydus, totam nigrari Lunā necesse est. Si media pars, media obscuratur. cum ea Lunae portio lumen a Sole accipiat, quae Solem uidet. Idem & in Sole accidit, qui plus & minus Eclypsim patitur, prout Luna plus & minus ad caudam uel caput Draconis accedit.

Gades.

Haec eadem cum plena rotis se subijcit altis,
Atq; loco signi quo Sol defertur eodem,
Inde faces pereunt, & Pythius obijce Lunae
Aufertur terris: sed non hic disperit omni
Parte poli. Phoebe nam quanto laxior orbis
Terrarum, tanto Pater est quoq; Liber utroq;
Vastior: adde etiam magni diuortia mundi,
Quis terram, Lunamq; Deus, Solemq; diremit.
Quare in comperto, cum Delius orbe feratur
Quantum alijs adimit, tantum mox suggerit illis
Luminis, & nunquam terris se condit ubiq;.
Vnde idem Boreae non est defectus & Austro,
Nec radijs augusta caret, nec rursus ademptos
Accipit, ut Thebae ingentes, & torrida Memphis.

Sol Pythius.

Haec eadē. Hic tractat deliquij Solaris rationē, quā paucis iam tetigi, & mox aliquāto pluribus. Atq; loco. Hoc necessariū est, ut sub eodē signo Luna & Sol simul coeāt, ut Solaris eclypsis fiat. Alias si Sol in Aquario, et Luna i Libra esset, q fieri posset, ut Sol obscuraretur, nō uideo: cū nulla sit, ut ita dicam, uicinitas tramitis. Pythius. Sol a fabuloso illo serpentum maximo Pythône cognomiatus: de quo lege Ouidiū primo Metamorphos. libro, & Pontanū de Stellis itidem lib. primo. Illic inuenies, cur Apollo dicatur Pythonē occidisse. Sed non hic disperit omni Parte poli. Id est, Sol nunq; totus eclypsat. Reddit autē rationes mathematicas. Prima, quia Sol longe maior q; Luna est & Terra. Secūdo, ꝓpter interualla corpoꝝ: nempe, Terrae, Lunae. Solis. De magnitudine autē antiq dicebāt Solem duodeuigesies Terrā superare magnitudine, ut autor est Cicero de Natura Deoꝝ. Terram autē magnitudine superare Lunam in tertia parte. Recentiores multo uastiorē Solem faciūt, ac magnitudinis fere incōprehensibilis. Si ergo Sol & Terra magnitudine Lunā exuperāt, Sol, a nobis per minus interpositū corpus Lunae, tanto ꝑsertim interuallo a uisu nostro discretū, adimi totus non potest, hoc est, uniuersaliter. Nam uno in loco totus adimi bene potest, uerumtamen alibi nihilo minus lucebit. Si autē propior uisui nostro Luna foret, fortasse totus adimi posset. quod patet oppositione digiti ad oculum: sed propter distantiā ac interuallū fieri non potest, quod etiam per eundem digitum ab oculo semotū longiuscule, ostenditur. Sensus igitur est, quemadmodum Stabius noster candide mihi illum tradidit, Non hic disperit omni parte poli, hoc est, Non ubiq; in omni parte terrarū polo seu coelo subiecta. Disperit. Id est, eclypsatur. Pater Liber. Sol, quē ideo patrem dixit, quod Sol & homo generant hominē, & certe omniū rerum creatio Soli attribuit. Liberum

Solem nunq; totum eclypsari.

Solis, terrae & Lunae magnitudo.

Sol Pater, & Liber.

aũt, ut Maro. Liber & alma Ceres. Macrobius enim autor est libro Saturn. primo, Neuium dixisse Liberum Solem a Romanis appellari, quod liber & uagus est. Sunt tamen qui illud Maronis putant de Baccho intelligi debere, cũ ex Varronis inuocatione, tum Plutarchi autoritate, qui in quæstionib. multas caussas affert, cur Dionysius, id est, Bacchus Liber pater fuerit appellatus. Poëta sequitur quod recæptũ est, & Seruio ac Macrobio probatur. Diuortia. Distantiam, interualla. Quis. Pro quibus. Vnde idem Boreæ. Vult, quod cum Sol in Boreali polo eclypsim patiẽ, Australes .i. Meridionales populi nõ sentiant. Nec radijs Augusta caret. Declarat, q̃d modo dictũ est. Verbi gratia. Augustæ Vindelicorꝝ eclypsis uideẽ, Thebæ & Memphis urbes Aegypti non uidebũt. Contra cũ apud illas eclypsis fit, apud Vindelicos & cæteros Germaniæ populos minime intelligiẽ. Hoc autẽ accidit, ꝓpter magnitudinẽ Solis, ut dictũ est.

Tunc ego, quo pacto labentia sydera Pontum
Occasura petant, rursusꝗ; oriantur olympo,
Cum uespertino rutilant maris æquora Phœbo,
Edoceas me Diua uelim. Mox talia contra
Orsa est. Se radijs ubi Phœbus iunxerit astro,
Pallescit iubar, & demersos occulit ignes.
Mox oritur cum Phœbus abest, rursusꝗ; uidetur.
Sic etiam nascente die, rursusꝗ; cadente
Astra ferunt, cum luce iubar, nec non rapit infra
Occasura, furor magni irrequietus olympi.

Tunc ego. Nunc ad syderũ ortus & occasus descendit. Se radijs ubi Phœbus. Præsentia eñ Solis occidere uidentur sydera, quæ splendoris magnitudine occultantur, nec uideri possunt. Et dicitur occasus syderum Heliacus. Helios enim Sol dicitur. Mox oriẽ cum Phœbus abest. Ortus heliacus designatur, cum scilicet ab eodẽ astro, quod præsentia sua cælauerat, discedens, absentia pristinam restituit lucem. Sic etiã nascente die. Describit ortum Chronicũ. Astra ferunt iubar cum luce. Scilicet, cum ab horizonte emergunt. Nec non rapit. Cum scilicet cum ipso die occidunt. Lege cap. tertium autoris Sphæræ, in quem Collimitius noster commentarios scripsit.

Occasus & ortus syderum.

Signorum interea ne te quoꝗ; in ordine fallat,
Pars obliqua oritur, pars recto permeat ortu
Cum sua ab æstifero sumunt exordia Cancro
Donec Phillyrides intercipit, astraꝗ; rursus
Recta die, totidemꝗ; umbris obliqua reuectis
Insurgunt, cum uel tristis hyems, contraꝗ; feruntur
Dum Titan prima Capricorni in parte refulget:
Cum uero æqualeis noctes cum luce uidentur,
Terna obliqua meant, totidemꝗ; oriuntur olympo
Recta gradu, similesꝗ; capit nox humida leges.
Sed te ne tantum nutrix morer, aspice ad Arcton,
Ingens ut laxet sinuosa uolumina serpens,
Amplexumꝗ; tenet cum pellice Nonacrina,
Huius uirgineum, perhibent uiolasse Tonantem
Ignara Iunone thorum: sed coniugis illa
Furta sciens commissa, Ceteida uertit in ursam:
Quam pater omnipotens antiqui conscius ignis
Transtulit in cœlum, & formam pensauit honore.
Hæc nunquã occidua est. nam qua gelidissimus axis

Signorũ interea. Alibi etiam sic uersus scriptos legi. Signorꝝ interea ne te quoꝗ; in ordine fallat, Pars erecta die, pars noctu obliqua resurgũt. & scd'o uersu, Donec Phillyrides sese exerit, astraꝗ; rursus Prona die, totidẽꝗ; umbris inflexa reuectis. Ego tamẽ priorem lectionem nõ immuto, cuius sensus est. Existẽte Sole in principio Cancri, quãdo maiores dies sunt, tunc interdiu rectũ ortum sex signa habent. Noctu uero totidem signa oblique oriũtur. Itẽ cum Sol in principio Capricorni est, contrarius fere fit signorꝝ ortus. Nã in die sex signa oblique oriuntur, in nocte uero totidẽ directum habent ortum. Phillyrides. Sa

Ortus signorum rectus, Obliquus.

Aspice ut Andromades effulget uertice sydus,
Et serpentifero Polydectius Aegide Perseus,
Quique ab Eleusina cæreales urbe quadrigas
Flexit, & Alipedum iuga mirabatur equorum
Græcia: sed longum est Vulcani dicere amores.
Vt micat Engonasis, & Phorbas Hysoclæus
Serpentem manibus premit, & uincitur eodem.
Et Cycnus Lędæ, & septem lyra ab Arcade neruis
Pacta Deo, qua summa Orpheus Pangęa peragrans
Traxit saxa, ferasque, & uulsit montibus ornos,
Placauitque umbras orci, fatoque redemit
Eurydicen, nato o mater crudelior illis
Calliopęa tuo, quæ dum Proserpinæ Adonim
Concedis, nuribus Thressis Cytheræa furorem
Inijcit, atque ijsdem cantor discerpitur Orpheus,
Ornaturque sacra fulgens testudine coelum.

Aspice ut Andromamades sydus. Apud eundem figuram eius uisito. Hæc Mineruæ beneficio polo indita est. Clara Euripideo cantu. Polydectius. Ab alumno Polydecte Seriphi Rege.

Serpētifero ęgide. Alludit ad fabulā Gorgonis a Perseo interemptę, cuius dudū meminimus. Colitur illic Perseus & Athenis. Quique ab Eleusina. Erichtoniū dicit, qui ex Vulcani semine & terra natus est. Nota fabula apud Ouidium. Quadrigas flexit. Maronis in Georg. illud notissimum est. Primus Erichtonius curru, & cætera. Tradunt anguineos pedes habuisse. Veritas autem est, Erichtonium in curru ferri solitum, ut crurum, pedumque deformationem celaret. Sed longum est Vulcani dicere amores. Id est, recitare amorem ac desyderium Vulcani in Mineruam. Engonasis. Hunc alij Herculem dicunt, supra Draconem collocatū, alij Cetea, alij Thamirim. Adi Higynū. Est autem per admirationem legēdum, ut illud Maronis. Vt perij, ut me malus abstulit error. Phorbas hysoclęus. Id est, Ophiuchus, qui a nostris scriptoribus, ut ait Higynus, anguitenens dictus est, supra Scorpionem constitutus. Eodem autore dicitur Phorbas Triopę filius, ex Hysocla Mirmydonis filia: unde Hysocleum dicit. Serpentem manibus premit. Sic figuratur etiam, uide Higynum. Cycnus Lędę. Notior est fabula, quam ut hic pluribus repeti debeat, quam & Higynus scribit. Lyra. Et huius fabulam idem narrat. Arcade Deo. Mercurio, caussam ante dixi. Septem neruis pacta. Iuxta illud Maronis. Septem compacta cicutis. Horatius Mercurium curuæ lyrę parentem appellat: de cuius chordulis inuentis Plinius, in capite de inuentione rerum, libro septimo. Qua summa Orpheus. Cui a Mercurio data est, alij ab Apolline ei datam scribunt. Crudelior illis. Scilicet umbris & fato Erebi. Fabula est, Venerem cum Proserpina de Adoni puero contendisse ante Iouem. Calliopęa Orphei mater iudex in hac caussa sententiam dedit, Adoni utramque dimidia anni parte frui debere. Irata propterea Venus, quia totum Adonim sibi concedi uolebat, Thressis mulieribus furorem iniecit: accensęque amore Orpheum frustatim discerpserunt. Alij autem, quia præposterę libidinis repertor fuit, discerptū putant. Ni fallor, diximus Orpheum poëtam, autore Aristotele nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse cerdonis, ut refert Cicero libro diuinæ naturæ primo. Per exclamationem igitur patheticam inquit, O mater Calliopęa, quæ Orpheo crudelior fuisti, quam umbræ Orci: quippe quæ propter iudicium tuum de Adoni, caussam dedisti ut discerperetur Orpheus. Sacra testudine. Id est, Cythara. Alludit ad inuentum Cytharæ, de quo ante retuli.

Erichthonius

Engonasis.

Ophiuchus.

Mercurius lyrę parens.

Adonis fabula.

Nunc Hyadas specta Nymphas, Dodonidas olim
Pasithoem, Ambrosiam, Eudorā, pulchāque Coronin
Plexauręque, Polissoque, auricomamque Thyenem,
Quæ quoniam altrices Bacchi dicuntur, easdem
Iuppiter omnipotens nostro coniunxit olympo.
Has prope Pleiones natæ, quas esse secutum

Nunc Hyadas specta nymphas Dodonidas. Secundum Pherecidem, quas ipse Dodonidas appellauit Liberi patris nutrices, a Dodona Epiri ciuitate. De his Ouidius libro Fastorum Quinto.

Dodonidæ hyades.

Bissenos referunt sæuum annos Oriona,
Vergilias dixere alij, quarum incipit ortu
Aestas, atq; hyemem occasus, frigusq; reducit.

Ora micant tauri septem radiantia flammis, Nauita quas Hyadas græcus ab hymbre uocat. Pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse Tethyos has neptes, Oceaniq; senis. Quare autem Hyades uocantur, docet Gellius cap. nono libri tertijdecimi. Earum nomina refert Higynus, quæ in priori editione aliquantulum uariata sunt. Ego uersus a poëta recognitos, ut in bono exemplari legi, substitui. Pleiones. Oceani filiæ ex Atlante. Vnde & Pleiades, ut diximus. Sunt tamen & aliæ nominis caussæ, quas Picus refert Secundo in Hymnis cōmentario. Sæuum Oriona. Dixit propter syderis naturam, quæ inter horrida numeratur. autores citauimus libro Sexto. Alij s. Latini. Vergilias. Quod earum ortu uer finem faciat, ut ait Festus. Et de Pleiadibus loquens Ouidius libro Fastorum quinto Tunc mihi non dubijs autoribus incipit æstas, Et tepidi finem tēpora ueris habent. Alij tamen a uerni temporis significatione Vergilijs nomen inditum existimant, quod primæ nauigationis tempus ostendant. Propertius. Sit iners tardis nauita Vergilijs. Quarum ortu. Fit autem, ut tradit Plinius, Sole Tauri partem xxv. obtinente, sex diebus ante Maias Idus, quo tempore Columella quoq; omnes inquit Vergilias apparere. Hyemem occasus. Eodem autore paulo ante Idus Nouemb. hyemem incohat occasus Vergiliarum.

Hyades. Pleiones. Pleiades. Vergiliæ.

At plaga quæ albescit longo inter sydera tractu
Maxima, & obliquum incedens, uia Lactea cœli est.
Rhea etenim, ut memorāt, postq; impius ore uorabat
Saturnus prolem, magnum paritura Tonantem
Commendat terræ: quæ lata excępit alendum
In Creta, & noctis secum nigrantibus umbris
Pertulit ad Lycton, dięq; recessibus imis
Abscondit terræ, atq; alto occultauit in antro.
Rhea autem lapidem, quem fascia cinxerat, ipsi
Saturno exhibuit: cui cum premere ubera matrem
Iussisset, facta est fuso uia candida lacte.
Possem multa tibi ueterum monumenta referre
Astrorum, quæ prona uides, quæq; ardua surgunt
Per gelidi conuexa poli, uel quæ rapit infra
Oceanus, Phœboq; iterum pallente remittit.

Lacteus circulus. Galaxia.

At plaga quæ. Astronomi Lacteum uocāt circulū æquinoctialem contrarium: caussam Higynus monstrat libro primo. Deformat autē eū ad finem Secundi. In hūc locum Scipio Ciceronianus ait, ꝓficisci animas eorum, qui beate uixissent. Adi Macrobium. Inter sydera. Quorum est refertissimus, & ideo etiam præter cęteros circulos tam insigni, tamq; denso est splendore, ut Lactis præ se ferat speciem, a qua nostri eū Lac cœli, Græci autem Galaxiam dixerunt. Vt aūt ueterum philosophi parum scite de eo ipso circulo diffinierint, Aristoteles ostendit libro Meteororum primo, & recenset Viues in uigilia. Poëta suo more fabulā interserit, sumptam ex Hesiodia Theogonia. Scribit is. Cum Rhea paritura esset Iouem, consuluit parentes cœlum & terram, quid agendū esset, cum Saturnus omnes filios deuoraret: quia in fatis esse audierat, filium ex eo nasciturum, qui e regno eū pelleret. Iouem ergo cū peperisset, clam ad Lycton oppidū Cretę, ubi pinguis sit populus, misit. Hunc terra capiens, occultauit in alto antro syluosi montis caprini. Rhea interim lapidem cinxit, Regiq; deorum dedit: qui partum esse arbitratus, in suum uētrem posuit, id est, deuorauit. Alicubi legi, si recte memini, lapidem hunc Abadir uocatum fuisse. Vorobat. Sic habet emaculatum exemplar: quamq; non uideo, quid obstet, ne legas, uoraret. Dięq; terræ. Interpretatus est uerbum Hesiodi, qui ait. Diuinæ sub recessibus terræ. Vel expone dię, id est, generosæ, ut Seruius interpretatur. Prima magis placet.

Fabula de Lacteo circulo.

Nunc autem medio postq; nox humida cursu
Labitur, & splendet Phœbe, tibi discere fas sit
Quicquid terrarum ex alto spectamus olympo,

Nunc autem medio. Facta longa de rebus cœlestibus mētione, iam ad terrarum descriptionem

Scilicet Europam, Libyemq; Asiamq; potentem,
Tu modo da faciles dictis præsentibus aures.
Tunc ego. Cunctarũ superans decus una Dearũ,
Pollicitis insiste tuis, & pande iacentes
Mi terras, memoraq; urbes, partitaque regna.
Dicebam, cum Diua inquit sic talia contra.

descendit. Europam, Libyem, Asiã. Sentiunt plæriq;, omnes tres has partes terræ nomen accepisse a fœmellis. Herodotus tamen autor est, a nemine mortalium compertum esse, unde huic terræ, quam Europam uocamus, id nominis accesserit: de cuius laudibus scribit Strabo perquam pulchre, ut ait Vadianus. Europæ nomen incompertum.

Principio tellus, aër, atque æquora Ponti,
Quemq; prope aspicimus calidis regionibus æther
Congeries rerum fuit, informataque moles.
Nullus erat mundus, confusa elementa uicissim,
Horrendum dixere Chaos, discordia siccis
Flumina pugnabant terris, cumq; aëre tellus,
Ignis aqua: tunc alta Deus super æquora uectus,
Extulit os sacrum, & tantos componere motus
Instituit, sedesque dedit, partitaque fixit
Imperia, atq; una stabili compage reuinxit,
Formauitq; nouum concordi fœdere mundum.
Nam primum fit terra Chao, noctesq; silentes,
Tartaraq;, umbrarumq; domus: gratusq; subinde
Creuit amor, qui membra ligat, Diuumq; hoĩmq;,
Consiliumq; adimit, & pectora concitat æstu.
Aethera nox peperit, cœlum terra, altaq; Ponti
Flumina, & oceanum terras qui fluctibus ambit.
Inde hominũ, Diuumq; genus, uariæq; animantes
Creuere, & uestros habitarunt Dij quoq; montes,
Sed terra in primis, atq; arua iacentia, quæ uos
Incolitis, medio pendentibus aëre syluis
Circumfusa manent, & inertia pondera molis
Haud possunt illo contra nitente moueri.

Principio tellus. Sumptus locus ex principio Transmut. Ouidianarũ, notior quã ut hoc loco adscribi debeat. Quem prope aspicimus. Quoniam æther circulo lunari proximus est. Flumina pugnabant terris. Id est, humiditas cum siccitate. Vnde aridam aliq simpliciter pro terra posuerunt. Quo aũt distẽt, docet diuus Ambrosius cap. quarto. Tertij Hexameron. Tunc alta Deus super æquora uectus. In Mose legimus. Et spiritus Domini ferebatur super aquas. Gen. 1. Vnde Ausonius in oratione matutina. Qui super æquoreas uolitabat spiritus undas. Lege concionem Secundã Hexameron apud Basil. Magnum, ac cap. octauũ Primi Hexameron Ambros. Plato intelligebat aërem, qui & spiritus dicitur: & Picum in Heptalo, quo nemo rerum creationem acutius tractauit, ita tamen ne desyderes facilitatem. Augustinus rerum creationem ut sciret, a Deo petijt. Nam primum fit terra Chao. Sequitur Hesiodum de creatione rerum, secundum quem primum Chaos factum est. Inde terra immortalium pauimentum, tartaraq; in occulto terræ secessu. Postea amor creatus est domitor deorum atq; hominum, qui membra ligat, mentemq; ex pectoribus haurit. Ex Chao autem Erebus, noxq; nigra facti sunt: ex nocte æther & dies, quos mixta Erebo peperit. Terra autẽ æqualem sibi genuit, cœlum astriferum, deorum sacrorum sedem perpetuam, Pontumq; nullius mixta consuetudini. Postea uero cum cœlo cubans, Oceanum peperit uorticosum. Tu fabulis omissis, pete, quos iam citaui autores, & si carmine delectaris, Hymnum primum Pici Iunioris concine. Creuit amor. Secundum Lucianum in dialogo de amore, dicentem: Perperam ais, te puerũ esse: quippe qui multo antiquior es Iapeto. Plato item tradit antiquissimam fuisse amoris creationem. Nam ex Chao, id est, prima materia, seu prima natura rerum natum affirmat: propter commixtionem elementorũ, commer-

Creatio fabulosa.

Amor antiquissimus.

tiumq; rerum inter se contrariarum, quæ nullo modo colligari, conuertiq; inuicem potuissent, nisi natura prius Amorem genuisset, unde illa colligatio fieret mutua elementorum: quam concordiam discordem nostri dicunt, ac quandam ex contrarijs temperantiam. Græci sympathiam, & antipathiam dicunt. Cicero de natura Deorum tradit Erebi & Noctis filium. Exponit autem Amorem Hesiodiũ Zeno ætherem, teste Parrhasio: quod uterq; igneus est. Et pectora concitat æstu. Maro. Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres In furias, ignemq; ruũt, Amor omnibus idem. Habitarunt Dij quoq; montes. Innuit quod idem scribit Hesiodus. Genuit, inquit, montes longos, gratiosos Deorum recessus, Nympharum, quæ habitant per concauos montes. Illo contranitente moueri. Sumpsit hunc totum, ut arbitror locum ex cap. Quinto Primi Natural. hist. Plinianę, quem candidius tractat & facilius etiam Macrob. cap. ultimo, primi in Somnium Scipionis commentarij.

Concordia discors.

Hoc igitur quodcunque uides, discriminat ætas
Priscorum in partes, dubiaque ab origine Nilus
Eoas tepidis terras se iungit ab Aphris,
Hunc memorant non nosse datum, qua fontis origo
Pręcipitet, Meroemq; suo circumfluat alueo,
Verũ hic Aethiopũ, qua gens mare torrida Phœbo
Accolit Hesperium, & Mauro sulcantur arenæ,
Fœcundum attollit caput, ac de montibus altis
Vt spectas, ruit, & putres pinguescere campos
Certum est, Aegyptum cum fœtifer obtegit unda
Amnis, & excursu regionem oblimat ineretm
Credas & Zephyros, & syderis incrementum
Phœbei, uim ferre uado, Cancrumq; potentem
Sole superiecto Nilo dissoluere uenas.
Siue quod Aethesiæ contra luctantibus undis
Per campos tumida impellunt septena uagari
Ostia: sed ueri caussas cognosce latentes.

Hoc igitur quodcunq; uides. Enarratis rerum principijs, describit orbẽ terrarum trifariam diuisum, ut scribunt fere omnes, Plinius in principio Tertij, Strabo, Mela, Solin9, Capella, Orosius, Augustin9 cap. Decimo septimo Sextidecimi Ciuitatis dei. Salustius aũt in Iugurtino asserit, quorundam opinionem fuisse, terram in duas partes diuisam. Nilus. Qui et Melon dictus est a Latinis, ut ait Seruius. Sed & alia plurima fuisse ei nomina apud ueteres, refert Diodorus Siculus. Hunc memorant non nosse datum. Poëtæ fere oẽs, teste Camerte, scribũt Nili originem penitus ignorari. Lucanus in Decimo. Arcanum natura caput nõ prodidit ulli, & quæ sequuntur: & Tibullus, Nile pater, qua non possum te dicere caussa? Aut quibus in terris occuluisse caput. Autor est Seneca, si comprehendi posset, unde crescere incipiat Nilus, caussæ quoq; incrementi inuenirentur. Meroem. Pręclara hæc insula, & earum quas Nilus ambit prope maxima, nomen habet a Meroe Cambysis sorore, uel ut Diodorus ait, matre ibi mortua, cum ad Aethiopas ingressus esset, autore Strabone. Et Mauro sulcantur arenæ. Mauritaniam designat inferiorem. Duas enim faciunt Geographi Mauritanias: quarum situm tradit Ptolomæus cap. primo & secundo lib. quarti. Nomen inditum ab incolarum nigredine. Græci enim Mauron nigrum dicunt. Fœcundum caput. Ad inundationem respexit, uel fœtiferum Nili potum. De Nili fœcunditate multa scribunt Herodotus, Diodorus, Plinius, Mela, Solinus, & Lucanus in fine operis. Sed & superius nõnihil ea de re relatum est. Regionem inertem. Bene inertem, quia nihil gigneret, nisi Nili inundatio esset. Credas & Zephyros. Caussas incremeti Niliaci uarie traditas refert Plutarchus cap. Quarto de Placitis Philosophorum. Eandem tractant materiam Herodotus in Secundo, Strabo libro ultimo, Seneca Quarto Naturalium Quæstion. Diodorus Siculus, Mela primo, Solinus cap. Quadragesimo quinto, Marcellinus uicesimo Secundo. Lucanus in ultimo: cuius sententię astipulatur diuus Ambrosius cap. decimo quarto De Noe & Arca. Lucretius item lib. Sexto uarias caussas refert.

Nili nomina multa.

Nili ortus dubius.

Meröe.

Mauritania duplex.

Nili fœcunditas.

Nili inundationis caussæ uariæ.

Syderis incrementum Phœbei. Hoc tradunt Herodotus, Diodorus, Plinius & Seneca. Siue

quod Aethesiae. Haec fuit Thaletis physici sententia: cuius ratio ab Aristotele & Seneca reuellitur. De Aethesijs Aristoteles a principio lib. Tertij Meteororũ. Septena ostia. De ijs lege Diodorum libro primo, Ammianum lib. Vicesimo secundo, & Ptolomaeum cap. quinto quarti. Picturam uide eorum tabula tertia Aphricae, apud eundem Plinium cap. Decimo quinti, & Camertem in Enarrationibus Soliniani Polyhistoris. Aethesia.

Vndarum oceanus pater est, subterque silentes
Viscera terrarum fluuiosq; undasq; ministrat.
Et quantum in nubes altas densatur aquarum,
Fluminaq; accipiunt, tantum quo uenerat humor
Egeritur, recipitq; ingens sua munera Nereus:
Laxior at quanto est, maiorq; cuniculus, unde
Compressi serpunt fluctus, sic uastior auras
Verberat, atq; udis infertur apertior aruis
Impetus, & fractis tumidus fluit amnis habenis.
Quin etiam Austrinis subter trahit aequor ab oris,
Et caecas deuoluit aquas, tollensq; supinus
Cornua Amasiadas interfluit arduus urbes
Solstitio, nam tristis hyems qua nascitur horret,
Vnde fit undanti Nilo uis maior aquarum.
Credere sic fas est: neq; enim flagrante negarim
Sole trahi, tepidis cum flumina anhela cauernis
Se condunt, tractasq; cauis ab hiatibus undas
Suspendi, fieriq; palam incrementa per agros.

Vndarum oceanus. Poëta nititur physica quadam ratione probare, incrementum Nili fieri ab Oceano. Scilicet subministratis ei per subterraneos meatus undis: atq; ut plus, minusue aquarum per cuniculos subministratur, ita incremẽta Nili, uel maiora, uel minora fieri. quoniam non defuerunt, ut apud Melam legimus, cuius uerba mox ascribam, qui dicerent fluuiũ circa Antichthonas nasci, caecoq; alueo subter maria in nos rursus emergere. Idcirco dicit. Quin etiam austrinis subter trahit aequor ab oris, Et caecas deuoluit aquas, tollensq; supinus Cornua Amasiadas. Id est, Aegyptias. Niliaci incrementi ratio physica.

Ab Amasi rege Aegypti, cuius meminit Lucanus in Nono. Plinius & Mela testantur regnantẽ hoc in Aegypto, uiginti millia urbium fuisse. Hic uiolentius quam caeteri regnauit, ut ait Diodorus. Sepelitur in immensa pyramide, cuius Herodotus meminit, & Lucanus. Non mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis, Atq; alij Reges Nilo torrente natabunt? Ferunt ante Amasim in Aegypto fuisse Reges trecentos & triginta. Nam tristis hyems qua nascitur horret. Sic Mela, cuius locũ poëta mutuauit. Quod si est alter orbis, suntq; oppositi nobis a meridie Antichthones, ne illud quidem a uero nimium abscesserit, in illis terris ortum amnem, ubi subter maria caeco alueo penetrauerit, in nostris rursus emergere, & hac re solstitio accrescere, quod tũ hyems fit unde oritur. Vadianus enarrator Melę doctiss. uerum id esse, etiam si in nostro orbe oritur, pro Anarogara explicat. Vadiano nostro alter non est, qui copiosius, eruditius, & consyderatius ea, quae ad Nili naturam quoquo modo accedere possunt. Neq; enim flagrante negarim Sole trahi. Nonnulli, inquit, Solinus, affirmant fontem eius, qui Phiala uocatur, syderũ motibus excitari, extractumq; radijs candentibus coelesti igne suspendi, non tamen sine certa legis disciplina, hoc est, lunis coeptantibus. Idem Plinius tradit cap. nono Quinti. Amasis. Phiala.

Addo niues, imbresq; loci, quos despicis, illis
Exhorrere iugis, qui summo a uertice fusi,
Currentem augescunt Nilum, cum feruida lampas
Hesperios coquit Aethiopas, Maurosq; bilingues.

Addo niues, imbresq; loci. Libuit eruditiss. Vadiani nostri uerba ascribere, & quod elegantia sint, & lumen poëtae uersibus inferant. Sol, inquit, ad Cancri tropicum accedens, locum facit imbribus meridianis & affluentiae aquarum, ut Aristoteli, Nearcho, Agathargini, Gnidio, & Diodoro cum primis uidetur: rursum uero ad Cancrum accedens, niues ex altissimis illis, quae supra Mauritaniam & Numidiam sunt, montibus, soluens, ut flumina illic accrescant pari ratione efficit, ut Democritus asseruit. Fitq; ut

illic imbribus exortis, hic solutis niuibus, undæ per medias solitudines effluant, & uario flexu tandem corriuent, Nilumq́ consertiant, ut ad tantam inundationem sufficiat. Crescunt uero sensim, pro ut illinc Sole latius abeunte, crebriores imbres fiunt: hoc uero magis accedente, eo uehementius niues soluuntur. Hoc Sole Geminos tenente, fieri potest: quamq́ in Cancro primum Aegypto reddantur aquæ. Fluxus enim longissimus est, & perpetuis ambagibus suspenditur. In Leone ergo est abundantissimus, aquis utrinq́ ingruentibus. In Virgine decrescit: quantum Sol declinationem citius uariat, in ęquatorem imminens, & meridianam plagam, quæ infra tropicum Capricorni est, æstu rursum pręmens, imbriumq́ materiam exurens. In Libra enim iam residet, ut Plinius scribit. Maurosq́ bilingues. Quoniam duplex est Mauritania, ut duplex Aethiopia.

Nec mirere tamen, si corpora adusta calore
Vsquam illic non esse niues, nec ab imbribus ullis
Pulsari. dant signa plagam: namq́ aspice magnum
Atlantem, cui nos olim debere fatemur,
Sed male pro meritis Libyes deuectus in oras
Acrisionæus pensauit munera Perseus.
Quippe ubi Gorgoneos affixit in ægide uultus,
Palladio oceanum linquens, & Dorcadas altas,
Ad Mauros deflexit iter, qua uidit Atlanta
Signantem spacia, & uoluentem sydera cœli
Obliquæ autorem Sphæræ, tunc inuidus ille
Vertit in hunc montem, medijs qui surgit arenis,
Astriferumq́ alto propulsat uertice olympum.
Qui quanquam exurat Maurusia Delius arua,
Et nudos calor Autololas, sub nubibus atris
Piniferum condit caput, horrescitq́ uidendo
Nix humeris olli, & glacies dependit ab altis
Cautibus, & largos per concaua saxa fluores
Præcipiti est spectare uado, non ora Atlantis
Aethiopum diuersa plagæ, dat nomina mons hic
Oceano, Aethiopes illic, & utrinque uidemus
Errantes Mauros, qui olim sensere potentis
Fręna Iubę, diriq́ manum tremuere Siphacis.

Niues in calidis regionib.

Atlantis fabula.

Nec mirere tamen. Respondet tacitæ obiectioni. Posset enim quispiam dicere, quo pacto in Aethiopia niues esse possunt, cũ calores illic diuturni sint & uehemẽtes? Ad confutandum autem utitur similitudine uicinioris nobis loci, scilicet mũtis Atlantis Mauritanię, ubi quoq́ calores esse ingentes, incolarum color ostendit, qui nigra sunt facie: tamen, ut inferius dicit, in ipso monte sunt niues altissimæ, cũ alias regio intolerabili calore afficiatur. Et per hanc occasionem mundi regiones recenset ab Atlante monte, Pomponiũ Melam, qui etiam ab Aphricę descriptione auspicatur, ut puto, imitatus.

Cui nos olim debere fatemur. s. qui cœlum a casu sustinuit. Nota fabula. Fictũ idcirco, quoniam Astrologiæ fuit peritus, deq́ Sphæra primus inter homines disputauit. Locum item fabulę prębuit, Herculem cœlum ab Atlante susceptum sustinuisse, quod Hercules ab Atlante Astrologiam didicerit. Annotat Seruius, Atlantem, Telamonem latine dici, sicut Nilum Melonem, ut parum ante diximus. Fabulæ meminit Hesiodus in Theogonia, cuius uersus latine citat doctiss. Camers in Solinianis enarrat. ut de Hercule carmina Claudiani. Acrisionęus. Perseus. Persei & Gorgonum fabula exposita est. Dicitur autem Acrisionæus ab Acrisio, quem inter ludendum Perseus disco inuitus interfecit. Qua uidit Atlanta. Perseum fuisse in Aphrica, atq́ in uertice Atlantis scribunt Plinius cap. primo Quinti, Solinus in Libyæ descripone, & Ouidius quarto Transmutationum libro. Medijs qui surgit arenis. Eleganter montem hunc describit, ut Maro quoq́ libro primo, & quarto Aeneid. Et Solinus ait, Atlas mons e media arenarum consurgit uastitate. Autololas. Autololes Aphricæ populi, sola pedum pernicitate memorandi. Syllius in tertio. Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis, Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis: Tanta fuga est, certant pennę, campumq́ uolatu

Acrisius.

Autololes.

uolatu Cum rapuere, pedum frustra uestigia quæras. Et Claudianus. Repetunt deserta fugaces Autololes. Hinc non inelegans prouerbium, Autololibus fugacior, de homine mira pedū pernicitate prædito, uel cuius (ut inquit Maro) pedibus timor addit alas; ut Camers adnotauit. Sub nubibus atris. Tacite rationem physicam explicat: quia tantę est celsitudinis, ut frigidam aëris plagam attingat, repercussioq; radiorum Solarium, unde calor gignitur in ea aëris parte, non nimium possit. Præcipiti uado. Id est, fluuio. Non ora Atlantis. Innuit Aethiopum plagam non esse dissimilem Mauritanię, propter calores. Præterea ut Aethiopes nomen dant Oceano, qui Aethiopicus appellatur, ita Atlas facit, ut suo nomine mare quoq; Atlanticum appelletur. Sumpsit hæc, ut sequentia omnia de Atlante ex Plinio & Solino. Vtrinq; uidemus errantes Mauros. Alia ratio, quod utrobiq; Mauritania est. Nam aliqui dicunt Nilum oriri in iugis inferioris Mauritaniæ, qui ibi Nigris appelletur. Fręna Iubæ. Hic utriusq; Mauritaniæ regno potitus est, ait Solinus. Plinius idem scribit, adijciens, studiorum claritate memorabiliorem q̃ regno. Siphacis. Siphax Numidię rex, cuius historiam copiose scribunt Liuius, Frontinus, Salustius, Florus, Sillius decimo septimo. Is quoniam ictum cum Romanis fœdus fregerit, & Carthaginensibus adhęserit, uictus tandem, & captus a P. Scipione, uita functus, in triumpho ductus est. Sillius lib. ultimo. Ante Siphax feretro residens, captiua premebat Lumina, & auratę seruabant colla cathenę.

Autololibus fugacior.

Nigris.

Iuba.

Siphax.

Hunc igitur summo qui uertice nubila pulsat,
Quis credat non ferre polos, & lambere Lunam?
Nocte strepūt nemora, et crebris micat ignib. umbra,
Cymbalaq; audiri fama est, faunosq; bicornes
Exultare sono, lasciuaque tympana truncis
Pulsari, & Satyros cantu producere noctem:
Sed cum clara dies humentem reppulit umbram,
Cuncta silent, nullusque locis auditur in illis
Mortalis, solum horror inest, & maxima montis
Relligio, syluisque Deos errare sub altis
Plebæos fama est. nam postquam stellifer Atlas
Sustinuitq; Iouem, atq; humeris fulciuit olympum,
Numina quæ occuluit, scabrisq; recondidit antris
Seruat adhuc, secumq; tenet, neue ullus oberrans
Montibus inspiciat Diuos, in luce silendi
Mos illis, sed nocte sonant, arcentque profanos.
Hinc nomē populis, & adhuc memorantur Atlantes
Ambagum immunes somni, gens impia Phœbo.
Quippe ut ab oceano rutilum crinitus Apollo
Exerit os, rursusque diem componit olympo,
Hunc sequitur diris, & numinis arguit ignes.

Hunc igitur. Hinc auspicatur locorum descriptionē. Lambere Lunam. Solinus. In uiciniā lunaris circuli, ultra nubes caput condit. Nocte strepūt nemora. Hæc poëta, ut iam diximus, a Plinio mutuauit. lege eius caput primum Quinti libri. Similia scribūt Strabo libro Geographię decimo septimo & Herodot. quarto. Ambagū immunes somni. Et hæc tradit ipse Plinius cap. octauo Quinti lib. et prope eadē scribūt Mela lib. primo, Solinus ubi intimas Libyę gentes memorat, Herodotus lib. quarto, Capella Sexto, & Arrianus. Diodorus autē quę de Atlātibus refert, multo ab ijs aliena sunt. Lege eum lib. quarto.

Atlantes non somniant.

Hunc sequitur diris. Dum ipsis est circa uerticem: nam tunc ob morā intolerando ęstu afficit. Vnde ut ait Solinus, Diris Solis exortus excipiunt, diris occasus prosequuntur, ustiq; torrentis plagę sydere oderunt deūm lucis.

Aspice qua Hesperidum syluæ tolluntur, & olim
Auricomum nemus, & non ueri poma draconis.
Namq; ibi transfundens sinuosa uolumina Tethys
Huic similis tractu est, tortisq; exæstuat undis,
Vnde locum uulgo nacta est sibi fabula mendax.

Et non ueri Draconis. Declarat fabulæ ueritatem, ut refertur a Plinio & Solino. Nam Palephatus aliter in libro, quem de falsis historijs inscri-

Horti Hesperidum.

Respice & infrȩnes Numidas, fractiq; Iugurtæ
Imperium, Siphacisq; urbes, & regna Micipsæ,
Getulumque genus, Massesylosque furentes,
Quiq; fluit tumidus ripis titubantibus Ancon,
Nonne uides quantum turres extollat in auras
Tabraca? Romuleiq; olim memoranda Catonis
Vrbs nece, q̃ parua est? Rhetȩæq; æmula Romæ
Carthago ut iacet? & uix noscitur urbis imago,
At quæ non longo sunt condita mœnia tractu
Thasson, & undates Syrti pulsante Theenas
Appellant: ubi torta uadis, conuulsaque uento
Aequora dant sonitum, refluitq;, flutq; repente
Instabilis natura freti, nunc aurea lambit
Sydera, & exurgens præteruolat aëra fluctus.
Nunc hæret, prȩssoque illidit gurgite puppes
In breuia, & scopulos, subterq; latentia saxa.

psit, ut libro primo retuli. Fabulam scribũt Diodorus i Quarto, Lactantius interpres Secundo commẽtario, Seruius in quarto Aeneid. super illud, Hesperidum templi custos. Sinuosa uolumina Tethys. Solinus de hortis Hesperidũ, & per uigili Dracone, Ne famȩ licentia, inquit, uulneretur fides, & ratio hȩc est. Flexuoso meatu æstuarium e mari fert, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut uisentibus procul lapsus anguineos fracta uertigine mentiatur. Ita quod hortos appellauere circũdat. Vnde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. Infrȩnes Numidas. Strabo autor est libro Geographiȩ ultimo, Numidas ante regem Masinissam a cõmunibus hominum moribus exulasse. Vel dixit infrȩnes, respiciẽs ad Carthaginem Romæ æmulam. Sunt & aliæ gentes

Nomades plures. Nomades appellatæ, ob consimilem nominis caussam, quam tradit Plinius. Fracti Iugurthȩ. In hoc fuit, inquit Florus, quod post Hannibalem timeretur. Quippe rex callidissimus, populũ Romanum armis inclytũ, & inuictum opibus aggressus est: & citra spem omnium, fortuna cessit, ut rex fraude prȩcipuus, fraude caperetur. De bello cõtra Iugurtham gesto, habes Salustiũ: meminit Plutarchus in uitis Marij & Sillæ, item Frontinus, Eutropius, Orosius, Eusebius.

Siphax. Siphacis. Cuius iam memini, sed minutius fortasse quam adnotari debeat, mediã huius uocis syllabam esse ancipitem. Nam superius exemplo Iuuenalis extendit, hic breuem protulit, ut Claudianus. Compulimus durum Siphacem.

Micipse. Micipsæ. Filius hic fuit regis Massyliorũ Masinissȩ, q octuagesimo sexto anno filiũ pcreauit. autores sunt Plinius, Val. Maximus, Solinus.

Getuli. Getulumq; genus. Sub Atlante meridiem uersus Getuli sunt, gens maxima Athenodoro Garthȩ. Sub Augusto a L. Cosso, qui Getulicus est cognominatus domiti. scribit Florus.

Massesyli. Massesylos. Hanc gentem extinctam esse Plinius autor est. Furentes dicit, propter crebra bel-

Ancus. la, in quæ fuit prona, quibus & tandẽ attenuata & protrita est. Ancon. Inter Icosium & Vtisi

Tabraca. am Numidiȩ urbes Ancus & Nabar effluunt, inquit Mela. Tabraca. Minoris Aphricȩ oppi-

Sabatra. dum eodem autore Mela. Silio Sabatra, alijs Tabatra: quod minime mirum est. Barbara enim uocabula, ut admonẽt Hermo. & Vadianus, nõ semper eodem sono utraq; lingua efferri con-

Vtica. sueuerunt. Memoranda urbs nece Catonis. Vtica, quæ, ut Strabo ait, facile prima hoc littore habita est secundum Carthaginem. Nam diruta ea, metropolis fuit receptaculũ Romanorũ ad res in Libya gerendas, fato Catonis insignis, ut inquit Solinus. de cuius interitu lege Gelliũ cap. decimo octauo decimi quinti. Lactantiũ eod. cap. de falsa sapientia, Augustinũ lib. primo Ciuitat. Dei. Valeriũ maximũ in Tertio. Ciceronem primo Officiorũ & Tuscul. quæstionum. Laudes huius Catonis scribũt præter supradictos, Liuius, Plinius, Plutar. Hircius, Seneca, Lucanus, Horatius, cæteri. Rhetȩæq; Romæ. Id est, Troianȩ, a monte qui in Troia est, ut dixi-

Carthago. mus. Carthago. Huius situm, magnitudinẽ ac potentiã scribit Strabo libro ultimo. Quando item, & a quibus, & quo astu condita est, docet Iustinus lib. xviij. Idq; canunt Maro, & Sillius uterq; lib. primo. Et uix noscitur urbis imago. Sic legendũ ex emendato exẽplari, pro eo, & uix urbis continet umbrã, ut æditio uulgata habet. Fuit aũt pluries a diuersis restituta, sed non ad pristinũ splendorẽ. Strabo diuo Cæsari instaurationẽ eius asscribit, alñ alijs. Thasson. Retuli lib. tertio huius sitũ insulȩ, uino suo, qđ Thasiũ dictum est, celebris Plinio. Theenas. Sic Ptolomȩo, non Theanæ. Syrti. ἀπὸ τοῦ σύρειν, id est, a trahẽdo: quoniã fluctus ita trahit aquas,

ut in littore sicca arena relinquat aliquãdo. Sunt aũt duæ Syrtes, maior, & minor, de quib9 Lucanus in nono, Sillius in fine Tertij, Salustius in Iugurtino, Mela lib. primo, Solinus in cõmemoratione Aphricę, Plinius lib. quinto, Strabo lib. ultimo. Conuulsaq; uento ęquora. Idem scribit Salustius. Plinius tamen, quo cũ Mela & Polybius cõueniunt, æstum syrtiũ cœlo magis q̃ tẽpestatibus tribuit. Solinus Syrtes inaccessas uadosum & reciprocũ mare efficere ait. Reliqua apud autores iam citatos. Libuit adscribere, quod a Camerte obseruatũ est. Ex Syrtiũ natura, & nauigandi illac difficultate prouerbiali figura a Lucano dictũ, Syrtes audax sperat sibi cedere uirtus. In rem arduã & factu difficillimã dici cõsueuit. Rursus cũ ingens periculũ euaserimus, cõsimili figura dicimus. Traiectæ syrtes. Vtitur hac Propertius lib Tertio. Instabilis natura freti. Syrtis intelligit. Pressoq; illidit gurgite puppes. Polybius lib. primi punici belli secundo C. Seruiliũ, & Gn. Semproniũ iuxta Memningen Lotophagorũ insulã classe in uado hęsisse scribit, magno periculo: propterea, quod eam maris fluxus in arido destituisset: mox uero ab unda redeunte sublatam, eosq; hoc modo periculum euasisse. Syrtes duæ. Memninx.

Sed quæ lata palus procul est a littore Syrtis,
Aedidit armatam iam primum Pallada terris,
Vndę suum cognomen habet Tritonis ab unda.
Quare ut natalis lux sit celerrima sacri
Virginei, trepidant cœtus, ludicraq; magnæ
Indigenę (ut fama est) celebrantes festa Mineruæ,
Et plaudunt turbæ, & campo salit innuba pubes.
Hinc Oea, Cinyphs uagus, deinde altera Leptis,
Lotophagumq; genus, Cyrenarumq; coloni
Fratribus & nunquam delebilis ara Philenis.

Sed quę lata palus procul est. Alij alijs in locis paludem hãc statuerũt, ut Plinius obseruauit. Aedidit armatam Pallada. Sillius libro tertio. Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis. Qua uirgo (ut fama est) bellatrix inclyta limpha, Inuento primam Libyen pfudit oliuo. Et abunde inter cætera superius dictum est, quod ad illã primũ apparuisse Palladem uetustas credidit. Quanq; sint aliæ nominis causæ, itidem a nobis relatæ. Quare ut natalis lux. Idem scribit Mela libro primo. Hinc Oea, Cinyphsq; uagus, deinde altera Leptis. Solinus inquit, Achęi Tripolim lingua sua signãt de trium urbiũ numero, Oeę, Taphrę, Leptis magnę, secundũ lectionẽ Vadiani. Camers enim Hermolai censuram secutus, reposuit, Taphræ, Abrotani, Leptis magnæ. Non it tamen inficias, esse in Aphrica urbem, quæ Oea dicta est, per œ dipthongum: quoniã per æ, Colchica urbs est, ex qua Circen Aeęam cognominãt, ut diximus alibi. Poëta aũt Melę uerba protulit. Nam is ait. Vltra est Oea oppidũ, & Cinyphs fluuius per uberrima arua decidẽs: tũ Leptis altera. Duo namq; sunt eiusdem appellationis oppida in Africa. Vtraq; ad Syrtes posita, de quibus Melam lege, & illic Vadianũ. Lotophagumq; genus. De horũ situ inter autores non cõuenit. Lege eundem Vadianum. Nomen populo dedit Lotos arbor suauissimi fructus: de qua plura Plinius, Theophrastus, & Dioscorides: & græco prouerbio locũ. Latine, Lotũ comedisti. Cyrenarũq; Coloni. Diximus Cyrenaicã regionem uocatã Pentapolim, a numero ciuitatũ, quæ in ea continentur, supra nominatarum. Percelebris famæ olim fuit regio: quod uiros rebus magnis idoneos aluerit. Omnium aũt Cyrene clarissima, quæ nomen etiã circũiacenti regioni dedit. Reliqua copiose tradũt clarissimi illi duo enarratores, alter Melæ, alter Solini. Ara Philenis. Phileni fratres a Carthaginensibus missi cõtra Cyrenaicos, uiui sepulti sunt, & se, uitamq; suam reipublicæ condonauerunt. Vnde eo in loco fratribus a Carthaginensibus consecratæ, & priuati honores domi instituti. Historiæ meminit Valerius & Salust. in Iugurt. Oea. Aea. Cinyphs. Leptis. Lotophagi. Lotos. Cyrenaica. Cyrene. Phileni fratres.

Nec procul o nutrix, magni delubra Tonantis
Aspice, quę steterant olim, qua paupere templo
Corniger a nudis colitur Nasamonibus Ammon.
Hasbytæ uicina tenent, oramque subinde
Contigui Garamantes arant, qui nulla putarunt
Connubia, exortes tędæ, nec fœdera norunt,

Paupere templo. Sequtur Lucanũ, qui ita etiã de Ammone Ioue cecinit in nono. Vnde Politianus Domitiũ infamis poëtæ notat interpretẽ, qd' templum Ammonis pauperrimũ inter magni

Sed paſſim qua ſæua trahit, retrahitque cupido
Exercent Venerem, communemq; itur in uſum.
Haſpytæ. Verum ut cuncta ſcias, retro quæ ſurgit ad auras
Vrbs antiqua potens, & quæ Cornelia caſtra
Reſpicit, & Libycum portu procumbit in æquor.
Asbytæ. Diua inquam, quis ſceptra tenet? tunc illa uiciſſim
Sic ait: Inſidis rex hic ferus imperat Aphris,
Garamantes Hæc Thunex olim, dein nomine dicta Thyniſſa eſt.
Matrimonij Iamq; erit ille dies, cum trans freta tendet Iberus
expertes. Miles, & armata Libycas rate perleget undas,
Diripietq; urbes, populisq; immanibus Vzan,
Hiſpanamq; aciem, & gentes mirabitur actas,
Exitio Libyes, & fracto rege Thyniſſæ
Perget Adyrmachidum, cum rex Vaccæus in oram
Arctaq; barbaricis imponet uinda Alitambis.

ficentiſsimis orbis terrarum ędificijs cōnumerarit cap. quinquageſimo ſecūdo primę Miſcellan. Centurię. Haſpytę. Sic Plinio, & Herodoto, Dionyſio Asbyſtę. Hermolaum lege de hoc nomine differentē. Communē itur i uſum. Idem ſcribūt Mela lib. primo. Solinus in Aethiopię deſcriptione, Plinius libro Quinto, Lactantius Tertio, Ariſtoteles cap. Secundo, Secūdi Politicorum, diuus Hieronym9 aduerſ9 Iouinianū. Sunt & aliæ gentes matrimoniorū expertes, quas tetigit apud Solinum Camers. Verū ut cuncta ſcias. De induſtria crediderim hoc a poëta factū, quaſi qđ Minerua ob
Tunis. lita fuerit recēſere de Thyniſſa oppido, Tunis ueteres, de quo Polyb. recētiores Thyniſſam Tun
Tunctum. ctū, itē Tuniciū alij uocāt, ut retuli in Scholijs in Immanitate Pōtani. Cornelia caſtra. Quoniā
Tunicium. Cornelius Balbus eā regionē, ut ſuperi9 tetigi, armis Romanis ſubegit. In æquor Libycū. In
Tunis. ſinū Carthaginēſem. Rex ferus. Intelligit regē Tuniſę, ſic nūc appellant, q̃ cū Hiſpaniar: Rex Ferdinandus, Caroli Quinti auus maternus, ingentia geſsit bella. Eſt is hodie, ut alię plerǫq; re-
Thunex. giæ in Aphrica ciuitates, Carolo, ceu Hiſpanorū regi, tributarius. Thunex. Sic etiam appellatur ab Appiano, Marcellino. Iamq; erit ille dies. Vaticinio rei euentus reſpōdit. Vzan Rex
Vaccęi. Vaccęus, Id eſt, Hiſpanus. Vaccęi em̄ ſunt populi Hiſpaniæ, quorum Tyde urbs, cuius Sillius
Aegyptus. meminit, hodie Tude, ut ait Volaterranus. Vaccęorū fit mētio apđ Diod. Siculū lib. Sexto.

Dixit, & Aegypti flexit ſua lumina terris.
Monſtrat & Arſinoem, & centeno cardine Thebas,
Spectantemq; alti cataractam Elephantida Nili
Bubaſtin, Memphimq; ſacrā, Argolicāq; Canopū,
Atq; Sayn, uigilemq; Pharon, iam littus Abydi,
Memnoniasq; urbes, Ptolomęorumq; ſuperbum
Imperium, antiqui cantataq; mœnia Lagi,
Incertiq; omnes oſtentat Oſyridis urnas,
Iſæumq; Serapin, & Idaliam Momemphim,
Syſtraq; latrantis miratur Anubidis æra,
Quæq; ſub imperio tenuit regnator Amaſis,
Et Meroen, bifidumq; amnem, extremāq; Syenem.

Aegypti terris. Huius ſitū, formā, magnitudinem, incolarūq; mores, copioſe ſcribūt Herodotus, Strabo, Diodorus: ex quib9 colligimus, nō fuiſſe olim eos Aegypti terminos, q modo ſunt. Hæc plura q̃ alia ois regio mirabilia habet: q̃rum præter eos q ſupra meminere Iuſtinus, Euſebius, cęteri. Nomen terræ inditū dicunt ab Aegypto Beli filio. Huius fertilitas etiā inter anguſtos limites reſpōdet Libyę & Syrię, quas utrinq; uicinas habet: in Adagiūq; abijt, Sulcus Aegypti Libyę arenas nō curat, refert Vadian9. Arſinoe. Ptolomęor: ædificiū, ut Berenice ex fœminis. Cēteno cardine
Thebæ. Thebas. Iuuenalis, Atq; uetus Thebę centū iacet obruta portis. Deſtructa quondā a Cambiſe, ab Oſyri cōdita. Totam fuiſſe penſilē tradit Plinius. Porro Stephanus docet, nouē urbes fuiſſe, quæ Thebę dictę ſunt. Aegypti Theben. Cato eſt autor hanc uicos habuiſſe ad tria millia, portas centum, unde Hecatopylos Homero, cuius uerſus refert Strabo lib. ult. Cataractam Ele-
Elephantis. phantida. Quoniā apđ Elephantidē oppidū cadit Nilus. Sunt aūt i Nilo, autore Diodoro ca-

taractę plures. Bubastin. In hac Dianę templũ, quã Bubastin nominãt, clarissimũ fuit, meminit Herodotus. Memphimq; sacrã. Propter Apidis cultũ. Hodie Alcayrũ dici, & regiã Sultani esse putant. Argolicam Canopũ. Propter Menelai gubernatorẽ, illic, ut diximus, sepultum. Bubastis. Memphis.

Sayn. A qua Saytani Herodoto. Vigilẽq; Pharon. Quod nocturnis ignibus flagrat in Nautarum salutẽ. Lege Marcellinũ lib. 22. post Pliniũ & Solinũ. Iam littus Abydi. Regionẽ & territoriũ, ut ita dicã. multa de hac urbe Strabo, Plini9. Memnoniasq; urbes. Quę Memnonis regis Imperio subiectę erant, ut Abydos ipsa. autor Solinus. Ptolomæorũq; superbũ Imperiũ. Indicat Alexandriã, & quidquid sub Ptolomęorũ imperio fuit. De urbe Alexãdria tot ab historicis relata, ut nemo fere sit, q nõ eius excellentiã plene norit. Primus Ptolomęus apud Alexandrum maxima fuit autoritate, Lagi filius: mortuo Alexãdro, Aegypto, Aphicę & parti Arabię imperauit. Huius filius fuit Ptolomęus Philadelphus Stratonis Philosophi discipulus, q mirabilem illã bibliothecã cõdidit. Quicunq; aũt Alexãdriæ & Aegypto regnauerũt, Ptolomęi sunt appellati. Durauit eorꝫ regnũ usq; ad Ptolomęũ Dionysiũ, q ut Dictatori Cæsari gratificaretur, caput Pompeio abscidit, ideoq; dicit. Antiq cantaraq; mœnia Lagi. Respiciẽs ad originẽ Ptolomęorꝫ, qui a Lago deriuant, cuius meminit Lucanus in Quinto: ubi inuehit in Ptolomęũ ingratũ Pompeio, quẽ iussit interfici, quanq; esset eius beneficio in regno cõfirmatus. Alexandro magno Ptolomęus Lagi militis gregarij filius successit in regno Aegypti, a quo reliqui Ptolomæi, ut iam dictũ est, deducti sunt. Horꝫ texit seriẽ Strabo lib. geographię. 17. Incertiq; omnes ostentat Osyridis urnas. Osyris cũ a Typhone fratre dilaniatus esset, inuẽta eius frusta Io eius uxor occulte uarijs ĩ locis sepeliuit, ne. s. a Typhone iterꝫ eruerent: et idcirco dixit, oẽs urnas incerti Osyridis. Hanc rẽ diffusius narrat Diodorus Siculus in primo. Iseum Serapin. Ab Iside dictũ. De q̃ multa apud Eusebiũ de pręparatione Euãgelica. Lactãtius sentit eundẽ esse Osyrim, q & Serapis, sed mortuo Osyri Serapidis illi appellationẽ tributã. Sic & Romulo post mortem Quirino nomen fuisse. Intelligit aũt templũ Serapis, seu Apis. Momemphin Idaliã. Ciuitatẽ Aegypti, in qua ędes erat Veneri sacra. meminit huius urbis Herodot9 in Euterpe. Strabo aũt dicit Momemphitę Venerẽ colunt, & sacrã Vaccam alunt, quemadmodum Memphitę Apin. Says. Pharos. Abydos. Alexandria. Ptolomæi reges Aegyptiorum. Lagus. Osyris. Typhon. Serapis. Momemphis

Aerea sistra. Erant & argentea & aurea, teste Apuleio. Latrantis Anubidis. Sic & a Propertio. Ausa Ioui nostro latrantẽ opponere Anubin. Maro Latratorẽ appellat, ut dixim9. Hunc capite canino fingunt Aegyptij, custodẽ esse Isęi corporis ac Osyridis. Iuuenalis derisorem plangentis populi uocat satyra Sexta, qđ in sacris Osyridis lamentabant in principio, deinde quasi repertũ ꝓducebant, mœrorẽq; in gaudiũ uertebant. Amasis. De hoc plura Diodorus, & Herodotus, q̃s ubi legeris, cognosces hunc fœlicissimũ fuisse: diximus pauca de eo ꝓ breuitate instituta. Meroen. Et paulo ante huius mentio facta est Insulę. Bifidum amnem. Id est, Nilum, qui in duas partes apud Meroen diuiditur, altera ex parte Astaboras, altera Astapus dictus est. Vbi rursus coit, ibi nomẽ hoc capit, autor est Mela. Extremamq; Syenem. Intellige quantũ ad Aegypti terminos pertinet. Nam Solinus inquit, ditionis Aegyptiæ esse incipit a Syene, loquens de Nilo: extremam ergo, scilicet urbium Aegypti. Anubis. Amasis. Nilus bifidus.

Mox Arabas, Syriamq; docet, claramq; Sophenẽ,
Sydonemq;, Palestinamq;, & regna Seleuci,
Et septem duplici regionem flumine monstrat.
Hac ait Euphrates, piger hac de uertice Tygris
Labitur Armenio, sed mox cum flumine Medos
Abluit, augescit cursum, ueloxque sub ima
Mergitur, & uasto frangit sua cornua Tauro.
Inde Semiramiam ex alto Babylona recenset.
Chaldæumq; genus, Dareiq; inuia regna.
Inde tuas Carmane plagas, portusq; remensa est
Oceano in magno, & Gangem memorauit, & Indũ.

Mox Arabas. Arabia ẽm post Pelusiacũ ostiũ Nili incipit, ad mare rubrum ꝑtinens. Syria aũt introrsus tenet littora terrasq;. Hęc in multas diuidit regiones. Nã in ea est, inquit Mela, & Mesopotamia, et Damascene, & Adiabœne, & Babylonia, & Iudęa, & Sophene. Sydonẽ. Id est, Phęnicẽ, in qua urbs Sydon maritimarũ urbiũ anteq̃ a Persis caperetur maxima, ut autor est Mela. Ab ea Sydonia Dido dicit, & Sydonias ostentat opes dixit. Palestinã. Quę Sophenę, quę Syrię pars est, iungit. Illa a Palestin olim illic metropoli nomẽ habet. Vnde Palestini, q ijdem cũ his sunt, q̃s sacra historia Philistim & Philistinos nominat, de q̃bus ĩ libris Arabia. Sydon. Palestina,

Basileon fit mentio. Et regna Seleuci. Id est, Antiochia. Pōponius, A sinu ingenti Phęnicis reliqua pars Syrię incipit, cui Antiochię cognomē addit, & in ora eius urbes Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicęa, Arados. Et septā duplici regionē flumine mōstrat. Id est, Mesopotamiā: quā uocē interpres Dionysij apposite trāstulit in latinū Medamnē, quasi medifluuiā. Quod medias has terras amnes flumine cingūt. s. Euphrates & Tygris. mesos, mediū, potamos, fluuius dicit.

Medamnis.

Hac ait Euphrates. Moses cap. Secundo Geneseos, Iosephus eod. cap. primi Antiquitatū, scribūt hæc flumina ex Paradyso effluere, ut & Phison, id est, Gangen, & Geon, hoc est, Nilum. Quod nonnullis nō aliter uerū esse uidet quā allegorice. Contra diuus Augustin9 sentit, diluens quæ in contrariū adduci solent. Diuus Hieronymus interpretat Euphraten frugiferū, siue crescentem. Astipulat sacer Ambrosius cap. Tertio eius libri, quē de Paradyso inscripsit. Armenio uertice. Vt Solinus scribit, Tygris in Armenię maioris regione caput tollit, miro quā lucido, cōspicuoq; fonte in loco edito. Vnde dixit, uertice. Plinius tamen in planicie oriri dicit. Vnde Camers censet apud Solinū legendū, haud edito loco. Piger labit. Siquidē eodē autore, primum pigre fluit, nec cū suo nomine. At cū fines Mœdorū inuectus est, Tygris statim dicit. Nomine indito a uelocitate. Ita em̄ inquit Plinius & Solinus, appellāt Mędi sagittā, ut dictū est superius. Veloxq; sub ima mergit, & uasto frangit sua cornua Tauro. Sic Plinius, a quo Poëta hunc locū sumpsit, de Tygri loquens, Transuectusq; ait, occurrente Tauro in specu mergitur, subterq; lapsus a latere altero eius erupit. Hoc ipsum Solinus, diuus Augustinus, & alij plures tradunt, nō solum de Tygri, sed ipso quoq; Euphrate: quē maior etiā fundit Armenia, teste Solino. Sunt q unū utriq; flumini fontē dant, ut Moses, Bœotius, Lucanus. Semiramiam Babylona. A Semiramide conditā, quondā Chaldeorū caput, q, ut inquit Diodorus, Babyloniorū sunt antiquissimi. Sunt aūt & ipsi Mesopotamij. Chaldeos Deo similes, Dionysius ait: qđ iactabant se prędicere futura cū ex astris, tū alijs rebus plurimis. Id aūt nō nisi Dei, uel Deo pleni ꝓprium esse, nostrates Theologi cōprobant, dicit Camers. Inuia. Inaccessa. Darei. Regis Persarum notissimi, cuius in primo meminit quoq; poëta. Inde tuas Carmane plagas. Nā ultra Persidem Carmania est, maioris Asię regio. Diximus lib. primo de duplici Carmania. Portusq; remensa est. Recensendo scilicet usq; ad Gangem & Indum flumina Indiæ.

Paradysi flumina.

Tygris.

Chaldei, Deo similes.

Carmania duplex.

Hinc alias urbes, populosq;, & Bactra ueneno
Exarmata docet, Parthosq; in Marte fugaces,
Hyrcanumq; fretum, & Scythicos mirata recessus
Ostendit, Tanaim ingentem, qui diuidit alueo
Europam, atq; Asiam, & mundū discriminat unda.
Et Nilo par nomen habet, nec desinit illic,
Sed totam Armeniam, Cilicasq;, Antrūq; canebat
Corycium, Phrygiosq; Lares, & Pergama Troiæ,
Humentemq; Idam, & pelagus, cur inde feratur
Aegæum in præceps, nullasue reciprocet undas.

Bactriani.

Scythæ.

Hinc alias urbes. Id est, ab India recedens incipit narrare mediterraneas, ut ita dicā, plagas. Bactra ueneno exarmata docet. Quoniā Bactriani sagittas ueneno inficere cōsueuerūt, ut Parthi, Mœdi, & cæteri Asiatici populi. Fugaces. Propriū Parthorū epithetū. Scythicos recessus. Vt plurimū em̄ Scythę montes inhabitant inaccessibiles. Ingentē Tanaim. Strabo incertę ait esse originis. Vero tamen simillimū est, ex Riphęis descēdere, q immanib9 iugis Arcton ꝓspiciunt. De hoc uide elegans, ut oīa, scholiū Vadiani apud Melā iuxta primi finē. Diuidit Europam atq; Asiam. Dionysius, Europen Asiæ Tanais disiungit ab oris. Vnde sequitur. Et Nilo par nomen habet. Quia ut Nilus in meridiana plaga, Aphricā ab Asia diuidit, sic etiā Tanais in septentrionali Asiā ab Europa disiungit. Sed totam Armeniā. Quæ in maiorē, & minorem diuidit Armeniā. Cilicas. Quibus Cilices finibus terminent docet, Ptolomęus in quinto, & prima tabūl. Asię Cilices tū mendacij, tū furacitatis nomine male audiuerūt. Vt adagiū inde natū admonet. Hoc nomine nūc uulgo notari Traiectinos refert Erasmus. Antrum Corycium. In quo optimus Crocus nascitur, teste Strabone. Hunc specum copiose describit Mela. Meminit Lucan9 in tertio & octauo. Est & eius nominis specus in Parnaso mōte, de quo Herodotus, Strabo, Statius, cæteri. Phrygiosq; lares. Phrygum sedes, quarum tutelares dij Penates existimantur, eosdem & Lares uocabant, teste Parrhasio. Sino, deos Penates testatur apud Maronem in Secundo, ibi. Vos ęterni ignes. Phrygū regio amplissima est, diuiditurq; in maiorem & minorē, estq; frequens pluribus uicis quā urbi-

Cilices mendaces, furaces.

Corycium antrum.

Lares. Penates.

bus. Phryges cũ cæteris de uetustate contendunt. autores habes Pliniũ, Ptolomæũ, Curtiũ, & Eusebiũ de Præparatione Euãgelica. Sortita est aũt regio nomẽ a Phrygio oppido Macedoniæ, siue Brygio, ut gentili Macedonum lingua nominat. Vnde colonos aiunt ꝓfectos in Phrygiã. Alij a Phryxo, quasi Phryxios, literarum immutatione: q̃d is illuc primũ delatus ab Ariete fuerit. Phrygium.

Humentemq; Idam. Ex Ida enim Homerus tradit multa oriri flumina. Et pelagus cur inde feratur Aegeum in preceps. Hoc est, semper deorsum tendat Gades uersus. Nullasue reciprocet undas. Instar cæterorum marium. Aegeum enim mare semper ad Oceanum tendit, & nunquã reciprocatur: & idcirco nonnulli crediderunt omniũ marium, etiam ipsius Oceani Mæotim paludem parentem esse, unde omnia maria originem haberent. autor est Dionysius. Mæotis.

Iam Thracum montes oculis, & Achaica lustrat
Mœnia, iam centum magnæ canit oppida Cretæ.
Mox Italos monstrat fines, uenturaq; pandit
Bella per Ausonias terras, cum turbidus alueo
Eridanus fluet, & spumabit sanguine littus.
Hinc Pyrenæas Alpes, Gallosque frementes
Laudat, & Hispano fecit sibi littore finem.

Iam Thracũ montes. Nunc Europã ꝓsequit, in qua parum immorat, ac tanq̃ a notioribus pedẽ retraxit. Montes aũt sunt notissimi poetarum cantu, Hemus, Rhodope, Orbelus. De Thracũ moribus lege Solinũ post Herodotũ & Melam. Achaica mœnia. Achaiæ urbes, Pisas, Elidem, cæteraq;, quarũ Geographi meminere. Magnæ Cretæ. Apud Appianũ legimus, Insularum quasdã singulariter magnas, quasdã minores a Græcis dictas. Sunt aũt magnæ Cyprus, Creta, Rhodus, Euboea, Sicilia, Sardinia, Cyrnos. Reliquæ ab his cõparatiõe quadã minores nuncupant. Vel dicit magnæ, ꝓpter mira plurima, quæ in ea facta tradunt, quorum meminit Solinus præcipue. Centũ oppida. Inde Hecatopolis cognoĩata. Maro de Cretẽsibus, Centũ urbes habitãt magnas. Ouidius, Nõ hoc, quæ centũ sustinet urbes Quis sit mẽdax Creta negare põt. Nã inter alia uitia, mendaciũ fuisse peculiare uel diui Pauli testimoniũ ꝓbat, ob Epimenidis uersiculũ ab eo citatũ in epistola ad Titũ. Refert Erasmus aliq̃t ꝓuerbia de Cretẽsibus usurpata, q̃rum Legislator multa cõtra morum honestatẽ sanciuit, quæ notauit Aristoteles lib. Politicorum. 2. Italos fines. Intuere primã tabulã Europæ sextã Ptolomæi, ut uidere Italiã uideearis: mox limites ingre: tũ qui sit Apẽnini ꝓcursus obserua. Inde ĩsignia oppida, fluminaq; ut ultra citraq; iacent, uisu sequere eo mõ quo tradit Mela. Sic admonet Vadianus. Insularum partitio. Creta mendax.

Bella per Ausonias terras. Prognosticon futurorum bellorũ Cæsaris Maximiliani, et Gallorum ac Venetorum, quæ postea cõtigere. Italiæ populos, urbesq; Plinius late describit, Sillius in. 8. Maro octauo item & decimo, Strabo aliq̃t libris, Mela, Solinus itẽ cæteri. Eridanus. Scribit Appianus, Eridanũ & Rhodanũ flumina paruo inter se spacio caput exerere. Ex his, inq̃t, alter per Celtas, q supra Alpes incolũt, in Tyrrhenũ mare diffundit, alter uero ĩtra Alpes supra Ioniũ sinum elapsus, ꝓ Eridano Padi nomẽ assumit. Pyrenæas alpes. Pyrenæo Hispaniæ, Galliæq; distermināt, ꝓmontorijs in duo diuersa maria ꝓiectis. De Pyrenæis montib. plura scribit, ut alibi indicauimus, Sillius in tertio, quamuis fabulose, tamen, ut ait, uere Camers, elegãter. Item Strabo, Mela, cæteriq; Hispaniæ laudes pete a Cœlio Rhodigino: qui & de Gallorum moribus nonnulla scite recollegit libro antiquarum lectionum decimo. Eridanus. Pyrenæus.

Et iam desierat, cum sic ego talia contra.
Omnia percepi felix Dea, tu modo regna
Norica, Germanosque meos, patriamq; recense.
Annuit, & breuiter sic talibus orsa capessit.

Norica regna. Et rerũ scriptores, et Geographi nõ conueniũt in Noricorũ descriptione. Constat q̃ Noricã regionẽ olim nõ fuisse, ubi nũc sita est. Quorundam sententia est, quos Poeta sequitur, eos esse Noricos, quos hodie Bauaros appellamus. De Noricis diligenter, ut omnia de Germanicis rebus, scripsit Irenicus libro primo. Patriam. Sentit, ut puto, Heidelbergũ, & loca Palatini ad Rhenũ. Recense. Hoc est, ab alto ostende. Hic ergo sumpta occasione, diffusiore stilo Germaniæ descriptionẽ prosequitur. Norici. Recensere.

Postquã Parrhasias amor est nunc ire per urbes,
Germanumq; solum, & populos lustrare potentes,

Parrhasias urbes. i. Arcto Vrsæ expositas. Pop. pot. Hoc est, gen

Incipiam. Gelidis qua Rhætia diuidit Arcto
Montibus Hesperiam, niuibusq; ingentibus horret
Clauditur externis nunquam uiolabile regnum
Gentibus, atq; ultra Germania panditur alpes.
At qua Sol oriens spargit sua lumina Titan,
Istula Sarmaticos fines discriminat amnis
Cymbrica naufragum qua porrigit Amphitrite
Littus, in extremo finitur margine tellus.

tes insigniũ uirium, animoq; ad arma cruoreq; prompto. Caussam refert Aristoteles i Problematis. Qua gelidis. Incipit a terminis Germaniæ, cuius diuisionẽ & sitũ Irenicus late tradidit. optimorũ autorũ fidẽ secutus. Rhætia. Huius pars Engedini hodie dicti, supraq; eos in Rhenũ uergẽtes Curienses, a Curia uetustissimo oppido: quiq; in uallẽ Velinã, et Larium Lacũ uergũt, bellicosissimi, & Heluetijs trãsrhenanis fœderati, in ortũ Walgauij, Algauij, & pars Athesini, fortes & ipsi, & ad arma pmptissimi Ducũ Austriæ. autor Vadianus. Enarrator Solini cap. 34. scribit ex ueteribus Geographis ac Historicis, non exacte deprehendi, qui nã nostro tpe Rhæti sint. Plura de Rhætis recollegit Irenicus cap. 24. primi Germaniæ Enarratæ. Montibus gelidis. Iuga Rhæticonis altissimi in Rhætijs montis intelligit, cuius Mela meminit. Sunt autẽ uaria iugorũ noĩa, neq; cõtinua, neq; paris altitudinis: inter quæ etiãnum uallis uetusti noĩs reliquias seruat Pretikew dicta, p, litera addita: ut facile corrumpunt uocabula: alias Rethikew, hoc est, Rethico, teste Vadiano. Vltra alpes. Quos Silius, q̃ inter latinos poetas eodẽ iudice Vadiano, nullus uberius, elegãtiusq; scripsit de Alpibus lib. 3. Clausas nubibus rupes, suppostaq; cœlo Saxa uocat. Istula. Mira inqt Vadianus, noĩs uariatio. Nam Visula, Iustula, Iustilla, Istula, Vistula uocat. Huius ortũ & exitũ retulit Syluius in descriptione Borussiæ, seu, ut nũc dicit Prussiæ, et Celtes noster ultima elegia primi Amorũ. Sarmaticos. Polonicos. Sarmatię nãq; iusta pars hodie Polonia, dicta a planicie uidelicet terræ, quã ipsi pole etiãnũ uocãt. Testis est Vadianus. Amphitrite. Mare. s. siue sinus qui Codanus dicit, refertus insulis, quarũ crebris amphractib. uadosus fit, & nautis infestissimus, pp̃ter creberrĩa naufragia. Quod & Poeta indicat, dicẽs, in naufragũ littus. De Amphitrite Neptuni fabulosa Higynus psequit.

Rhætiæ populi.
Engedini, Curienses.
Walgöwer.
Algöwer.
Etschmañ.
Rhæticon mons.
Alpes.
Istulæ nomina.
Polonia.
Amphitrite.

Vltima ad occasum ueteres confinia Belgæ
Sidonio posuere solo, Morinosque iacentes
Aspice, & externis calcatum nauibus æquor.
Eoas & opes Iccæi ad littora portus,
Et uetitum iam nomen aquis, ubi uidimus olim
Centum Gesoracum subeuntia carbasa littus,
Nunc alio translatus honos, nec defuit ausis
Vis Superum, sed longe absint primordia rerum.

Vltima ad occasum ueteres cõfinia Belgæ Sidonio posuere solo. Vltia cõfinia occasum uersus dederunt Belgæ. Intellige, q̃d ipsi diuidebãt Galliã a Germanis inclusiue, ut ita dicã: tñ quoniã Ptolomęo Belgę Germani populi sunt, & ipse in Belgicã superiorẽ & inferiorẽ facit Germaniã, bene incipit Poeta a Morinis, hoc est, ab ultimis ex eo latere Germanorũ populis. Veteres Belgæ. Referendũ puto ad uetustatẽ gentis, nõ ad termĩos: qa Germanię terminũ antiquũ Rhenus dabat. Vnde Ligurinus Poeta Germanus, ut Leonardus Pricardus testatur in epistola ad Hieronymũ Busleidiũ, ueteres fere oẽs secutus, Rhenũ iuxta Vormaciã Gallos et Germanos separare dixit. Vormaciãq; petit, medio ubi gurgite Rhenus Gallica Germanis sęparauit rura colonis. Et quãuis Belgas plæriq; scriptorũ noĩe donent Gallorũ, constat tñ origine Germanos esse, & in nomẽ Germanicũ abiuisse. Qua de re Auũculus noster in Germania, Peũtinger in cõuiuio, & nouissime oĩm late disseruit Irenicus cap. 18. & 19. primi Germaniæ Exegeseos. Sidonio solo. Hoc est, Germanico Impio, a Sidone rege, ueterũ Sueuorũ: cuius meminit Tacitus, & si recte memini Cæsar etiã noue deducto epitheto. Nam si Græci ac Latini ab Inacho Inachios, a Pelope Peloponessum, ab Hespero rege Hesperiã, ab Oenotro Oenotriã Italiam appellauerunt, cur alijs quoq; Gentibus nõ liceat a præstantissimis Regibus regiones suas noĩare? Hoc a Poeta neq; infeliciter tentatũ in hoc opere uideo, hic & alibi, cũ dixit, Vacionæosq; nepotes, intelligẽs Noricos, seu Noricios, a Vacione Rege Norici. Morinosq; iacentes. Littorales em̃ populi sunt. Maro, Extremiq; hoĩm Morini. Vel iacẽtes dixit, respiciens ad fortunã Brugarũ, Oppidum em̃ in Morinis sitũ est, q̃d olim florens fuit, nunc iacere uidet & depressum esse.

Belgæ Germani.
Ligurinus Poeta.
Sido Sueuorum Rex.
Morini.

Iccei portus. Ptolomæus, & Cæsar pluribus huius meminit. Est in littore Morinorum, cōmodissimū præbens in Britanniā traiectum, inqt Cæsar. Et uetitū iam nomen aquis. Id est, uetita fama & sublata penit⁹: cū alio sit Emporij locus trāslatus. Gesoracū littus. Pro Gesoriacū, uersus necessitate. Hodie Calesiū, alij arcem Slusæ uocāt. Hoc portu dicit Mela, Morini nihil habēt notius. At enarrator illic adnotauit Ptolomæū Gesoriacū a Brugis magno interuallo separare. Vis superū. Fauor numinis. Ausis, Sed longe absint primordia rerū. Notat tacite perfidiam Brugensiū, quorꝫ insidijs Maximilianus, ut tetigit in primo, detētus fuit. Quod Cimbriacus posteritati tradidit his uersib. Belliger in Gallos iā tum Rex arma mouebat Per Brugas, igit factis gēs effera iniqs Cōpositis tenuit captiuū fraudib. illū Nil sic sperātē, portisqꝫ exire uetabat, Vel maius factura nefas, ni bella moueri In se cōtinuo, atqꝫ ultricia signa uenire Audisset. Meminit itē Carmelitan⁹ Poëta in Fortuna Gonzagæ. Albert⁹ latissime rē, ut acta est, scribit lib. Saxonię. 13.

Icceus portus. Gesoriacus. Slusa. Brugen. fraus.

Menapios, Tungrosqꝫ uides, Mosamqꝫ fluentem
Ex Vogeso, qui dum Rheni se fluctibus æquat
Longior est tractu, & productior exit in æquor,
Supra autem (mirum dictu) Nabalia uelox
Haurit iter, fluuiosque secat, luctansque sub imas
Tranat aquas, magnūqꝫ adigit sibi cedere Rhenum,
Vixqꝫ Mosæ retinet rapidum intra littora cursum,
Hic habitant Bataui, debellatusque Sicamber,
Quæqꝫ fuit profugo sedes contermina Catho.

Menapios. Prima breui protulit infamis Poëta in dysstichis. Idem facit Maro in dictione Italiæ, et apud recētiores, quorum tamē poemata cum antiquis certare possunt. Aniaduerto quoqꝫ Venetias proferri, & Venetiam regionē prima longa. Menapij nunc Iuliacenses putātur. Tungros. Marcellino inter secundæ Germaniæ populos numerant. Siti sunt, ut hodie dicunt, in ꝓuincia Leodiensi. Extatqꝫ adhuc oppidulum hoc noīe, clarū olim sede Episcopali, quæ post ad Traiectum superius, teutonice, Masstrich, deinde Leodium trāslata est. Mosam. Huius meminerūt Cæsar, & Marcellinus. Ex Vogeso. De hoc monte, Philesius in carmine, ipsi Vogeso consecrato, erat eī Vogesigena, sic cecinit, Mons Vogesus sumit Rhætis ex Alpibus ortum, Et uiridi costa te quoqꝫ Treuir adit, Gallica Teutonicis qui separat arua colonis, Et Medioma tricæ mox uidet urbis agros. Odilia in summo requiescit uertice montis, Odilia Alsatici gloria summa soli. Qui dum Rheni se fluctibus æquat Longior est tractu. Nam cū cornu sinistrū Rheni, qd ad Occidentē flectitur, excipit a Mosa, moxqꝫ amisso noīe Rheni ab accolis appellat Vahala, deferturqꝫ a Mosa in Oceanū longiore tractu qꝫ alterū Rheni cornu. Nabalia uelox. Fluuius est qui ex Westualia ita pręceps in Rhenū defert, ut impetu Rheni cursum frangat, reluctantibusqꝫ undis, uictor ad alterā ripam euadat: nec impetū desinit, donec Mosæ fluminis obiectu cursus impetus cōerceat. Hic habitant Bataui. De his diximus supius, & plærisqꝫ alijs populis, qui hic recensent: quare ne cui sim fastidio, temere nihil repetā. Iam eīn, etiā inuito, Scholia accrescūt, & in uerbosos, ni studio constringā, cōmentarios abibūt. Debellatusqꝫ Sicāber. Respexit ad uictoriā cōtra Ducē Sicābrorꝫ. i. Geldriæ, quē coegit ueniā petere. Illū ego Brussellis Brabantiæ ad Cæsarē, filiumqꝫ Philippū uenientē uidi. Sedes cōtermina. Proximi Cattis, inqt Tacitus, certū iam alueo Rhenū, quiqꝫ termin⁹ esse sufficiat, Vsipij, ac Tencteri colunt. Idem de Cattis late scribit. Profugo Catho. Eodē Tacito, tum cæteris scriptorib. cōstat a Druso Suspedes, Tencteros, et Cattos perdomitos, et Marcomanos ad internitionē deletos. Vel allusum est ad traductionē populorum ab eodem Druso factam. de qua Suetonius, Florus, Horatius.

Menapij. Tungri. Philesius. Vogesus. Mosæ decursus. Nabalia. Catti. Vsipij. Tencteri.

Inde Cleuenates, uicinaqꝫ rura Lobyci,
Geldubaqꝫ, & rigidi gens formidanda Guterni,
Et domiti Eburon pollutus sanguine, Cottæ,
Luppiaqꝫ, & latis antiqua Colonia muris,
Hos Vbios dixere olim, sed tempore omisit
Ripa, prior Rheni quod nunc tenet altera, nomen

Cleuenates. Cliuenses uulgo, quos Vsipios olim dictos quidā opinantur: alij in Sicambris numerant. Lobyci. Arbitron signi. Gelduba. Alij Gedulba teste Irenico, locus Germaniæ inter Moguntiā & Coloniā iuxta Rhenū. ut Raimundus Marlianus homo sui tēporis eruditissimus, & enarrator Ptolomæi tradunt Guterni. Idem Marlianus Gugernos scribit, dicitqꝫ esse

Cliuenses. Gelduba. Gedulba.

Guterni. qui Cugernos malint. Sunt populi Germaniæ prope Rhenũ & Geldubam, Angarios hodie uo
Eburones. cant, teutonice, Engern. Eburon. Nunc Leodienses Syluæ Arduennæ, uicini inter Mosam & Rhenũ. Pollutus sanguine domiti Cottæ. Hoc dicit, quia Cotta cum Titurio Sabino Cęsaris Legato, cũq; toto exercitu ab Eburonibus trucidatus est, per colloquiũ circũuentus. Lege Cæ-
Luppia. sarem in quinto, & Florũ in tertio. Luppia. Nomen urbis est ultra Rhenũ sitæ. Est & fluminis,
Vbij. de quo inferius. Hos Vbios dixere olim. Plura de his Tacitus lib. 20. Sed tẽpore omisit. Idẽ autor est, Vbios olim alterã Rheni ripam habitasse, ab Agrippa translatos ulteriorẽ incolere ripam, collocati super eam experimẽto fidei, ut arcerent, non ut custodirent, ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine uocari, qaanq; Romana Colonia esse meruerint.

Aspice iam molem, frenataq; flumina Druso,
Atq; Mogontiacum subiecto nobile busto,
Vitiferumq; amnem, durosque in Marte Nemetas,
Quiq; colit Bacchi montes, & iugera Treuir,
Vangionesque acreis, pugnatoremq; Tribocum.
Non longe Austriadæ metiri castra uidentur
Helsatia in magna, trepidatq; Hagenoia tellus,
Sletstadiumq; ingens, bellisque asperrima Baros.

Frenataq; flumĩa Druso. Nã ut ait Florus, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim, per Rheni quidẽ ripam quinquaginta amplius Castella direxit: Bonã, & Gesoniam cum pontibus iunxit, classibusq; firmauit. Inuiũ atq; inaccessum in id tẽpus Hercyniũ saltũ, patefecit.

Mosella. Vitiferũq; amnem. Arbitror Mosellam, seu ut Ptolomæo placet, Obrincam fluuiũ
Obrinca. intelligere: qui a Treuiris labens, uitiferis hincinde non collibus modo, sed montibus quoq; sur
Nemetes. gentibus in Rhenũ ad Confluentiã descendit. Nemetes. Hos nunc Spirenses esse, doctorũ consensus est. Sunt tñ & haud inerudití, qui nõ uana ducti rõne, coniectant Nemetas esse Worma-
Spira. cienses, & hos esse Spirenses. Est autẽ Spira urbs hodie inter Germanicas haudquaq; postremi nõis: neq; solũ Episcopali sede insignis, uerũetiam tẽplo admirandæ structuræ, & Christianorũ
Treueris. Cæsarũ, seu, ut Erasmus ait, Regũ Germaniæ sepultura nobilitata. Treuir. Ciuitas Treuirorũ, cuius etiã ardens Poeta, ut a diuo Hieronymo citat̃, meminit in .1. ruderibus, ædificijsq; quę hactenus extãt, uetustatẽ ostendit. Alluit Mosella, ut in .2. lib. Poeta scribit. Pugnatorẽq; Tribo-
Treboci. cum. i. Argentoratenses, q ualido equitatu in pugna Bohemica militarũt Cæsari. Triboci sunt, inquit autor Cõmentarioli in Taciti librũ de Germania, qui circa Argentoratũ habitant. Vnde
Triboch. ea ciuitas, Strassburg, quasi Treboch uulgo uocatur, detorto nõnihil uocabulo, ceu fieri solet. Nam q̃d tradunt, post Attilæ deuastationẽ hoc uocabulũ adeptam, fabulæ simillimũ est. Chunradus Celtes in descriptione Hercyniæ, Tribocos inq̃t, a trib. quercubus antiqua religione nymphis cõsecratis includit: qui cũ Germani in Galliã erumperent, in altera Rheni ripa expulsis Gal
Tribotes. lis consedere, Tribotesq; corrupto uocabulo, qui & Argentinẽses dicti sunt. Rhenanus noster, ubi restituit Argentoratẽsi Ecclesiæ suũ nomen, ꝓ Argenteæ retensis legendũ admonẽs, Argentoratẽsis, ab Argentorato, ait, quã maiores nostri transito Rheno cũ magna parte Belgicæ occupatã, mox ꝓ suæ linguæ cõmoditate duabus primorib. syllabis spoliãtes, et Torato burgũ adij-
Toratburg. cientes, primo Toratburg, deinde Stratisburg appellarũt, ut in antiqs codicib. adhuc legit̃: ho-
Stratisburg. die, Strassburgũ uocamus. Huius florentissimę urbis laudes tetigit Erasmus in Scholijs in epi-
Strassburg. stolam Hieronymi ad Gerontiã: latissime autẽ Gebuilerus in Hecatosthico Panegyrico. Non longe Austriadę metiri castra uidẽt̃. Nãq; Cæsar cũ exercitu in Helsatia erat, ut lib. 6. in fine cecinit
Helsatia. Poeta. Helsatia in magna. Magnã ut puto uocat, cũ ꝓpter multas ciuitates, castella, oppidaq; munitissima, inter quæ facile patria mea Selestadiũ, iam pridẽ Erasmico clarũ præconio, principem tenet locũ secundũ Strasburgũ: tum ob innumeros pagos, q̃s nunc uillas appellant, & regio alioq non longe lateq; patens complectit̃. Constat em̃ quatuor milia passuũ, ubi latissima est nõ excedere, & longitudinẽ habere non amplius uiginti miliũ. Reliqua quæ tam ad situ, q̃ quæ faciũt ad nobilissimæ huius cognitionẽ prouinciæ, abunde refert Gebuilerus in Panegyrici iam
Hagenoia. citati Scholijs. Hagenoia tellus, Sletstadiũq; ingens. Repetebant̃ enim a Cæsare, ut cęteræ socię ciuitates, ceu Impialis, ut aiũt, Aduocatię mẽbra, cuius caput Hagenoia, patria mea Archiuũ.
Sletstadium. Quod aũt patriã meam ingentẽ appellat, cum sit oppidũ non admodũ magnũ, neq; diuitijs potens, aut nobili mercatu famosum, nõ alia puto ratione, q̃ qua regionẽ ipsam magnã dixit. Vel respexit ad clarissima ingenia, quibus præ cæteris, si unq̃ antea, certe iam maxime floret, uel u-

no Beato Rhenano, quē multi alij nequeant referre: de quo tam uere q̄ elegāter Erasmus ille ma- Beatus
gnus cecinit in Encomio patriæ. Sic eam alloquēs. Vt sileam reliqs, non te satis ille Beatus Rhe- Rhenanus.
nanus, lingua doctus utraq; beat? Bellisq; asperrima Baros. Signat eam, ut mihi uidet, regiū- Baros.
culā Hercyniæ syluæ, quæ hodie dicit, uff der Bar. Huic Comites a Fürstenbergo p̄sunt, altrix
bellicosi populi, & p̄cipui in peditatu nois. Non satis aūt intelligo, cur eam trepidantibus cōnu
meret, cum hæc militauerit Cęsari. Quid si Barrum haud incelebrem Helsatiæ pagum intelligi- Barrum.
mus? Is enim Palatini partes acrius tutatus est.

Cerne undas, Tiberiq; lacum coluisse Brigantas
Fama locum: cerne ingentem de uertice Rhenum
Alpinos qui stagnat agros, & montis Adulæ
Per rupes, per saxa uolat, gentemq; repostam
Irrigat Heluetios, & non dignatus inerti
Se miscere lacu, ceu uenerat exit ab illo
Totus, & ex scopulis cataractæ immanibus altæ
Personat horrendum, fremituq; alpina tremiscunt
Oppida, ut in præceps fluuius ruit, & nisi cursum
Frenaret Syrtis, uastaq; uoragine tellus,
Posse etiam credo Vogesi transcendere rupes,
Vastaq; trans rigidos augescere littora Francos.
Hic etenim ut spectas scopuli sub gurgite, & ima
Saxa tonant, stridentq; alto uada cæca fragore,
Viq; rates fundo raptat Rheniana Charybdis,
Vnde amnis pars magna perit, rursusq; renasci
Attolliq; caput memorant, & latius inter
Torta Couinarios pandi sua cornua Belgas
Dextra fons Niceri est, qui uitifer exit in undas
Amnis, & inflexo Rheno demergitur alueo,
Budoriumq; iugum digito demonstrat, & inquit
Hic Pallatinus lata sedet altus in aula,
Et populos regit, & Rhenum sibi uendicat armis.

Tiberiq; lacū. Constātiensem lacū Tiberij dicit, ut alibi quoq;. quoniam ut autor est Strabo, Tiberius eo lacu ad inuadendos Sueuos usus est.

Brigantas. Nam ut autor est Marcellinus, Rhenus iam adiut⁹ niuibus liquatis ac solutis, alta diuortia ripaꝝ abradens, lacū inuadit rotundū & uastū, quem Brigātium accola Rhętius appellat. Ita em̄ legendū, & non, ut uulgo, Murgantiam. Nimirū a Bregantia op- Brigantia.
pidulo uetustissimo. Id adhuc haud lōge a Rheni ostijs meridiē uersus pristina lacus littora retinet, sedes Comitum de Monteforti. De uertice. Copiose a nobis in Staurosthici Enarrat. relatū est, cur ex locis summis, sublimiq; uertice eminētibus maximi oriātur fluuij. Ingentē Rhenū. Et illic de huius oīm Germaniæ amniū celeberrimi ortu atq; cursu diximus, quæ repetere hic supersedimus: quoniā breuitati studem⁹, & res ipsa quoq; notior est, quā ut dici oporteat. Hunc etiā eleganter describit Celtes elegia penul. tertij Amoꝝ. Alpinos agros. De Alpinis populis Plinius in. 3. Sillius itidem in. 3. Ibidem Rheni quoq; meminit obiter, Claudianus latius de Bello Gethico. Montis Adulæ. Recens nomen poetæ. nam Abnobę no- Adula.
men prius fuit, ut in. 4. cecinit. Ex hoc autē ut et Danubius, secundū antiquos, Rhenus ortus est.

Irrigat Heluetios. Sunt em̄ hij intra Rhenū, & Rhodanū. Lacu. Lacui. s. Constantien̄. Exit ab illo totus. Sunt em̄ qui amnis undas reliquas impmixtas, mediū lacum trajcere sibi persuaserunt e uulgi snīa. Quod tn̄ non esse obseruatū est, etiamsi ab ostijs paulo ampliori impetu, q̄d grandia ubiq; flumina solent, sese īmergit. Falsissimū quoq; est, aquę eum esse limosæ, cuius colluuie Rheni undę uidelicet nec tardent, nec inquinent. Cataractæ altæ. Cataracto græcis idem est, q̄d cum impetu impello. Vnde Cataractę fluuioꝝ, intra angustas rupes sęuientiū dicuntur, Cataractæ.
q̄lis illa Nili famosissima. Sed p̄ter eas, quaꝝ Ammianus meminit, sunt & alię Cataractę Rheni, unde in pręceps ruit. Nam apud Laufenbergū oppidum, supra Basilienses ubi miro aquaꝝ fragore ex alto cadit Rhenus, q̄d & ipsi uidimus. Syrtis. De Rhenana syrti superius mentio facta Syrtis.
est. Sensus aūt hic est; quia tanto impetu, aquarūq; mole Rheni flumē euoluit, ut nisi absorben- Rhenana.

te syrti aquarũ uim, impetus mulceret, forte ut & Galliam, & Germaniã inundaret. Et latius inter. Particulã coniunctiuã, quę defuit, ne claudicaret uersus, reddidimus. Couinarios. A co uino couinarius, pro'eo qui couinũ regit. Erat aũt id uehiculi genus familiare Belgis. Lucanus. Et docilis rector mõstrati Belga couini. Vsurparũt hoc ipsum Britãni, ut ex Mela constat. Dextra fons Niceri est. Respexit ad nauigantes Rhenũ, qbus Nicer fluuius, seu ut uult Poëta, Nicerus, dexter occurrit. Intelligit autẽ, ut diximus, Neccharũ, qui haud longe a Danubij fontibus ortus, per Wirtẽbergensem Ducatũ lapsus, moxq; in occasum uersus Rhenum seorsum illabitur. Budoriumq; iugum. Palatini regiam.

Coruinarius.

Neccharus.

Nunc uero Oceani populos, atq; extima mundi
Regna sequar, uastisq; amplas regionibus oras.
Illuc flecte aciem, primiq; in littore curuo
Stant Phrysij, torrensq; Salas, & Amyssius undis
Hic fluit, & Lupiæ turgescens sanguine ripa.
Longa retro series. neq; enim uacat arma referre
Herminij, utq; tulit male Bructeron aduena Drusus.
Qua nunc Vestalijs surgit gens Martia campis,
Hic Phrygiam coluere Deam, quæ pergama Troiæ
Diruta ab Argolico linquens arasq; Tyranno,
Huc direxit iter, transuectaq; littora Thraces
Mysorum petijt fines, & inhospita rura
Pannoniæ, tandem syluis se condidit altis
Hercyniæ, docuitq; ignaros Vesta nepotes,
Et Diuos colere, & flammas adolere perennes.
Et quoniam sedemq; sibi, ritusq; futuros
Aeternas statuens aras Dea, condidit, huius
Posteritas uoluit de nomine dicier ætas.
Abnobij supra montes, quosq; Hassia nutrit
Arua tenent populi, uoluuntq; incendia belli
Sub Duce Langraphio: propius uicina Thuringos
Accolit, & paruis transitur Otenna phaselis.
Has quondam sedes, ueteres tenuisse Cheruscas,
Horrendamq; situ nemorum coluisse Bacenim
Crediderim, sed fama uetus deperdita rerum est,
Vixq; reor uestras rumor peruenit ad aures,
Qua sua pugnaces habitarunt regna Cãuchi,
Ostrogothiq; acres, & qua Phrys incola messes
Demetat; ignotis communia rura Grutungis.

Phrysiorũ ridicula libertas.

Amyssius. Enis.

Lupia.

Nunc uero Oceani populos. Belgarũ urbes recensuit, & quædam citra Rhenũ loca: iam repetit Oceanũ, ut inde iterum auspicet. Stant Phrysij. De his uide Syluiũ, q & sitũ & mores gentis in Europa describit. Tacitus in Neronianarũ rerũ historia Phrysiorũ meminit. Albertus ridet Phrysiorũ libertatẽ lib. Vandaliæ. 10. pro qua haud inuitus mortẽ oppetiit.

Amyssius. Varie hic fluuius ab autoribus nominat, quos Irenicus citat lib. 8. Hodie, Vadiano teste, Ems uocat, q̃si Emisus, corrupto uocabulo. Ortꝰ hic in Westualię mõtanis inter Phrysios, et q̃s hodie Bremenses uocant, Oceano miscetur. Lupiæ. s. Fluminis, iuxta quẽ multa ab Herminio Germanorũ rege gesta sunt. Lege Tacitũ in libris nuper repertis. Exitum Lupiæ, quẽ Irenicus nostra lingua Londici scribit, autores uariant: cũ alij in Oceanum, q̃s Poëta sequi uidetur, alij in Rhenũ, alij in Visurgim deferri uelint. Vtque tulit male Bructeron aduena Drusus. Hoc est, ut male sufferre potuit Bructerorũ impetũ, quibus cũ inter Amasim & Rhenũ pugnauit, ceciditq;. Admonui alibi, Poetã Drusum uictorẽ ob gloriã Germanorũ, quantũ potest, dissimulare. Vestalijs. Westualicis. Hic Phrygiã coluere Deam. Asserit Westualos, quasi Vestalios, a Dea Vesta dici. Otenna. Nunc Oltennã dicunt. Bacenim. Sylua multi nois apud nos, & Cæsarem in cõment. Sunt qui eam ab Hercynia seorsum ponant. Ego magis accedo his, qui dicunt partẽ esse: quemadmodũ et Abnobios Alpium. Cauchi. Diphtongũ diuisit. Phrys incola. Per Anologiam Phrys

Oltenna.

Bacenis.

giam Phrys dictum est a Poëta. Nam Phryx dicitur, unde Phrygius: Libs, unde Libycus: Tros, unde Troius: ita & Poëta dixit Phrys, a quo deriuatur Phrysius.

Sed longe ante alios Saxon ditissimus agri,
Insignis bello, & pręclarus origine Regum,
Accolit ingentes campos, atq; ampla gubernat
Oppida. Sed uarias Nutrix quoq; respice gentes,
Quas Visera, atq; Albis, quasq; alluit ultima Tethys,
Qua rutilus medio diffunditur æquore Cymber,
Orbeq; semotæ resonant in fluctibus altis
Orcades, Arctoumq; ferens uaga succina littus,
Qua modo Glessaria in uasto iacet insula Ponto.
Byrcane quam lata patet, rursusq; furentes
Emissura Gothos, euersoremq; Totyllam
Ausoniæ, & Thuscas rapidum ceu fulmen in urbes.
Hinc Scandia ferox, olim quæ pauit Oonas,
Et solitam pedibus gentem procedere equinis.
At quæ nauifragis in fluctibus extima Thule est,
Noctis ubi, solisque breues discriminat horas
Solstitium, surgatq; dies uix comperit, an nox,
Longius hæc Codani repetenda est æquoris unda.

Pręclarus origine Regum. Propter Othones.

Visera. Allusit ad recens nomẽ. nam Visurgis hodie die Weser, tanq̃ dicas, der Visurg. ut ait Vadianus. Exit p̃ Ducatum Brunsuicẽsem in Oceanũ. Albis. Quẽ & Albiũ Strabo uocat. Ad hunc olim fuit, ut dixius, Sueuorum sedes. Hodie Saxões clara gens ad habitant: corriuat e Boemorum iugis, aliquotq; quorum Sala pcipuus est, amnibus accæptis, ubi Hamburgã clarum oppidũ attigit, in Oceanũ egredit. Medio æquore. Signat sinus, qui Codanus dicit, cuius meminit Plinius lib. 4. Orbeq; semotæ. Egredit littora, et de insulis Germanicis quædã recitat. Byrcane quã late patet. Sic legendũ, & non, quæ late patet, ut habet castigatus liber. Rursusq; furentes Emissura Gothos. Ordo uerborum mihi uidet sic texendus. Hinc Scandia ferox rursus emissura furentes Gothos, & cætera, quæ olim pauit Oonas. Neq; enim, rursusq; furentes emissura Gothos, referas ad Byrcanẽ. Nisi diceres Poetam alterã pro altera posuisse. Nota figura, uel Seruio interprete in Buccolico. Totyllã. Qui & Baduila dicebat, Paulo Diacono teste, qui obiter tangit huius felicissimi Gothorum Regis gesta circa finẽ lib. rerũ Romanarum. 17. Sabellicus uero diffusius lib. Enneadis octauæ. 3. & 4. narrat. Scandia. Solinus Gangauiã uocat, aitq; nihil in ea magnũ præter ipsam. Plinius Scandinauiã, alij Codanouiã appellant, ut Mela: aitq;, ut magnitudine alias, ita fœcunditate antestare, Poëta Scandiã media longa dixit, ut recẽtiores. Quæ aũt iuxta illã comperta habeant, recollegit Irenicus lib. 10. Olim quæ pauit Oonas. Ab Ouis Oones populi, atq; ipsa insula Oone, qbus uescunt, nomen habẽt. Græcis ὠὸν ouum dicitur. Horũ meminere Cæsar in quarto belli Gallici cõmentario, Plinius libro quarto, Mela tertio, Solinus cap. tricesimo. Et solitam pedibus gentẽ procedere equinis. Gręci Hippopodas uocant, quod humana usq; ad uestigiũ forma, in equinos pedes desinat. Eosdem quos iam citaui, habes autores. Vadianus enarrator Melæ adnotauit, Græcos fabulandi licentiã in remotissima quæq; retorquere. Longinquitas em̃, ut Strabo scribit, non facile redargui potest. Extima Thulæ. Hæc autore Pomponio Belgarum littori apposita est, Graijs, & nostris celebrata carminibus, cuius tamẽ historiam obscurã fecit, eius in ultima loca remotio: etiãsi nemo fere scriptorum sit, qui non eius meminerit. Putant id nõis datũ insulæ, qa ob nimiã a Sole distantiã caliginosa sit, & obscura plærũq;. Gręcis enim θολὸν turbidus & niger dicitur. Vnde Statius eam decenti epitheto appellauit nigram quarto Syluarum, & quinto nigrantẽ. Fluctibus occiduis fessoq; Hiperyone Thulen. Sic enim legendũ uidetur, non autẽ, natantem. De ea, & Solstitio lege Seruiũ primo Georgicorum, & cæteros: Plinium, & Strabonem, utrũq; lib. quarto, Melam, tertio, Martianum sexto, Solinum cap. tricesimoquinto. De Solstitijs duobus superius.

Visera. Visurgis. Albis. Codanus. Totylas. Gothorum Rex. Scandia. Scandinauia. Codanouia. Oones. Hippopodæ. Thula.

Longius hæc. Intellige indagauimus, perlustrauimus. Codani repetenda est æquoris unda. Si tabulam Europæ octauam, aut rectius tabulam Nicolai Germani reliquis Ptolomæi adnexam contuleris, quis Codanus ille, quantusque sit, intelliges. Celtes ei nomen a Gothis

deriuat ultima primi Amorum elegia, Plinius & Mela refertum & magnis, & paruis insulis scribunt.

Milites S. Mariæ Teutonicorum.

Quæq; colunt duri borealia Teutones armis
Littora, dicam acreis, durosque in prælia fratres,
Et nimium pugna sæuos Eluonas equestri,
Sarmaticis gelidus quos Vistula separat agris.
Supra habitant Lysij, tortaq; Hermundurus hasta,
Oqueuusque ferox, & Martis sanguine læti
Marcomani, atq; truces, gens haud spernẽda, Boemi,
Qui referunt proauos antiqua ab origine Gallos:
Hos alit Hercynia, & tanquam uelut obice uasto
Externis natura solum, sedemq; tueri
Montibus aëreis, scopulisque ingentibus ambit.
Hæc quondam priscis, quę sacra sub Hercule magno
Creditur, Heluetio sumit de uertice sylua
Principium, quæ lata supra, quæq; implicat infra.

Teutones fratres. Milites sanctæ Mariæ Teutonicorum signat: quos fratres uocat, quia uidẽtur præ se ferre quandã religionis spẽm. Hij citra ultraq; Vistulam fluuiũ iuxta littus urbes Rhoxanos usq; tenuerũt, ut aliqua etiã oppida mediterranea in Sarmatia, quorum aliq̃t amiserũt bello quod cum Sarmatarum Regibus gestũ est. Horũ Liuonia Germanici littoris plaga fere tota est. Hoc autẽ a Poëta dictum est, quoniã Poloni dicunt, prouinciã illam, quæ sub Teutonum Principe est, ultra Vistulam Germaniã non esse, cum in Germanię nomen Sarmatia quoq; Daci, Iazyges, Mysi aliquando uenerint. Eluonas. Nunc tenent horum sedes Pomeranorum ultimi, dicunt & Elui. Vistula. Hac tempestate Germanũ nomen a Sarmatis diuidit. Lysij. Nunc Slesij. Hermundurus. Populus Boemicus. Nam, ut diximus, in Hermũduris Albis oritur, ex eo Hercynij nemoris saltu, quæ hodie sylua Boemica dicit. Oquænusq; ferox. Puto gentẽ inter Morauiam. Marcomani. Corripuit item penultimã Sillius, Quæ modo Marcomanos, post horrida bella, ferosq; Sauromatas. Cæterũ quod Marcomani olim tenuerint ea loca, ubi nunc agunt Morauí, Velleius autor clarissimus de Marcomanorum Duce Maroboduo loquens, ostendit his uerbis. Eratq; etiã eo timendus, quod cum Germaniã ad læuam & in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarũ haberet Noricos, tanquã in omnes semper uenturus, ab omnibus timebatur. Autor Cõmentarioli in Tacitum. Ab equis nomen putat Marcomanos adeptos: quia equum sua lingua Celtę, id est, Germani marcam uocabant. Citat uerba Pausaniæ. Ex quibus idẽ coniectat, quẽ equitem auratũ latine uocamus, olim ein Dritter dictũ, ob duos adiunctos equites: deinde uero Ritter, d, litera expuncta. Admonet quoq;, a marca, quod equũ significat, equorum seu stabuli magistrũ Marckstaller, etiãnum appellamus: & equitũ præfectum, ein Marckgrafen. Militaris eñ dignitatis & officij nomẽ est utrũq;.

Elbones. Elui. Vistula. Lysij. Marcomani. Marca. Marckstaller. Marckgraff.

Antiqua ab origine Gallos. Sequitur Strabonẽ, qui scribit Boios Gallorũ gentem a Romanis fugatos, ultra Danubiũ ripam incoluisse, ut diximus. Tacitus autẽ monstrat, ante sua tempora Marcomanos eiectis Bois de nemorosis locis occupasse Boemiã, quæ a Bois nomẽ retinuit. Vana igit est & fabulosa gentis origo, quã Syluius tradit. Est enim Vandalica: ut pulchre conuincit Albertus. Hos alit Hercynia. Idem lib. Vandaliæ primo describit Boemiã; uerba non adscripsimus, quia Codex excusus est. Sumpta autẽ occasione, multa refert de sylua Hercynia: quã idcirco appellatã innuit, quod Herculi olim sacra fuerit. Vnde datum Syluæ nomen. Idem Tacitus sentire uidetur, qui dicit Sueuos fugisse in syluã Herculis. Nostri autẽ arbitrantur hanc syluam a pice, seu resina, quam Germani hartz uocant, nomen inuenisse, Hartzwaldt. Alij a pinuũ abundantia, Schwartzwaldt, hoc est, nigra dicta. Camers aspirat eis, qui græcam originem dicunt, superius relata, ni memoria fallor. Sunt aũt huic, quemadmodũ Tauro in Asia, priuatim multa noĩa, prout aliæ atq; aliæ gentes adhabitant, cum tamẽ eadem sylua sit. Heluetio sumit de uertice sylua Principiũ. In Heluetijs initiũ accipit, & ad Dacos usq; porrigit, secundum Cæsarem. Celtes eam extendit: quẽ Poeta sequit, ut patebit inferius. Hanc nouem dierũ spacio putat Cæsar expeditũ emetiri posse, multo pluribus Mela. Eãq; preter Strabonẽ, Cęsarem, Pomponiũ, eleganter describit Celtes noster cap. 3. Norinbergæ. Is eñ, ut Irenicus ait, in nullo famã suã imortalitati plus mandabat, nisi in Hercyniæ syluæ absolutione, in eo enim tantũ labore suo

Hercynia sylua. Hartzwaldt. Schwartzwaldt.

profecit, quantum omnes quorum cura fuit Hercynij. Sed & idem Irenicus libro octauo de hac ipsa sylua, eiusq; magnitudine, rebusq; in ea crescentibus, quarum Poeta quoq; hic mentionẽ facit obiter, egregie scribit: quæ qui uolet, illic requirat.

Indigenas, Cathosque, immansuetosq; Cheruscas
Iam cerne, atq; uagos inarata per auia Francos,
Qua placidus cursu Mœnus fluit amnis aquarum,
Ingentes lucos, quercusque habitare silentes,
Hinc olim Carolus gestarum examine rerum
Maximus effulsit, tantoq; extollitur ortu.
Nunc etiam natale solum, transque algida Rheni
Flumina, cum patrios cuperet protendere fines
Arma tulit, Rhodanoq; iniecit fręna superbo,
Detinuitq; diu populos, atq; oppida regni.
Vnde & Francorum dicti cognomine Galli,
Nec non & centum celebrata Sueuia pagis
Hanc coluit syluam, possessaq; Sydone tellus,
Qui uestri ut memorant patres, & longa uetustas,
His tenuit Rex sceptra locis, placidoq; Sueuos
Imperio rexit, propioq; a nomine gentes
Dixit Sydonias, & erunt quoq; Sydones olim.
Hinc Almoni undas, Quadosq;, & inhospita tangit
Carpathij nemora, atq; ultra se porrigit oram
Sauromatum, populisque horret uicina Getarum,
Et Scythicum Tanain, & depictos Agathyrsos,
Vltimaq; Europæ spectat confinia regni,
Hac uri, toruiq; boues, & monstra ferarum
Vasta errant sylua, & nulla suffragine crurum
Subnixæ Hercynijs errant in montibus Alcæ:
Quæ simul ac placidus lassos sopor alligat artus
Erectæ captant somnos, & quercubus altis
Hærent corporibus, plantisque cubilia seruant.
Sed prius ancipiti uenator sarmata ferro,
Vt statio nota est, media plus parte ferarum
Prosecat, impacto casuros pondere truncos,
Mox cum grata quies, somnusque animalia terris
Inuadit, mulcetq; animos, quibus hæserat illis
Procidit arboribus, damnans sua pondera monstrũ.

Vagos Francos. Orientales itellige. Vulgus Francones uocat per iniuriã, inqt Albertus, cũ illi uerũ nomẽ Galli abstulerint. Seruant tñ non nulli scriptores illi ꝓuinciȩ suũ nomen & honorem, ut Franciã uocent Orientalẽ. Sed hoc uix patiunt Galli, pro solita Genti elatiõe, indignati, si Dijs placet, q̃ Germanos patres, & regni sui fundatores iubeantur agnoscere. Vagos puto dicit, a studio militandi. Insigniter aũt ualẽt eqs, eosq; Hercynia æditissimis iugis per circuitum obfirmans ueluti natiuo muro ambit. Mœnus. Tertij inflex⁹ est Tacito Mœnis. Quidã hunc fluuium Moganũ, quidam Mogũ uocant. Non oritur ex montibus Böemicis, ut Syluius dicit, sed ut in primo diximus, ex autoritate Celtis, in pinifero monte. Plinius dicit in hoc flumine, & in Nilo tantũ Sylurũ piscẽ inueniri. Quo in loco Hermolaus Barbar⁹ uir doctissimus errauit. Asserens Aenum legendũ esse, non Mœnum. Cum Mœnus non inferior sit Aeno. De Syluro Mœni Celtes nihil cõperit, diligentissimus Germanicarũ rerũ indagator. Placidus cursu aquarũ. Ostendit eũ esse nauigabilẽ, curuũ tamen. Non alter est i Germanijs, qui hoc magis fluat. Apd' Moguntiã Rheno miscet'. Qui gręce callẽt, fluuij hui⁹ apud Grȩcos nullã fieri mentionẽ obseruarũt. Hinc olim Carolus. Francũ Carolum natione, non Gallũ tradit. Monstrant hodie in Francia Germaniæ locũ natiuitatis eius, & celebri memoria conseruãt, ut ait Albertus: qui & p̃clara aliq̃t Caroli facinora in Saxonicis rebus cõmemorat. Quæ ne desyderaren

Francones.

Francia Orientalis.

Germani fundatores regni Gallorum.

Mœnus.
Mœnis.
Moganus.
Mogus.

Sylurus.

Carolus magnus Frãcus.

tur diutius, aut sparsim fastidienter perquirerent, nuper effecit insignis ille meliorum literarũ antistes Nuenarius Comes. Rhodanoq; iniecit frena superbo. Significat bellum Aquitanicũ, quo sub regni initia defunctus est. Centũ celebrata Sueuia pagis. Cæsar id scripsit in Cõmentarijs. Inde colligit Irenicus, apud Germanos antiqtus non urbes, sed pagos tantũ extitisse. De Sueuorum pagis Bebelius scripsit plura. Et erunt quoq; Sydones olim. i. Sic appellabunt in posterũ, cum scilicet a me sic fuerint appellati. Almoni undas. Alluit urbem Aureatensem, quę Aichstadium nostra dicitur lingua. Celtes noster, qui Almonũ cecinit in Odis, cunctos exuperare sapore flumine pisces, autor est Carolum Magnũ exẽplo Herculis & Xersis anio agitasse, de Rheno in Danubiũ nauigare, & proinde ab Euxino in extremũ Oceanum copias traijcere, si in Regnesum & Almonũ fluuios, qui decẽ milibus tantũ distant, eiusmodi fossa duceret, quæ esset nauiũ capax. Sed ꝑpter iuges pluuias & terrã quę sabulosa erat, opus fieri nõ potuit. quantũ enim terræ a militibus interdiu egestũ erat, tantũ noctibus humo iterũ relabente subsidebat. Accessit ad tam pulcherrimi operis retardationẽ ultima Saxonũ defectio. Quados. Varias hic populus sedes habuit, quas pete a Cæsare, Orosio, Eutropio, Spartiano, & cęteris. Vt aũt hunc totũ locũ facilius intelligas, Celtis nostri uerba adscripsimus, qui de Hercynia loquẽs. Ad Meridionale inqt, & Orientale eius latus Marcomanos, & Quados attingẽs, & ab his in Carpathũ Germaniæ caput, q & Sueuus est, cõsurgẽs Iazigibus, Bastarnis, Dacis, Getisq; cõtermina gentib. Sed ad Carpathi mõtis (q frons Germanię) radices, reducto in Septetrionẽ impetu, supra Vistulę & Oderæ, Memuli, Tibisci, Nestri, Boristhenis et Tunuri ac Tanais (q Europę & Asiæ limes) fontes per Sarmatiã Europæ, ꝑ Agathyrsos et Sauromatas. i. Poloniã, Litifaniã, Massouiã, Brussiã, Liuoniã imẽso spacio & infinito tractu ad Europæ usq; fines diuagat, cũ ipso terrarũ orbe desinẽs. Hæc Celtes. Hac uri. De his li. 2. dictũ est. Nulla suffragine. Partes q̃ in anteriorib. pedibus dicunt genua, in posteriorib. suffragines nuncupant. Cęterũ quę hic scribit de ĩpedito flexu, accliuiq; somno, atq; captura Alciũ Poëta, sumpsit ex Solino. Verũ Stella circa finẽ primi Antiqtatũ Borussię, hallucinati sunt, inqt, qui Alcẽ nullo suffraginũ flexu dixerũt, neq; qtis caussa ꝑ cũbẽtẽ, uerũ accliuẽ arbori somnũ capere, q̃ ad ĩsidias a uenatore ĩcisa, ferã una affligit, ac cõcidit: q̃dq; & pascẽdo retrogradit ob supius labrũ ꝑgrãde, q̃ si ꝑgrediẽdo pasci neqat. Quæ singula nõ de Alce, sed de Machlin fera, illi haud dissimili, quã Scandauiã mittere aliq ꝑdidere, dicta sunt.

Aureatum. Pisces Almonaui. Caroli magni conatus memorabilis. Quadi. Suffragines. Alces.

Nunc uero Ræthos, & Bryxantæa sequemur
Littora, ubi uasto surgit cum murmure fontis
Danubius, cursuq; fluens petit æquora longo,
Et septingemina Ponti mare diuidit unda.
Nam quamuis sacrum caput occultare paludem
Fama sit, obscuris uoluit compressa cauernis
Cornua, & æquoreas subter propulsat arenas.
Accola deinde Lici est, & quæ memoratur ab amne,
Et pace insignis, belloq; Licatia tellus.
Iam uicina uides qua ripa, Velaunia rura
Vndis belligeri spumantibus irrigat Aeni.
Et Regis Vacionis opes, & Norica regna
Fœta armis, Tyroliq; urbes, quosque Austria nutrit,
Qua genus Austriadum, & dicti de nomine Reges.
Hinc Styrios, Carnosq; rudes, iuguloq; tumentes,
Cerne Carenthanos, regnumq; nec utile bello.

Brixantæ. Lechfeldt.

Nũc uero Rhętos. Iterũ unde discesserat cũ de ortu Rheni loqueret, incipit. Brixantęa. Rhætica, Danubiana. Brixantæ eñ gens est in Rhætia Ptolomæo. Alij arbitror Brigantas appellãt. Vnde Lacus Brigantinus, ut retuli. Cũ murmure fontis. De ortu Danubij lib. 4. dictauimus. Lõgo cursu. Nam per ĩmania magnarũ gentiũ labit, autore Mela: desinit tñ alio noĩe, q̃ exoritur. ut statim ĩ principio primi dictauimus. Septingemina unda. Septẽ ostijs, secundũ Ammianum Val. Flaccũ, Ouidiũ de Tristibus, Statiũ quinto Syluarũ, Pomponiũ secundo, et Solinũ, quæ idẽ cap. 23. refert. itẽ Strabo in. 7. & Plinius: qui una cũ Tacito sex tantũ ostia tribuũt. Herodotus autẽ, et Claudianus, Arrianus, Auienus & Rhenius quinq;. Hæc diuersitas, inqt Camers, euenit ex eo, q̃d quintũ & sextũ ostiorũ Danubij languidiora sunt cæteris. Septimũ uero, ut inqt Solinus, pigrũ ac palustri spẽ, nõ habet q̃d amni cõparet. Vnde q̃d Poëta hic de septimo ostio dicit, plane fictũ est. Diuidit mare Ponti. Siquidẽ

tanto impetu euoluit, ut prodat in quadraginta miliū passuum longitudine uinci mare, dulceq; intelligi haustū. Velaunia rura. Nomen antiquū apud Ptolomæum. Vacionis. Hic Noricorū Rex fuit, cuius Tacitꝰ meminit. Iuguloq; tumētes. Alibi de Carnis dixit, obesum iugulū.

Hactenus hæc, ultra Pannon, Iazaxq; uidentur,
Quæq; olim prisci tenuerunt oppida Daci,
Tauricaq; infamis regio, Mysiq; fugaces,
Læua autem uastæ patet insuperabile regnum
Sarmatiæ, Regumq; altrix Lituania tellus,
Sponteq; nascentis fœcunda Podolia messis.
Inde Borysthenides ripæ, quarum impius undas
Inficiet multo deuictus sanguine Moscus.
Amissamq; gemet trepidans Nogardia pubem,
Oppidaq; immanis iuxta colit æquora Læuon,
Pallidaq; Oceano quærit electra sub alto.

Hactenus hęc. Scilicet de Germanis. Tenuerunt oppida. Nunc Walachos tenere placet multis eruditiōe pstantibus. Lituantia tellus. Recēs nomen est, Stella dictos ait olim Alanos, et Litalalanos. Limites eius pulchre describit Callimachus Geminianēsis in pfatione historię de Clade Varnicē. Sylvius mores gentis in Europa scribit. Latissime autē Albertus noster in Wandalia, utrūq; cōplexus est. Altrix Regum. Qm̄ Reges Sarmatiæ, q hactenus imperāt, inde originē habuerunt, ut idē Albertus ondit cap. xx. undecimi Wandaliæ: diciq; alibi de domo Poloniæ, incōparabilē esse sua magnitudine, cunctis Principū per orbē Christianū familijs. Quā enim gentē dabis tam late impitantē? Teneat Hispaniarū Rex hodie propitio Deo oēm Hispaniā, quinq; regnis distributā, adiecerit magnū Beticæ regnum, qd Granatæ uocāt, pace eiꝰ dixerim, Poloniæ domui par esse nō potest. Tria em̄ latissima regna hodie cōplectit. Tenet Vladislaus senior inter fratres regna Hungariæ, cū Boemia. Tenet Ioānes Albertus ipsam Poloniā. Alexander frater magnū Lituanæ Principatū, fratre Rege Poloniæ nulla parte minor. Hæc Albertus. Vilnam Lituaniæ metropolim ac Principis domicilium esse, notius est, quā a Scholiographo referri debeat. Podolia. Vltimi Europæ ad Orientē ac Septentrionē anguli, quē Sarmatiā dixere Meridionale latus, quātum est inter Thyram, Axiacumq; amnes ad Euxinū mare porrectum, & plærisq; in locis maxime circa littus Ponti etiā ultra Axiacum, Podolia nunc appellat. Sponte nascentis messis. Nam, ut fertur, cum segetes secant, granis, quæ cadunt sponte nutriunte terra, secūda fit messis. Tanta soli est bonitas, atq; aëris tēperies. Vnde non mirandum, qd de incolis scriptores tradidere. s. quod furari quid sit ignorāt: neq; mirant aliena, neq; sua diligunt. Borysthenides ripæ. De Borysthene fluuio, qui Polonis Neper dicit, & in Bycem paludē supra Tauricā, quæ Tartaria appellat, exonerat, Herodotū in Melpomene legito. Cęteros pterreo, qd nemo diligētius Herodoto de hoc scripserit fluuio. Inficiet multo. Supius qꝫ tetigit hanc pugnā Sigismūdi Polonorū Regis, q potitus est in Moscos ad Borysthenis ripā. Hanc Piso elegāter descripsit in epistola quę circumfert, ad Ioannē Coritiū. Extat itē ea de re doctissimi Dantisci sylua, in Poetæ nostri Itinerario, qui per anticipationē hæc retulit. Multo em̄ ante opus hoc cōpositū fuerat, quā hæc pugna cōmissa fuerit. Sed anteq; æderet, addita insertaq; opi. plæraq; enim Viennæ Austriæ ductu Georgij Collimitij Mathematici, ac Vadiani, Augustæ uero Chunradi Peutingeri, mutauit, restituit. Moscus. Hamaxobitæ olim, qs nunc Moscouitas uocāt, alij Masouios malunt. Nogardia. Oppidū ad lacum Lymidē, ut a Dantisco accępi, quem accolę Moscorū appellāt. pter Moscouiā metropolis, ipsi Noubgartiā dicunt. Est & in Liuonia, ut scribit Vadianus oppidū Nogardia pcelebre, eiusdē ppe cū Thule declinatiōis. Ibi Sole Cancrū trāseunte adeo tenebrę dilucidę sunt, ut tesserarū iactus in alueolo ludēti facile cernant. Ita referūt dignissimi fide mercatores, q illuc pelliū gratia Scythicarū quas exportāt, æstiuo maxie tpe pergūt. Quęrit electra. Iābus uidet hic in uersu, quē Quintilianus tradit in heroico carmine locū nō habere. Sed Maro qꝫ T. pduxit hoc uersu. Nā tibi Tymbre caput Euādrius abstulit ensis. Sed nullibi peccatū. qm̄ teste Capella t, ambiguū est, qd & a Stoa ca. 1. Epographię sextæ refert.

Lituania. Poloniæ regnum latissimum. Vilna. Podolia. Messis sponte nascens. Borysthenes. Neper. Byces. Hamaxobitę. Moscouitæ. Masouij. Nogardia.

Possem multa tibi ueterum signare locorum,
Verum alio me cura rapit: sic fata, repente
Ad mediam Lunam, uastumq; accessimus orbem.

Verū alio me cura rapit. s. Qua de futura morte Roberti afficiebatur. Perpetuo uiuunt. Oēs

De Animæ immortalitate.

Hic ubi perpetuo uentura in ſecula uiuunt
Felices animæ, & quorum cœleſtis origo
Extulit ad Superos mentem, & ſe miſcuit aſtris
Diuinæ uirtutis amor: dumqꝫ omnia luſtro,
Ingentem aſpexi cœtum, Heroaſque, Patreſque,
Magnanimoſque Duces, rebarqꝫ uidere tuorum
Et genus, & proauos, & quos tulit Auſtria Reges:
Plenis hi calathis bene olentes ſpargere flores
Cœlicolæ, hi Nectar nitidis diffundere menſis,
Et cantu ductare choros, atqꝫ ordine longo
Conſiſtunt alij, intextiſque aulæa Britannis
Pendent parietibus, nec non fragrabat Amomo,
Et myrrha plaga ſancta ſitu, iam balſama circum
Sudabant diuerſa locis, felicibus umbris,
Quicquid habet tellus coſti Panchaia miſit.

fere hęreticos aniæ ſalutem, hoc eſt, imortalitatẽ cõcedere, Tertullianꝰ aſſerit, lib. de Reſurrectiõe. Pauca diui Cypriani uerba, qbus adhortaẽ nos ad cogitandã immortalitatẽ plus afficiũt & rapiunt animũ, qꝫ arguta de animarꝫ imortalitate diſputatio. De cuiꝰ natura diuus Hieronymus in li. contra Ruffinũ, copioſius uero Auguſtinꝰ uarijs in locis ſcripſere, ut alios ꝑteream. Si te carmen iuuat, Prudentium adi, ſanctos i Apotheoſi uerſus de natura aniæ lecturus. Intextiſqꝫ aulæa Britãnis. Sic em nutrici uidebanẽ, cum nulla ſit cœleſtiũ rerum cũ noſtris cõparatio.

Amomum. Amomo. Amomũ herba eſt ſuauiſſimi odoris, nõ modo in Arabia, ſed in Ponto, Armeniaqꝫ naſcẽs, ut Plinius ſcribit.

Cinamomũ. Cinamomi uero (q̃d quidã tradunt ſic dictũ, ꝙ cortex eius in modũ cannæ ſit rotũdus & gracilis) Dioſcorides facit plures ſpẽs, quæ ab ea regione, cui gentiles ſunt, ſuis quæqꝫ noibus ſeparanẽ. Reliqua quãdo incidimus in Cinamomi mẽtionẽ, pete ex cap. qnto noni de hiſtoria plantarꝫ apud Theophraſtũ: qui, ut & Plinius exiſtimat, fabuloſa eſſe, quæ de Cinamomi collectione Herodotus retulit.

Myrrha. Myrrha. Quicqd de Myrrha memoratu dignũ referri põt, Plinius cõplexus eſt, itẽ Theophraſtus cap. 4. libri iam citati. Albertum noſtrũ, ut frequẽter, ita nationis odio, ut puto, ſtudioſe nimis Camers taxat, q̃d Auicennæ de Myrrha locum nulla facta eius mẽtione in ſuum tranſtulerit opus, q̃d de Vegetabilibus & Plantis ſcriptũ reliquit.

Balſamum. Balſama. Legimus de Balſamo Pliniũ lib. mundanæ hiſtoriæ. 12. Theophraſtũ lib. modo citato, item Dioſcoridẽ, quo eodẽ Camerte teſte de Balſamo nemo autorꝫ ſcripſit copioſius: meminit q̃ꝫ Auicẽna, quo cũ cõuenit Albertus noſter. Adde quę ſcribũt. Strabo, Tacitus, Solinus, Egeſippꝰ, Iuſtinus, Seruius. 2. Georgicorꝫ.

Coſtus. Coſti. Plinius ſcribit. Radix & foliũ Indis eſt maxio ꝑcio. Radix Coſti, guſtu feruẽs, odore eximio, frutice alias inutili, primo ſtatim introitu amnis Indi in Patale inſula. Duo ſunt eius gña, nigrum, & q̃d melius candicans.

Panchaia. Panchaia tellus. Maro Totaqꝫ thuriferis Panchaia pinguis harenis. Claudianus. Quicqd thuriferis ſpirat Panchaia ſyluis. Ouidius. Sit diues Amomo, Cinnamaqꝫ Coſtũqꝫ ſuũ ſudataqꝫ ligno Thura ferat, floreſqꝫ alios Panchaia tellus. Panchaia, Perſidis regio, ab Rege Panchęo, ut Probus inquit. Hæc flagrantiſſimo ſolis ſyderi ſubeſt, propterea gignit odoramenta, quæ tunc præſtantia, multaqꝫ proueniunt, cum Solis ardoribus in terræ uenis humor excoquitur. autor eſt Theophraſtus.

Tunc quæ læta dies inquam, quæ gaudia tangunt
Cœlicolas, mi Diua refer. Mox talia contra
Incipit. Hinc cauſſa eſt, altum cur uecta per æthram
Luſtraſti Lunam ingentem, ſedeſque piorum,
Scilicet ut lætoſque Deos, cœlumqꝫ uideres
Expectare diem, atqꝫ obitu gaudere Roberti.
Hæc rector uentura mihi Saturnius olim
Prædixit, cum ſancta poli, terræqꝫ ciebit
Numina, & in ſolio conſidens Iuppiter alto

Rumpet iter fati, noſtrumq; uocabit in aſtra
Phalſgraphidem, ſedemq; dabit, regnūq; piorum.
Heu nimium propere raptus mortalibus ille eſt.
Nullus enim Diuum ſuperis acceptior aſtris
Vnquam erit in terris, pietate inſignis & haſta.
Ergo cum ſtamen uoluant ſua fata ſupremum,
Lætantur, gaudentq; ſinu pia Numina talem
Exceptura uirum, & ueſtigia floribus ornant,
(Sic propere mandata tulit Cyllænius ales)
Qua Superum turmas infra uidet altior axis.
Hinc timor, hinc curæ nobis, uerſamq; dolemus
Fatorum ſeriem, & uoluentem inimica Tonantem
Concilia, & noſtris cœlum procedere damnis
Quis ferat? Interea Nutrix, ut Sole niteſcent
Ardua ſyluarum, perge, & mandata Philippo
Noſtra refer, poſtquam Dijs immortalibus ire
Sic uiſum, tentet pacem, ſoboliq; futuræ
Conſulat, & ſæuis famæ nec deroget armis.
Dixerat, & feſſo meditantem plurima ſomno,
Ilico deſeruit, mediaque euanuit aura.
Tunc ego, me ſimul ac Numen, ſomnusq; reliquit,
Deſilio e ſtratis, uoluensq; hæc omnia mecum
Iuſſa ſequor, magni ſi ſunt hæc uera Roberti
Dij prohibete tamen, meliora capeſſere fas eſt,
Nam fari me cogit amor, tu conſule rebus
Dum potes ipſe tuis, atq; ori parce ſenili,
Nec morem incuſes: omnes ducuntq;, trahuntq;
In longum ſua uerba ſenes. Sic fata, quieuit.

Rumpet iter fati. Quod in principio Decimi ſcribetur.

Nimium propere. Ante diem, ut dici ſolet.

Nullus enim diuum. Laus Roberti a pietate et fortitudine.

Et ſæuis famæ nec deroget armis. Hoc eſt, nomini ſuo. quoniā omnino uictoriam Deorū uoluntate ſit amiſſurus.

AVSTRIADOS
LIB. Octaui Finis.

¶ LIBRI NONI ARGVMENTVM.

¶ Sequuntur uerba Philippi Palatini ad Nutricem, qui narrat etiā prodigia quibus aliquid mali futuri ſuſpicabatur, atq; ut hæc auertantur Iouem orat. Sequitur præparatio belli Norimbergenſium, ubi tertia cauſsa fœderis Sueuici, quam in quarto libro conſulto amiſerat, narraf. Digreſsio ad nauigationem Philippi regis, ubi de eius morte. Inde per reaſſumptionem Norimbergenſium exercitus deſcribitur, & Senatus Decreta, ac obiter comitatus Feretti nominis origo. Sequitur Stromari ductoris exercitus oratio ad milites. Qui quidem ad Lauphenij obſidionem proficiſcitur, quo poſt crebras pugnas potitur. Idem Herbruchium, Aetheniumq; occu-

pat. Interea digreſsio eſt ad quædam Cæſaris, Principumq; quorundam geſta. Inibiq; de origine Agenau. Item Beyſpech, dum Phylshophenium inuadit, ab Albertinis non ſine cæde reijcitur. Iterum ad geſta Norimbergeñ. reuertitur, ubi oppugnatio Neomartij opp. acerrima deſcribitur, unde inglorij diſceſſerunt. Dum hæc in terris patrantur, Iupiter Deorum, Dearumq; concilium indicit, ubi Poëta multū in eorundem nomenclatura immoratur. In fine quorundam, qui ex domo Auſtriæ, in Deos relati fuerant, nomina recitantur.

AVSTRIADOS Liber Nonus.



T DVX TVM COELI CVRSVS, tum ſydera uoluens
Enarrata, aio, terrasq; amnesq; fluctes
Miraturq;, timetq; ſimul, certumq; putabat
Conſilijs hæc acta Deum, nec numine uano
Prædici, ſummoq; trahens ſuſpiria corde,
Nec tu prima (inquit) Vates es facta malorum
Nutrix, nec generis primum tua ſomnia noſtri
Funera prædicunt: per ſumma palatia bubo,
Et diræ ultrices Orci, ſtridoribus altos
Concuſſere arces: medijs penetralibus anguis, Haurire.
Horrendum dictu, ſquamis, atq; ore triſulco
Exiluit, mediumq; trahens per inane uolumen,
Dira lues, thalamum petijt, lectumq; iugalem
Tortilibus nodis, ſpirarumq; orbibus hauſit.
Inſtamus cuncti, dirumq; auertere monſtrum
Conamur gladijs nequicquam. nam ſua poſtquam
Membra thoro poſuit, medijs euanuit auris.
Præterea ex adytis uoces, & murmura ſacris
Sylua ubi thuricremas operit Tritonidis aras,
Surpremum cecinere diem. Sic ore locutus,
Humentes oculos Superum ad conuexa ſupinat,
Atq; ait, O genitor, qui cœlum, & ſydera torques,
Exaudi ſi digna precor, nos reſpice ab alto,
Et noſtri miſerere: potes namq; omnia ſolus
Iuppiter, & fati leges abrumpe ſeueras.
Non equidem inuideo, quod Cęſaris acta, ſuumq; Pegneſus.
Nomen ad aſtra feras, ſed tu genus aſpice noſtrum,
Nil regni curæ eſt, nec te fera deprecor arma.

¶ In Auſtriados Lib. IX. Iac. Spiegellij Scholia.



T DVX, Philippus Palatinus, Enarrata. Quæ omnia non niſi diuino inſtinctu enarrari poterant. Dirę. Furiæ, de quibus ſuperius.

Vltrices Orci. Quod ſontes torqueant. Lectumq; iugalem. Prodigium futurę mortis coniugū. ſ. Roberti, & uxoris. Spirarumq; orbibus hauſit. Id eſt, defatigauit circum ſpiras trahendo: uel hauſit, id eſt, ita operuit, texit, ut hauſiſſe, id eſt, traxiſſe ad ſeſe uideret. Maro, ille impiger hauſit Spumātem pateram. Monſtrum. Portentum, prodigium, idem ſignificant, autore Cicerone in Diuinatione libro primo. At quę Pegnitio. Norimbergenſium exercitum & copias intelligit. Mentionem autem facit ea de re, quia mox bellum Norimbergenſium cum Palatinis ſcripturus eſt, quia intellexerant iam copias contra ſe mouiſſe. Pegnitio littore. Ripa amnis Pegneſi, qui urbi influens per medium illam abluit, diuiditq;. Ratium ta-

At quæ Pegnitio properant de littore turmę,
Iam sternant bello, & regnum populentur Othonis
Hercynia in magna, pugnaq; ardente senatus
Diues opum, patría depellat sede Philippum,
Hanc modo tu prolem serues mihi Iuppiter unam.
Sic fatus, lachrymis pectus madefecit obortis.

men & nauigij utcumq; solutis niuibus, aut effusis imbribus, socię undę, & confluus humor intumuerit prorsus impatiēs est: piscosus alias & fertilis amnis, sapidoq; & uario genere pisciū ubertim scatens. Patria depellat sede Philippum. Attende ingentem in filium charitatem. Non enim detrectat regno cedere, ut modo filius seruetur: quod pauci factitarunt. Cum multo plura occurrant exempla, quibus admonemur, ob diram regnandi libidinem non abstinuisse patres a filiorum morte, propter affectati Principatus ac regni suspicionem.

Belgarum interea rumor perlabitur urbes,
Armatas acies mouisse in bella senatum,
Confertoq; acres inuadere milite Francos.
Germanos olim, Vacyonçosq; nepotes
Lata per Herculeam coluisse magalia syluam,
Et raptu uixisse ferunt, non pace, nec ullo
Bello unquam potuere capi, sed more ferarum
Aufugere in nemora, & tetris immersa cauernis
Venatu lustrare feras, & flectere neruos,
Syluestri quondam gens formidanda rapina,
Nullaq; uicinis habuit commercia terris,
Sed uacuis regnante antris, montesq; per altos
Insidias passim moliri, ac tendere fraudes,
Vnde iter infandum nullus, nisi forte coactus
Carpebat nemore immenso, syluaq; uiator.

Acres Francos. Qui erant partium Palatinarum. Germanos olim. Hic narrat illa tertia Sueuici fęderis causa, a Poëta dilata, de qua lib. quarto sic dixit. Tertia iam causa est, alio sed differet alma Calliope. Vacionços. A Vacione rege Germanorū. alij Vancionem scribunt. Lata per Herculeam coluisse magalia syluam. Sic restituimus uersum, qui corrupte ita legebatur, Lata p Hercynias coluisse magalia uillas. Cur autem Herculeā dixit, proximo libro declaraui. Aufugere i syluas. Et hic corruptus uersus, sic legendus est, Aufugere in nemora, & tetris immmersa cauernis.

Vacion.

Interea monitu magni Iouis, aurea magno
Sceptra sub imperio, & mundi traduntur habenæ
Austriadæ: lætantur agri, lætantur & amnes,
Totaq; in assuetos effundit Rhętia flores,
Roscidaq; alpina distillant arbore mella.
Non læsus nunc pacis amor, securus ubiq;
Limes, & in tuto sub Cæsare uiuitur ætas.
Dij Regem seruate diu, seruate nepotes.
Quo me Phœbe rapis? quid me inter bella furentē
Ordiri impellis lachrymas, planctumq; mouere?
Iam manibus uis omnis abest: ibit ne sub umbras
Terrarum decus, & iuuenilibus obrutus annis,
Regna sub aurifero deserta relinquet Ibero?
Quem flebit Germana cohors, & Belgica pubes,

Non lęsus nunc pacis amor. Laudes Cæsaris Maximiliani. Dij Regē seruate diu, seruate nepotes. Dij Regē seruate diu. hic faciendum interuallum est. Vtitur eñ poëta artificio, dedita opera nomē patris Regis Philippi silentio pręterire uolens, nisi numine Phœbi impulsus, raptusq; coa-

Cum sibi Dijs uetitum tentabit nauibus æquor.
Heu quantum laudis mors immatura refringet.
Nam siue ærisoni pugnator in æquore cursum
Flectat equi, libeat seu propugnare sagitta,
Hic cursu superat cunctos, & certius ictum
Nullus agit: siue in nuda certare palęstra
Mens fuerit, seu fulmineos ex montibus apros
Impulerit, nullus iuuene est animosior alter.
Quis canat edomitasque niues, tolerataque belli
Fulmina, & exhaustos neglecto uertice nymbos?
Quot strages dederit populis, quot uicerit hostes,
Dum fera crinitus contra mouet arma Sycamber.
Vsque adeo ne Deum manet implacabile fatum,
Grandiaq; orsa premit rerum. Iam littore classem
Soluerat oceani, Morinosque reliquerat alno.

ctus fuisset scribere hic per digressionem nauigationem Philippi in Hispaniam, tacitumq; eius mortis uaticinium.

Grandiaq; orsa premit rerum. Id est, principia, quæ rerum magnarū in eo futura uidebantur. Tetigit hæc obiter Roterodamus in Chiliadibus, ubi deplangit immaturum Philippi interitum: colligitq; eleganter, neminem esse mortalem, usq; adeo cœlitibus uicinum, quin bulla sit.

Cum subito strepitum undarū, tortosq; rudentes
Concussor maris & terræ Neptunus ab imo
Situs. Hausit, & in summa glaucum caput extulit unda.
Atque suum aspiciens ingenti classe per æquor
Regalem ferri prolem, dignumque sub undis
Esse Deum, tunc secum inquit. Nunq; ne procellis
Liber ero? semper ne meos, immanibus Austris
Addictus, curis atque æuo desitus, annos
Discruciem? cœlo si regnat Iuppiter alto,
Pacem habet æternam, nec mittit fulmina solus:
Sic etiam tristes perpendet frigidus umbras
Frater, ubi fesso sortes parat Aeacus olli:
Ast mihi sorte datū regnum est, cui tradere habenas
Alterius uerear: quod enim hoc est sæuius usquam
In terris monstrum? uentos alit, ardua pulsat
Sydera, & in scopulos sese erigit, & uada subter
Vela trahit, nautas pascunt immania cete,
Regni orbis diuisio. Atque nisi horrisonos æstus, rabiemque tridenti
Mulcerem, frenumque mari, atq; ruentibus undis
Iniecerem, latas operirent æquora terras.
Nil agit Oceanus, nec amabilis Amphitrite,
Et uitreis tu Dori manes iam cana sub antris.

Concussor. Gręci Ennosigæon dicunt. Desitus. A situ formata dictio. Est autem Situs mucor ille, qui propter uetustatem cōtrahitur, ut ob situm dicimus, et rem situm contraxisse, cū propter uetustatē infecta est. Claudianus, squallētim mania fœdo Sceptra situ. Nec mittit fulmina solus. Quasi dicat, uicarios habet, ut Summarum, cæterosq; quibus iaciendi fulmina uis attributa est. Sic etiā frigidus frater. Pluto scilicet habet Aeacum, Rhadamanthūq;, quibus iudicandi officia iniungit.

Ast mihi sorte datum regnū est. Iuppiter, Neptunus, Pluto, fratres germani, regna uniuersi orbis, ita quidem inter se partiti sunt: ut Ioui cœlum, in quo regnaret sorte datū sit. Neptuno obtigit totius orę maritimę

Est noster quicunque labor, quem ferre recuso
Vlterius, regnoque parem, sociumque uocabo,
Qui nunc per nostras defertur classibus undas,
Submergamque rates, raptumque in sede locabo
Aequorea mecum subter mare, cuius in alta
Dextra erit undisoni dominatrix fuscina Ponti.

potestas. Pluto uero in tertiam sortẽ inferna obuenerunt. Quamquã uero tres isti fratres ad hũc modũ diuisa Imperia teneant, uidentur tamen, quod ait Seruius, cõmunem regni totius habere potestatem, sicut & ipsa elementa, quæ retinent, physica ac naturali inter se quadam ratione iunguntur. Quam rem etiam ipsorum numinum sceptra significare ait. Quoniam Iupiter trifido utatur fulmine, Neptunus tridente, Pluto tricipite Cerbero. Sed & Diadema in capite quisque pro regni conditione maxime idoneum gestare perhibetur. Quippe Iupiter serto, Neptunnus cana, ac spumante, Pluto nigra ac furuescente cingitur corona. Sic prçterea de hac sortitione Neptuni & Plutonis, deque opibus & imperijs utriusque, Cicero ad uerbum. Aqua restabat inquit, & terra, ut essent ex fabulis tria regna diuisa. Datum est igitur Neptuno altero Iouis, ut uolunt, fratri maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus a portu, ita Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis. Terrena autem uis omnis, atque natura Diti patri dedicata est: qui Diues, ut apud Grçcos Pluton, quia & recidant omnia in terras, & oriantur ex terris. Sic Cicero. Ventos alit. Rationes dicti recenset: quas breuiter perstringit Plinius in Procemio Secundi & Tricesimi naturalis historiæ. Nemo autem est, qui ignorat Altanos uentos appellari: cum ex alto, id est, mari flare incipiunt: & Apogços, cum a terra in altum redeũt. Nil agit Oceanus. Pro Deo, pro numine posuit, uel pro Nereo. Nec amabilis Amphitrite. Neptunus uxorem habet Amphitritem Deorum omnium benignam hospitam, ac nutricem. Siquidem sydera pasci, aliaque ab antiquis iam diu recepta, etiam multis argumentis cõfirmata fuit opinio: quam secutus Plinius, in dulcibus aquis Lunæ alimentum esse scribit, sicut in marinis Solis. Potest idcirco amabilis dici a poëta. Vel potius referri ad Neptuni amorem, qui hanc deperijt, & fugiente tandem internucio Delphine potita est, iuxta fabulam, quam refert Higynus & Ouidius in Fastis. Dori. Hæc Nerei uxor fuit, ex quo quinquaginta genuit filias, ut inquit Hesiodus, eadem etiam pro mari ponitur. Maro, Doris amara suas non intermisceat undas.

Portunus. Neptunus. Dis. Pluton. Altani. Apogçi. Amphitrite benigna. Doris.

Sic ait, & curru pro uiribus incubat atris
Fluctibus, obstrusosque imo trahit æquore uentos.
Confestim tumidi tolluntur in æthere montes
Vndarum, pelagique atra uada concita Cauris
Tempestate sonant, & torto uortice raptant
Corpora ui fundo: trabibus resoluta fatiscit
Compago, frustraque uocant sacra numina nautæ.
Exoritur nox atra oculis, passimque feruntur
Remigia in fluctus, & iam Neptunus, ubi ingens
Rex superans æstum conflictabatur Iberus
Vt raperet uicinus erat, pronamque sub æquor
Voluebat puppim, cum Iuppiter æquus ab alto
(Nam Reges, Regumque genus sibi cura tuendi)
Talibus alloquitur prolem Cyllenida uerbis.
I nate, & sumptis trepida nunc æthere pennis,
Et fratrem æquoreũ, qui iam maria omnia prædo,
Concitat; aggredere his dictis, atque argue fraudis.

Pro uiribus. Pro uirili sua. Prolem Cyllenida. Mercurium, a Cyllenio, ut diximus, monte omnium qui sunt Arcadia altissimo, cui nomen imposuit Cyllenus Elati filius, ut Pausanias, ut alij cum Stephano uolunt Nympha Cyllene, quæ illic educauit Mercuriũ, aut ex Ioue peperit, ut ait Coruilius, teste Parrhasio. Receptum tamen est, Mercurium esse Iouis & Maiæ, quç Pleiones & Atlantis filia fuit, ut apud Græcos Aratus, Maro Higynusque e nostris refert. Trepida sumptis pennis. Non dixit, labere. Nã labi paulatim ferri significat. Maro. La-

Cyllenius. Mercurius. Labi.

Scilicet imperium pelagi, sæuumque tridentem
Idcirco sibi sorte datum, qui temperet undas,
Et moueat quocunque uelit, sibi grandia Ponto
Assurgant ut monstra suo, quid nostra lacessit
Fulmina? & in Reges audet temerarius ille
Moliri insidias? nostra hæc, sua tentet. Et ultra
Haud fatus, tacuit. Sumptis Cyllenius alis,
Nec mora, iussa facit: summisq; ex alpibus amnem
Permensus Rheni, dein læua extrorsus oberrans
Aurea Gessoraco flectit talaria Ponto,
Auriferosq; alto quos territat unda Britannos
Commota, & toto disiectas æquore puppes
Vidit, & euulsos Neptunum frangere remos,
Atq; hunc magnanimũ Regem iam crine tenẽtem,
Inuadit dictis. Quibus o Rex Ennosigææ
Impellis maria alta dolis? non fraudibus uti
Imperium decet, atq; instar regnare Tyranni.
Aequora habes, & sorte datum uibrare tridentem
Per freta, per fluctus, & eo compescere Pontum
Quem circum mõstra, & proni Tritones oberrent.
Quid tentas nunc regna Iouis? temerataq; temnis
Fulmina? & in Reges tantum Deus æquoris, audes
Moliri insidias? etenim sunt sub Ioue magno
Et Eeges, Regumq; genus: sic fatus, ut ales
Ad prædam clausis decurrit ab aëre pennis.
Deuolat, & manibus Regem diuulsit ab udis,
Disiectasq; rates, atq; ipsum ad regna Britanni
Appulit, & socios tuta in statione reliquit.

Mercurius alatus.

Iouis horoscopus.

Reges stulti.

bere nympha polo. Sed dixit, trepida, id est, festina, uelociter uola. Cæterum, Mercurius, inquit Seruius, ideo pennas habere dicitur, quia citius omnibus planetis in ortum suũ recurrit. Nostra hæc. Scilicet Reges. Iuxta Horatium, qui ait. Reges i ipsos Imperium est Iouis. Tradũt Astrologi, qui habent Iouem i genitura, magnos Principes fieri, uel Reges. Vide Sextum cap. lib. Tertij apud Firmicũ, & Pontanum lib. de rebus cœlestib. quarto. Idem cecinit Hesiodus in principio Theogoniç. Verum Seneca grauis autor, & amœnissimi ut ait Tacitus ingenij, dixit. Aut Regẽ, aut fatuũ nasci oportere. Nam quemadmodum, inquit Rhenanus noster, in fatuis, risu quç cunq; fecerint, excipimus, sic Regum quoq; facta nemo non probat. Proinde uerissimum est, facultatibus, licentiaq; et assentationibus ali Principum uitia. Et nisi stulti fuissent olim Reges, non essent tot libri illorum fatuitatib9 referti, hoc est, factis non tam stultis sæpenumero quam sceleratis ac impijs cędibus & bellis: quibus in hoc mundo nihil stultius, ut explicat Erasmus in adagio, Dulce bellum inexpertis, tum alibi. Amnem permensus Rheni. Ita nauigantibus nobis per Rhenum ab alpibus agendum est. extrorsus enim, hoc est, lęua Belgæ sunt. Gessoraco. Pro Gesoriaco, id est, Belgico, nunc Callesium uocant. Auriferos Britannos. Diuites. Arbitror enim ad Regem Britannorum allusisse, eius qui nunc regnat, patrem, qui omnium Regum Europæ ditissimus auri habitus est. Ad quem nos multas Cæsaris Maximiliani iussu dictauimus literas, dum scribæ fungerer officio. Gallorum opes Budęus ostentat lib. de Asse tertio & quarto. Atq; hunc magnanimum Regem iam crine tenentem. Innuit hoc scito figmento, actum iam de Philippo, cuius res etiam reuera eo uenerat, ut extra humanum consilium & auxilium esset, necessitatiq; & Deo concedens, securusq; & intrepidus mortem expectaret. Huius fatalis nauigationis cursum eleganter descripsit Aloisius Marlianus, qui socius malorum fuit & indiuiduus comes. Is defuncta coniuge, Tudensem Pontificatum adeptus, in comitijs nuper apud Vuormaciam excessit e niuis. Extat Epistola ad Iacobum Baunissium, quæ mea nuper opera in lucem emersit, digna enim, uel ob argumentũ uidebatur, ut ad posteros transmitteretur. Quibus o Rex Ennosigęe. Nuncij fidelitas notatur, qui eisdem met uerbis refert,

Britanni diuites.

Marlianus Ep. Tudensis.

bis refert, quibus nuncium peragendum acceperat, utcunq; Maronem imitatus. Imperium. Sic scribendum, & non imperimum, dictio prorsus nihili, ut sit contentum pro continente.

Instar regnare tyranni. Vide quę scribit Aristoteles cap. decimo quarti Politicorũ, & quę illic Iacobus Faber adnotauit. Pulchre Seneca, ut tyrannus a Rege distat, prosequitur libro de clementia primo. Ad tyrannum & non bonũ Principem pertinet Photini monitũ, cum sic is apud Lucanũ Ptolomęũ alloquit. Ius et fas multos faciũt Ptolomęe nocẽtes: dat pęnas laudata fides. & post Sydera terra ut distant, & flamma mari, sic utile recto. Sceptrorũ uis tota perit, si pendere iusta Incipit, euertitq; arces respectus honesti. Libertas scelerũ est quę regna diuisa tuetur, Sub latusq; modus gladijs. & infra. Exeat aulam Qui uult esse pius, uirtus & summa potestas Non coeunt, semper metuet quem sęua pudebunt. Ediuerso ad bonum Principẽ, & non ad tyrannũ pertinet Claudiani ad Honoriũ monitum, quod haud grauabor adscribere, cũ id aureo carmine Poëta elegantiss. complexus sit, & Zasij illius magni in Iure nostro Sacerdotis sanctum desyderium mẽtem subeat, dum inquit: Quam bene se haberet, si celeberrima huiusmodi carmina, diuino scripta ingenio, Principibus Romanis, tam operose ingererentur, quam solet frequenter eius potestas (laxatis aliquãdo modestię habenis) per blandimẽta fortasse, uel supra immẽsum efferri & extolli. Sic aũt inter alia Claud. Imperatorẽ hortaẽ. Tu licet extremos late dominere p̃ Indos, Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent, Si metuis, si praua cupis, si duceris ira, Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas Interius leges: tũc omnia iure tenebis, Quum poteris Rex esse tui. Et paulo post Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit Occurrat, mentẽq; domet respectus honesti. Tu ciuem, patremq; geras, tu consule cunctis, Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica uota. In cõmune iubes si quid, censesue tenẽdum, Primus iussa subit: tunc obseruãtior ęqui Fit populus, nec ferre uetat, quum uiderit ipsum Autorẽ parere sibi. cõponitur orbis Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus Humanos edicta ualent, quã uita regentis. Et quæ sequuntur. Temerataq; temnis Fulmina. Quasi dicat, temeritate tua uideris Iouis fulmina contemnere. Etenim sunt sub Ioue magno Et Reges. Quomodo & in arcanis literis scriptũ legimus. Cor regis ĩ manu Dei. Et alibi. Cornua in manibus eius, pro eo qđ est, regna, ut est moris scripturarũ, autore Hieronymo. Ad regna Britanni. Marlianus. Exclamatũ est, inquit, a nautis, terra terra, omnes nos læto clamore terram salutauimus. Erat terra Anglia, sinus caput Portani uocatur. Quod si a nautis pręteritus fuisset, ut minimo minus fuit, locus ille, in certam & ineuitabilẽ mortẽ ferebamur. Nã nec nauis ulterius cõtra tẽpestatem, quæ & tota die & nocte debacchata est, stare poterat, & altera die in uada Flandrię etiam nolentes trudebamur. Hęc ille.

[Margin: Tyranni non boni. / Principes boni. / Prouer. 21. / Abac. 3. / Caput Portani.]

Tunc sale tabentes artus, atque humida passim
Transtra Caledonio exponunt in littore Belgæ,
Armaq; arenoso pandunt naualia campo,
Et Phœbo siccantur opes, & regia gaza.
Nox ruit, interea curarum uoluitur æstu
Neptunus, tristem compescere nescius iram.
Concilium indicit: simul at uox lãpsa per undas
Aequorei uenere Dei, & scopulosa frequentant
Oceano in medio uitrei pętoria Regis.
Tunc Rex pumiceo considens turbidus antro,
Regna Iouis monitu dudum temerata recenset,
Egregiamq; sibi dolet abstraxisse rapinam
Mercurium. Elatis aderat reuerentia uerbis.
Exorti passim fremitus, & murmura uulgo,
Sed uanum tentare Iouem: sic agmine facto
Descuitum undis, & rupto limite Ponti
Belgica ab effuso demergitur æquore tellus.

Caledonio in littore. Id est, Britanico. Nã Caledonia sylua Ptolomęo est in Britannia. Unde etiam Ouidius, Britannos Caledonios appellat. Nõ em̃ ea in parte, ubi Caledonia sylua est, factũ est naufragium: sed iccirco dixit, quia omnes sic per hoc epithetũ intelliguntur. In hunc Caledoniæ recessum appulsus Vlysses aram posuit, Solino teste, de qua libro primo diximus. Non tacendũ, & in Aetolis urbem esse Calydonem, iuxta Euenum amnem. Verũ uocabula syllabis dinosci. Nam Calydon, ut notauit Vadianus, pro Aetoliæ oppido penult. cor-

[Margin: Caledonia sylua. / Calydon.]

Diffugiunt matres, prẹſſosq; ad pectora natos
Exportant, trepidiq; ſenes, timidęq; puellæ
A rapidis uectantur equis, pars acta quadrigis
Excipitur, prẹuenta freto ſub gurgite moles
Omnis abit, monumenta patrũ ſtant uulſa metallis
Marmora Synadijs ſubter freta, ſic iuga rupit
Herculeus labor, & Bẹthim diuulſit ab Aphris.

ripit: pro Britanniæ ſylua producit, o litera correpta. teſtes aduocat. Lucanũ & Martialẽ. Quanquam ſint, qui e litera ſcribendum contendãt, ut poëta fecit. Vitrei prætoria regis. Sumpta ſimilitudine a prætoribus, ad quos ẹdicto publico omnes conueniunt. Aſconius, Veteres, inquit, omnem magiſtratũ cui pareret exercitus prẹtorem appellauerunt. Vnde & prẹtoriũ tabernaculũ eius, & in caſtris porta prætoria, & hodie quoq; præfectus prẹtorio. Cum igitur Imperiũ Romanũ ad monarchiam deuenit, Principes Romani equitem unum Romanũ prætorię cohorti, aut cohortibus etiam prẹfecerũt, & prætorio ſuo, id eſt, aulæ, quam lingua uulgaris hoſpitium regis appellat. Vnde præfectus prẹtorio hodie dici poteſt. qui magnus magiſter hoſpitij, ſeu, ut noſtri, domus uel curiæ dicitur, teſte Budęo. Cæterum, cum plebi, ut Liuius ſcribit, ad conſulatũ factus eſſet aditus, uiciſſim patribus conceſſum eſt, ut prẹtorem crearent, qui a prẹeſſendo (ut uoluit Feneſtella) prẹtor dicit̃. Varro a prẹeundo dictũ putat, de cuius poteſtate pluribus Feneſtella. Iuuenalis, prẹtorem pro Imperatore poſuit, & alicubi pro eodem Conſulem & Prẹtorẽ. Id quod adnotatu dignũ putauit, Budæus aſſerit, libro Annotationũ in Pandectas. Elatis aderat reuerentia uerbis. Multum em̃ intereſt, cuius ore uerba proferantur. Nam ſi idem a paupere dicatur, idem a Rege, nõ eſſe idem uidebitur, ut innuit apud Euripidẽ Hecuba his uerbis, Eraſmo interprete, ad Vlyſſem loquens. Si uel male hæc autoritas dicat tua Flectet, quod a leuibus profecta oratio, Et a probatis, non idem ualet eadem. Deſẹuitum undis. Veritas eſt, & puto latentem poëtam illuuionem illam Oceani ſignaſſe, quę patrũ noſtrorum memoria ſexaginta annis fere elapſis contigit, qua multa milia paſſuum cõtinentis Oceanus ſummerſit. Vbi ipſi uidimus adhuc eminentia domorũ ac templorũ cacumina, turresq;. Vnde neutiq; abhorret a uero, quod Ariſtoteles in Meteoris tradidit, perpetuam eſſe uiciſsitudinẽ, in terræ, mariumq; ſitu & circa partes uariatione. Accedit libro ultimo Strabo, Plinius ſecundo, Mela primo, Solinus cap. quartodecimo, Ouidius transformat. quinto & decimo, cæteri. Ex recentioribus Pontanus in Meteoris, Poëta noſter in primo. Vulſa. Eruta. Synadijs metallis. Id eſt, precioſis lapidicinis & marmorarijs. Nã Synadiũ marmor in maximo precio habitũ fuit apud antiquos. Metallũ aũt de omni materia dici poteſt: quod alia poſt aliã inueniat̃. uerbi gratia, inuẽto auro, poſtea inuenit̃ argentũ, poſt argentũ plumbũ. Abuſiue tamẽ ad marmorũ uenas, ut ita dicã, trãsferimus. Herculeus labor. Quod naturæ uarietate cõtigit, priſca fabuloſitas tribuit Herculi. Scilicet. Iunctos olim, ut Mela ait, perpetuo iugo diremiſſe colles, atq; ita excluſum antea mole montiũ Oceanũ, ad quę nũc inũdat admiſſũ.

Prætor.
Prẹtorium.
Prẹfectus Prẹtorio.
Maris inundatio.
Synadium marmor.
Metallum.

Dum Rex undarum hęc agitat, manſuraq; in ęuũ
Vincla aperit Ponti, terraſq; inuadit apertas,
Maturare fugam iubet Aliger: ilicet omnes
Stauratam læto propellunt remige claſſem.
Iamq; Caledonię radunt confinia terræ,
Ingenteſq; uident flexus, quibus irrigat agros,
Mobileq; exultans infertur Alaunius æquor.
Hinc Iſacæ curſum, & latis Durotriges aruis,
Obliquiq; undas Tamari, Volibamq; relinquunt,
Arduaq; effugiunt prærupti ſaxa Gobæi,
Prẹcipiteſq; dolis Venetos, Ligirimq; ſiniſtrum,
Et quos diues alit uerſis Aquitania campis.
Iamq; ſinum ingentem prẹterlabuntur, & ima

Inſtaurare.
Alaunius.
Alauni.
Tamara.

Aliger. Mercurius. Stauratam. Pro inſtauratam, id eſt, redintegratam. Nã Varro ait, Macrobio teſte, inſtaurare eſſe, inſtar nouare. Caledonię terræ. Id eſt, Britannicæ. Poëta eleganter a Britannia uſq; ad extremam Hiſpaniæ plagam, ubi Galleci ſunt, nauigationem deſcribit. Alaunius. Ptolomęo Britannię fluuius, et Alauni populi diuerſi ab Alanis. Tamari. Ptolomęo Tamara, Melę Tamaris flumen ſecundum; ut ait,

Littora,& acceſſu maris exundare Garunnam
Proſpiciunt,motamq; æſtus per fluminis Antron,
Miraturq; noua Tarbellicus incola Pontum
Claſſe premi,& pulſi currunt rumore Ruteni.
Vt Pyrenæos conceſſum attingere montes,
Heſperiam ingenti nautæ clamore ſalutant,
Cantaber,& uelox correptis Vardulus armis
Aduentu trepidant,atque auro concolor Aſtur
Montanis exultat equis,cum præpete Leucos
Tranſabijt curſu ſcopulos,longiq; remenſa eſt
Ingentes Nerij rupes,fœcundaque radens
Marmora Caſſitro Minij ratis hæſit in unda,
Vltimaq; Heſperia,& populi per littora claſſem
Callaici excipiunt læti,& fatalia Regi
Rex ſenior ſceptri conceſſit iura nocentis.

Arotebrarum portũ, de quo Strabo lib.3. Gobęi.Promontorij. Pręcipitesq; dolis Venetos. Populi maritimę in Gallia orę, q̃s Cæſar nauali prȩlio in poteſtatẽ redegit. Vocat aũt pręcipites dolis,q a legatos, qđ nomen, ut ipſe Cęſar ait,ad omnes nationes ſanctũ, inuiolatũq; ſemp fuiſſet, retẽtos in uincula cõiecerint. Reliqua de Venetis apđ eum. Sed & Veneti Adriatici hoc noie male audiũt. Lege orationem Ludouici Heliani ad Maximilianũ. Ligirimq; ſiniſtrum. Fluuius eſt Narbonenſis potiſsimus, q Veneti. Ligiris.

prouinciã eam a cætera Gallia diducit. Aquitania. Gallia omnis inquit Plinius comata uno Galliæ partitio.
nomine appellata,in tria populorũ genera diuidiť,amnibus maxime diſtincta: a Scalde ad Sequanẽ Belgica:ab eo ad Garumnã Celtica, eadẽq; Lugdunẽſis: inde ad Pyrenęi mõtis excurſũ Aquitania, Armorica ante dicta eſt. Vadianus hodie a Gallis Guienne uocari ſcribit. Volaterranus tradit Aquitanos a cæteris Gallis corporibus & lingua differre, magisq; Hiſpanis ſimiles,quibus finitimi ſunt. Verſis campis. Perinde fertilibus. Exundare Garumnam. Vnde Garumna.
more ipſius pelagi ſęuientis exurgens iactat nauigantes. Meminere huius multi, nemo tamen, ut refert Vadianus,de eo diligentius Mela ſcripſit. Verba non adſcripſi, quod autor ſit uulgatiſsimus,& impeditũ eius opus Vadiani ſcholijs explicatũ. Antron motã per fluminis ęſtus. Ex eodem hic locus ſumptus eſt,ubi de Garumna loquens. In eo eſt inſula,inquit, Antrós nomine, quã pendere & attolli aquis increſcentibus ideo incolę exiſtimant, quia cũ uideať editior aquis obiacet:ubi ſe fluctus impleuit, illam operit.& quæ ſequuntur. Tarbellicus. Nunc Tarinenſis ad Aturi oſtia prope Pyrenęos,ait Volaterranus. Ruteni. Nunc Rutenenſes eodem autore,inter Aquitanos antiquos nomen ſeruantes. Vt Pyrenęos. Hoc eſt,mare,quod e regione Pyrenęorũ eſt,qui Galliam ab Hiſpania diuidunt. Heſperiam. Hiſpaniam. Sunt em̃ Heſperiæ duæ. Lege Seruiũ primo Aeneidos ſuper illud. Eſt locus Heſperiã. Cantaber. Cantabri ſitu locorũ inter ultimas Hiſpanorum cõnumerantur gentes, ab Auguſto ſubiugati, quorum tamen & peior & altior & magis pertinax in rebellando animus fuit,ut dicit Florus: & Horatius alludens. Cantaber ſera domitus catena. Oroſius multa de Cantabrico bello lib. ſexto ſcribit. Eutropius ſeptimo, Suetonius in Auguſto. Laudes Cantabrorũ Sillius cecinit lib. Tertio & Quinto. Mela inquit. Antron motã per fluminis ęſtus. Aturus. Ruteni. Heſperię duę. Cantabri.

Mela inquit. Cantabrorum aliquot populi, amnesq; ſunt, ſed quorum nomina noſtro ore concipi nequeant. Quod aegumẽtum eſt, longe a Romana lingua,aliena eos tũ ſermone uſos fuiſſe. Velox. Agilis,manu promptus. Vardulus. Eundem cũ Cantabris, eodem autore, tractũ tenẽt Varduli. Atq; auro cõcolor Aſtur. Eodẽ epitheto utiť Sillius. Sed ſcelerũ cauſsas aperit Deus,improbus Aſtur Viſceribus lacerę telluris mergiť imis. Et redit infelix effoſſo concolor auro. Aſtures em̃,quorũ tractus Aſturia nomẽ habet, olim gens aurifodinis nobilitata, & equis:qđ poëta notat dicẽs, Montanis exultat equis. Prępete curſu. Eſt em̃ equis illis,q Aſturcones uocanť,patria lingua Chinee,noſtra,ut puto,Genneter,nõ uulgaris in curſu gradus, ut ait Plinius. Sunt aũt inutiles bello. Sillius, His paruus ſonipes, nec Marti notus, at idẽ Aut incõcuſſo glomerat ueſtigia dorſo, Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Leucos ſcopulos. Trileucos geographię tabulę habẽt. Nereij. Citerioris, quę & Tarraconenſis, Hiſpanię pmontoriũ,qđ occidentalis & borealis Hiſpanię lateris finis eſt. Nũc S. Maria, finis terrę diciť, ut ſcribit Volater. Porro in Tarraconẽſi, ſunt hęc regna, quę uni tamẽ Carolo parent. Nauarrę, quod inter Cantabros cõtinetur: Caſtellę, qđ inter Callæcos & Aſtures: Arragonię: qđ inter Celti- Vardulus. Aſtur. Aſturcones equi. Scopuli Trileuci. Nerium.

Caſſiterides. beros ac Tarraconenſes. Volaterranus. Marmora fœcunda Caſsitro. Signat inſulas Caſſiterides Ptolomęo numero decē, a ſtanni copia: quę iā deſijt, & in proxima nūc Britannia cernit, Caſſiteros. ut dicit idē Volat. Gręcis Caſſiteros ſtannū dicit. De his Plinius in quarto, Strabo Tertio. Mela eodem. Solinus cap. 16. Diodorus Siculus ſexto. Minij. Minius. A Minij abundantia in illis terris Minio amni nomē datū eſt. Lege Iuſtinū. Populi Callaici. Callęci. Pro Callœci, diuiſa diphtōgo, tenēt inferiora littora uſq; ad Neriū promontoriū. Flauuium. Horū eſt Flauiuū Brigantiū Ptolomęo, Antonino Brigantium. aūt Brigantiū tantū. Nūc Cōpoſtella, prope quā Sancti Iacobi, ut ait Volat. oraculū. Rex Senior. Ferdinādus ſocer. Regi. Philippo Genero. Fatalia iura. Qui paulo poſt i Hiſpania obijt.

Heu regnum inuiſum Superis, heu claſſe petitas
Pręcipiti ſontes terras, quis temperet ægros
A lachrymis oculos? quis ſingultantia corda
Leniat? O fœlix quantum ſperare iubebant
Te fortaſſe Dei, quantum uis improba fati
Abſtulit Heſperia, & nocti demerſit acerbę.
Namq; ſub occaſu quę ſunt, Solemq; cadentem
Aſpiciunt, quęq; alta polo complectitur Arctos,
Quicquid & ad Siculos exporrigit Itala tellus
Imperij fines iam dudum ſceptra petebant
Belgica, ſub leges unius Regis itura.
Vlterius uetuit uentura retexere Apollo
Fata Deum: tu nunc, penes eſt quem latius unum
In terris regnum, ſis o Germanice Cæſar
Fortunæ exactor: tua te regat ardua uirtus.
„ Orta cadunt, finis cunctis mortalibus idem,
„ Anguſtiq; dies, & uita precaria noſtra eſt.
At Martis nos urget opus, iam creuerat æquus
Pacis amor populis, uitamq; fugarat agreſtem,
Et mores domuit uetitos, Sueuumq; rebellem
Impulit ad leges, cum Norica caſtra ſenatu
Inſigni, ac terra alma uiris ſe iunxit in ijſdem
Fœderibus, magni factis & rebus adeſſe
Pollicita Auſtriadæ: quæ poſtquam ſenſit iniquo
Marte Palatinum urgeri, ſopitaq; nondum
Extiterant odia, atq; augendi regna cupido,
Arma parant Patres, uarijsq; agitata ſenatu
Conſilijs ſunt bella prius, qui cenſuit urbis
Delectum fieri, & ualidam dare nomina pubem.

Vlterius uetuit. Noluit apte prędicere mortē Philippi, uetitus a numine. Ne ſcilicet malorū futurorū pręſciencia, antequam uenirent, angeremur, fictum eſt. Vel Ventura. Dixit, reſpiciens ad filios, quorum magnitudo immenſa futura erat. Tu nunc penes eſt. Apoſtrophe ad Cæſarem, quē dicit eſſe debere trutinatorem fortunę, & quantū in rebus humanis poſsit proſpicere, quę nō niſi uirtute, ac animi magnitudine ſuperari poteſt. Orta cadūt. Hęc ſententia mundo data eſt, hæc Dei lex eſt, ut oīa orta occidāt, & aucta ſeneſcant: ut infirmentur fortia, & magna minuantur: ut cū infirmata & diminuta fuerint, finiantur, dicit Cyprianus contra Demetrianū. Finis cunctis mortalibus idē. Sententia catholica, & a poëtis celebrata. Videlicet. Huc primus & ultimus ordo. Tendimus huc omnes. Hęc eſt domus ultima, & quod pallida mors æquo pulſat pede pauperū tabernas, regumq; turres. Anguſti dies. Breue tempus. Siquidē, ut idem in eundem eleganter ſcribit, In ortu adhuc ſuo ad finē natiuitas properat: ſic quodcūq; nunc naſcit, mūdi ipſius ſenectute degenerat: ut nemo mirari debeat, ſingula cœpiſſe in mūdo deficere, cū totus ipſe iā mūdus in defectione ſit & in fine. Et uita precaria noſtra eſt. Hoc eſt, cuius uſura precario fruimur, cū in arbi-

trio alterius positũ sit, eam cũ uult, repetendi. Apuleius. Quid ad precariã uitam me reducitis? Vlpianus, precarium diffinit, id esse, quod precibus petentis utendum cõceditur tamdiu, quã diu is qui concessit, patitur. Vnde precariam rem dixerunt, quæ quasi commodato accępta sit, & iuris alieni censeatur. Ouidius de Acheloo. Quid fore te credis, falsum qui uersus in anguem Arma aliena moues, quem forma precaria cęlat. Donatus ait, petimus precario, poscimus imperiose, postulamus iure. At Martis nos urget opus. Sensus est. Plura canerem in hanc sententiam, nisi inchoatum opus urgeret.

Precarium. Precaria res

Petere. Poscere. Postulare.

Iam croceis Aurora rotis surgebat eoo
Littore, & auricomo terrę iam Sole micabant,
Stromarus Eurydamas consensu in bella senatus
Describit populos, obseruantissimus æqui
Qui fuit, & dextra nullis æquandus, & armis,
Primus inire aciem, postremus cedere pugna,
Militię sollers, qui formam, & tempora norat,
Seu ducendus erat densos equitatus in hostes,
Seu fręnanda manus, tardamq; lacessere pugnam
Vtilius, durumq; in cornua uertere Martem..
Iamq; sub Alerio miles conuenerat udo
(Hoc campo est nomen) gẽtemq; moratur agrestẽ,
Falcatosq; axes, quos pręτor agebat Homertes.
Prima cohors Scythię cristatam more gerebat
Cassida, & induta horrescit femoralibus æreis,
Aspera fustibalo committens bella cruento.
Quæ sequitur pileis non aspernabilis hasta,
Intortos operit crines Syrijsq; thyaris
Pro clypeis huic gerra manu, uastiq; dolones,
Et mos gemmato mucronem annectere baltheo,
Quas regit asper equo, pedibusq; in Marte Seleucus.
Pone subit gens bello atrox, quæ membra Sisyrnis
Contegit, & crurum tenus exarmata refulget,
Eooq; acres inuadit Acinace pugnas.

Stromarus Eurydamas. Stromarus nomen proprium & uerũ. Eurydamas, ut quę sequunt, Homertes, Seleucus, ficta sunt nomina, per quę uera significantur: quæ ipse inuestigassem, si cõmodum fuisset. Alerio udo. Nam quatuor fontes illũ irrigant. Lege Celtem cap. quarto, Norinbergę. Hoc cãpo est nomen. Teutonice, Haller wyß. Arbitror ego nomẽ prato a familia Hallerorum obuenisse. Locus is quingentis passibus longitudine patet, latitudine angustior. Idem scribit Celtes. Gerra. Id est, Cetra, pharetris subter-pendẽtibus, ut ait Herodotus lib. septimo, ubi armaturam Persarum refert. Porro Gerrę, inquit Festus, Crates uimineæ. Athenienses cũ Syracusas obsiderent, & crebro Gerras poscerẽt, irridentes Siculi Gerras clamitabant. Vnde factũ est, ut Gerrę pro nugis & contemptu dicantur. Dolones. Seruius lib. Septimo super illud, Pyla manu, sęuosq; gerũt in bella dolones, dicit, Dolonem flagellũ esse, intra cuius uirgã latet pugio: a fallendo gręce dictum, id est, dolo, quod decipiat ferro, cũ speciẽ ligni pręferat. Tranquillus in Claudio, Reperti & equestris ordinis duo in publico cũ dolone, ac uenatorio cultro, pręstolãtes alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantẽ apd' Martis ędẽ adorirẽt. Sisyrnis. Herodotus lib. modo citato. Caspij, inquit, Sisyrnis, qd' est genus penulę, induti, arcus gentili more arundineos gestabãt, & Acinaces. Horatius Acinacẽ pro omni gladio usurpauit, ut interpretes uno ore referũt, Ode septima & Vicesima Primi carminũ. Varia armorum genera in Saurosthici Enarrat. retulimus.

Alerius campus.

Gerra.

Dolon.

Sisyrnę. Acinaces.

Quarta autem legio Pardorum pellibus harmos
Vestit, arundineas & certatura sagittas
Saxo acuit, capreæq; uibrat tela horrida cornu,
Hęc sub Atocle meret. Duxisse Autharchida quintã
Sternacem referunt, solita est quæ montibus altis

Pardorum. Sunt Pardi Pantherarũ mares. Quidam ab ijs Pantheras solo candore discernũt. Solinus scribit Pardorũ adulterinis coitibus degenerare partus Leęnarum, et

Pardi. Panthenę.

Fraxinea timidos defigere dorcadas hasta.
Hæc pellem auritæ frontis gestabat equinæ
Voluentis per inane iubas, quæ uertice summo
Dependent, aurescꝫ utrinꝫ ad tempora uibrant.

Leones quidẽ procreari, sed ignobiles. Meminit et Plinius lib. 8. Hos adulterinos coitus Leænarũ cũ Pardis eleganti carmine Claudianus in cõsulatu Manlij Theodori cõplexus est. Quod Camers ante me adnotauit in Solinũ. Capreę cornu. Significat arcũ, cuius extremitates cornuũ Capreàrũ mucrone ornantur nõ modo, sed ut fortiores etiam sint. Hęc sub Atocle merent. Hoc loco sine diphthongo scribendũ, ut uel ipsa syllabæ ratio admonet. Sic Lucanus, ære merent pauro. Nam merere pugnare est. Vnde emeriti milites, qui completis stipendijs militiæ sacramento soluti sunt: Maro in Georgicis. Emeritos boues appellauit, ut Claud. iugales. Autharchida. Autharchi filia. Vterꝫ Homerus fingit Pentesileam aduersus Græcos ad bellum Troianum uenisse.

Merere. Emeriti milites.

Armati astabant omnes, Martemꝫ ciebant.
Interea Patres sublimis in arce Dianæ
Conueniunt, agitantꝫ feri primordia belli.
Et tandem Arsanes fecit sic uerba senatu.
Quandoquidem ardẽtes animos, aciemꝫ uidemus,
Facto opus est Patres, Cæsar nos fœdere iunctos
Iam uocat, incusatꝫ moram, tempusꝫ subinde
Consilijs labi: uestros sint fata Sagunti
Ante oculos. nam dum Rhetęia consulit ægros
Roma Patres, Quintum cunctatoremꝫ requirit,
Interijt flamma, & Tyrio gens uicta Tyranno.
Quare cum primum pubem deducere ab urbe
Decretum uobis, extemplo castra petendum
Austriadæ reor, & socijs socia arma cateruis
Iungendum: sic nos Aquilis uictricibus urbes
Deuictas fausto repetemus, & oppida bello.

Sublimis in arce Dianæ. Multi referũt, in arce fuisse Dianę templũ. Meminit Celtes autor nõ ineruditus in descriptione Vrbis Norimbergensis. Arsanes. Fictũ & hoc nomen. Sequuntur autẽ tres Orationes. Prima ꝑsuadet, ꝙ primum mouẽda castra, nec cõsilijs nimium tẽpus terendum, Cæsariꝫ coniũgendũ exercitũ. Secũda ꝑsuadet, ut flamma a patria, siue ab occupatis oppidis belli remoueatur, petendã Palatini patriam: diluitꝫ consiliũ Arsanę de iũgendis copijs. Ita enim ad patriam tuendam, Palatinę copiæ reuocabũtur: uiturꝫ Hannibalis exẽplo. Tertia oratio, quæ utramꝫ opinionẽ refellit, multis probat argumentis, Ducis Othonis oppida inuadenda esse. Senatu. Senatui. Libuit de senatu, senatoribusꝫ aliquanto latius scribere: quod res alioqui cognitu digna, non cuilibet obuia est, & in errorem tracta, digna flagris, Budęo censore, Accursij ignorantia, uel certe confidentia. Senatum a Romulo institutum fuisse Liuius testatur his uerbis. Cum iam uiriũ haud pœniteret, consilium deinde uiribus parat. Centum creat senatores: siue quia is numerus satis erat: quia siue soli cẽtum erant, qui creari patres possent. Patres certe ab honore, Patricijꝫ progenies eorũ appellati. Hic senatus paulo post in duas uelut factiones, maiorum scilicet, minorumꝫ gentium, & ex centenario ducenarius factus est. De qua quidem appellatione maiorum minorumꝫ gentium idem Liuius meminit, ubi de Tarquinio prisco, & de Tarquinio Superbo eius filio loquit. Erat autẽ unus in senatu, qui Princeps senatus dicebatur. Quanta autem auctoritas senatus fuerit, licet ex Liuio intelligere libro primo ab urbe condita. Senator nomen ordinis erat, non magistratus. Tres enim erant ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plebeius. Ordo Senatorius amplissimus ordo uocabatur. Cicero pro domo sua ad Pontifices. Quid cum Senatum pro me non modo propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare & supplicare mutata ueste prohiberent, ne tum quidem ius erat? Et de Prouincijs consularibus. Reduxit me cũ illo in gratiam ordo amplissimus. Itidem sæpe Liuius. Et Paulus in l. nutu. de lega. tertio. Maiestatem eius ordinis dignationẽꝫ Liuius ꝓsequitur. Varia aũt Senatus legendi ratio fuit diuersis tẽporibus, Nec prętereundũ silẽtio, in rebꝰ momẽtosis, aut ad exemplũ ꝑtinentibꝰ, Senatores nõ mi-

Senatus Rom. institutio. Patres. Patricij. Princeps Senatus. Senator. Ordines Romę tres.

nus centum Senatusconltū facere poterant. Vt uidetur ex Liuio. Verum duo Senatusconsulta uno die non fiebant: id q̄d innuit Capitolinus in Maximino. Quomodo autē Senatores in Senatū ire cogerent, Cicero Philippica prima docet. Pręhendi Senatores iussu Consulis poterant. Lege Valeriū lib. quinto, Gelliū quarto. Idem Gellius lib. duodecimo docet, Quid sit prahendere, & qui magistratus prahensionē, quiq; uocationē habuerint, & qui utrūq;, aut etiam neutrum. Cæterū intercedere Senatusconsulto Tribunipleb. poterant: ut ex Liuio & Tacito constat: ut cautum erat in dudecim tabulis. De Senatu Senatoribusq; pluribus refert Budæus, unde hæc obiter excerpsimus, in copiosissima Annotatione l. ultimæ de Senatoribus. Vestros sint fata Sagunti. Ab exemplo. Est autē Saguntum Hispaniarum oppidum ultra flumen Iberū. passus mille ferme a mari. oriundi a Zacyntho insula dicunt. Autor Liuius lib. primo secūdi Belli Punici. Sillius Saguntū eleganter in primo quoq; describit. Rhetęia. Cur sic, iam dictū est. Romæ consulit. Allusum ad illud uulgatissimū. Dum Romani cōsulunt, Saguntū perditur. Florus ait. Non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. de quo more lege Fenestellā. Patres. Senatores, quorum collegiū Romani, ut Plutarchus autor est, Patres Conscriptos appellabant. Quod nomē & dignitatis plurimū, & inuidiæ minimū præ se fert. Sed ab initio tantū patres dicti: postea a scriptis in eum ordinē, pluribus patres conscripti uocati sunt. Vnde Festus, Patres dicti sunt, inquit, qui sunt Patricij generis: Cōscripti, qui in senatu scriptis sunt annotati. Aegros. Tardos. Quintum cunctatorē. Hoc est, dum Q. Fabium cum collegis in Aphricam mittit ad percunctādos Carthaginēses, publico ne consilio Hannibal Saguntum oppugnasset? Cætera Liuius libro modo citato. Vnde cunctatorem, expone, percūctatorem. Sunt enim proprie cunctatores, ut a Budæo didicimus, qui Pythagoticorum uerbo Echemythi uocantur: quod significat, sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, unicam linguā in caussis etiam publicis meminerint. Interijt flamma. Florus de Saguntinis lib. 2. loquens, Interim iam nouē mensibus fessi, inquit, fame, machinis, ferro, & igne. Versa deniq; in rabiem fide, immanē in foro excitant rogum: tum desuper se, suosq; cum omnibus opibus suis ferro & igne corrumpunt. Idem fecisse aliquando Cappadoces scribit Iustinus. Hac clade Saguntinorū nihil est cantatius. Scribunt enim eam fere omnes tam Latini quam Græci, Liuius, Plutarchus, Appianus, Polybius, Eutropius, Orosius, Augustinus, Sillius, Val. Maximus. Quotas, ut uulgo ait, nō ubiq; ascripsimus, quas suo more Camers nō negligit. quoniā autores, qui nunc prodeunt denuo, serūt indices secū locupletes. Tyrio tyranno. Hannibali, cuius mores Sillius describit in principio primi, ibi, Ingenio motus auidus. & Liuius aliquanto latius.

Senatusconsultum. Saguntum. Patres Conscripti. Cunctatores. Saguntina clades.

His dictis tacuit, contra sic ore locutus
Sæualdos. Aliter nobis sententia Patres
Ingruit, ad Rheni ripas, & regna Philippi
Signa uolent, populentq; agros, face cuncta manuq;
Hostili inuadant: sic Martis fulmina nostris
Arcebunt humeris, cogentq; redire paternos
Quemq; lares, stabit spes interrupta Roberto,
Quem patriæ reuocabit amor, curæq; parentis.
Sic & Amilcarides Byrsæ, remeauit ad arcem
Sydoniæ, Tyrios quateret cum machina muros
Ausonia, & duras ferret cum Scipio leges.
Quod iunctis tentanda senex legionibus arma
Consulit Arsanes, tutum est, maiore nec ulla
Auspicio sunt bella quidem: quid? ne indigus ullæ
Cæsar opis? nostrisq; simul sua facta putatis
Digna admisceri? furijs agitatus in hostem,
Langraphius solus uadit, iam uiribus acer

Amilcarides. Hannibal Amilcaris filius, eius qui cognomento Barch dictus est, primāq; secum dū filiū inter duces Pœnos gloriam obtinuit. Sydoniæ Byrsæ. Carthaginis arcis, quę ita appellabatur in ædito loco urbis sita. Lege Appianum. Duras ferret cū Scipio leges. Id est, conditiones pacis, super quibus inter ipsos colloquiū fuit, de qua tn̄ non cōuenit. Visæ Hannibali iniquiores. unde duras dixit. Lege autores supra citatos. Furijs agitatus. Attende, ut hunc Principem semper furiosum in bella inducit. Acer. Significat celerē, austerū,

Amilcarides.

Albertus fert arma ſuis: nos ire ueremur
Qua fortuna Duces alios trahit, & Deus urget.
Curia. Quare agite o Patres, quamprimũ auellere ſigna,
Hoſtileſq; inuadere agros, Rhenumq; iubete.
Sic ait. ancipiti trepidabat curia motu.
Tum quiſq; antiqui ſpectabat in ora Gerarchi,
Cui non conſilio quemquam Germanica tellus,
Curiales. Eloquioq; tulit ſimilem: ſed tempus, & arctæ
Res ſuadent paucis, quid ſentiat ædere uerbis.

ſ[illegible]uerũ, uehementẽ, prouidũ, diligentẽ: quæ oia huic Principi quadrant.
Curia. Curia loc9 eſt, ut Feſtus Pompeius inquit, ubi publicas curas gerebant. Itidem Varro & Nonius aſſerunt, a cura deductũ nomen affirmãtes. Inde Curiales dicti, qui de Curia ſunt, ut tribules qui de tribu: & municipes, qui de municipio. Curio. Curio, magiſter curiæ appellat᷑, cui cura eſt eorũ quæ ad curiã pertinent. Vetus. Antiquus. Antiqui. Iam annis grauis: ne ueteris dixeris, cum quadam fere contumelia. Antiquus em̃ fere ſemper exprimit᷑ cum quadã dignitate. Prudentia ſenilis. Spectabat in ora. Apud antiquiſſimos Romanorũ, ut a Val. Maximo, & a Gellio relatũ eſt, neq; gñi, neq; pecuniæ p̃ſtantior honor tribui, q̃ ætati ſolitus. Maioreſq; natu a minoribus colebant᷑, ad Deum prope & parentũ uicem. Atq; in omni loco, inq; omni ſpecie honoris priores, potioreſq; habiti. Cui nõ conſilio. Huius affert Ariſtoteles rationẽ, quod iuuenis rudis ſit earũ rerũ, quæ in uita uerſant᷑. Vnde Claudianus eleganter. Tenero tractari pectore neſcit Publica maieſtas. & Poëta inferius. forſanq; uiderer Rerũ uſu, & canis paulo ſapientior annis. Siquidem ætate prudentiores reddimur.

Si poſſet noſtrum peragi ſine ſanguine bellum,
Et Martis concæptus amor, ferrumq; ſileret,
Conſulerem Patres aliter, forſanq; uiderer
Rerum uſu, & canis paulo ſapientior annis:
Sed poſtquam duro decretum eſt cernere ferro,
Statq; acies campo ſublatis horrida telis,
Maturanda uia eſt, neq; enim aduerſabor ineſſe
Vim dicto Arſanæ, ſed mutant tempora leges.
Vndiq; Mars ſæuit. quis enim non inuida contra
Budorij fert arma Ducem? ceruicibus olli
Cuncta domans, terror Virthymberzentius inſtat:
Parte alia inuaſit Cubos non ſegnior illo
Langraphius, uillas qui ſternit, & oppida flammis.
Nec mẽoro Auſtriadẽ magnũ, modo quẽ nem9 atrũ
Dictator. Victorem bello uidit, trepidumq; Robertum
Deuictis pugnæ ſpoliantem turbine caſtris.
Nunc autem Helſatiam inuaſit, campoſq; Feretri
Sic memorant: Dictator ubi cum uicerit hoſtes
Iulius, exemplo Romani nominis, altam
Erexit quercum, poſuitq; hoſtilia tela
Maſtrucas, ſagaq;, & uirgatas margine pallas,
Vnde & ab erecto (ſi uerax fama) trophæo
Nunc priſca aſciſcunt ueteres cognomina terræ.
Quare illi haud opus externis, qui cuncta ſubegit

Mutant leges. Scilicet, militiæ. Campoſq; Feretri. Comitatũ Ferretenſem, intelligit. Eſt is in Helſatia & patria lingua Phyrt uocat᷑. Innuit autẽ efficta hiſtoria Feretri comitatum, non Ferreti, ut nunc uocãt, appellandũ eſſe. Dictator Iulius. Plutarchus in Probl. Dictator, inq̃t, creatus oĩm magiſtratuũ Imperiũ inhibet ad ſeſeq; transfert, præterq̃ tribunorũ plebis. Hi em̃ ſoli dictatore creato non ceſſant. Cicero, Regnũ appellat perpetuã Cæſaris Dictaturam, quæ poſt mortem Cæſaris Senatuſconſulto ſublata eſt in perpetuum. Lege eundẽ in Phi-

Inniti auxilijs, nec Rhenum inuadere, nostram
Ad rem conducit: quando maioribus armis
Ille lacessitur, Ducibusq; potentibus hæret.
Quin potius nostras confinia ad oppida uires
Vertamus, magniq; antiquâ in pergama Othonis.
Nam cum debilibus discedens liquerit urbes
Præsidijs (fama est) Rhenumq; petiuerit hostis,
Huc iter urgendum est, huc dirigat armipotentes
Eurydamas populos, & anhelet Martius ardor.
Nostra hæc sunt, hæc nostra inquam, ciuesq; tyrãno
Oppressos, duplices ad sydera tendere palmas
Cernere erit, uestramq; manum, ferrumq; uocantes.

lippica prima. Romani nominis .s. Pheretri: quo noĩe Romani utuntur. quamq; græcum magis arbitrarer. Nam Græci Pheretra appellant oĩa quæ in pompa aliqua ferunt. ut sunt Deorũ, hominũq; imagines, argentum, aurũ, hostium spolia. Quid autẽ Feretrum apud Romãos fuerit, declarãt uerba Liuij, lib. ab Vrbe cõdita primo. Spolia, inqt, ducis hostiũ cæsi suspẽsa, fabricato ad id apte feretro gerens in Capitoliũ ascendit: ibiq; quũ ea ad quercũ pastorib. sacrã deposuisset, simul cum dono, designauit dono Iouis fines, cognomẽq; addidit Deo, Iupiter Feretri, & quæ sequuntur. Mastrucas. Genus uestis Castrẽsis est, quo Sardi plurimũ utebant. Quintilianus dicit cap. decimo pmi Institutionũ Oratoriaꝝ, ex industria Ciceronẽ peregrino hoc uocabulo usum. Idẽ mastrugatos latrunculos dixit, de puincijs Consularib. Saga. Militaris uestis genus, unde sagati milites dicti. Maro. uirgatis lucent sagulis. Virgatas margine pallas. Seruius ait, Palla est uestis muliebris deducta usq; ad uestigia. Nonius quoq;, Palla inquit, est honestæ mulieris uestimentum, hoc est, tunicæ pallium. Viris autẽ etiam in Gallia peculiaris erat, Martiali teste. Dimidiasq; nates gallica palla tegit. Margine. Id est, in extremitate, in limbo, lineis quibusdam ad uirgarum similitudinem uariegatas distinctasq;. Quare illi .s. Cæsari. Haud opus externis, qui cuncta subegit. Carmen ex bono exemplari sic legendum restituimus.

Pheretra.
Feretrum.
Mastruca.
Saga.
Palla.

Talia dicenti, quamquam uox dissona uulgi,
Assensere Patres, camposq; inuadere Othonis
Eurydamanta iubent: qui postquam se appulit illuc,
Perlustrat loca cuncta oculis, munitaq; castra
Disponens, bifido circumdedit agmina uallo,
Atq; ita per noctem somnos captauit opacam
Miles, & excubijs castrorum cura per umbras
Demandata, iubar donec splendentis olympi
Elargitum ægris oriens sua lumina terris.
Vt primum lux alma polo, Phœbæaq; lampas
Emicuit, cunctos iussit consistere in armis,
Atq; ait. O socij, & bello spectata iuuentus,
Vestra diu quæ iam tantum respublica Martem
Ordiri cupijt, ferroq; extendere fines
His posita est manibus, quarum tollenda per ora
Virtute est hominum, quæ tanto impensius instat,
Maior amor quanto est patriæ, pietasq; suorum.
Nec uos magnanimi robur deterreat hostis,
Noricaq; innumeræ tremefacta per arua phalanges.
Nam uigor, atq; animi uirtus non plurima uincunt

Maior amor quãto est patriæ. Quantũ animorum, uiriũq; patriæ charitas sumministret, intelliges ex Iustini uerbis, q̃ cõmode mox adscribã.

Agmina,& a magnis oritur uictoria factis.
Susa. Audendum est ergo ciues. Quid Susa sagittis
Horrida cõmemorem? & frenantes æquora Persas
Susia. Spartanos timuisse Duces, & mœnia Dyrces
Exæquata solo? & fusam per cærula classem?
Vnde etiam tali lætam Salamina triumpho
Accipimus, pulsumq; Asiæ per littora Xerxen?
Nec te prætereo felix Numantia bello,
Qua quondam uictus positis hostilibus armis
Pace abijt fœda, quam non tulit aspera Roma.
Hi paruæ cessere manu, nec profuit olli
Vndiq; concitum genus, & discordia mundi
Leonidas cũ 10000. cadit. Agmina Achemenio medicantia tela ueneno.
Quid uos exemplis intentos demoror armis?
Velle sat est socij, magnis ornare triumphis
Vos decet egregiam patriam, uestrumq; senatum.
Aduolat Hercynia crudelis ualle Böemus
Auxilio, qui urbes tueatur, & arua Philippi.
Nun pauor hic animis illabitur? estis in armis
Epaminundas. Nequicquam uirtute pari? læti o mihi uultus
Laudandi semper, digniq; in prælia motus.
Nosco truces gestus, nosco ora petentia Martem,
Non alijs iam Roma uiris urbs principio rem
Aequauit cœlo, tenui cum Marte Quirinus
Crustumerosq;, Atinamq;, et pauperis oppida Bolæ
Vicit, & Ausonio cum rettulit arma Tonanti.
Nos etiam parui fuimus, nunc sancta precemur
Numina, dent faciles cursus, & cœpta secundent.
Non deerunt Decij, & uictu contentus agresti
Fabritius, sæuiq; ardentia fulmina Brenni.
Quare agite, æternam bello (ni templa penatum,
Et Diui indigetes, & sacri numina fontis
Penicij sordescit amor, patriæq; futurum
Ornamentum animis abijt) perquirite famam.

Habes alia apud Valerium exẽpla. Susa. Fuerunt regia uetus Persarũ a Dario Histaspis filio cõdita, ut autor est Plinius. Tradit Strabo Suhã partem esse Persiç, quç Susa habet urbem clarissimã. Hui9 urbis meminit Lucan9, & Proptius, uterq; lib. 2. Horrida sagittis. Qm̃, ut diximus, Persæ, & Parthi, oẽsq; fere Orientis gẽtes sagittis bella conficiũt. ut autor est Plinius. Spartanos timuisse Duces. Vt Leonidã, qui cũ trecentis milibus cõmilitonibus ad Thermopylaꝵ angustias cecidit. Lege Iustinũ & Val. Maximũ. Herodotus in Polyhymnia uarie hanc narrat historiã, recitatq; epigrãmata interfectorꝵ. Mœnia Dyrces. i. Thebãos Duces. Epaminũdã. De quo Thebani occupandæ urbis Lacedçmonioꝵ spem cœperũt. non tñ aggredi incautos potuerũt. Quippe senes, & cçtera imbellis çtas, cũ aduentũ hostium ꝑsensissent, ĩ ipsis portaꝵ angustijs armati occurrũt, & aduersus ꝙndecẽ milia militum nõ amplius centũ iam effœtæ ætatis uiri pugnæ se offerunt: tantũ animoꝵ, uiriumq; patriæ & penatũ conspectus subministrat. Pauci sustinuere senes aciẽ, cui par ante diẽ uniuersa iuuẽtus esse non potuit. In eo prælio duo Duces hostium cecidere, scribit Iustinus. Exæquata solo. Respexit ad tẽpora sua, hoc est, quæ nunc diruta sunt. Salamina. Pomponius, In Attide, inquit, insula est nota stupro Helenæ & Salamis, excidio classis Persicæ notior. De Persarum ad Salaminem clade, lege si uis, Plutarchũ in Themistocle, & Iustinum libro secundo. Nec te prætereo felix Numantia bello. Quippe quæ sine muro, sine turribus, modice ædito in tumulo apud flumen Durium situata, quatuor milibus Celtiberorum, quadraginta miliũ exercitum per annos quatuordecim sola substinuit. Nec substinuit modo, sed sæuius aliquanto pertulit, pudendis fœderibus affecit, autor Florus: qui pau-

Salamis.
Numantia.
Durius.

lo post de Hostilio quoq; sic scribit. Hostilium, deinde Mancinum, hunc quoq; assiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem, aut uocem Numantini uiri quisquam sustineret: tamen cum hoc quoq; fœdus maluere, contenti armorum manubrijs, cum ad internitionem sæuire potuissent. & quæ sequuntur. Cæterum cum Floro concordat Eutropius, & Orosius. Plinius, & Liuius aliter de numero Romanorum occisorum. Manu. Pro manui. Olli. Scilicet, Xerxi. Achemenio ueneno. Achemenijs sagittis ueneno infectis, Propertius. Non tot Achemenijs armantur Susa sagittis. Achemeniæ a Parthorum Rege Achemene, quibus peculiare erat, ut dictum est, spicula uenenare. Quid uos exemplis. Hoc est, argumentis a simili: quibus constat sæpissime hominum pugnatorum uirtute accidisse, ut paruæ copiæ maximas fuderint, fugauerintq;. Aduolat Hercynia. Tacitæ obiectioni responsio. Quirinus. Romulus, cur sic dictus fuerit, docet Ouidius secundo Fastorum. Tenui Marte. Paruis copijs. Crustumerosq;, Atinamq;, & pauperis oppida Bolæ. Romuli uictorias latissime referunt Dionysius Halicarnassæus libro secundo, & Liuius primo. Ausonio Tonanti. Ioui Feretrio, de quo supra, eiusq; nominis ratione plura scribit Propertius penultima elegia quarti, item Plutarchus, & Festus Pompeius, & præter alios Valerius Maximus. Retulit arma. Hoc est, spolia suspendit. quæ opima dicebantur, lege Varronem, & Plutarchum, Valerinm, ac Propertium locis iam citatis. Non deerunt Decij. Id est, qui instar Deciorum pro salute reipublicæ se deuouebunt. Victu contentus agresti. Vnde Claudianus. Contentus honesto Fabricius paruo, spernebat munera Regum. Id scribunt omnes, & notius est quam referri debeat. Habeat Cæsar Carolus Fabricios, & uictor gentium erit. Vtinam non sint, qui non admodum magno pondo auri fidem postponant: cum Fabricius oblatam sibi a Rege Imperij partem, repudiarit. Sæui Brenni. De hoc satis multa Iustinus libro quarto & uicesimo, & Plutarchus in Vita Marij. Pegnicij. Vt supra, & sic castigatior habet liber, potest tamen legi etiam Pegnesi, de quo in principio huius mentio facta est.

Achemeniæ sagittæ.

Quirinus.

Spolia opima.

Fabricij laus.

Brennus.

Vix ea finierat, cum pubes omnis ad auram
Vulpigeras quassare hastas, & promere Martis
Venturi signum: reboant super æthera uoces,
Tympanaq;, & lituis Mauors accenditur æreis.
Non aliter furor hos agitat, quam si sua Ianus
Belliferrati reseraret limina templi,
Cum Mars indomitus, centumq; euinctus ahenis
Frangit claustra, acuitq; animos in bella furentes.
At contra ut rumor Boiorum uenit ad oras,
Inuasitq; aures magni uaga fama Roberti,
Ilico delectos equites, peditumq; cohortem
Tyronum auxilio misit, qui finibus hostem
Eijciant, pauidasq; urbes tueantur Othonis.
Sin paribus signis nequeant se fidere, campo
Detrectent pugnam, donec fulgentibus armis
Subsidium gelido Boiemus conuehat Albi.
Nec mora, perrexere Duces, uerbisq; pauentes
Ambibant populos, nec non munimina bello
Instaurant, urbesq; nouant, & mœnia condunt.
Præterea syluas Teutisco more recidunt,
Annosam taxum, scabrisq; e rupibus ornos
Robora, coniferumq; genus, tiliasq; sequaces,

Belliferrati. Sic Maro, Belliferratos rupit Saturnia postes. Cum Mars indomitus. Alludit ad tēplum Iani, de quo Liuius, Dionysius, Maro, Sillius, Ouidius, Claudianus, Seruius, Macrobius, Florus, cæteri. Quoties Ianus clausus fuerit, scribit Florus in fine, meminit Augustinus lib. ciuitatis. 3. Augusto imperante tertio Iani porta clausa est. cuius rei elegāter meminit in fine sexti Orosius. Nota sunt Horatij carmina, Ianū Quirini clausit. & cætera ex quintadecima quarti carminum. Sub hac in toto orbe armorū cessatione, Rex pacificus, CHRI-

Ianus clausus.

Et patula ad Superos tollentem brachia fagum,
Obijciuntꝙ uijs syluarum, & compita claudunt,
Transuersisꝙ negant trabibus popularier hostem.

STVS Deus & homo, ex uirgine nasci dignatus est. Boiemus. Nam ex Böemia copias stipendio conduxerat Palatinus, de quibus suo loco dicemus. Scribitur autem & Bohemus, & Böemus, & Bœmus per diphtongum. Praeterea syluas. Morem Germanorum tangit, qui cum bella ingruunt, syluarum compita transuersis trabibus intercludunt.

Laupheníj interea Eurydamas ad mœnia tendit,
Et tormenta uehit belli, uetitasꝙ recludit
Connexu trabium ualles, iter obice uictor
Pandit inaccessum, syluarumꝙ ardua tandem
Egreditur, campoꝙ phalanges sistit aperto.
Vt longe armorum sonitus, strepitusꝙ pauentis
Quadrupedantum aures hostis perculsit equorum,
Tunc armati omnes, turresꝙ, & mœnia complent,
Saxaꝙ subuectant humeris, uastosꝙ molares.
At Cyrus armipotens iuuenum lecta agmina bello
Instruit, & dictis ciues affatur amicis.

At Cyrus. Qui praesidio loci erat.

Vos o bellorum decus, & fortissima pubes,
Haud nos puluereo Martem committere campo,
Sed portis instare decet, murisque cruenta
Deijcere arma manu, clypeosꝙ effringere saxis,
Exiguum ostentant praesentia bella laborem,
Cum uictis pugnare datur, uulgoꝙ cöacto
Arma inter syluas, & acutos sumere dumos.
Vos modo sollicitas de pectore demite curas.
Iam ciues, capite arma citi, date tela per hostes
Intrepidi, & circum uis Martia perfremat urbem.
Dixerat. Interea Eurydamas ad mœnia tendit,
Castraꝙ subiecto munit fidissima campo,
Qua missas poterant audire, & reddere uoces.
Interea placidam suadens nox atra quietem
Pręcipitat, retegitꝙ polum crescentibus umbris.
Tum uero Eurydamas animo uigilante uolutans,
Quis modus ad pugnam, quo belli exordia sumat
Principio, & quae sit sternendis machina muris
Aptior, insomnem totam producere noctem,
Atꝙ diem, belli cupidus, Phœbumꝙ morari.
Nec pugnae praesentis erat modo cura, sed olli
Rumpebant altos Neomartia mœnia somnos.
Nec non Lauphenidę, simul & Cyrus undiꝙ muros

Insomnem producere noctem. Alibi diximus quae pertinent ad boni Ducis officium. Neomartia mœnia. Quia erat oppidũ municissimũ, teutonice, Newmarck.

Lustrare, &

Lustrare,& pugnas secum conferre futuras. Cætera eni capru facilia uidebant, illud aūt difficillimū, ut contigit. Nam inde, ut inferius describit, re infecta discessit.

Nox abit interea, tunc Segduneia pubes
Arma capit, totisq; fremunt densa agmina castris.
Iam strepit omnis ager, resonant clangore tubarum
Hercyniæ ualles, iam signa undantia contra
Aspiceres urbem inferri, ceu sub mare Delphin
Turbam agit æquoream, & fauces inuadit Abydi:
Sic densi ad muros belli cum mole feruntur,
Conuectantq; humeris scalas, Vulcaniaq; urbi
Tormenta impellunt, monstrum damnabile terris.
Quod ferri, lapidumq; globos iaculatur, & ignes
Nube diem, & terræ obtexens caligine Solem.
Inuentum Germane tuum, sic & noua semper
Ingenia extundant uarias mortalibus artes.
Vtq; urbem contra elatis procedere signis
Visa acies, staurant portas, & mœnia firmant
Lauphenidæ, iaciuntq; ingentia saxa, superq;
Horrescunt pilis, abiguntq;, & sanguinis atri
Rore madent enses: instant hi frangere portas,
Vellereq; ærato stridentes cardine postes.
Incæpto ij crebra telorum grandine pellunt
Audaces animos: sic fluctus fluctibus altos
Cernimus urgeri, collisaq; littora clamant,
Pumicibusque cauis sonitum mare reddit anhelans.

Segduneia pubes: Norimbergensis. Nam Segodonū a Ptolomæo nominatā Norimbergā, dicit Celtes. (Segodonum.) Seu sub mare Delphin. Græca dictio Delphin, qua longo usu pro latina utimur, ait Camers. (Delphin.) De Delphinis sic Maro. 5. Aeneidos. Prælia ludo Delphinū similes, q per maria humida nādo Carpathiū, Libycūq; secāt, ludūtq; p undas. Delphinorū formā sic elegāter explicat Ouidius tertio Metamorph. libro. (Delphinorū forma & natura.) Falcata nouissima cauda est, Qualia dimidiæ sinuant cornua Lunæ Vndiq; dant saltus, multaq; aspergine rorāt, Emergūt iterū, redeūtq; sub æquora rursus, Inq; chori ludunt spēm, lasciuaq; iactāt Corpora, & acceptū patulis mare naribus efflant. Celeritatē autē in nando, quæ prouerbio locum dedit, Delphinum nare doces, eleganter describit Manilius quinto Astronomicon, ut non minus eleganter eorū impetum in pisces reliquos. Vnde Poetæ comparatio. Cecinit Papinius nono Thebaidos. Qualis cæruleis tumido sub gurgite terror Piscibus, arcani quoties deuexa profundi Scrutantē Delphina uident, fugit oīs in imos Turba lacus, uiridesq; metu stipanī in algas, Nec prius emersi, q̄ summa per æquora flexus Emicet, & uisis malit certare carinis. Ad idem Sillius lib. 15. rapidi ceu bellua ponti Per longū sterili ad pastus iactata profundo Aestuat, & lustrans natantem in gurgite prædam, Cum procul in fluctu piscem male saucia uidit Absorbet late permixtū piscibus æquor. Ex Homero utraq; cōparatio sumpta est, inqt idē Camers. Hinc contrario sensu prouerbiali figura in Diris suis a Marone dictum est. Ante lupos rapient hædi, uituli ante leones, Delphini fugient pisces, aquilæ ante colūbas. Reliqua de Delphinis Plinius, lib. 8. Aristoteles de Natura Animaliū, Solin9 cap. 22. de Bosphoro Thracio inquit, Hæc profunda Delphinas plurimos habēt. Abydi. Abydos urbs Leandri amore pernobilis. extat de hoc ipso amore apud Musæum libellus, itē apud Ouidiū perelegans epistola. (Abydos.) Vulcania tormēta. Bombardas intelligit. Inuentū Germane tuū. Fato quodam Germanica ingenia cæteris præstāt in ære tractando: ut absoluta, quæ quotidie æduntur opera docent. Insigniter aūt, diuina illa Impressoria ars, Argentorati primū per Io. Mentel, Schotti nostri auum, Anno Christi. 1444. inuēta, testaī: simul cum Bombarda. (Impressoriæ artis inuētor.) Cuius inuentionē multi monacho concesserunt. Alij cuidam Petro, ut refert Irenicus lib. quarto. cap. nono, quod de Inuentione Bombardarū inscriptum est. (Bombardarū inuentor.) Eodem autore, Annus tunc millesimus & supra trecentesimū octuagesimus agebatur, quando Bombardarū tonitrua a Germanis sunt reperta. Exteri deuouent & execrantur autorem: qui minime tamen memoria debita defraudari debet: quod

physica ratione rem omniũ (ut fatear) quæ crudelitatis impulsu sibi ipsi mortalitas nostra ex-
,, cogitauit, crudelissimam repererit: cum autores turpissimarum, nefandissimarumq; rerum,
,, suos repererint admiratores, utinã nõn etiam studiosos sectatores, profecto digni, ut ictu Bombardici fulminis eant in puluerem. Eleganti carmine Bombardæ descriptionem conclusit Catanæus: quod cum alij commentarijs suis adscripserint, ipse breuitatis studio præteriui.

Iam passim furit effusis Mars sæuus habenis
Vndique ferri acies, fractarumq; aëra pulsat
Scalarum fragor, atque armorum casus ab alto
Increbrescit, humiq; super ruit arma uirum uir.
Nec timet euentum belli cristatus Homertes,
Sed fera sectilibus committit bella dolabris.
Agmina pone acris pugnant gerrata Seleuci.
Parte alia Autharchis muros inuadit, & urget,
Et trepidantem altis impellit Athoclea uerbis.
Quid differs segnis? grandi num uoce tonantem
Audis Chortebum? pugna qui prouocat, & te
Nominat ignauum? si quis pudor, arripe telum.
Talibus astantem uerbis, & plura uolentem
Dicere, transadigit uibratum Autharchida ferrum,
Emissaq; animam trusit sub tartara uoce.
Tunc paulo concussi animi, retroq; relabi
Segdunæa cohors uisa est: contra horrida tela
Lauphenidæ iaciunt: madet atro sanguine tellus.
Effurit Eurydamas, & quadrupedante superbus
Sæuit equo, largisque fluunt sudoribus harmi.
Sic modo uictores, modo uicti Martis alumnum
Consumpsere diem, bellumq; ita nocte diremptũ est.
At Cyrus exactam cædem, patriæque futuros
Agnoscens casus, nec spes erat unde uocaret
Auxilium, hortatur miseros se dedere ciues.
Sic etiam cunctis uisum est, cum crastinus ortus
Fulserit, & nigras aurora fugauerit umbras
Legatos mitti, pacemq;, & fœdera posci.
Tertia iam lux alma polo splendebat eoo,
Panduntur portæ, turmas inducit ouantes
Eurydamas, lætiq; omnes Pæana canebant,
Auspicijs Diuum acceptis, & Marte secundo.
Protinus Herbruchi fines, atq; arua peragrat
Althenij uictor, putriq; immersus arena
Metatur castra, & crebro post mœnia lapsu
Exæquata solo, turresque, minasque reuulsas

Humiq; super ruit arma uirum uir. Hoc est, uir cadit humi super arma uirum, pro uirorũ.

Chortebum. Alij Codices Chorebum habẽt, emaculatus Chortebus. Vtrũq; meo iudicio stare potest. Nã ut hic Poëta primam producit, ita Maro alicubi i simili nomine corripuit. Verum in nominibus proprijs, præsertim non eandem personam significãtibus licentiæ locus est.

Vi potitur, cum sexta dies iam pila teneret
Infesta, & dubijs fremeret Bellona sub armis.

Dumq; ea iam trepidos, nõ æquo Marte gerũtur
Phalsgraphidas contra, non segnius arma potentis
Cochenis ad gelidas erecta Neopolis undas
Vlryci patitur, tandem uictricia tela
Mechymoli in campis fessus diffuderat urbis,
Armorumq; graui paulum laxauerat æstu.
Parte alia infesti populata per arua Soberni
Sæuit Alexander, premit indignatus Adechum
Rugorum Princeps: sed longe animosior armis
Cæsar in extrema pugnabat Agenoris ora,
Nomine corrupto, quæ nunc Agenoia dicta est.
Fertur enim Cadmus, iussu uagus exul ab oris
Phœnicum, Europam quærens & furta Tonantis,
Hunc coluisse locum, atq; sui de nomine gentem
Appellasse patris, qua etiam gentilibus aris
Sacra repertores celebrant Phœnicia Diuos.
Hanc preciо memorant emptam, magniq; reuulsam
Imperio Austriadæ, multisq; fluentibus annis
Dura Palatini perpessam sceptra tyranni.
Hanc subito sine Marte capit: sic mœnia ciues
Colmarij Austriadæ pandunt: sic hospita Bari
Fit pubes, multoq; uiri, innuptæq; puellæ
Vndiq; spumantes turmis crateras Iacho
Cæsareis frustum Cereris, zytumq; propinant,
Grandiaq; exportant melliti pocula Medi.
Nec mora Sonchauios montes, penitusq; repostam
Alcratium petijt, uictor, lateq; per oram
Imperat Helsatiæ Cæsar, recipitq; Philippo
Ablatas urbes quondam, populosq; pauentes
Componit, mulcetq; animos, clausamq; resignat
Iusticiam, & sanctis confirmat legibus urbes.

At Phylshophenium, Phylsi de nomine dictum
Fluminis, atq; unda quod Rhęticus alluit Ister,
Byspeiches dum Marte premit, tentatq; potiri;
Inuadunt fortes meditantem talia ciues,
Pugnatumq; diu, atque anceps certamen utrinq;
Exciterat: tandem multa cum cæde suorum

Dũq; ea iam trepidos. Nũc ad alios Principes, q̃s interim pugnasse uerisimile erat, egredit. Vel repetitio est, nõ sine arte & exẽplo. Neopolis. Noua ciuitas, quam nostra tẽpestate nobilitauit Petrus Guntherus, non modici inter eruditos & iuxta bonos uiros nois.

Coccenis. Qui & Coqus, ut ĩ Necchari descriptione cõmemorauimus.

Vlryci. Ducis Wyrtembergensis. Mechymoli in campis. Pro, ad cãpos. sic enim bonũ habet exẽplar. Meminit huius in fine sexti. Soberni Alexãder. Dux Bauariæ. Adechũ Rugorũ Princeps. Marggrauius Casymirus. Fertur eñ Cadmus. Fingit Agenoiã regionẽ quę ultra Rhenũ est inter Matrã & Sornã fluuios, nunc Hagenaw dicit, ab Agenore nomẽ uendicasse, & dictã Agenoriã, sed per ætatẽ paulum imutato uocabulo dici nunc Hagenoiam.

Iussu. s. Patris Agenoris. Nam alibi etiã scriptum uidi, iussu patris. Tamẽ priorem lectiõem nõ improbo. Sacra repertores celebrãt Phœnicia Diuos. Hoc est, sacra quæ fiũt Phœnicũ more Dijs reptoribus, q reperiẽdis reb. amissis p̃sunt, uel q̃s ob hmõi caussam inuocamus. Tyranni. Id est, dñi. sic Maro. Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyranni. Ciues Colmarij. Colmariã, q ab auspicio colũbarũ dictã uolunt, Columbariã scribũt. Alij a claua Herculis, quã illic temulẽtus perdidit, nomẽ inditum

Agenoia. Hagenoia.

Dij repertores.

Colmaria. Columbaria.

Hostis abit, uetitam linquens inglorius urbem.
Sic passim horrendi crudescit Martis Enyo,
Totaque lœtifero mota est Germania bello.

fabulanť, ad insigne urbis quo etiānum utūtur respiciētes. Sed mihi merum cōmentū uideť. Argentuariā olim in Staurosthici Enarrationibus diximus. Irenicus in dictione Argentuaria dicit alijs patriā meam Selestadiū Argentuariā intelligi: ex eo, qā sex ab Argentina distet miliaribus.

Argentuaria.

Bari. Declarauimus locū lib. proximo. Zytūq; propinant. Id est, Ceruisiā. Nam quæ Ceruisia apud nos appellať, apud Aegyptios diciť Zytum. Columella de cultu hortoꝝ. Vt Pelusiaci proritet pocula Zythi. Apud Hispanos Cerea, Plini9 est autor. Vsos aūt Germanos hoc potus gñe, scribit etiā Strabo. Fit aūt ex frugibus coctis, & lupo salictario: recentiores lupulū uocant.

Zytum. Cerea. Ceruisia. Medo.

Melliti pocula Medi. Aliud genus potionis, quo Boemi ac Pannonij plurimū utuntur, dulce est, quoniā incoctum, ut arbitror: etiā mel admisceťur. uulgus Medonem uocat.

Nec minus umbriferos trepidare per auia Frācos
Aspiceres, cum uisa palam uexilla per auras,
Hostiliq; premi Neomartia mœnia pube,
Quæ uallo ingenti, & multis legionibus, acer
Cinxerat Eurydamas: & iam Sol aureus orbi
Bis noctem intulerat, bis luce fugauerat umbras,
Cum frustra fortuna loci tentata remansit,
Vixq; intra iactum micuerunt agmina teli.
Tunc Cymon nocte in media, atq; silentibus umbris
Multa animo uoluens, simul atq; aurora nitentem
Rettulit alma diem, coram sic omnibus inquit.
Incassum o socij bellum tentamus, aperto
Marte negant pugnam, solum certamina muris
Expectant auidi: dextra sunt undiq; montes,
Aërijq; horrent scopuli, non altius Oeta
Tollitur, aut timidis uitanda Ceraunia nautis.
Ad læuam in planos ad nos quæ panditur agros
Defendunt turres, & propugnacla, minæq;
Murorum ingentes, pulsantiaq; ardua nubes.
Quid terimus tempus? non si Phlegræia tellus
Rursus centimanos agitarit in arma Gygantes,
Demoliri unquam poteris, uel uincere bello
Hanc urbem Eurydamas: & quā reor esse nocentem
Præcipitanda mora est, aderunt, sic fama uagatur,
Indomitæ gentes pugna, totusque Roberti
Albis in auxilium uacua uehit agmina Praga.
Nosco equidem crudele genus, certandoq; quantum
In clypeum surgat, quantasque effundat habenas
Irarum, a nobis Dij talem auertite pestem,
Et prohibete nefas. Dicentem talia toruo
Spectabat uultu Eurydamas, simulataq; norat

Nec minus umbriferos. Reuertitur ad gesta Norimbergensium.

Tunc Cymon. Similem hunc facit Maxoniano.

Albis.

Albis. Fluuius, qui ex Hermūduris ortus, Pragam Boemorum metropolim alluit, bifariamq; Saxones diuidēs, in mare Germanicum deuoluitur. Et nota poetæ artificium, quia per transi-

Pectora, quo bellum fatale auerteret urbe,
Namque Palatinis occultum semper adhæsit
Partibus, atq; animos fautor remouebat ab armis,
Quem cōtra Eurydamas fantem, sic turbidus inquit.
Si tantum factis Cymmon, dextraq; ualeres
Quantum omnes superas ore, excellisq; loquendo,
Sub iuga uenissent Bysalthæ, & eous Orontes,
Byzeresq; feri, & frenum indignatus Araxes:
Sed quia uel nolis, uel nescis prælia forti
Exercere manu, nec Martis honore decorus,
Antiquos imitaris auos, nunc tempora belli
Prolatas uerbis, & fœderis autor iniqui
Consulis, aut pacē fœdam, aut clam subtrahis armis
Audaces animos. I nunc, & magna senatu
Verba tona in medio, & te dictis effer ad auras.
Scilicet incassum tentabimus aspera bella,
Aduentat crudele genus, uastasq; per Istri
Flumen agit puppes, soboles Mauortis alumna.
Nun Byorix, Ambronq; ferox, nun Vandalus acer
Arma mouet? nostra hæc ueniat sciet obuia quantū
Tela ualent, nec nos ut te, timor occupat iste.

tum sæpe facit mentionem de uēturis Boemis, & quasi in his uictoriam certam fere omnes arbitrabantur: hoc autē facit, ut maior inde uideatur gloria Cæsaris, qui eos uicerit.

Et frenum indignatus Araxes. Alibi scriptum est, & pontem indignatus Araxes, & est hemistychium Maronis.

Dixerat, interea miles Neomartius hostem
Nequicquam timet, & muros fulgentibus armis
Circuit, & quernis resonant caua tympana truncis.
At uigil Eurydamas cæsis de montibus ornis
Tormenta instaurat, lignisq; informibus ingens
Exorditur opus: primum latera ardua tortis
Sepit uiminibus, patulamq; altrinsecus aluum
Excæpturam homines, aditu laxauit inani.
Ac ne flamma uorax, iaculata a mœnibus altis,
Vreret impactam molem compage soluta,
Pellibus Vrorum, & taurino tergore cingi
Imperat ingentes præuasti corporis artus.
Hanc molē Eurydamas iuuenū lecto agmine cōplet,
Inuitamq; urget, trepidantiq; ingerit urbi,
Dein iubet, ut roseos aurora retexerit ortus,
Arma parare uiros, crudo & se accingere Marti
Atq; ait, in læuam flectetur machina partem:
Vos dextram seruate, atq; altos cingite muros.

At uigil Eurydamas. Hic testudinem machinam bellicam describit, lege Vegetium.

Vix ea finierat, cum se Neomartia pubes
Armatam effundit portis, fataleq; lignum
Aggreditur flamma, ferroq;, & grandine teli.
Eurydamas contra latis erumpere castris
Hostilis cum uisa acies, & pulueris atri
Inuolui nubes, mucronibus agmina densis
Semirecincta iubet, turmaeq;, alaeq; ruebant,
Cristatiq; equites laxis certamine loris
Arua fuga rapere, & calidis trepidare sub armis.
Iam coniunctae acies, & iam feralibus aruis
Ante uolat Mauors, caesorum stridor olympum
Verberat, implenturq; aegris singultibus aurae.
Eurydamas furit asper equo, impellitq; morantes
In pugnam, torquens Leumaeo hastilia ferro,
Impete qui primo perimit Colybumq;, Gyamq;,
Saxonemq; Balyn, & quem tulit obruta coeno
Terra Sycambrorum contorto crine Trymethem,
Nec tibi septemplix certanti profuit umbo
Rhaetus. Rhaete ferox, quōdam qui sanguine cretus Hetrusco
Tyrrhenos extollis auos, priscasq; secures,
Nec non Romano gestatos consule fasces,
Et male uoluentem tacitum penetrale Magorum,
Et Dryudum cantus, & praepetis omnia pennae,
Dij iuuere Thagem: nam dum se surripit hastae
Alchionis, retro labens (miserabile uisu)
Tages. Impegit caput in saxum, fractoq; cerebro,
Fatidicam multo uitam cum sanguine fudit.
Augetur fragor armorum, circumq; furentes
Martis equos fremere, & Bellonam sanguīe tinctam
Accipimus uisam, atq; ardentis mole duelli
Inter anhelantem peditumq;, equitumq; furores,
Turgentemq; minis Antherona, equasq; Seleuci,
Et pauidum belli furijs incendere Athoclem,
Sic pugnat conserta acies, atque undique ciues
Vrbe ruunt, summaq; Ducis uolat arce Roberti
Praesidium, & fuso committunt ordine pugnam.
Non aliter uelox extra deserta Getarum
Gens ruit in praeceps pellecta cupidine belli,
Quam nulla inducit certantem industria, tantum

Qui sanguine cretus Hetrusco. Quia Rhaetus ex Hetruria uenit in Rhętiā. Vnde prouinciae nomen datū. Et male uoluentem. Sensus est, Dij male iuuere Tagem uoluentē. & caetera, hoc est, non profuere sibi. Alludit aūt ad nomen. Nam Tages, ut autor est Plinius, Haruspicinae inuentor fuit, & Hethruscę disciplinae. Lucanus. Finxerit ista Tages.

Et sæuus furor, & clementia suggerit arma.
Parte alia ad muros induxerat agmen Homertes,
Claustraque portarum disruperat æratarum.
Vociferans Dorylas, summa tum currit ab arce,
Quid uos o miseri, quid uos o pigra moratur
Machina? quæ uestras cœpit dementia mentes?
Hic dolus est inquit, quid uos hic tempora ciues
Nequicquam teritis? iam Segdunçius altos
Hostis habet muros, oculis hisce agmina uidi,
Nos aciem contra, atq; minantia uertere signa.
Vix ea finierat, iuuenum globus emicat, aluo
Tormenti exacta, Mauortisq; impete uasto
Instaurat lassi pugnam, cædemque morantem,
Inuaditque hostile latus, stragemq; cruentam
Aedit: at insano Neomartia uicta timore
Turba fugit, repetitq; urbem: ceu carcere fracto
Barbara anhelantes horrens Hycania Tygres,
Aut Atlantiaco fuluos de monte Leones.
Maure paues, trepidasq; fuga: iam sulfur & atro
Igne dies tegitur, fractusq; reuerberat aër
Armorum strepitu, & morientum uocibus imæ
Implentur ualles, omnisq; admurmurat umbra.
Vt patuere doli, Phlegyasq;, unaq; Lycetes
Increpitant ciues, uos o fœdissima proles
Quo ruitis? firmate gradum: nescitis ut errat
Iam dolus in castris: uos hic pugnatis, & urbem
Hostis habet, miseri retro hinc iam cedite pugna.
His dictis, cuneum primæuo flore iuuentæ
Instruit, & medio Phlægyas se subtrahit hosti.
Iustabat ferus Eurydamas, sensimq; recedens
Agmen agit telis, atq; intra mœnia pellit.
Et ni uasta ruens aditum cataracta negasset,
Imperio tandem uetita potireris in urbe
Eurydama: sed fata obstant: nec segnius instat
Mœnibus, & flamma, & telis infandus Homertes.
Tunc timidæ matres, pueri, innuptæq; puellæ
Festinate uiri, & rebus succurrite fessis,
Hostis adest, clamant: fulgentq; in mœnibus alæ.
Nec mora, concurrunt omnes, sæuusq; Lycetes

Iam Segdunçius acet. Lege, Segduncius altos. Hostis habet muros. Diximus, Segdunos Norimbergēses nūc uocari.

Euolat, & primus medijs intermicat armis,
Vociferans ultro, Ciues, Mars obtulit horam
Qua bello egregij, & factis tollamur ad astra,
Instate: agglomerant omnes uiresq;, manusq;,
Atque ministerium læti subiere cruentum.
Herbipoli interea fulgentes ære cateruas
Subsidio uenisse urbis, summaq; receptas
Arce uolat rumor, maioraq; nunciat arma.
Protinus Eurydamas, unaq; animosus Homertes
Discedunt pugna, pubemq; in castra reducunt.
Dumque hæc in terris ardent mortalia bella,
Et nunquam miseris regnandi exacta cupido,
Iuppiter omnipotens, cœli qui sydera torquet,
Multa super belli finem, metamq; uolutans,
Concilium indicit Diuis, & lumine sancto
Torua ruens, longe magnum concussit olympum.
Dijq;, Deæq; omnes, Vati memorate quot estis.
Vestrum opus incipio: nam uos uenistis, & omnes
Qui terras, fluuiosq; altos, quiq; æquora late
Incolitis, iussu magni Iouis astra petistis.

Herbipoli. Dum undiq; pugnatur, per posticam portam urbis subsidium ingressum est, missum ab Episcopo Herbipolensi: quare tanquam cum nouo & recenti milite essent pugnaturi Norimbergenses animo fracti sunt. Dumq; hoc in terris. Artificiose poëta ad Deorum consilia digreditur, ne Norimbergenses ob nõ partam uictoriam lędat. Itaq; concilium Deorũ a Ioue indicitur, multorũq; Deorum nomina describuntur, ubi magna & Cæsaris & Palatinorum laus denotatur: quia Dij uidentur habere curam rerum Cæsaris: & Roberto inter deos sedes constituitur. Torua tuens. Id est, torue.

Principio mater fuluas turrita leænas
Exagitat per inane poli, torquetq; per auras:
Dij maiores duodecim.
Hanc circum Corybantes erant, Dictęaq; turba,
Semiuirumq; genus crepitantia percutit æra.
Pone antiqua Deum soboles, quosq; ipsa uetustas
Consentes memorat, selectiq; ordine Diui
Conscendunt bijugos, & prima intermicat omnes
Magna Iouis coniunx, quæ densa septa caterua
Altum Agamemnonijs cœlũ penetrauit ab Argis.

Principio mater. Sequitur Ennium, qui in descriptione duodecim Deorũ, qui maioris nomenclaturę appellantur, & sex fœminę, & tot mares sunt. A Deabus incipit Martianus lib. primo de Nuptijs, Dysthicon refert Ennianum. Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Ven9, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. & apud Suetoniũ hic extat uersiculus, Sexq; deas uidit Manlia, sexq; deos. Mater. Scilicet Deorum. Terra ob multiplices effectus Deorum mater appellatur: uocataq; est Cybele, caussam nominis a Fulgentio pete, & plura scribunt Marcellinus & Fenestella. Historiam Cybeles refert Diodorus libro quarto. Exagitat leęnas. Pro, agitat, hoc est, flectit quo uelit. Erant em̃ duo Leones mansueti, Varrone teste. Vnde Claudianus blandos dixit, hoc est, compressa cauda ludibundos, ut ait interpres, quasi uenienti assurgerent. Nam crebrior caudę motus, animi atq; irę in Leonibus est, ut post Aristotelẽ scribit Plinius. Quid uetustas sub hoc figmẽto intelligi uoluit, docent Lucretius & Macrobius. Turrita. Quia urbes sunt in terra, & in ijs turres. Corybantes erant. Corybantes, Idęos, Dactylos, & Curetas eosdem plęriq; putant. Nonnuli pusillũ quoddam discrimen adhibent: ut longa disceptatione Strabo disputat. Dictęaq; turba. Id est, Cretensis, a Dicte oppido, qđ Pomponius Dictinnam nominat libro secundo. Crepitantia æra. Id est, sonantia. Ex omnĩbus inani

Terra Deorum mater. Cybele.

Corybantes.

Dicte. Dictinna.

matis ęs habere uocē creditur. Hinc Homerus Chalcū appellat uocale. Pythagorici tradnut æs afflatis omnibus & lymphatis admodū consonare, propterea Cymbala fiebant ex ære. Papinius in Achilleide, Paulūq; exercita pulsu Aera tacēt. Consentes. Dicti, quod ijs omniū consensu sacra fiebāt, propter ubertatē soli. Vnde Consentia sacra dicta sunt, uel qa ipsi cōsentirēt agriculturę. Sunt autem duodecim, quos nominatim Varro inuocat, in pręfatione lib. primi de re rustica. artificiose autem Consentes Cybelem sequūtur, qui ob culturam terræ inuocant. Selectiq; ordine diui. Nomina eorum secundum M. Varronem sunt ista, Ianus, Saturnus, Genius, Orcus, Liber pater, Luna, Tellus, Sol. Hæc aūt nomina, ut diuus Augustinus ait, utrū propter maiores in mundo administrationes selecta dicuntur? an quod populis magis innotuerūt, maiorq; est eis cultus exhibitus? Magna Iouis coniunx. Iuno scilicet. Nam Iupiter post eiectū patrē habenas cœlestis regni aggressus, duxit Iunonē, Cererē, & Themin in uxores. A Iunone habuit Curetas filios, a Cerere Persephonē, a Themi Mineruā, ut cōmeminit Homerus & Eusebius. Ab Argis. Vbi templum erat inter Argos & Mycenas positum: unde charos Argos appellat apud Maronem.

Chalcum uocale. Consentes Dij. Consentia sacra. Dij selecti.

Hinc & flaua Ceres sacra quæ flectit Eleusi,
Ad iuga panda boues: Aeneia deserit ignes
Vesta suos, Cycnoq; Venus modulante reliquit
Idalium, Paphiasque aras, atque alta Cythera
Ambrosio gratum fundens de uertice amorem,
Quo superi, stygijq; Dei, quo numina ponti,
Mortalesq; feræq; omnes, pictęq; uolucres
Vincuntur, seruantq; acres in pectore flammas.
Inde sagittiferos Amphionio Aracyntho
Educit Diana choros, & permeat astra.
Præterea anguitenens properat Tritonia uirgo
Consilij Iouis, & fati haud ignara futuri.
Nuncius & celeres aptans Cyllenius alas
Deserit Arcadiam, que se mutare figuris
Insolitis perhibent homines, faciemq; luporum
Induere, & decimum purgatos rursus in annum
Sumere mortales uultus, hominemque fateri,
Aureaq; huic nodo stringens talaria nectit
Fibula, gemmatoq; fluunt sub tegmine crines.

Ceres. Saturni & Opis filia, ut Eusebius & Hesiodus i Theogonia ostēdit. Fruges toto orbe ꝓpagandas per Triptolemū instituit. Prima dedit leges, propterea in Eleusio oppido, quod condidit Triptolemus de nomine patris, sacra ab eodē facta, Thesmophoria appellata. A creando dicta Ceres: uel ut placet Ciceroni, a crescendo. Aeneia Vesta. Ab Aenea: qđ sacrū huiꝰ deę ex Troia secum attulerit, ut tradidere quidā. Reliqua pete ex Dionysio Halicarnasseo. Duas Vestas fuisse notissimum est. Venus. Vt tentur quidam a latinis appellat, a ue priuatiua & derogatiua particula, & νοῦς, mens: quod lasciuia, quę per Venerem significatur, mentem infringat, & supplantet robur ingenij. Idalium. Ab Idalio nemore, & inibi breui oppido, quod Stephanus scribit ab euentu nomen accepisse. Superius indicauimus Venerē dictam Idaliam. Paphias aras. Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cuius quadam area nō pluit, ait Plinius. Cythera. Venus orta primū mari ad Cytheram insulam quinq; passuum a Malea distantem appulit. Vnde Cytherea nomen tulit, autor Solinus, & Eustathius. Gratum amorem. Amœnum, lasciuiū, uoluptificumq;, quo illecta cuncta animantia ad fœtum & sobolem stimulātur, iuxta Senecam in Hippolito. Excedat agedum rebus humanis Venus, Quę supplet ac restituit humanum genus, Orbis iacebit squalido turpis situ, Vacuum sine ullis classibus stabit mare, Alesq; cœlo deerit, & syluis fera. Quo superi stygijq; Dei. Sic Lucretius a lepida Veneris cōpellatione primū auspicatus librum cecinit. Aeneadum genitrix, hominum diuumq; uoluptas Alma Venus. & paulo post. Per tę quoniam genus omne animantum Concipitur, uisitq; exortum lumina Solis. Fingunt enim poëtæ, Deos adulteros, & muliebris formositatis appetentes, iuxta illud Ouidianum. Dij quoq; habent oculos, dij quoq; pectus habent. Accedit illud Plauti, Inter amatorias leges deam sibi inuocet, quam libeat propitium deum, si magis religiosa fuerit, Tibi dicat, tu pro illa ores, ut sit propitius.

Ceres. Thesmophoria. Venus. Paphium templum. Dij amatores.

Amphionio Aracyntho. Ad illud Maronis respexit. Canto quæ solitus, si quando armenta uocabat Amphion Dyrcęus in Actęo Aracyntho. Sagittiferos choros. Cœtum Virginum, quæ sagittas ferebant, instar eius. Nam sagittarum thecam uel ociosa Diana non reponit. Maro. Illa pharetram fert humero. Tritonia uirgo. Minerua. Consilij Iouis & fati, haud ignara futuri. Quoniam Iupiter ei prædixerat, ut supra testata est Pallas: tamen respexit ad illud, quoniam Minerua Iouis mens interpretatur, sapientesq; indies præuident futura. Faciemq; luporum induere. Nedum ueteribus, sed etiamnum nostri temporis hominibus creditum est, posse quadam magica arte homines in lupos omnino conuerti. Hinc a Marone in Pharmaceutria dictum est. His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis. Et a Propertio Quarto. Et sua nocturno fallere terga lupo. Ouidius septimo Transformat. libro. Inq; uirum soliti uultus mutare ferinos Ambigui profecta lupi. Et Plautus in Amphitryone. Nam uerū est, inquit, quod olim est auditum fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines, & sęuas belluas mansitasse, nec unquam domo parentibus cognitas. Ex hac hominum opinione ortum adagium dicit Camers. Versipellem se facit, quando lubet. In hominem uafrum & astutum, cui ob perfidiam & inconstantiam minime credendum sit. Vtitur ea figura Plautus prima & nona Comœdijs. Plinius lib. octauo. Sed an natura patiatur homines in lupos, uel in rem quampiam speciei alterius commutari, non parua apud peritiores cōcertatio est. Herodotus, & secum plures, ut idem Camers adnotauit in Solinum, ubi is inquit, Neuri, ut accępimus, æstatis temporibus in lupos transfigurantur, fabulosum existimat, id quod naturali dissonum sit rationi. Specierum enim differentia, ut Aristoteli placuit, a forma rerum ultima esse sumit. Non posset ergo homo lupus fieri, nisi anima ipsa hominis, in lupi animam uerteretur omnino. Id autem fieri natura non patitur. Forma enim perfectissima, non nisi subiectum perficit sibi simile. Opinatur Ioannes Scotus, tantam esse huius singularis animæ ad proprium corpus proportionem, ut ipsa nō possit aliud corpus informare, quam suum. Ergo nec multo minus lupi corpus quoquo modo rationalis anima potest perficere. Pythagorici animarū hominum in bruta transmigrationē ponentes, non negarent posse forsitan hominem lupū fieri, ut de Minoe, uel Rhadamanto dicitur. Exęquat damnum meritis, & muta ferarū Cogit uincla pati, truculētos ingerit ursis, Prædonesq; lupis fallacibus uulpibus addit. At qui desidia semper, uinoq; grauatur, Indulgens Veneri, uoluit torpescere luxu, Hunc suis immundę pingues detrudit in artus. Nicolaus Lyrensis insignis Theologus, in commentarijs Exodi, quærit, An uirtute Dæmonum, qua incantatores utuntur & magi, potuerit fieri, ut uirgæ in Dracones uerterentur? Duo is de ea quæstione dicta probat. Vnum, quod reuera uirgæ non fuerint in Dracones conuersæ. Alterum, quod id factū fuerit quadam apparentia, & uera sensuū illusione. Franciscus Maron super cap. septimo tertij de Trinitate diui Augustini, quatuor de artibus ipsis magicis affert documenta. Extat de hac ipsa re notabilis apud Augustinum septuagesima & nona quæstio eius libri, qui octuaginta trium quæstionum inscribitur: multa apud eundem reperies cap. decimo octauo uoluminis eiusdem numeri Ciuitatis Dei. Quid si ijs hominibus eueniat, quod Nabuchodonosori accidisse cap. quarto Danielis scriptura testatur? Quo loco plura idem Nicolaus docte refert. Scribit Pausanias, Lycaonem Arcadem, quom ad Iouis Lycæi aram puerum imolasset, ac humanum sparsisset cruorem, mox in lupum fuisse conuersum: idq; quadam Deorum indignatione, uerum esse existimat. Idipsum cap. uicesimo secundo octaui retulit Plinius. Stephanus Niger, Lupus, inquit, ex homine factus alius quidam præter Lycaonem in Iouis Lycęi sacrificio dicitur, non in perpetuum. nam si dum esset lupus humanis carnibus abstinuisset, decimo post anno aiunt rursus sibi restitui: quod si secus fecisset, lupum perpetuo esse.

Minerua.

Homines in lupos conuerti.

Opinio Scoti

Lyra de uirgis Mosi in Dracones uersis.

Lycaon creditus in lupum uersus.

Nec non fluctiuoma Neptunus ab Amphitrite
Portunnum misit: sensit Vulcania Lemnos
Tardipedem petere astra Deum: crinitus Apollo
Lustrabat longum radianti uertice olympum.
Belliger hinc Mauors gelido pręturbidus Aemo
Cornipedes impellit equos, & fulminat hasta.
Pone subit Bellona ferox, flagroque cruenta

Portunus.

Nec nō fluctiuoma. Notat Principum nostrorū morem, cum nolint, uel nō possint interesse publicis concilijs Germaniæ, mittunt Oratores. Portunum ergo misit numen maximum, quippe qui portubus omnibus pręsit. Idem a Gręcis Pa-

Corripit ignauos, & pugnæ perfremit ira.
Venit & Aegypto nequicquam ululatus Osyris,
Et latratorem secum compellit Anubim,
Agminaq; ærisono iungit Nilotica systro,
Thurilegiq; suum numen misere Sabæi.

lemon dicitur, itẽ & Melicerta. Quidam ĩ huius gratiam Isthmiorũ ludicrum esse constitutũ prodidere. Vulcania Lemnos. Quoniam Vulcano sacra est. Papinius in quinto Thebaidos, & Flaccus Secundo Argonauticon. Tardipedem Deum. Respexit ad fabulam: ob casum enim claudus fingitur. Siquidem Vulcanus cũ deformis esset, & Iuno mater minime ei arrisisset, in Insulã Lemnon ex cœlo a Ioue calce deiectus est, illic nutritus a Sintijs. Alij dicunt, in Lemnum a Ioue præcipitatum, quod cõtra Iouem matri opem tulerit. Vnde. V. Flaccus libro iam citato cecinit. Mox etiam pauidæ tentantem uincula matris Soluere, prærupti Vulcanum uertice cœli Deuoluit. Homerus Cillopodion appellat Vulcanum, quod claudicantibus esset pedibus. quia cillos dicitur claudus & debilis pede. Porro rationem deificationis Vulcani, superius, ut & physicam claudicationis diximus. Crinitus Apollo. Parrhasius super illud Claudiani. Sic crine fruaris Semper Apollineo. Apollinis cognomen est inquit, Acersecome, id est, intonsus: quod nunquam radij a fronte Solis auelli possunt. Eius cæsarie Latona mater anxie delectabatur. ut apud Tibullum obseruatum est. Pone subit Bellona ferox. Apte sequitur Martem, cuius soror esse dicitur. Thurilegiq; suum numen misere Sabæi. Hi propter thura Arabum clarissimi sunt, inquit Plinius libro Sexto, & Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem uniuersæ. Idem ait libro duodecimo. Intelligit autem Sabin, cuius Plinius quoq; meminit cap. decimo quinto libri iam citati. Thus collectum, inquit, Sabotam Camelis conuehitur, porta ad id una patente. Digredi uia capitales leges fecere. Ibi decimas Deo, quem uocant Sabin, mensura, non pondere sacerdotes accipiunt. Nec ante mercari licet. Inde impensæ publicę tolerantur. Nam & benigne certo itinerum numero Deus hospites pascit.

Palemon. Melicerta. Vulcani casus. Cillopodios. Apollo crinitus. Sabæi. Sabin. Sabota.

Inde Lares, Ianusq; biceps, Syriamq; uagata
Decreto, & instabiles uoluens Adrastia currus.
Vna omnes subiere polum, sacriq; Penates,
Erdaq; telluris Diua, & Germanica secum
Euolat Hercynio ad Superos Aurinia luco,
Sanctaq; Cecropijs discessit Aglauria templis.

Lares. Diximus uetustatem deos urbium præsides, ædiumq; priuatarum custodes Lares existimasse & coluisse. Ianusq; biceps. Christianus Maro libro de sacris diebus primo sic cecinit, de Iano. qua de gente, uel unde Venerit, hoc nostro non dum cognoscitur æuo. Propterea super hoc aliquid memorabile fandum. Ianus hic, ut perhibent, clara de stirpe Gygantum Maximus ille fuit Noe, qui sęcula Pyrrhæ Deucalioneos fluctus præcessit, & undas Ogygias. & inferius. Ianus ei cognomen erat, de nomine tractum Assyrio Iain, uinum dixere Latini. Ipse etenim primus uitis uiniq; repertor Fertur, & id talis nomẽclatura docebat. Sed Ianium primi, qui rectius illa sonabant, Nomina dixeruntmox litera tertia prisco Pulsa loco, fecit fraudato nomine Ianum. Fingitur esse biceps, quoniam duo sæcula uidit. Vnum quod pluuijs auctum mare sustulit, unum Quod successit aquis, & ab hac propagine fluxit. Decreto. Dea Syriæ, cuius meminit Plinius cap. decimotertio quinti. Locum restaurauit Hermolaus. Hactenus enim Ceto lectum esse. Adrastia. Hanc quidam Nemesim deam esse putant, insolentiæ & arrogantię uindicem, quæq; spes immoderatas & uetet & puniat. Strabo Adrastiam dictam tradit, non ab αὐ fugiendo, sed ab Adrasto Rege, qui primus huic templum constituerit prope Cyzicum. Est aũt Cyzicus & ciuitas & insula nobilis in Propontide. Idq; Antimachi poëtæ uersibus confirmat, quos interpres Strabonis sic uertit. Est dea quam Nemesim dicunt, dea magna potensq;, Quæ bona cœlestum concessu cuncta deorum Possidet, huic primus sacratam condidit oram Fluminis Aesapi gelidas Adrastus ad undas, Atq; ibi nunc colitur, seruatq; Adrastia nomen. Vertit et Erasmus in Chiliadibus cuius extant uersus. Adscribam, quod Dubrauius obseruauit. Hanc prisci Theologi ineuitabilium legum reginam esse uoluerunt, tam impotente quidem potẽtia, ut recte facere iubeat, uetet delinquere: & si imperium abnuas, magno statim ac solido mulctet

Lares. Ianus. Noe, uini repertor. Ianus biceps. Adrastia. Nemesis. Cyzicus.

infortunio. uidet enim, auditq; omnia: utpote quæ non aliud sit, atq; diuina prouidentia. Propterea q; Socrates apud Platonē, ubi maxime optat, ne leges a se latas aut fraus humana abrogaret, aut uis tyrannica tolleret, hanc ipsam Adrastiam sollicitissime rogat, earum curam libēs uolensq; uti suscipiat. Verum poëta pro fortuna uidetur accepisse, quam inter Deas etiam antiqui posuerunt, quo minus etiam, ut Plinius ait, de Deo plana cōiectatio esset. Lege cap. Septimum libri Secundi mundanæ historiæ. Vt autem Aristoteles Adrastiam a Nemesi, a fortuna, a necessitate, ab æsa, & cæteris definierit, Franciscus Picus docte refert in Secunda parte libri de prouidentia Dei. Instabiles currus. De uolubili fortunæ rota adnotauimus nonnulla ex Anticlaudiano in primum Reuchlinianorum progymnasmatum chorum, ac primam quinti actus scęnam. Erdaq; telluris diua. Germanos olim Erdam, id est, tellurem coluisse, Tacitus in libro de moribus Germanorum indicat his uerbis. Nec quicquam notabile in singulis, nisi quod in commune Nerthum, id est, terram matrem colūt, eamq; interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur. Nos cum autore commentarioli in hunc ipsum Taciti nobilissimū libellum, legendū putamus Hertam. Nam hodie, Germani terram herd, quidam absq; spiritu, erd, & erdtrich appellant. Fuit aūt facilis librarij lapsus H. in N. Aurinia. Hæc, ni fallor, sub Tiberio Imperatore ꝓ dea habita est a Germanis. Meminit eius Tacitus, & ni fallor, Plinius quoq;. Sed & Velleda diu apud plęrosq; numinis loco habita, sub diuo Vespasiano, testis est idem Tacitus, & ut aiunt, oculatus. Hanc coram adire alloquiq; negabatur, quo uenerationis plus inesset, idem scribit libro Vicesimo. Aglauria. Huius & sororum mentio est apud Ouidium libro transformationum Secūdo, ubi nequicquam Raphael interpres pro Aglauros substituit Agraulos. Cæterum Actęus primus in Attica regnauit: quo uita defuncto Cecrops gener imperium suscępit, cui tres fuere filiæ, Erse, Aglauros, & Pandrosos.

Rota fortunę. Erda. Aurinia. Velleda. Aglauria.

Venit & Inoo celebrata Palęmone mater
Leucothoe, fugiens mytratos barbara Colchos.
Altaq; Iuturnæ numen petit astra latinę.
Quid memorē Aegocerōq;, Hyadas, septēq; triōes,
Et tardum cœlo flectentem plaustra Bootem?
Quicquid labentes deuoluens circulus annos
Continet, atq; alio uergentia sydera mundo
Maturant parere Ioui: quid in æquore mersas
Et Clothen, Panopemq; loquar, flauamq; Alimedē?
Cyrene mater uiridis Penæos ab undis
Exerit os uitreum, placido discedit Enipeo
Infelix Tyro, & dilectas deserit undas.

Inoo Palęmone. A matre Ino, quæ & Leucothoe dicta est, ut diximus alibi, & de templo eius apud Colchos. Vulgata sunt quæ scribūt de ea Seruius & Placidus interpretes nobilissimi.

Mytratos. Quoniam ab Aegyptijs, ut diximus, originem traxerūt, apud quos mytræ usus erat. Iuturnæ Latinæ. Romanę, carmine Maronis & Ouidij notissimę.

Aegoceron. A latinis Capricornus dicitur.

Aegoceros. Hyades. Suculæ. Triones. Septētriones.

Hyadas. A latinis dicuntur Suculæ. Triones. Ita rustico quodam uerbo boues appellati sunt, quasi terriones, hoc est, arandæ colendęq; terræ idonei. Inde sydus, quod figura situque simile plaustro uidetur, Amaxan græci dixerunt, nostri Septentriones, a iunctis bobus, id est, a septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones effinguntur, ut existimat Aelius. Non est autem hoc loco tinesis. Sunt enim duæ dictiones, quæ iunctę quidem Septentriones nomē efficiunt. Tardum Bootem. Cur sic appelletur, dictum est prius. Alij pigrum uocant. Labentes deuoluens circulus annos. Obliquus scilicet, per quem Solis iter annum conficit, ut edisserit Macrob. primo Saturn. Hic autem circulus Zodiacus appellatur, ab effigie animalium, quę ζῶα græce dicuntur. Solus hic latitudinem ex omnibus circulis adeptus est. Nam cum cæteri sola longitudine censeantur, & patere non possint, in Zodiaco latitudinem signorum capacitas exigebat, quæ duabus lineis & eclyptica definitur. Hunc Claudianus scite lætissimum uocat, hoc est, aspectu iucundum: quippe qui tot cœlestium flammarum luminibus illustratur.

Zodiacus.

Labentes annos. Vt Maro, Vos o clarissima mundi lumina, Labentem cœlo quę ducitis annum. Sydera. Signa. Siquidem stellæ singulares sunt. Sydera uero quę in aliquod signum stellarum pluriū cōpositione formantur, ut aries, taurus, & id genus alia. Vergentia alio mūdo.

Stellæ. Sydera.

Occidentia

Occidētia sub terris. Ouidius, Lapsaq; sub terras, ortaq; signa canam. Clothen, Panopemq; flauamq; Alimedem. Nomina sunt nympharum fluuiorum. Cyrene. Orphei mater, Maroniano cantu nobilis. Penęos. Fluuius Thessaliæ nominatissimus, ut in fabulis nostris est. Is Araxes antea dictus est: quod per abrupta montium se proruat, ut scribit Eustathius in Dionysium. Pręter Ossan, Olympūq; decurrit, collibus dextra læuaq; molliter curuis, nemorosis conuallibus in Thessalia facit, quæ Tempe uocant, undisq; apertioribus Magnesiam interluens in Thermæum sinum conditur. Eiusdem filius Atrax fuit, ex Bora nympha susceptus Hippodamiæ, pater eius quæ Pyrithoo nupsit, a quo Thessala gens Atraces. Enipeus. Fluuius itidem Thessaliæ, in quem mutatus Neptunus, Tyro Salmonei filiam circa fluuium spaciantem rapuit: unde dicit, infœlix, propter amorem. fabulam recenset Strabo, meminit item amoris Enipei & Tyrus Propertius. Porro Neptuni metamorphosiim canit Ouidius libro Sexto. ibi. Te quoque mutatum. Penęus. Araxes. Tempe. Atrax. Atraces. Enipeus. Tyro.

Tuq; Ister uiduis mansti sine numine ripis,
Maximus Europæ fluuiorum: nam tua Xanthe
Astra subit, secumq; Erato, Glauceq; sorores:
Hæ, quo se tantum iactat Germania Rheno
Exiluere ambæ, & cœlum petiere uolatu.
Præterea Aonio modulantes uertice Musæ,
Atq; antiqua Themis, semperq; errabilis Io,
Lymphaq;, & ingentes uarians Thauamantias arcus
Cœlitibus roseo uultu se miscuit altis.

Nam tua Xanthe. Superius etiā Danubio has Nymphas tradidit. Secumq; Erato. s. cū Xanthe Erato. Glauceq; sorores. Rheni nymphæ, & Glauce sine dipthongo scribi debet, ut sit declinatio grȩca. Hȩ ergo duȩ Rheno. Exiluere. Id est, extra saliere, quo flumine Germania tantum extollitur. Herodianus maximum dicit. Cæsar altissimum & latissimū facit, Plutarchus rapidissimum & immensæ latitudinis scribit in Cæsare. Cœlum petiere uolatu. Sic ex bono exemplari legendum, non uolantes. Musæ. Musarum duo genera celebrat Musȩus, alias sub Saturno maiores natu, alias Iouis & Memoriȩ filias. Antiqua Themis. Nam Themis Cœli & Terræ filia, per orbis initia redditur ab Hesiodo. Aut antiquam certe dixit, ut ab altera Themide distingueret Euandri matre, quæ lōge post fuit, Carmentis alio uerbo dicta, ut est apud Plutarchum. Themis apud Græcos, id est, ius fasq; dea esse credita est, autore Festo, quæ suaderet hominibus id petere, quod fas esset, eandemq; esse ipsam atq; fas existimabant. Vnde Themisies oracula & consilia, consultaq; & lege sancita dicuntur, Eustathio teste, Homeri enarratore. Alij Themin, uel Themista, utroq; enim modo dicitur, ius & iusticiam esse putant, eandemq; consiliorū oraculorūq; præsidem esse: propterea Homerum themisteum uerbum, quod uaticinari & oracula dare significat, pro leges ferre, iura reddere, accępisse Odisseę decimo. Ad huius oraculum Deucalion & Pyrrha profecti sunt, ut cecinit Ouidius libro Transform. primo statim in principio. Semperq; errabilis Io. Elegantissima epitheta utriq; dedit. Infinitas orbis partes accessit Io, œstro a Iunone immisso. Fabula extat apud Ouidium, apposite igitur errabilis. Huius numen non solum apud Aegyptios, sed & apud Romanos colebatur, sub Iuuencȩ specię, Isis uocata, ut alibi diximus. Et Prudentius noster libro aduersus Symmachum Secundo his uersiculis expressit. Isis enim & Serapis, & grandi Simia cauda, Et Crocodillus idē, quod Iuno, Lauena, Priapus, Hos tu Nile deos colis, & tu Tybris adoras. Accedat & Iuuenalis. Si candida iusserit Io, Ibit ad Aegypti finem, calidaq; petitas A Meröe portabit aquas, ut spargat in ædem Isidis antiquo quæ proxima surgit ouili. Cęterum, Picus obseruauit, eo tempore Isidem cœpisse Roma exulare, quō Christianæ imperium fidei per orbem uniuersum propagari oportebat. CHRISTO autem in Aegypto perlato, ex Aegypto Isis aufugit, ut cecinit in Hymnis. Rhenus flos Germaniæ. Musæ. Themis. Themistes. Io. Isis. Isis quando expulsa.

Lymphaq; & ingentes uarians Thaumantias arcus. Bene utrumq; simul posuit. Nam Iris nō gignitur, nisi repercussione radiorum in nubes, ubi aquarum domicilium est. Lympham autem coluerunt antiqui, autor est Capella: quia credebant ui numinis aliquos posse in furorem uerti, quos Lymphaticos dicebant, qui nymphæ cuiusdam imaginem uidisset in aqua. Græci νυμφόληπτος uocant, quasi Nympharum spiritu correptos. His helleborum medetur, ait Plinius. Reliqua de nymphis dictauimus in Hymnum Prudentij de miraculis Seruatoris. Iris. Lymphatici. Nympholepti.

Sed primæ ante Iouem nentes mortalia fata
Astiterant Diuæ, quæ magni dicta Tonantis
Excipiunt, calamoque notant, & magna Deorum
Concilia æterni condunt annalibus æui.
Vis autem læua, & Zelus spolia ampla Gygantum
Ostendunt, qui regna Iouis, templa aurea cœli
Vertere terrigenas quondam uetuere Tyrannos,
Vltricemque deam Euentum, trepidumque timorem
Aetheriasque animas, & mortis imagine Somnum,

Parcæ librariæ Iouis.

Sed primæ ante Iouem. Parcæ, quæ, ut Martianus ait, sententias Iouis Orthographæ studio ueritatis excipiunt, utpote librariæ Superum, archiuique custodes: quam sententiã poëta pulchre expressit. Nentes fata. Atropos, rapti temporis, Cloto extantis, instantis autem Lachesis. Vis autem læua. Sic est scriptum in meliori exemplari, & ita legendum puto: quoniam paulo inferius loquitur de timore. Hesiodus in Theogonia tradit Stygem ex Pallante Zelum, Victoriam, Potentiã, Vimque genuisse: accidisseque, ut Iupiter omnes Deos ad cõcilium uocaret, pollicitusque est, ut quicumque uellent secum pugnare contra Titanas, se honorem illis summum exhibiturũ. Prima autem Styx Oceani filia cũ filijs suis uenit, & Ioui paruit: quare Iupiter illi numinis uim maximam elargitus est. Dijs enim maximum uoluit esse Iusiurandum: filijs autem apud se imposterum sedendi locum concessit. Veritas autem est: quoniam erga Deum duo effectus fiũt. Colitur enim, & timetur: & idcirco fictũ est, Timorem. s. & Zelũ semper Ioui assidere: quoniam hijs duobus demptis Deos nullos fateri necessariũ esset. Vnde Dei nomen apud Græcos deum significat & timorẽ. Et Statius ait, Primus in orbe Deos fecit timor. Cuius fratrẽ Zelum dicunt. Quia religio sine timore pene nulla esset. Alias aũt quas Hesiodus tradit potẽtias, Deo ipsi attribuunt. s. Victoria, Potentia, Vis. Vltricẽque deã. Id est, Rhamnusiam. Credebãt eñ antiq, deã esse uel numen quoddã Fortunæ, q̃ sontes sceleratique punirentur. Ouidius, Exigit & dignas ultrix Rhamnusia pœnas. Dicta est Rhamnusia a Rhamnũte Eubœę oppido. Euentũ. Romani Euentũ bonum & malũ coluerunt. Trepidũque timorem. Bene Euentui Timorem subiunxit. Nam semper in euentu rerum suspensi sumus & timemus. Aetheriasque animas. Id est, Genios, Heroasque, ac Lares, quibus æther sedes est. Diximus alicubi ex Plotini sententia, animos hominum in malos & bonos Dæmones uerti. Bonos autem, ut tradidit Varro, & Hesiodus idem sentit in Ergis in Heroas, Lares, Geniosque uerti, ac ætheris sedem illis constitutã esse, siue, ut uult Hesiodus, Insulas quas Beatorum appellant. Malos uero in Cacodæmonas, Lemuresque, ac Manes transformari. Quamobrem malim hic legere pro nocturnos Lemures, Aetherias animas, ut exemplar castigatus habet: etiamsi priorem lectionem non omnino improbo. Namque poëticæ est licentiæ, alterum sæpe pro alio ponere, ut Castorem pro Polluce, Philomelam pro Progne: & sic hic Lemures pro Genijs, ac Heroum animis a poëta positos. Et mortis imagine Somnum. Princeps medicorum Somnum μίκρον θάνατον, hoc est, paruam mortem uocat. Proinde dictum ab Ouidio, Stulte quid est Somnus? gelidæ nisi mortis imago. Longa quiescendi tempora fata dabunt. In hanc sententiam Plinius inquit. Malignum uero & breue in his etiam quibus largissime contingit, uniuersum utique æui tempus intuentibus. Quid quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spacio uitæ suæ uiuit? Pars æqua morti similis exigitur, aut pœnę nisi contingit quies: nec reputantur infantiæ anni qui sensu carent, nec senectæ in pœnam uiuacis. Cæterum, ne cui dubium sit, cur poëta Somnum cum animabus ætherijs coniunxerit, asscribam carmina Maronis ex libro quinto, ubi circa finem loquitur de Palinuro, qui a Deo Somno submersus est, uideturque sentire Somni sedem in æthere esse, & inde ad Palinurum descendisse. Carmina autem hæc sunt. Ecce Deus ramum læthæo rore madentem, Vique soporatum stygia, super utraque quassat Tempora, cunctantique natãtia lumina soluit. Vix
primos inopina quies laxauerat artus, Et super incumbens, cum puppis parte reuulsa
Cumque gubernaculo liquidas proiecit in undas Præcipitem.

Stygis proles.

Dei uera cultura.

Rhamnusia.

Euentus.

Animarũ superstitiosa transmutatio.

Somnus, parua mors.

Turmatim ascẽdisse ferunt. Quid Eryctea dicam
Orgia Cecropij celebrant cui festa coloni,
Oreque saxifico terrentem Persea Diuos.

Quid Eryctea dicam. Nunc ad eos descendit, qui cũ bene beateque uixerint, Dij facti sunt. Ery-

Et decantatum Nemeço Alcida Leone:
Hic ſecum aſtriferos profert ſua monſtra per axes,
Stymphalidas, cæſtusq; Erycis, uictumq; Erymanti
Colle Suem, & ſemper plagis uiuacibus Hydram,
Raptaque deuictis Acheloia cornua ripis,
Quæq; tulit danaas fulgentia poma Mycænas,
Theſeaq;, & raptũ diſcincta ab Amozone baltheũ.
Iam Tenedi miſere Deum, iam Græcia ſacros
Tyndaridas dedit, & iuratum Roma Quirinum.

ctęus Athenienſium rex fuit, quẽ pro Deo coluerunt. Orgia. Sacrificia. Generaliter em̃ ea ſignificat ſacrificia, quę Dῆs ſiunt. Etiam ſi nõ Baccho, aut Cereri fiant. Cecropiῆ. Athenienſes a Cecrope Rege, ut dictũ eſt, tradunt bicipitẽ fuiſſe, propterea quod prim9 fuit, qui marem fœminę matrimonio cõiunxit. De Perſeo quæ ad hunc locum faciunt uulgata ſunt, & diximus ſuperius.

Eryctęus. Orgia. Cecrops biceps.

Stymphalidas. ſ. aues, apud Stymphalã lacum. Dictas etiam Ploides, quod in aquis degerẽt, ab Hercule interemptas arte & ingenio. Nempe æneę tabulæ ſonitu pulſę ex Arcadia: ui em̃ ſuperari nõ poterãt, propter innumerã multitudinem. Stymphalis em̃, ut Homerus & Pauſanias oppidum, fons, & palus Arcadię. Erycis cæſtus. Eryx Veneris filius uiribus cũ pręſtaret corporis, cum Hercule cæſtibus pugnauit, tandem occumbens. Ab hoc Eryce monti Sicilię nomẽ inditũ eſt, de quo & Erycinę Veneris tẽplo, ac feſto eius in urbe Roma lege quę ſcribunt interpretes Ouidῆ ſuper illud, Numina uulgares, lib. Faſtorũ quarto. Victumq; Erymanthi Colle ſuem. Hoc eſt, Aprum. Vnde nomen aſſecutus eſt Erymanthus oppidũ, mons, & amnis Arcadiæ. Fluuium celebrat in Iouis hymno Callimachus, amniũq; candidiſsimũ uocat. Montem Solinus, & Euſtathius, Oppidũ Pauſanias. Scribit Parrhaſius enarrans hunc Claudiani uerſiculũ, Non Erymanthęi gloria mõtis aper, hunc, & Calydoniũ eadem Sue natos eſſe. Scrofę nomen Phęa, ſed a Cromyone Corinthi pago, ubi diuerſata eſt, Cromyonia uocitatur, ut tradit Strabo. Hanc ſuſtulit Theſeus, ut eſt apud Plutarchũ. Meleager Calydoniũ, Hercules Erymantheum niuiũ aſtu, ut ꝓſequitur idem Parrhaſius. Semper plagis uiuacibus hydram. Latine dicitur Excetra, quã Simonides nonaginta capita habuiſſe canit, Alcęus quinquaginta: ex quib9 ſi quod amputaretur, duo renaſcebantur. Hanc Hercules, adiutus ab Iolao, ſuperauit: qui reciſum cõtinuo caput, ſubiectis flammis inurebat Herculis iuſſu. Porro Herculanorũ laborum, a Poëtis, ut ſuperius indicauimus, celebratorũ omniũ lõge difficillimus ac maximus Hydra Lernęa, malũ pertinax, ac propemodũ inexpugnabile illi, qui iam omnia deuicerat. Cuius ſymbolo ueteres inuidiam exprimere uoluiſſe ſatis indicat Horatius in Epiſtolis, cũ ait: diram, qui contudit hydram Multaq; fatali portenta labore ſubegit, Comperit inuidiam ſupremo fine domandam. Neque uero parũ cõcinne, ut ait eleganter Roterodamus, ueteres illi uident̃ inuidẽtię ſymbolũ Excetrę tribuiſſe. Primũ paluſtri malo, quod (quemadmodũ tradũt etiã naturaliũ cauſſarum ueſtigatores) magis huic morbo ſint obnoxῆ, q humili abiectoq; animo pręditi ſunt. Sunt aũt quibus ſanguis ineſt frigidior, eamq; ob cauſſam & apud Naſonẽ, Inuidię domus eſt in uallibus imis Abdita, ſole carens, nõ ulli peruia uento, Triſtis, & ignaui pleniſsima frigoris, & quę Igne uacet ſemper, caligine ſemper abũdet. Neq; uero cũ ſimplici portẽto res, ſed centũ armato capitibus, quorũ ſi quis unum aliquod execuerit, in eius locũ protinus duo ſuppullulent. Ea uidelicet inuidentię natura eſt, ut ſi contra luctéris, magis ac magis irrites: ſi quãdo coneris ſplendore uirtutis opprimere, tũ inſurgat acrior, & intumeſcat. Hic ſi recidas, illic maior oboritur: carptim extingui nõ poteſt, uix tandẽ obruitur. Verũ id ꝑpaucis cõtigit, ac uix etiã ipſi Herculi. Quanq; em̃ liuor uelut ignis, alta petit, eſt tamẽ omnino aliquid uſq; adeo ꝑfectũ & illuſtre, ut eo nõ poſsit attingere. Quo loci ꝑueniſſe ſeſe gloriat̃ Horatius, cũ ait, inuidia quia maior, Et iam dente minus mordeor inuido. Raptaq; deuictis Acheloia cornua ripis. Miſcuit fabulã ſimul, & allegoriã fabulę: quoniã Achelous Acarnaniã ab Aetolia diuidit, ſolit9q; erat, ita utrãq; regionẽ inundare, ut limites cõfunderent̃, litesq; ſępe orirent̃ inter incolas. Hercules ergo aggeribus uim fluminis cõpeſcuit, atq; intra alueũ fluere cõegit. Per Acheloũ antiq Gręcos imitati, q Acheloũ pro aqua poſuerũt, dixerunt. Lege Macrobiũ, ubi interpretat̃ uerſum Maronis, Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis. Achelous, cũ Thoas antea diceret̃, ab Acheloo, q ex Theſſalia Alcmeonẽ ſecutus eſt, nomẽ accępit. Quęq; tulit danaas fulgentia poma Mycenas. Lucanus. Rettulit argolico fulgentia poma tyranno. Sed qui grauiorem hiſtoriam ſequuntur, di-

Stymphalides. Stymphalis. Eryx. Erymanthus. Phæa. Cromyonia Sus. Aper Calydonius. Excetra. Hydra lernęa, inuidentiæ ſymbolum. Achelous.

Draco Hesperidum. cunt ingentem illum & famosum Hesperidum hortorum custodem Draconem, fuisse pastorẽ cognomentum Draconis ab asperitate morum sortitum: cuius insigni pulchritudine greges cũ Hercules abegisset, affinitas nominis fabulæ locum dedit, ut aurea poma subrepta dicerentur: quod μῆλον apud Græcos & ouis & pomi commune nomen est. Theseaq; .s. ab inferis liberatum. Plutarchus apud Molossorum regem hoc contigisse scribit in uita Thesei. Amazone. Amazone. Quam Rhodius Apollonius Hippolyten, nonnulli Dylicen, & unus Ibicus nouam commentus historiam, ex Briareo natam refert, teste Parrhasio. Discincta. Cinctus. Discinctus. Cinctus absolute expeditus & strenuus, ut contra discinctus mollis & effœminatus dicitur. Hinc Augustus Cæsar, milites in quos animaduertebat discinctos in conspectu Ducis stare, cogebat ut ignominia notaret, ut Macedo Polyenus auctor est. Tenes Deus. Iam Tenedi misere Deum. Tenem .s. cuius meminit Cicero actione in Verrem Secunda, Nihil cum Verre, inquit, de quotidianis criminibus acturus sum. Chio per uim signa pulcherrima dico abstulisse. Item Erythris & Halicarnasso Tenedo prætereo Tenedus. pecuniam quam eripuit, Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur, hunc ipsum inquam Tenem pulcherrime factum, quem quondam in comitio uidistis, abstulit, magno cum gemitu ciuitatis. Item Strabo libro Geographiæ decimotertio. Tyndaridæ. Castor & pollux post mortem Dei habiti a gentibus, & in cœlum fabulose relati. præter cæteros autores habes Ciceronem de natura Deorum, & Horatium in Epistola ad Augustum. Quirinus. Iuratum Quirinum. Hoc est, iuramento affirmatum inter Deos fuisse, & uisum in cœlum ascendere. Lege historiam apud Dionysium, & Liuium in morte Romuli, cuius translationem in Deum, narrat Ouidius in fine quarti & decimi Meta. Cicero in principio primi legum. Cur autem Quirinus dictus fuerit, locum apud Ouidium in Fastis superius ostendimus. Prior editio cantatum habet: sed iuratum magis placet, ut emaculatus codex.

Ecce autem astrifera, qua tollitur altior axis
Sede, choro descendit auum tua maxima proles
Alberte, Ernestusq; suos ueneratur Othones:
Henrici subeunt pone, & uestigia adorant
Sacra Leopoldi: sed longe excelsior ibat
Cum bello tum pace grauis, qui infanda parantes
Oceani domuit populos, Morinumq; subegit.
Hic est qui sapiens olim sine Marte furorem
Vicit Pannonium, & cunctando restituit rem.
Nec dedignatus tantum est tibi maxime Cæsar
Virtutum decus, in partem te iungere regni,
Hic numero Diuum insigni, trabeaq; decorus
Sydereo in solio iuxta micat astra Tonantis.
Vt late fulsere Dei, & quæq; ordine notis
Numina consedere locis, cœtuq; silente,
Talia depromit toruo Saturnius ore.

Ecce autem astrifera. Diximus particulã hanc semper aliquid magnũ importare, & propterea Heroas Austriacæ domus, quos in deos relatos dicit, cæteris Dijs præponit. Qua tollitur altior axis. Antiqui, ut dicebã, in æthere circa Lunarem circulum, uel in corpore ipsius Lunæ po fuerunt. Puto autem, qa dicit animis Principum Austriæ altiorem sedem ac sublimiorem sede cæterorum Deorum attributam esse, allusisse Poẽtam ad magnitudinẽ do mus Austriæ, quæ ætate mea Germaniæ, Belgicæ, Hispaniæ fere toti: in Ita

Austriæ domus amplitudo. lia Daunis, Appulis, Calabris, Salentinis, Brutijs, Lucanis, Campanis, ac parti Cisalpinæ Galliæ imperat. Tua maxuma proles Alberte. Rodulfi Habspurgij Cæsaris filium denotat, qui patri in Imperio successit, ut lib. primo annotauimus, super illud, Venturam a sanguine magno Progeniem audierat. Nescio quo cõsilio Poëta miscuerit Habspurgensi familiæ antiquos Austriæ Principes, qui stirpis Leopoldinæ nomenclaturam sortiti sunt, quorum origo ex inclytis Sueuorum ductoribus fuit, qui ei genti olim imperitarunt, qui hodie Sueuicum nomen referunt. Vtriusq; gentis Principum seriem & catalogũ texuere Nauclerus & Irenicus. At Stabio nostro Habspurg. ipse genus non alter diligentior tradidit. Sacra Leopoldi. Hic ob maximam eius in CHRISTI religionem obseruantiam, beneficentiamq; in pauperes pius atq; libe-

ralis dictus, cuius caluitium in quadricubitali defæcati argenti arca cōditum, maximis cū clare-ret miraculis, nostra memoria, curante Maximiliano Aug. in diuos relatus est, Pont. Max. ad-sentiente, & præsente Mariano Bartholino patruo poetæ: corpore eius ex humili sepultura, ad ornatissimū Mausoleum translato, quod in ditissimo templo Neoburgę Austriacę colitur. Hic se dum niueret Marchionē Orientalē appellauit, & ex Agnete Imperatoris Cæs. Henrici Quarti Aug. filia, ac Friderici Senioris Sueuię & Franconię Ducis Imp. Cæs. Friderici primi Aug. aui, relicta uidua sustulit inter cęteros filios Othonē maximę eruditionis uirū, & ob morum gra uitatem Frisingensis Ecclesiæ Episcopum declaratū, cuius historia rerum gestarū a mundi initio ad Eugenij Tertij Pont. Max. Cæs. q; Conradi Tertij Aug. eiusdem Cæs. Friderici patrui tempora, abundatissimarū rerū copia & sententiarū uarietate in libros septē digesta, ut ad Maximilianum scribens ait Peutingerus noster, citatur a grauibus autoribus. Sed longe excelsior ibat. Designat Maximiliani patrem Fridericū Augustum. Eligitur Imperio uacante ad annū a CHRISTO quadragesimū post Mille Quadringentos, adulescēs eū moribus maturus, annum ætatis agens Vicesimū sextum, uel circiter. Morinumq; subegit. Expeditionem cōtra Brugenses, qui in Morinis sunt, intelligit, cuius a nobis mentio habita est libro primo: ut & belli Mathiæ Hungariæ regis cū Friderico, quod hic quoq; innuit poeta. Cunctando restituit rē. Erat enim Fabio Maximo propior quā Scipioni, multa reponēs in cunctatione, nihil illi de celeritate conficiendę rei. Notauit id Campanus, cæteri. De Fabio uersus ille Ennianus celebrat, Vnus qui nobis cunctādo restituit rem. Tantum est tibi Cæsar Virtutum decus. Producam externum testem & grauissimū. Nempe iam dictum Barbarū. Producam & alterū Pandulfum Collinucium, quando in ore duorum uel triū stat omne uerbum, uniq; testi, nec Catoni creditum est. Quid uterq; de Maximiliano dixerit, & uere quidem, pete ex luculentissimis eorū orationibus. In partem te iungere regni. Scribit Albertus cap. primo lib. decimi Tertij Saxoniæ, Fridericum de iungendo & adsciscendo filio a Principibus interpellatum respondisse. Filium nos nostrum propius agnoscimus. Nec uoluisse ulla de re, minus, ut ferunt, audire q̄ illa. Id siue ex sententia dixerit, siue quadam simulatione prætulerit, siue etiam magnum opus administrandi Imperij euiscerati filio auerterit, incertum est. Poterat tamen illum ad mutandam sententiam inflectere, & maturior nunc ætas filij, & recens de hostibus uictoria. Magno enim ore multorum efferebatur, quod sine paternis armis, sine amicorum ope, tantam in Gallos & Flandrios rem peręgisset: quamuis pro magnitudine hostiliū uirium satis erat uicisse, dum tantis armis nō cederet. Hermolaus item astipulatur ille Barbarus, qui in Oratione ad Fridericum ipsum, Verebaris, inquit, modestissimus & grauissimus Imperator, ne si precibus Principum omnium protinus annuisses, aut charitati patris in filium, aut ambitioni datum esse iudicaretur. parum tibi uidebatur, præstare Cæsarem in alios, nisi aduersus teipsum quoq; pręstitisses, & quæ sequuntur. Satunius. Iuppiter: quo epitheto poetæ dant iratum Iouem intelligere, ut etiam de Iunone. Sic superius. Belliferratos rupit Saturnia postes.

Leopoldus pius, in Diuos relatus.

Otho Frising. diui Leopoldi filius.

Frid. III. electio in Regem.

Maximiliani ad Imperium euectio.

Saturnius.


AVSTRIADOS LIB. Noni Finis.

¶ LIBRI DECIMI ARGVMENTVM.

¶ Decimus habet Iouis orationem, qua deliberat accelerādum Roberti Palatini fatū: inibiq; nonnullæ temporum suorum clades recitantur. In fine orationis, occulte, ne Deorum animi ad Pathos mouerentur, uxoris quoq;, & filij mortem innuit. At Pallas postquam decretum est, rogat Palatino diuinitatem dari. Sequitur & Dianæ oratio, Iouis iusiurandum in Cæsaris felicitatem. Qui mox Mercurium ad Parcarum sedes mittit, ut fatum Roberti interrumpant: ubi Parcarum sedes describitur: pestisq; ab inferis euocata, Robertum inuadit, qui post querimoniam tam desidis exitus, moritur. Inde uxoris super ipsum lamentatio, ipsiusq; ac filij repentina mors. Accurrit pater, qui super corporibus patheticam, sed grauitatis plenam orationem habet. Deinde mandantur sepulturæ. Sequitur belli Boemici descriptio, non longn a Ratispona,


quam Regionem alij dicunt, Poëta Reginum appellauit, ubi mons Solis est. Inde Cæsaris oratio ad milites, Langiq;, ad eum responsio, quorundamq; Principum qui eidem bello interfuerunt, nomina. Pugna atrox, multorumq; cædes ingens. Iamq; ad currus peruentum erat, cum Pallas Doridem oceani uxorem petit, impetrat undas, nubesq; concit. Pluuia immensa oritur, utrinq; pugna relicta est. Diana cum dolos nouisset, Messanam Siciliæ petit, Phœbumq; fratrē, qui illic stabulauerat, cum equis rogat ut nubes dissipet. Interim fama Roberti mortem attulit. Concussi Boemorum animi, qui tandem uertunt terga fuga, & Cæsar uictoria potitur.

¶ AVSTRIADOS Liber Decimus.



AETERNAS MVNDI LEGES,
ET FOEDERA RERVM
Iam connexa, mihi uoluendo ex ordine, nunquam
Mens fuerat damnare, diemq; abstrudere terris, (De mundo opiniones philosophorum.)
Ex quo me Alcmenæ iunxi, magnumq; creaui
Amphitrioniaden, & nox mihi paruit ingens,
Occuluitq; iubar plus æquo Pythius alto
Oceano, & fratrem mirata est Luna morantem.
Sed nunc Cœlicolæ magni, & genus omne Deorum
Syderei, sedem quicumq; subistis olympi,
Audite hæc, animisq; omnes mea figite dicta.
Bella diu in terris Regum uiguere, nec ulli
Pugnando innumeras pudor est deperdere gentes.
Nam quot Tarpęa uidi de rupe triumphis
Parthenopem egregiam? quantas lux una tenebras
Attulit? Insubres memorem, quos Gallica pubes
Alterno fractos motu, uarioque tumultu
Perdomuit, uictrixq; Padi calcauit arenas?
Transijt hoc animo, nec me fortuna peracti
Sollicitat: ueniet lustris labentibus ætas,
Qua puer insignis regno potietur auito,
Et Cisalpinas exactis hostibus urbes
Inuiset: uerum Cæsar Germanicus, una
Cura mihi, & mundi regio qua labitur Ister,
Iam contra insurgens commouit bella Robertus,
Arctöosque replet sociali cæde penates.
Et quamuis Marte inuisa Tritonide Cæsar
Exuperet, uictorque aquilas, & signa reportet:
Surgent bella iterum populis, maioraq; mundo
Funera, replentes crebris plangoribus auras,

¶ In Austriados Lib. X. Iac. Spiegellij Scholia.



AETERNAS mundi leges. Plato Deum ad sui exemplum ait mundum affinxisse. Aristoteles sempiternū esse uult. Epicurus plane interiturū. Xenophantes sempiternum, corruptionis expertē. Pythagoras & Stoici genitum a Deo, sed ex sua quidem natura nequaquam interitus immunem. Aeternū esse mundum tradidit Iulius Firmicus in Secundo: inter alia asserens, non facile posse originem mundi ratione concipere, aut explicare humanam fragilitatem. Deflagraturū mundum minatur Heraclitus, autor est Themistius lib. Physicorū tertio. Porro mundum duraturum ad sex annorū millia putarūt multi: et Hieronymō uidebať. Theologi tradunt primā mundi creationē factam fuisse in primi tēporis æquinoctio, id est, uerno, qui dies intelligitur. xi. Calendarū Aprilis, hoc est, uicesima secunda Martij dies, quando primus est Pascatis dies, id est, primi mensis, dies primus. In lege enim mandatum est, ut undecima die pri-

Tristia lugebunt natorum uulnera matres.
At si Phalsgraphides uenturis uiueret actis,
Nunquam pax bello fieret: maiora refellit
Hic sceptra, ille parem non uult, nec fœdere iungi.
Ergo innexa chaos repetant elementa, diesq;
Dispereat, Phœbusq; suo declinet ab ortu?
Impia ne radijs, retegat tot facta reuectis?
At non sic, præstat sed bello imponere finem,
Quem fore sic uideo, magnũ si Marte Robertum,
Cuius ab astrifero dudum spectastis olympo
Pugnaces animos, sontesq; in bella furores,
Ante diem morti dedam, secumq; nouandi
Crescentem belli spem: ne nocitura futuris
Interrumpat iter rebus: nam plurima magno
In Latio Rex bella geret, cum gallicus horror
Proteret Insubres, atq; Adria fulserit armis.
Sic pater effatus longum tremefecit olympum.

mi mensis uespere præpararent ad pasca faciendum decimaquarta mensis die, id est, ab undecimo. Iam enim uesper decimi diei in undecimũ lucet, ut ab undecimo Calendas Aprilis initiũ esset primi mensis. Autor diuus Augustinus. Sacris literis cõcordãt gentilium plures, qui mũdi natalem tribuunt uerno tempori. Hinc Maro Georgicorũ secũdo cecinit. Non alios prima crescẽtis origine mundi Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem Crediderim, Ver illud erat, Ver magnus agebat: Orbis & hybernis parcebãt flatibus Euri, Cum primũ lucem pecudes hausere. & cætera. Similia scribit & in quinto Lucretius. Mihi uoluendo ex ordine nunquam Mens fuerat damnare. Hoc est, nunquam subijt ratio aliqua hactenus, qua ego impellerer, ut leges & fœdera rerum damnarem in futurum. Ex ordine uoluendo. Id est, qui in futurum etiam, ut prius uolui deberet. Cæterum pro subijt, reposui fuerat, iuxta melius exemplar. Ex quo me Alcmenæ iunxi. Nam tunc uidetur Iouem seriem rerum interrupisse, cum tres noctes pro una in concubitu cum Alcmena computatæ fuerint, Solq;, atque cætera sydera cursum suum naturalem non retinuerint. Sed obsecro, quid Plinianum illud uidetur, qui ait, ætate sua septem dies utrumq; sydus, id est, Solem & Lunam, quæsitum? Arbitror ingentes fuisse nebulas: uel quod in puteis quæsierint. Nam quot Tarpeia. Deplorat calamitates Italiæ, Regni Neapolitani scilicet, & Galliæ Cisalpinæ. Parthenopem egregiam. Hæc urbs, de qua plura Procopius libro primo de bello Gothorum, ob multa insignis, sed Maronis uatis sepulchro celeberrima. Nomen accæpit a Parthenopes Sirenis sepulchro, ut tradit Plinius, & scridit Sillius in principio duodecimi. Augustus postea Neapolim esse maluit. Hoc nominis, ut Strabo docet, sortita: quoniam eam uariæ gentes incoluerint. Insubres. Mediolanenses. Qua puer insignis. Quamquam Scholium excuso Codici asscriptum, refert ad Ducem Mediolanensem Maximilianum, qui restitutus a Maximiliano Imperatore ætate nostra; ipse sui ac patriæ proditor, Arcem Mediolanensem, Ducatumq; in manus Gallorum tradidit, ego tamen ad CAROLVM tum Hispaniarum, ut aiunt, Infantem, hoc est, Principem, refero. Nam cum hæc scribebantur, puer erat. Et dixit, Regno societur auito. Quoniam FERDINANDVS Rex eum omnium regnorum suorum hæredem reliquit. Tristia lugebunt natorum funera matres. Ad cladem Boemicam respexit.

Parthenope.

Neapolis.

Hic sceptra. Scilicet, Robertus. Ille parem non uult. Scilicet, Albertus. Ergo innexa chaos. Per interrogationem legenda sunt. At non sic. Quasi dicat, Ordo, quem statui delendus non est, sed modus inueniendus, ut bello tandem finis detur. Pereat ergo Robertus, & secum crescens belli spes, id est, filius, in quo fortasse fatum erat, ut paterna odia imitaretur.

In Latio Rex bella geret. Prognosticum uerissimum futurarum cladum & rerum a Maximiliano Imperatore contra Gallos gerendarum: quas eleganter scripsit Aloysius Marlianus Mediolanensis, cuius ante feci mentionem.

Stabant ancipites Diui, nec pergere contra
Audebant dictis: tunc Pallas Gorgone sæua

Ante Iouem sistens, mœsto sic incipit ore.
O hominum rector, Diuumq; æterna potestas,
Numine qui cœlum torques, quæ tanta lacessunt
Iurgium. Iurgia te genitor? iuuenem quod dedere morti
Iniuria. Immeritum ante diem, & dotali expellere regno
Immotum sedeat? nunquid sacram Elidis ædem,
Altaq; Maurusi rapuit delubra Tonantis?
En ego bellipotens, capitisq; excelsa paterni
Progenies iam uilis ero, frustraq; Gygantes
Strauimus, atq; altis Serpentem affiximus astris,
Qui parte hac propius, totidemq; reflectitur illa
Orbibus, atq; duas intermeat algidus Arctos.
Nam ego quem foui in terris, iuuiq; superstem,
Infandum, o Superi, uitali pellimus aura.
Scilicet hoc pacto dominus, uictorq; per orbem
Imperium terræ Cæsar regat, omnia solum
Draco cœlestis. Respiciant, rerumq; decus post tollat in astra,
Atq; iterum effuso iactet se sanguine Diuum.
Quid iuuat, e belli flammis, fatoq; Robertum
Conseruasse meum, & uento uexisse per auras,
Si tanta a rerum mole, & flagrantibus armis
Abstrahis ante diem, & iuuenili surripis æuo?
Verum si hæc fati sedet alto in corde uoluntas,
Non ueto: sed saltem mundi da maxime rector
Scilicet. Huic iter ad Superos, atq; inter magna relatum
Sydera, fac numen: sic nec mentita uidebor,
Quæ toties illum dixi post fata iubentem
Te sperare polum, qui factus numen ab alto
Puluereas acies, atq; aspera bella uideret.
Pollicitis, tu magne pater precor annue nostris.
Dixerat. at contra surgens Diana locuta est.

Quæ tanta lacessunt Iurgia te genitor? Hoc est, qbus iniurijs cōmoueris ad hæc? Nam iurgium contentio est, Iniuria contumelia. Et dotali expellere regno. Prætexit ius dotis, q̄d in hoc, ut nostri aiunt, casu locū nō habet. Id superius indicauimus. Conat̄ autē arguere Iouem ab iniusticia. Maurusi Tonantis. i. Iouis Arenarij, a populis sic appellati.

Frustraq; gygātes strauimus. Quoniā cū Ioue contra Gygantes pugnauit. Et serpentē affiximus astris. Fabulā refert Higynus, figurāq; eius cœlestē describit, cuius intersectiones eclyptica discernūt loca. Qui parte hac ꝓpius. Caput Draconis & caudā eius ītelligit, de quoꝝ tamē loco et genethliaci, ut de significatione quoq; diuersa prodidere. Supstem. Pro superstitē: ut Maro extinxem dixit, ꝓ extinxissem. Scilicet. Per cōtemptū (nisi sit declaratiua particula) accipitur, Maro. scilicet is Superis labor est. et Terentius. Id populus curat scilicet.

Dominus. Per derisionem, ut Maro in. 4. Dn̄m Aeneā dixit. Iactet se de sanguie diuū. Propter Venerē & Palladē supatas a Cæsare. Sydera fac numē. Quod deberet in cœlū trāsferri nō ignorabat Pallas, q̄d inferius refert Iupiter: sed cupiebat, ut numinis loco haberet̄ a mortalib. Multi em̄ fortasse cœlo fruunt̄, & tn̄ numina dici non possunt, sed
Beati. Beati. Numen tantū eoꝝ, qui in Deoꝝ nūero asserunt̄, nomē est.
Numen. Puluereas acies. Denotat pugnā Böemicā.

Credebam o genitor, ueteris fera iurgia litis
Discessisse animo paulum, sed Palladis ira
(Cum nunquam nostris contraria desinat actis)
Cogimur effari, coramq; has fundere uoces.
Ex quo Iunonem fugiens Latona furentem

Cum nunquā nostris contraria desinat actis. Nullus adeo uehemens affectus est, qui non longinquitate temporis minuat̄ atq; mollescat. Solus inuidiæ liuor indies

Appulit instabilem deuecta per æquora Delon,
Olli uenturam magna de stirpe canebas
Heroum prolem, dextraq;, opibusq; potentem,
Quæ regeret terras, quas arcticus alluit Ister.
Et tandem in Latium bello transiret apertis
Alpibus, Austriadum genus hoc fore, rite recordor
Dicere te genitor, curam tibi Iuppiter uni
Augere hanc gentem, magnaq; ab origine Reges
Seruare, atq; illis mundi committere habenas.
Dicta precor serua, ueniat translatus ad astra
Vt lubet, & currus per sydera torqueat heros.
Nulla mihi inuidia est, iam prælia spectet olympo
Cæsareasq; acies, ita nec mentita coletur
In terris Pallas, detur: nunquam ne quietum
Diua geres animum? aut tolles cum Cæsare litem?
Tunc decuit seruasse modum, cum Belgica mouit
Menapio exoriens contra gens littore bellum,
Gens infrena, ferox, ubi te per castra, per enses
Vidimus armatam, & magno cum turbine Martis
Oceani urgentem populos, pugnamq; cientem,
Cumq; tibi uetitum iussu Iouis arma sorori
Enceladi, quæ inuisa Deis dementia fertur,
Porrexisti amens obscura in tartara mersæ.
At si præteriti stimulat te uulneris ardor,
Austriadem contra quæ te impulit ira potentem?
Cæsar cura Deum, multos dominabitur annos.
Annuit omnipotens hoc Iuppiter, ipsa querelas
Iam pone, & fatis parere assuesce futuris,
His dictis, Cytheræa sui haud oblita cruoris
Mussat, & apta sibi meditatur tempora fandi.
Cum solio omnipotens considens Iuppiter aureo
Incipit. Inter uos tantas componere lites
Tempus adest, mihi q̄d facto est opus, ipse facessam.
Quod quæris dabitur Pallas, Latonia Phœbe
Phalsgraphidem accipies, medioq; locabis in orbe.
Nec Ducis egregij tristabere Cynthia fato.
Hæc etenim uentura tibi stant condita mente.
Aetheriam in sedem cum numina sancta uocarem
Prædixi, nec pollicitis fraudabere nostris.

magis atq; magis augetur. Pluribus Plutarch9; magnusq; Basilius hoc uitium detestantur.

Olli uenturam. Laus maxima gentis Austriæ ab antiqua origine, et q̄si ad Imperium terræ uoluntate Deorum natæ.

Et tandem in Latium. Alludit ad Maximilianum Cæsarem.

Nulla mihi inuidia est. Vt scilicet Mineruæ de successu Cæsaris.

Tunc decuit seruasse modum. Tacite Belgarũ furorem in Cæsarem arguit. Menapio. Belgico. Dementia. Fingit Poëta Enceladi sororem fuisse, qui Gygantũ antesignanus fuit & Princeps. Claudianus. Ipsius Enceladi fumãtia gestat opima Summi Terrigenum Regis. Alij Porphyrionẽ tradiderunt & Alcyoneum. Enceladũ uero Aetnæ suppositũ canit Maro: & Callimachus ad hanc sentẽtiam græce scribens. Immanẽ Enceladũ triquetris premit insula terris. Enceladus.

Cytherea mussat. Scitum figmentũ, quare nõ loquit̃ Venus: quia ubi diuina ratio casto corpori iuncta est, Veneris illecebris locus non dat̃: q̄d per Palladẽ & Dianã intelligim9. Mussat. i. tacet. Mussare. Ennius. Nõ possunt mussare boni. & Terentius, Mussitãda iniuria est. Potest hic quoq; poni ꝓ dubitat, cogitat. Maro. mussat Rex ipse latinus. Vel mussat, murmurat. Idẽ.

Interea Cæſar toti dominabitur orbi.
Sic fixum eſt animo, Manes obteſtor auerni,
Et ſtygij fluuia atra uadi, ſat fulmen Oilei
Sit tibi, & Euboicus conterritus igne Caphareus.
His dictis tremuere apices, & culmina olympi.
Inde pater ſolio deſcendens Iuppiter alto,
Sydeream in ſedem, Diuum comitante caterua,
Se confert, mundumq; alta deſpectat ab arce.
Sic omnes abiere Dei, cœtuq; ſoluto,
Quiſq; ſuas repetit ſedes, & templa reuiſit.
Nec mora, Parcarum iubet agmina ſæua ſororum
(Quas modo ſcribendi ſolito diſſoluerat uſu)
Mercurium petere, interruptaq; poſcere fata.

fit ſonitus muſſantq;. Quod quęris dabitur. Nã prius q̃ȝ Iupiter Palladi erat pollicit9, ut Robertus trãſferret in cœlũ. Cũ numina ſctã uocarẽ. i. cũ deſtinarẽ, ſtatuerẽ, indicere conciliũ Deorũ. Nã anteq̃ uocaret Deos uẽtura p̃dixerat Palladi: unde pri9 ſomniũ nutricis deſcribiẽ, Sat fulmen Oilei. Aiacis oilei filij. Senſus, hoc ſatis eſt te de illis uindictã ſumpſiſſe & irã. Vt aũt Gręci circa Caphareum grauiſſima tẽpeſtate fatigati fuerint, ſuperius enarratũ eſt. Scribendi ſolito uſu. Et id explicauimus ex Capella. Interruptaq; poſcere fata. Quoniã ante diem a fatis ſtatutũ moriturus erat Robertus. Vide Seruium ſuper hoc Poëtæ. Nam quia nec fato merita, nec morte peribit.

Mercurij quatuor. Nec mora, præpetibus Maia ſatus euolat alis
Parcarum ad ſedem. ſtat circum ferreus olli
Prædurusq; obex, ſolidoq; adamante Dearum
Sunt poſtes, atq; ære gradus, clauſoſq; receſſus
Nulli fas aperire Deum, nec ſcindere ferro,
Hinc horæ, ſoleſq;, atq; irremeabile tempus
Remigio alarum, & uario diſcrimine uitæ
Naſcuntur, pereuntq; ſimul: latet orbita rerum,
Ordoq;, & obducto primo ſtat limine regni
Parcarum ſedes. Ore uigil Cura, & digito dat ſigna tacendi.
Ergo illuc ſumpto properat Cyllenius hydro,
Atq; Iouis mandata refert, properandaq; poſcit
Fata Ducis. Contra cui ſic ſoror una profatur.
Atlantis proles, & Diuum nuncius arcas,
Fata ſuo ſtant firma loco, ſua quemq; moratur
Certa dies, nulliq; datur mutabilis hora.
Sed tamen omnipotens cum Iuppiter omnia ſolus
Et regat, & uideat, ſua iuſſa capeſſere fas eſt.
Dixit, & officio indulgens mouet ore ſupremum
Carmen, funereis dtuoluens ſtamina fuſis.

Maia ſatus. Quatuor Mercurios accæpimus, Vnũ Iouis & Maię filiũ. Alterũ Cœli & Diei. Tertiũ Liberi & Proſerpinę. Quartũ Iouis & Cyllenes. Verũ oẽs ad Maię filiũ referunẽ. Maiæ pater fuit Atlas. Vnde Mercurius Atlãtis nepos, ut ſupradictũ eſt a poetis dicitur, ut a noſtro mox, Atlantis ꝓles. Stat circũ ferre9 olli. Deſcribit Parcarũ ſedẽ, quã dicit ferro & adamãte munitã. Nemo eñ eas ſuperare põt. De q̃bus ſic ait Heſiod9. Nox Sortes & Parcas ſæuas in puniendo genuit Clotho, Lacheſim, et Atropon, q̃ mortalib9 ab ortu bonũ malũq; p̃bẽt. Hæ Deorũ atq; hoim ſcelera iſecutæ, nunq̃ ab ira deſinũt, q̃ad is qui peccauerit meritas luerit pœnas. Clauſoſq; receſſ9

Fatum. Nulli fas aperire Deum. Sequiẽ opinionẽ de Fato. Id ita Chryſippus definit. Fatũ eſt ſempiterna quędã & indeclinabilis ſeries rerũ, & catena uoluẽs ſemetipſa ſeſe, & implicãs ꝑ æternos cõſequẽtiæ ordines, ex q̃bus apta cõnexaq; eſt. Subeſſe aũt fato Deũ arbitratos fuiſſe antiq̃s tradit Ennius, ut recitat Cicero. Fatũ ſummũ exuꝑat Iouẽ. & Maro multis in locis, Fata obſtãt. Hinc horæ ſoleſq; & irremeabile tẽpus. &c. Indicat ex Fato pendere oĩa, oĩaq; Fato ſubeſſe. Vt aũt ex reuolutiõe primi mobilis cœli tẽpus oriẽ, mira ſolertia diuus Auguſtinus indagauit; ut patet in cõ

opere, q̃d Confessionũ inscripsit. Quãta uero sit tẽporis iactura, docet Seneca. Et uario discrimine uitę. Quoniã bonum & malũ, felices uitæ progressus ac infelices, Fato attribuimus. Latet orbita rerũ. Id est, semita. Vel perstat in eo q̃d Chrysippus dicebat, fatum esse catenã uoluentem sese. Nam orbita, reuoluentiũ se rotarum uestigiũ in molli solo est. Ordoq; . Per æternos consequẽtiæ, ut iam dictũ est, ordines fatũ implicãs. Et obducto primo stat limine regni Ore uigil cura. Ordo uerborũ. Vigil cura stat ante fores Parcarũ, obducto ore, id est, obligato, clauso. Sensus autẽ est, Et si nulla maior cura, q̃ de summa uitæ ac rerum nostrarũ singulis momentis in nobis est, quia tamẽ nescimus quid uesper uehat, multaq; inter calycem et labra nobis nihil tale opinãtibus occulto quodã rerũ ordine interueniũt, idcirco Poëta, obligato ore Curã describit. nihil enĩ certi ꝓmittit. Vnde merito a Seneca dictũ est. Nemo tã diuos habuit secũdos Crastinum ut possit sibi polliceri. Et digito dat signa tacendi. Quoniã in occulto sunt Fata posita, nec a nobis percipi possunt. Sumpto hydro. Id est, Caducæo, quem connexis utrinque serpentibus figurabant: quod orationis Deus existimatur, cuius uis immanissimos quosq; conciliat, ut apud Macrobium legimus, & Higynum. Idcirco ab exteris gentibus in pacis argumentum prætendebatur, autor Plinius. Quin & pacem petentes legati, Caduceatores dicuntur. Cato, Caduceatori nemo homo nocet. Eosdem Verbenarios Varro, a uerbenis, hoc est, a sagminibus quæ gestabant, appellauit. Nulliq; datur mutabilis hora. Nam sola Mors ex omnibus Dijs neq; muneribus, neq; promissorum spe capitur, ut canit Aeschylus. Nec ordinis, nec ætatis, nec fortunæ rationem habet ullam. Sed tamen omnipotens. Superius Deos fato etiam subesse dixit: hic fatum ex uoluntate Deorum immutari posse describit. Siquidem per Fatum prius intellexit seriem illam & ordinem incommutabilem: hic uero per fatum exitum, finem, mortem in homine intelligit, id est, diem fatalem. Quid si pro ordine rerum hic quoque acciperes, iuxta dogma fidei nostræ, qui negamus omnino fatum esse, & a DEO omnia, ut uult gubernari dicimus. An fato omnia fiant, Plato in Timeo disputat, & in illum Chalcidius interpres.

Orbita. Cura. Caducæus. Caduceatores.

At Lusitano diffunditur Oceano nox
Interea, densatq; umbris humentibus orbem,
Ecce autem pestis, monitu Iouis, extulit imo
Pallentes Erebo uultus: cui mortis imago
Fit comes, & macies, noctiq; simillimus atræ,
Ferreus est olli somnus, luctusq;, pauorq;,
Fatalesq; ardent morbi, pœnæq; sequaces
Ipsa cruentata præcingens tempora uitta
Terribili squallore, oculisq; undantibus horrens
Phalsgraphidæ herois sedes, atq; atria lustrat.
Vt passim diri feralia semina morbi
Sparsit, & inferna confecit tabe penates,
Ad Manes redijt, uultusq; recondidit umbris.

Lusitano Oceano. Hispanico. Lusitanię terminos scribit Plini⁹ cap. 21. & 22. libri quarti. Refert idem lib. 3. ex M. Varronis sentẽtia, Inter cęteros Bacchi comites Lusus, & Lusa fuisse memorantur. Hos ex suo nomine Lusitaniam nuncupasse. Idem refert & Martian⁹ in sexto. Ecce autẽ pestis. Descriptio pestis ab effectu. Noctiq; simillimus atræ, Ferreus est olli somnus. Apud Papinium in decimo Thebaidos, & Ouidiũ in undecimo Transformat. est elegantissima Somni descriptio. Fatales morbi. Vnus inter mille modos mortis naturalis est, ut uidelicet non morbo, aut ui, molestiaue, sed resolutione uita discedat. Siquidem unicuiq; sua portio est humidi, in quẽ naturalis continue calor agit: quo deficiente, instar lychni ardentis extinguitur uita. Sed pauci hac morte soluuntur. Morbis potius pereunt, suffocato calore ex humore superfluo. Oculisq; undãtibus horrens. Respexit ad morem hominum morientium, quibus hac illac oculi uertuntur.

Lusus. Lusa. Lusitania. Mors naturalis.

Protinus ut dira est contactus peste Robertus,
Excutitur somno: quis enim tremor occupat artus?
Inquit, & infando trepidant quo membra dolore?
Quo uires abiere meæ? fatum ne paratis

Infando dolore. Qui fari nõ possit. Porro quod horremus & mirũ in modũ ob sui nequitiã offendit, & ab aurib⁹ atq; aĩo

Crudelesq; Parcæ? nequicquam terreor ipsa
Lege obitus, cunctis quæ se mortalibus offert.
Culpo locum, turpiq; adimi mihi fine labores,
Heb. 9. Indignorq; thoro, saltem inter Martis alumnos
Effudissem animam, non ultima fata dolerem.
Cur, testor Diuos, & conscia numina nostræ
Mortis, & humiuago labentia sydera cursu,
Hoc merui? dixit. conatus tollere corpus,
Deficit, atq; animam peste eluctante fatigat.
Non aliter Pharia percussus arundine serpens
Torquetur, spirisq; ingentibus aspera pulsat
Saxa, & lœtiferum diffundit ab ore uenenum.
Vt uires periere, iacet, & continet ægre
Singultantem animam, caudaq; inflectitur ima.

abhorret, id infandū nefandūq; dicimus. Cunctis quę se mortalibus offert. Apud Apostolū scriptū est. Statutū esse hoibus semel mori: a qua quidem lege nec alienus esse uoluit Christus. Placitū Theologorū est, quamq; genus humanū rõne corporis ex elemētis cōflatū dissolui consentaneū est, ob remediū nihilominus Adamo collatū, poterat nō dissolui, si Dei mādata custodiuisset. Verū, ut nō est quod nos miseros hoies atrocius affligit, q̄ terror mortis, qua in primo Adam omnes sumus mulctati, ita in morte & resurrectione CHRISTI ea consolatio denunciatur: qua non maior humano generi nunciari possit, scilicet, commune malum omnium, mortem, esse ita uictam, ita credentibus subiectam, ut ad uitam (quam uidetur absorbere) cogatur plus cæteris cooperari. Vnde Prudentius noster Poëta sanctus, in exequiali carmine, Mors, ait, ipsa beatior inde est, Quod per cruciamina lœti Via panditur ardua iustis, Et ad astra doloribus itur. & inferius. Mors hæc reparatio uitæ est. Culpo locum. Magnitudo animi Roberti ostendit. Turpi fine. Morte uili, ac segni. Quod maxime Aeneas apud Maronem querit, illos ter & quater felices iudicans, qui pro focis, aris, & patria fortiter pugnantes occubuerant. Cur hoc merui. Vt scilicet, tam deside morte oppeterem. Et continet ægre singultantem animam. Sic legi debet, ut est in emendato codice.

Resurrectio Christi, mortis uictoria.

At patris ætherei iussu Cyllenius ales
Descendit, uirgamq; gerens, qua tristia pandit
Tartara, pallentesq; animas, Manesq; profundos
Euocat, hac iterum defunctos destinat Orco.
Nec mora, luctantemq; obitum, uitamq; resoluit
Aliger attactu uirgæ: spirabilis aura
Effugit ad Superos: uenienti cornua pandit,
Ingentemq; sinum laxat titania Phœbe.
Hic, ubi terrestres animæ, quas ferrea uirtus
Et labor, & pietas, & rerum uicta cupido
Extulit ad cœlum, uentura in secula uiuunt.

Diactoros Mercurius.

At patris ętherei iussu. Locus sumpt9 ex Marone notissim9. Vnde etiā Gręci Diactoron. i. deductorē ad inferos noiant Mercuriū. Venienti cornua pādit Phœbe. Id q̄d supius Iupiter erat pollicit9, et etiā in somno Nutricis uisum fuerat. Terrestres. Non origine, sed cōuersatione & domicilio. Corpus enim e terra est, q̄d animæ inhabitāt. Quas ferrea uirt9. Huius iter summis conatibus inter acerba sectandū monstrat compendio Prudentius noster libro aduersus Symmachum secundo: latius autem Lactantius libro sexto. Et rerum uicta cupido. Sola enim Dei fide uiuens & fiducia rerum exutus assequitur uiam Dei.

Protinus attonitas inuasit coniugis aures,
Quæ uigilans longam famula cum Cælide noctem,
Depingebat acu chlamydem, circumq; retorti
Cornua Danubij contexere cœperat auro,
Fama mali, ruit exanimis, ferturq; per alta

Protin9 attonitas. Laus uxoris Roberti ab ingenio & honestate. Cælide. Nomē famulę. Depingebat acu chlamydem. Flumina eī in limbo chlamydis depinge-

Atria Bacch=

Atria Bacchantum similis, fœdatq; cruenta
Ora manu, laceratq; suos miseranda capillos.
Vtq; uirum aspexit, nequicquam conscia fati,
Proruit, exanimesq; amens amplectitur artus,
Pallenti tales erumpens ore querelas.

bantur acu. Maro, Purpura Mæandro circùm melibœa cucurrit.

Me miseram, uigilo ne? an mortem coniugis orba
Somnio? si uiuis, responde. Veh mihi, non plus
Cor salit, heu nullus sentitur spiritus oris.
Men linquis? saltem uita o mihi charior ipsa,
Hausissem extremos animæ fugientis hiatus.
Quo mea spes abijt, belloq; exercita uirtus,
Quam totiens laudaui, animiq; nec indiga uixi?
Nunc quid agam infelix? hostilibus ambior armis
Fœmina, nun raptis ducar captiua triumphis?
Vel circum aspiciam turmas, lateq; furentes
Cæsareas acies quas tu terere ante solebas?
Quid loquor o demens, funesto nectite collo
Vincula uos famuli, aut corpus fluuialibus undis
Mergite, & inuisis animam diuellite terris.
O nimium felix, si connubialia sacra
Dij nunquam tali pepigissent nostra marito.
Nũc morere, hæc sum̃a est, thalami fata inuida nostri
Annuite optatis, & me quoq; mittite ad umbras.

Me miserã. Sequuntur miserabiles & patheticæ orationes. Veh mihi, non plus cor salit. Tangebat em̃ manu latus sinistrũ ubi cordis sedes. Auicenna scribit, cor primam uirtutũ oĩm esse radicem, ac mẽbris cũctis alijs suas elargiri uirtutes, qbus mẽbra ipsa nutriunt & uiuunt, qbusue cõprehendũt & mouẽt. Scribunt Medicorũ quidã, Cor læsum illico mortem trahere. Solinus ait. Cõuenit inter oẽs corda primũ ex uniuersa carne formari: qd tamen plures philosophi negãt, ut ab Camerte adnotatum est. Multa de corde scribit Aristoteles cap. decimoseptimo primi Naturæ Animalium, & capite quarto tertij de Animalium partibus. Nullus sentitur spiritus oris. Adhærebat enim os ori. Spiritus, id est, halitus. Terere. Atterere, conterere. O nimium felix. Respexit ad illud, quod caussa sui tot bella exarserant. Cor.

Sic effata, animi, fletusq; dolore fit impos,
Incumbensq; super lachrymis rigat ora supremis.
Dij uotum hauserunt Superi, uocemq; precantis,
Nam subito, infandum uisu, ac mirabile monstrum
Apparet, nulloq; olim delebile in æuo,
Inficitur misera, & morbo consumitur illo
Vociferans: trepidant famulæ, collapsaq; membra
Suscipiunt, altasq; replent clamoribus aulas.
Illa & adhuc tollens oculos in morte grauatos,
Natum frigidulo singultus ore cientem,
Extrema ut uidit moriens ita uoce locuta est.
Chara mei soboles, & patris dulcis imago,
Viue precor, patremq; refer uirtute, uel armis.
Eripior tibi nate Deis, sic fata, querentem

Hauserunt. Id est, intellexerũt. Maro. uocemq; his auribus hausi.

Inficitur misera. Veritas habet, quod post Roberti mortem filius, post filium mater mortua est: tamen poetæ mutare ordinem placuit.

Deſerit, atq; imos uiſit ſub tartara Manes.
Aureus interea puer exitiale uenenum
Ebibit, atq; una miſerorum fata parentum
Subſequitur comes. Haud aliter Phthiotica Tempe
Phthia. Tempe. Amittunt flores, ſcindit quos falce canori
Accola Penæi, botrosue per ardua treuir
Immites, placidi iuga debacchata Moſellæ.

Phthiotica Tempe. A Phthia urbe Achillis, cuius Maro meminit. Tempe ꝓprie ſunt amœniſſima loca Theſſaliæ, a tẽperie dicta, ut ſcribit Lactantius lib. primo Thebaidos. Accipiunt tamen & pro quocũq; amœniſsimo ſeceſſu ac loco, ut Dionyſius de Tempe Phœniciæ. Accola Penæi. Plinius lib. quarto. In eo curſu Tempe uocantur inquit, quinq; milium paſſuum longitudine, & ferme ſex latitudine, ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra lęuaq; leniter conuexis iugis. Intus ſua luce uiridante, allabitur Penæus uiridis calculo, amœno circa ripas gramine, canorus auium concentu. Vnde dixit, canori Penæi. Placidi iuga debacchata Moſellæ. Ad fertilitatem uini, monteſq; Baccho ipſi ſacros reſpexit.

Penæus.

Iamq; dies ſplendere polo, terriſq; micante
Fulxerat Oceano uultu Titonia coniunx,
Exoritur plangorq; uirum, ſtridorq; per auras
Immenſus, totamq; furit lymphata per urbem
Conſternata cohors, & lamentabile uulgus.
It fama interea chari genitoris ad aures.
Qui poſtquam infandam mortem, caſuſq; ſuorum
Agnouit, ruit impatiens, ut corpora uidit,
Auerſi fugere oculi, rurſuſq; reflexit
Inuitos pietas, uocem dolor hauſerat ingens,
Sed tacite natum uocat, ah, crudumq; nepotis
Proſequitur fatum lachrymis, atq; aurea quondam
Aſpicit ora nurus, & uiſis indolet illis.
Qui tandem euicto ſoluit ſic ora dolore.
Quæ Diuũ inuidia? aut quis te mihi caſus ademit
Plus oculis dilecte meis? hi Martis honores?
Hoc ſuperare hoſtes? atq; exoptare triumphos?
Certe nate parum de te cœleſtibus ullis
Debeo, nec ſolum infelix fata impia culpo,
Atq; tua nec morte queror, ſed quod mihi uita
Iam ſupereſt, flendiq; miſer præſeruor in uſus.
Dores. Quam uerũ heu nobis Nutrix longæua profata eſt,
Nunc recolo reſponſa Deum, diraſq; uolucres,
Squamigeroſq; angues: en Dorica ſacra prophanis
Intentata uiris, en tracti ad ſydera Manes.
At ſolus ne tu ſuperas ueherere per auras?
Vxor adeſt, fatiq; comes, ceu iuncta marito

Hauſerat. Euacuauerat, extraxerat, ademerat. Quę diuũ inuidia? Seruat in hac oratiõe decorũ perſonæ: eſt pathetica, ſed grauitatis admodum plena. Nũc recolo reſponſa Deũ. Quæ a Dijs accæperat. Sed hæc ficta a Poeta. Erat enim Philippus ſyncera fide, quæ nõ patit ad magos, ad diuinos, ad dęmones quoq; currere. Dorica ſacra. Propter aram Vlyſſis, de qua lib. primo, Dores populi ſunt Gręciæ, unde & Dorica lingua, qua Theocrit⁹ eclogas ſcripſit: & Dorica caſtra dixit Maro. Tacianus, ut refert Picus ſecũdo cõmentario, cũ uideret Græcos diuerſis linguis abuti, Doricũ in-

Dum uiuebat erat, ſic ultima fata ſecuta eſt.
Coniugis o pietas. Sed quæ ſors impia lœto
Te merſit miſerande puer? quam uera parentis
Effigies, animiq; uigor, quantumq; futuro
Præſidium regno, & nobis lux abſtulit atra.
Nunc poſtquam Superis ſic uiſum, pergite ad aſtra
Felices animæ, uosq; iſtis ſoluite curis,
Aeternumq; ualete inquit. Sic fatus, obortis
Os implet lachrymis, ſimul & flet cætera pubes.
Interea Argæus, nec non fortiſsimus una
Byſpeiches priſco ingentem de more ſub auras
Erexere pyram, deploratasq; cupreſſus,
Et tedas adolent pingues, ſtant deſuper arma,
Enſesq;, clypeiq;, & raptæ in Marte ſecures:
Nec non & famuli latices, & ahena miniſtrant,
Frigentesq; lauant artus, & membra perungunt,
Componuntq; alto defleta cadauera buſto,
Auerſis lentum ſubdentes uultibus ignem.
Hinc Scęnitæi redolentes thuris aceruos
Inſpergunt, ignis fuſo madet ater oliuo,
Collapſiq; ruunt cineres, ter more parentum
Circueunt equites flammas, peditesq; uiciſsim
Armati, ter uoce umbras, Manesq; ſalutant.
At Pheireus furua præcinctus tempora uitta
Oſsa legit, cineresq; cado componit eburno.

quit non eadẽ cũ Atticis loquutio, Aeolici q̃ʒ nõ cõſonãt Ionicis: tanta uero cũ ſit altercatio, ubi opus nõ erat, ambigo quẽnam græcũ appellare cõueniat. Euſtathius Doricam regionẽ eandẽ Aeolicã cenſeri putat. ut Pindarus, qui Dorice ſcripſit ſuam camœnã, frequenter nuncupat Aeolicam.

Erexere pyrã. In ſepeliendis corporibus antiquã ſequitur conſuetudinem, cuius meminit Plinius lib. ſeptimo. Deploratasq; cupreſſus. Diximus, ut opinor Diti ſactã Cupreſſum, atq; ideo pro foribus ædiũ poſita, funeris erat indiciũ: non oĩm, ſed nobiliũ tantum. q̃d innuit hic Lucani uerſus. Et nõ plebęios luctus teſtata cupreſſus. Verrius in funerãdi officio Cupreſſum adhiberi putat, q̃d arbor hæc recisa non repullulat, ſicut ex mortuo nihil eſt ſperandũ. Cato ſcribit Cupreſſum arborẽ eſſe natu moroſam, fructu ſuperuacuam, baccis toruã, ſolio amarã, odore uiolentã, ac ne umbra q̃dem gratioſa, materie rara ut fruticoſi generis. Vnde celebratũ illud Phocionis. Verba Cupreſſis ſimilia: quæ pulchra uidentur & ſublimia, cæterũ inutilia & fructu carentia. Et raptæ in Marte ſecures. Sic ex emendato exemplari legendum eſt. Scęnitei thuris. Id eſt, Arabici. Scęnitæ enim inter Arabes numerantur: qui cauſſam nominis inde ducunt, quod tentorijs ſuccedunt, nec alias domos habent, ut ait Solinus. Sed & hoc ipſum explicat Plinius his uerbis. Scęnitæ & ipſi uagi: ſed a tabernaculis cognominati, quæ Cilicijs metantur ubi libuit. Cilicia, autore Aſconio, tecta ſunt de pilis, in caſtrorum uſum atq; nautarum. Cæterum Græci Scæne & Scęnos, habitationem tabernaculumq; dicunt, inde Scęnopegia Iudæorum.

Cupreſſus ſacra.

Cur Cupreſſus in funeratiõe adhibita.

Cupreſſus qualis arbor.

Verba Cupreſſis ſimilia quæ

Scęnitæ.

Cilicia quæ

Scænæ.

Scenopegia.

Dumq; ea perficiunt, ſupremaq; funera condunt,
Helſatiæ Auſtriades remeans iam uictor ab oris,
Haud poterat patrias ſic ferre impune feroces
Boiemos populare plagas, totumq; ſub armis
Miſceri littus, populosq; indigna ferentes
Seruitia, & diris obnoxia regna rapinis.
Protinus Aenanis deductum a pontibus agmen,
Et Tyroli pubem, Thauriſcæosq; maniplos

Dumq; ea perficiunt. Sequitur præparatio pugnæ Boemicæ. Helſatiæ Auſtriades remeans iã uictor ab oris. Ita reperi in exẽplari bono. Aenanis pontibus. Interpretaẽ uocabulũ Germanicum, Inſprugk. q̃d in antiquiſsimis etiã tabulis, quas Peũtingerus num

Insbrugk.

Seligit, atq; equites, Regum quos Austria terris
Diues alit, supraq; Anasus quot & alluit infra
Traustana æthereo qua surgit uertice rupes,
Altaq; piniferum caput inter nubila condit,
Thaurisci. Atque Argentorato florentes urbe cateruas,
Belgarumq; globos, quos struxit in agmina Treuir,
Nec non Vangiones, & duros Marte Nemetas
Apparat, & tanto trepidat Germania bello
Manipulus. Conciet & populos, cunctasq; in prælia gentes
Sollicitat: uitrei uerrunt hi lintribus undas
Manipulares milites. Pegnitij, & Vindæ miles iam linquit arenas,
Hercyniæq; acris Sueuus genialibus umbris
Discedens in bella ruit, plenæq; pharetræ
Gestantur, taxiq; leues flectuntur in arcus.

penes se habet, in qbus Pontes Aeni scriptū est.

Thauriscæosq; maniplos. s. Qui inferiorē Norici partē & Austriā incolūt: ibi em̄ Thauriscos habitasse, sunt qui credant, cum qbus Böi bella gesserūt, expulsi ulteriorē ripam Istri incoluerunt, ut diximus ex Strabōe. Est manipul9, seu maniplus fascis manu factus. Accipit quoq; pro paruo exercitu. Inde manipulares milites dicti. Existimant nōnulli manipulū Centuriæ partē esse: atq; inde dictum, q sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, manipulos hastis alligatis p signis gerebat. Equites. Hoc uocabulum inter ea numeratur appellatiua, quæ grāmaticorum placito in proprietatem transeunt. Regum quos Austria terris Diues alit. Satis id explicatum est tum libro primo, tum alibi. Anasus. Fluuius qui prouincias diuidit, quæ supra infraq; Anasum appellantur. Alibi hunc fluuium innuit appellari posse Aenum. Athesinum uero esse, quem nos Aenum dicimus. Sed Strabonem tantum sequitur. Traustana rupes. Mons altissimus est, qui Traunæ fluuio nomen dedit: ex cuius uertice a quarta uigilia, ut de Casio Arabiæ monte tradit Plinius, Solem uideri posse arbitror. Sunt, ut obiter id dicam, qui nullo autore tamen, ut Camers ait, Casium montem eum putent, qui in sacris literis Synai nominatur. Eum Iustinus Synæum nuncupat, quem (inquit) Moses Damascena patria antiqua repetita occupauit, in quo septem dierum ieiunio per desertam Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandem uenisset septimum dierum more gentis Sabbatum appellatum in omne æuum ieiunio consecrauit: quoniam illa dies famem, erroremque finierat. In hoc ipso Synai monte ad nostra usque tempora diuæ Catharinæ corpus feliciter requiescit, quo annis ferme singulis peregrini, qui Hierosolymam petunt, non paruis tum itineris, tum latronum periculis proficiscuntur. Argentorato urbe. Strasburgo. Taxique leues flectuntur in arcus. Poëtam audiui dicentem semel, sibi magis placere, si dixisset, graues arcus: ut maior esset laus Germanorum a fortitudine.

(Margin: Equites. Anasus. Traustanus. Casius. Synai. Sabbatum.)

Parte alia ad pugnam iunctis struit agmina Carris
Gens incerta Dei, & cultu tollenda prophano,
Pars contis armare manus, pars stipite nigro
Horrendum stridet, passim nemus omne remugit.
Hij gestant uentura rudes in bella dolones,
Nonnulli ingentis decocto tergore tauri
Prætexunt capita, & pugnantum more ferarum,
Expectant auidi Martem, laudiq; refertur
Velle mori, fatoq; illis occumbere campis.
Interea Austriades, uelox allabitur oris
Regini, atq; undas trans prouehit agmina Rhesi.

Gens incerta Dei. Nō aūt hoc intelligendū est, quasi prsus de Deo nihil sciat, uel dubia sit. cū Apostol9 doceat Ro. 1. Nomen Dei manifestum esse oībus. Nisi em̄ esset noticia diuinitatis ĩextinguibilit oībus hoibus ĩdita, nunq; fuisset Idololatria ĩuēta. Cur em̄ Idola coluerūt, nisi q diuinitatē aliquā esse oēs psuasum habuerūt? Vnde puto, p pter Taboritas dixisse, et
„ Valdēses, q et Pighardi, q Ecclesiæ Ro. minime parēt. de qbus plura Syluius in historia. Profa-
„ no cultu. Siqdem adorationē corporis & sanguinis Dñi in sacramēto in Idololatriā ejciūt, her-

baceum, aut filigneum Deum nostrũ blasphemantes. Regini. Ratisponæ, quã antiqui Regionem appellarunt. Rhesi. Fluuij Ratisponæ, de quo libro quarto. Reginum.

Danubium iuxta locus est, non uitibus uber,
Non Cerere, & raro proscissa est uomere tellus,
Sed nemorum ingentes umbras, Phœboq; sacratas
Accipimus, solisq; etiamnum numina sylua
Seruat opaca ingens, primo mons ipse supinat
Paulatim sese, summoq; in uertice lata est
Planicies, uastumq; æquor, contra algidus Ister,
Laxaturq; uagans, & campo uictor aperto
Ceu tepidis fluit Indus aquis, & forsitan atro
Impulsus Cauro maiores concipit undas.
Et septem Scythico maior uomit ostia Ponto.
Hic sua Martigenæ posuerunt castra Boemi:
Huc cursum tenuit Cæsar, paruoq; diremptus
Interuallo, alti fixit munimina ualli.

Danubiũ iuxta locus est. Topographia .i. loci descriptio. Ceu tepidis fluit Indus aqs. De Indo Dionysi⁹ sic scribit. Qui ponto rapid⁹ Rubro cõtrari⁹ exit. Gurgite nam celeri rectus decurrit ad Austrũ, Caucasijs oriẽs primũ de montibus altis Diuidua cuius Patalene cingit unda. Strabo lib. 15. scribit, qndecim flumina uniuersa mẽtione digna, quæ in Indum influunt, ex quibus omnibus auctus est: ubi ad centũ stadia, uel ut alij tradunt ad quinquaginta tãdem duobus ostijs in Australe mare immitti, & Patalenam insulam facit. Philostratus libro secũdo. Indũ flumen late describit. De eo multa Arrianus gestorũ Alexandri lib. ult. Curtius lib. 7. Diodorus lib. 3. Herodotus lib. 4. Indus ab incolis Sandus appellatus est: nõ aqua solũ agros lætificat, & mitigat, sed eos etiã conserit. Magnã enim uim seminũ secum frumẽti, similiũq; dicit deportare. Lege Ciceronẽ lib. Diuinæ naturæ. 2. Proditũ est, Alexandrũ Magnũ nullo die minus stadia sexcẽta nauigasse in Indo, nec potuisse ante mẽses qnq; nauigare, adiectis paucis dieb. Megasthenes tentata Indi cõmentatiõe, sexaginta amnes eius ꝓdidit, ut apud Pliniũ est. Tepidis aquis. Vel ad loci qualitatẽ, uel fluminis uim referri põt. Et forsitan maiores cõcipit undas. Quoniã totidẽ flumina Danubius, qt Indus, in quẽ, ut modo dixi, sexaginta perennes fluuij ingrediunt, recipit. Quod etiã de Danubio tradit Plinius: quorũ nõia Poeta lib. 4. eleganter prosecutus est. Indus. Sandus.

Atro Cauro. Maro. Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri. Septem ostia. Marcellinus lib. uicesimosecundo, Danubius, inquit, oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem protentus, ac sexaginta nauigabiles pene recipiens fluuios, septem ostijs per hoc Scythicum lætus erumpit in mare: qrorum nomina referunt, ut diximus, libro octauo Plinius, Strabo & Marcellinus ipse: nec ostiorum diuersitatis caussam præteriui silentio. Caurus.

Martigenæ. Propter rei militaris studium. Valli. Quod ex uallis fiat. Est autem uallus firmior palus. Maro, Exacuunt alij uallos, furcasq; bicornes. Item. Et uallos primus sub tecta referto. Plinius & Columella uallos pedamenta & ridicas appellant. A uallo Interuallum, spacium quod inter palos est, uallum castrense constituentes: quamuis pro omni spacio accipiatur. Vallus. Interuallum.

Et iam tempus erat, quo se Bellona furore
Induit, & signo feralia nunciat arma.
Tunc Cæsar. Magni Proceres, socijq; laborum,
Obtulit alma dies, tempusq; optabile nobis
Marte nefandum, inquit, terris inuadere monstrum.
Contemptor Diuum, contra iam miles in arma,
Nulla habita ratione furit, totamq; rapinis
Producit uitam, nostrisque a finibus hostis
Ingentes abigit prædas: quid diruta castra,

Tunc Cæsar. Innuit Germanos semper inuictos fuisse, tẽtatos tamen, & Romanorum uictorias cæterarum partium orbis terræ recẽnset, ut inde maior sit Germanorum gloria, si Romanos uicerint aliquando. Immoratur aũt in ijs recẽsendis: quod ex industria opinor factum a

Infandasque loquar cædes? ritusque ferarum?
Dedecus o nostri generis, quo prisca uirorum
Nobilitas abijt? nunquid patiemur inulti
Hanc passim labem nostros errare per agros?
Felices umbræ, atque olim memoranda uetustas
Aeneadum, a patrijs quæ nō modo mœnibus hostes
Reppulit externos, uerum & qua lumina Titan
Exerit, Herculeasque uidet per cærula Gades,
Vel qua Ryphæus piceis circumuolat alis
Per Scythiam Boreas, uel qua Nabathæa pererrat
Regna, & Erythræis stridens furit Auster in undis.

Poëta. Cæsar enim historias callebat examussim: quod quidem ad Imperij gubernacula, & ad rē militarem plurimū Principi cōferre arbitrati sunt plærique uiri magna eruditione prædīti. Contemptor Diuum. Absolute dictum puto: quāquā referri potest ad defectionē gentis a Romana Ecclesia. Si modo Romanā Ecclesiam non agnoscere, de Deo male sentire est. Qua lumina Titan. Eleganter quatuor mundi partes describit. Sic Lucanus primo Pharsaliæ. Vnde uenit Titan. & cætera. Et Poëta noster primo quoque lib. Herculeas Gades. (Gades.) Dionysius. Est, inquit, Ponto tellus circumflua prima Cui nomen Gadis, statuas hæc Herculis inter A Tyrijs colitur, Cotinusa uocata uetustis. Hinc a Lucano in septimo, Gades Tyriæ nuncupantur, & Sillio libro decimosexto. A Statio Sylua prima tertij Solis cubilia: quod exacto die motu Sol illuc occidat, & lucem terminet. Ad quod respiciens Poëta dixit, Titan uidet per Cerula Herculeas Gades, designans occasum. Rypheus Boreas. Septentrionalis.

(Nabathæi. Nabathes.) Nabathæa regna. Nabathæi populi sunt felicis Arabiæ, a Nabatho dicti. Nabathes autem, ut ait Stephanus, & eum secutus Eustathius, is est qui ex adulterio nascitur: & forte genti nomen prauum ex actis est. Strabo autor est, Augusto Cæsari rem male aduersus Arabes cessisse Aelio Gallo, qui Orienti præerat decepto a Nabathæorum Legato, cui nomen Sylæ: qui securi postea Romæ percussus est. (Nabatheorū ritus.) Apud eas gentes admodum dites, mos erat, ut pœna publica punirentur, qui substantiam minuerent: contraque ijs qui auxissent, honores decreti. (Nabathea.) Nabathea autem regio ab Arabia incipit, eamque intra se continet, quæ usque ad mare rubrum ex latere dextro, Persicum ex sinistro, Indicumque ex superiori parte protenditur. Erythræis in undis. In mari rubro. Nominis ratio superius relata est. Strabo non solum Arabico sinu & Persico, sed & magno etiam mari ad Austrum, quod extra sinum utrumque iacet, rubri maris nomen esse dicit. Et apud Eustathium legitur Erythreus Pontus ab Arabico sinu longe diuersus. Auster. Is græce νότος dicitur, (Notus uentus, Auster.) latine Auster: ab aquis hauriendis, ut quidam tradunt, quoniam nebulosus atque humectus est. Eadem Græci nominis ratio. nam νοτὶς, humor apud eos appellatur, ut monet Gellius. (Auster insalubris.) Febres ac pestem mortalibus inuehit, ut Philosophi & Medici tradunt. Horatius Plumbeum uocat, Persius infelicem. Spirat autem a Meridie, ut scribit Vitruuius. Nobis parum saluber. Aures enim hebetat, Sensus tradat, Capitis dolores mouet, Aluum soluit, Totum corpus efficit hebes, humidum, languidum.

Victrix Roma fuit, testes duo fulmina belli
Scipiadæ, & Bætis domitus, frenataque Nili
Ostia fœtiferi, & naualia bella per undas
Sicaniæ, pulsumque alnis stridentibus æquor.

Victrix Roma fuit. Postquā generaliter dixerat Romanos uictores fuisse ab Oriente, Occidente, & Septentrione, & Meridie, hoc ipsum nunc particularius exequitur. (Scipiones.) Duo fulmina belli Scipiadæ. Prima per Pyrenæum iugum signa Romana P. & Cn. Scipiones intulerunt, prælijsque ingentibus Hannonem, & Hasdrubalem fratrem Hannibalis ceciderunt, autor L. Florus. Itaque Poëta primum bellum Punicum notat, quod eleganter & compendiose canit Sillius libro sexto per totum. Bætis domitus. (Iberus.) Iberus amnis toti Hispaniæ nomen dedit, Bætis prouinciæ, dicit Solinus. Verba sunt Plinij (Bætis.) capite primo, libri tertij. Bætica a flumine eam mediam secante cognominata, cunctas pro- (Bętica.) uinciarum diuiti cultu, & quod in fertili ac peculiari nitore præcedit. Et infra. Bætis in Tar-

raconensi prouincia, non ut aliqui dixere, Mentesa oppido, sed Tegensi exoriēs saltu & cętera. Philostratus, ut a Camerte citatur circa principum lib. quinti. Nauigarunt, inquit, fluuium Bætim, qui maxime Oceani naturam erga fluxum refluxumq; declarat. Excrescente enim pelago uersus fontes, ex quibus fluuius fertur spiritu quodam ipsum a mari depellente. Regionē uero ab eo flumine Bæticam cognominatam optimam uberrimamq; esse tradunt, Ciuitatibusq; & pascuis abundantem. Deriuatur autē fluuius per omnes urbes: agri uero egregie culti affatim omnia ferunt. Coeli temperies talis est, qualis Autumni tempore in Attica esse solet. Ex uerbis Philostrati apparet, dicit Camers, cur Papinius dixerit Sylua septima lib. secundi. Attollat refluos in astra fontes. Frēnataq; Nili Ostia. Et de Nili ostijs & eius foecunditate diximus antea. Significat autem, ut mihi uidetur, bellum Cæsaris contra Aegyptios, cuius meminit Florus cap. Secundo Quarti. Et naualia bella per undas Sicaniæ. Significat pugnam eam, quæ ad Egates insulas primo bello Punico finem imposuit. Nec maior alias in mari pugna. aderat quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis hostium classis, & in eis quasi tota Carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, leuis, expedita, & quodam genere Castrensis, sic remis quasi habenis agebatur, & in hos, uel illos ictus mobilia rostra speciem uiuentium referebant. Itaq; momento temporis laceratę hostium rates, totum inter Siciliam, Sardiniamq; pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta deniq; fuit illa uictoria, ut de excidendis hostium moenibus non quęreretur. Superuacuum uisum est, in arcem murosq; sæuire, cum iam in mari esset deleta Carthago, ut ait Florus. Quæ res a Polybio latius describitur. Meminit Plinius de uiris Illustrib. Sicaniæ. Insulæ nomen ex Iberiæ fluuio Sicano profecti coloni dederunt, ut ait Philistus. Sed ab eo dissentiens Timæus, longa disputatione contendit, indigenas fuisse Sicanos, unde Sicania dicta sit. Sicaniæ, inquit Solinus, diu ante Troiona bella Sicanius Rex nomen dedit, aduectus cum amplissima Iberorum manu. Thucidides cum primo Trinacriam dictam uoluit, mox Sicaniam, a Sicanis cultoribus, qui & Iberi fuissent, oriundi a fluminr Sicano, Philisto subscribens. Sed postquam Siculi ex Italia in eam insulam iuere, uictis Sicanis, Siciliam nominatam. Vnde & Triquetra ex figura dicitur. Sibyllę quoq; autoritas nomen insulæ a Trinacro Heroe Neptuni filio deduxit. Sibyllæ carmen latinum ita fecit Parrhasius: ait enim in mentione Siciliæ. Quam condidit heros Trinacus, æquorei regis Neptunia proles. In quo huius nominis primam syllabam flatilem protulit, & absq; r, ultimam. Nam, ut idem refert commentario primo, ex græcis etiam nonnulli Trinaciam dixerunt. Id quod Eustathius obseruauit. Porro Trinacria quondam Italiæ pars una fuit, sed Pontus & æstus Mutauere situm, ut cecinit Claudianus. Stridentibus alnis. Pro nauibus, generaliter. Sic accipitur apud Senecam, & Claudianum. Est autem specialiter minoris formæ nauis, quæ ex integra alni materię cauatur. Diximus ut opinor, fluuialem esse arborem, fabricandisq; nauigijs aptam, autoribus Vitruuio & Lucano.

Victoria Rom. ad Egates. Sicania. Sicanus. Sicanius. Sicani. Trinacria. Triquetra. Trinacrus.

Quid memorem Parthum, Syriosq;, & olētia late
Regna Sabæ, & pontem indignatum littus Araxis?
Sensere Autololes, & adusto corpore Mazax
Romuleas in bella manus, Solisq; Syene
Expers umbrarum medio cum Delphica lampas
Ducit iter coelo, nostrumq; ardentior orbem,
Accendit radijs, propiusque a uertice fulgens
Per terras calidus spargit sua lumina Titan.
Solum Germani, gelidæ quas cernitis alpes
Retæos domuere Duces, Latiosq; triumphos
Victrici pressere manu: quid Bructera dicam
Regna, & marmoreis qua fertur Amysius undis?

Quid memorem Parthum. Tria Romani contra Parthos bella gessere. Primū M. Crasso Consule. Alterū Duce Ventidio, q̄ Crassiana clades Pacori cæde pensata est. Tertium cum Antonio & Cleopatra, de quibus lege Appiani librū q Parthicus inscribit, Plutarchū in Vita M. Crassi, & M. Antonij, Iustinum, Eutropium, Orosium, alios. Scribunt fere omnes de hoc bello. Breuiter Appianus docet,

Bella Parthica.

Hic olim (fama est) tentantem prelia Drusum
Exhalasse animam fato, quota sed tamen illo
Bellum Syriacum. Pars nostri domita est regni? quid gesta perempte
Nunc tua Seruili memorem? & te maxime gentis
Cassi Romulidum? quid Mallia funera, & ipsam
Carbonis, Scauriq; necem? Proh dedecus ingens.
Ergo ne de nostra dubitemus pellere terra
Hoc genus infidum? pugnaq; lacessere uicta
Agmina? quæ nullos norunt certaminis usus,
Sed qua se effudit bellandi in frena cupido
Prorumpunt, hostemq; uocant de more ferarum.

Parthos decem & octo prælijs a Romanis superatos. Syrios. Bello Syriaco quod gestum est a Romanis aduersus Antiochum regem, ut late scribit Appianus in Syrio, & Liuius libro tricesimo quarto, & sequentibus, ut alios prætereā: non aliud formidolosius fama bellum fuit, autor Florus. Et olentia late regna Sabæ. A Saba ciuitate ingenti rubro mari propinqua Sabæi populi, de quibus supra. Horum terra felicissima dicta, ut est apud Strabonem, in qua thus, myrrha, & cinnamonū, & balsamum, & odoratæ palmæ, & calamus nascitur: unde olentia dixit, pro, odorem spirantia. Pontem indignatum littus Araxis. Idem octauo Aeneidos scribit Maro, & libro proximo poëta. Oritur autore Strabone ex Armenia ad Oriētem, illatus usq; in Tropatiam, ad occasum septemtrionemq; deflectit. Et primo Azara præterlabitur. Deinde Arxata Armeniæ urbem. Postea per Araxinum campum in mare Caspium emittit. Fluuius hic, ut in Parthico Appianus tradit, & profunditate & celeritate difficilis admodum ad transeundū. Curtius scribit. Araxe gignendo herbæ non alius aptior, quidquid alluit floribus uestiens. & cętera. Autololes. Sunt Aphricę populi, Romanis armis subacti, uelocitate pedum celebrati, ut alibi retulimus. Mazax. Mazacenus. Cappadociæ ciuitas maxima Mazaca sub Argęo sita, qui niualibus iugis arduus, ne æstiuo quidem torrente pruinis caret, ut ait Solinus. Plura de Mazaca urbe, cap. Secundo Sexti Plinianarū castigationum Hermolaus Barbarus annotauit. Solisq; Syene Expers umbrarum. Vrbs hæc sita est supra Alexandriam quinq; millibus stadiorum, in qua Solstitij die medio nullam umbram iaci, puteumq; eius experimenti gratia factum totum illuminari, autor Plinius. Plura Macrobius secundo de Somnio Scipionis. Ducit iter cœlo. Corruptissime leguntur hij uersus, qui ita restitui debent. Ducit iter cœlo, nostrumq; ardentior orbem Accendit radijs, propiusq; a uertice fulgens Per terras calidus spargit sua lumina Titan. Medio cœlo. Secundum nostrum uisum. quia cum Sol in Cancro ad nostri horizontis intuitum, dicimus tunc Solem medium cœli tenere. Solum Germani. Romanorum scilicet potentiam sæpe domuere. Id exemplis probat. Retęos. Romanos. Quid Bructera dicam. De Bructeris & Amysio fluuio dictum est antea, & Drusi item historia obiter recensita. Quota sed tamen illo Pars nostri domita est regni. Non inficiatur latenter omnino Drusum uictorem fuisse. Sed illud quod uicit, quota pars, inquit, Germaniæ est? quasi dicat, minima. Nunc tua Seruili memorem. De Seruilio, Casio, Mallio, Scauro libro primo dictum est. Ergo ne de nostra. Argumentum a maiori ad minus. Romani ait, totum orbem uicere, Germani Romanos in re militari peritissimos. Dedecus est ergo Germani nominis, non posse patriam tueri a tam parua manu Boemorum, qui nulla arte bellandi, sed furore quodam feruntur. Infidum genus. Vel dixit, ut Liuius, Infida regni societas. Vel respexit ad id quod superius dixit, de suspecto gentis cultu Dei. Primum magis placet. quia, ut ille uere dixit, Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequuntur. Quod autem ait, nullos norunt certaminis usus, ad præsentem caussam puta dictum. Siquidem Boëmicus miles plerasq; insignes uictorias retulit de potentissimis hostibus.

Saba. Sabæi. Araxes. Autololes. Mazaca. Argęus. Syene.

At uos o Proceres quibus experientia Martis
Summa uiget dextris, animisq; uolentibus, hostem
Elicite ad pugnam: non tantum copia uulgi
In medijs, quantum uirtus exquiritur armis.

Si nobis tanti dabitur uictoria belli,
Vestra erit hęc laus, atq; ego tantũ nomine Cæsar
Dicar, & in regni contentus parte quiescam.
Sin secus Arctois pulsi de sedibus, omnes
Externam quęretis opem: iam pellite curas.
Non bello ad Tanain, ultraq; Borysthenis undam
Pergitis, aut calidum mundi transcenditis axem:
Non uos per Colchos, per uasta silentia duco
Assyriæ, aut Baccho sacrę per culmina Nysæ.
Sunt uestræ, sunt bella domi, succurrite fracto
Iam regno, dextrosq; uocate in pręlia Diuos.
Qui nobis toties super his responsa dedere
Gentibus, & pactos in nos uertere triumphos.

Vestra erit hæc laus. Captat beneuolentiam in fine: sed id non affectu caussæ proprię, sed propter laudẽ nominis Germanici: quam probat acquiri posse a facilitate, et a Deorum fauore.

Tantum nomine Cæsar. Vt quidam Maximiliano parum æquus, cũ de eo rogatus quid sentiret, respondisse fertur. Est magni nominis umbra. Aut Baccho sacrę per culmina Nysæ. Hoc est, per Męrum mõtem, ad cuius radices Nysa urbs posita est. De Męro dictũ est supra. Fracto iam regno. In contraria partium studia scisso. Quo nihil perniciosius. Omne enim regnum in se diuisum, desolabitur. Matt. 12.

Dixerat, at contra sic claro a sanguine cretus
Orditur Langus. Non hęc mihi tempora Cæsar
Multa loqui suadent, facto est opus, omnia tecum
Corda tenes, auidasq; uides ad prælia mentes.
Quo te cumq; feret fortuna Deusq;, sequemur.
Siue per Eoas gentes, Hyrcanaque regna,
Felicesq; Arabas, uetitumue ab origine Nilum
Pergere mens fuerit, nedum tibi Norica tellus
Seruiat, & regni contentus parte quiescas.
Tu modo rumpe moras, erimus nisi fallor in armis
Egregij, actutumque sciet Boiemica turba
Quantum Marte truci, & dextris in bella ualemus.
Dixerat, interea torto Corybantius ære
Personat, armariq; acies iubet ocyus omnes.
Nec mora, concursum castris, trepidantq; cohortes
Ad pugnam, atq; ardens certandi cuiq; cupido est
Interea Cæsar fulgentibus emicat armis
Fortior ante alios, nec non sibi protinus æreo
Pręmunit perone pedes, & more uenusto
Auratis suras ocreis affibulat altas,
Ingentesq; artus, & uiuida pectora munit
Thorace ærisono, & chalybum septemplice crusta
Induit arma, caput textura contegit aurea.
Postmodo uulnificum circum latus alligat ensem

Non hęc mihi tempora Cæsar. Quia dũ Romani consulunt, Saguntus perditur. Facto est opus. Ita dicimus, quoties rem in celeritate consistere significamus, quæ omne excludit consiliũ. Alioqui ubi mature consulueris, opus est facto, iuxta Salustij dictum.

Aereo perone. More Homeri, qui minutissima quæq; i armatura militis describit. Maro noster mihi grauior uidetur in hac parte. Per peronem ergo calceum coriaceum intellexit, q frequenti in usu fuit apud milites Germanos. Dabatur enim dedecori sine perone armari. Plicabatur autem corium, in tenuissimasq; rugas, ut ita dicam, contrahebat, quod pedibus circumnectebant. Pero tamẽ apd' antiquos pro rustico calciamento accipiebat, autore Seruio, super hoc Maronis, crudus tegit altera pero, erat em̃ e cru- Pero.

Formatum Styrijs incudibus, unde magistri
Peronatus. Bello aptum effigiant chalybem, duroq; metallo
Arma parant, qua se diffundit corniger undis
Mura, & Leumæam cursu prope labitur urbem.
Fibula. Illic fama refert, & littoris incola diues
Monte sub aërio, unde est nomen ferreus olli,
Innasci ferrum, quo nunc genus omne Scytharum
Armatur, nostrisq; petit regna extera telis.
Pro scelus, ij syluas, Ryphæaq; saxa colebant,
Præformidantes rudibus contendere truncis,
Expertes populi Martis, nomenq; pauebant
Sura. Europæ: at postquam diras accessimus oras
Spe lucri, atq; ignota illis portauimus arma,
Finitimas terras populari, atq; extera regna
Cœpere armati: iam Chersonneson ab arcto
Impellit Diana suam, iamq; agmina fundit
Panticapes, Tanaimq; bibentes uidimus alas.

do corio. Pellemq; antiq peram dicebant. Hinc fit adiectiuũ peronatus Persio. Nauem si poscat sibi peronatus arator. Affibulat. Fibula circulus est ex auro, argentoue, aut ære, notissima Columellæ autoritate. Inde fibulare, affibilare, & diffibilare. Statius, torto chlamydem diffibulat auro.

Altas suras. Alta crura: & per hoc Cæsariani corporis decorẽ notat. Sura enim, licet proprie posterior pars cruris carnosa sit, pro toto tamen crure quandoq; usurpatur. ut hic, & apud Maronem, alios. Dicitũ tantũ homini inesse Sura. Fuit hoc nomine Proconsul quidam, cui, ut referunt Plinius & Solinus, piscator ex Sicilia, præter alia rictu oris comparabatur. Proconsulis huius in Piscatorem Siculum iocum, & contra Piscatoris in Proconsulem petulantiam Valerius notauit. Proconsule enim dicẽte, mirari se, quapropter sui tam similis esset, cum pater suus in eam prouinciam nunquam accessisset. At meus, inquit, Romam frequenter accessit. Ioco namq; lacessitam matris suæ pudicitiam inuicem suspicione in matrem eius reiecta, audacius, q̃ uirgis & securibus subiecto conueniebat, ultus est. Ocrea. Ocreis. Quod crura operiat, tegatq; dictam uolunt Ocream. Cicero, quod cruri opponatur. Mura. Mura. Fluuius Styriæ. Ferrum leumæum. Leumæam urbem. Leuben, uernacula nostra dicitur. Huic nomen fecit Leumæum ferrũ, quod est optimæ temperaturæ apud Germanos, ut mihi retulit Stabius naturalium rerum scientissimus. Pro scelus. Inuehitur in Christianos, qui propter lucrum arma ad infidelissimos hostes portant.

Interea croceas diffuderat orbe quadrigas
Sol oriens, roseaq; polo ceruice micabat.
Tunc Cæsar lectos equites, fortissima quæq;
Pectora partitur, primasq; in bella phalanges
Disponit, dextrumq; illis defendere cornu
Præcipit, & socijs aciem fulcire cateruis,
Pilum. In læuo totidem: frontem pilata tuetur
Militiæ pubes, scutatorumq; cohortes
Sunt acie in media, & pugna robustior ætas.
Rorarij ante alios Thaurisci clara iuuentus
Tortilibus fundis, atque arcu, ut miles in oris
Certat Achemenijs, perguntq; in bella Cydones.

Primasq; in bella phalanges. Ordinem aciei instruendæ docet Vegetius, & reperies apud Liuium exactissimum.

Pilata pubes. Id est, Pilo armata. Martialis, Et pilata redit iamq; subitq; cohors. Pilum telum Romanorum notissimum, quasi perilũ, a perimendo dictum Varroni.

Frontem Militiæ. Hoc est, Frontatos milites, quos Vitruuius tradit id genus laterum dici, quos Græci Diatomos appellant. Cohors. Scutatorum. Scuto armatorum. Cohortes. Cohors legionis pars: ea constabat ex uiris septingentis armatis, ut ait Callisthenes, ducentis ut Ephorus, dimidio paucioribus ut Plu-

tarchus. Dicta uero cohors est a similitudine cohortis uillaticæ, ut est apud Varronem. Rorarij ante alios. s. milites, qui armatura leui prælium primi committebant: quod ut ante pluuias cœlum rorare solet, sic illi ante grauem armaturam qui prodibant, Rorarij appellabantur. Rorarij.

Oris Achæmenijs. Persicis. Achæmenij olim insignes rebus bellicis fuerunt, qui nunc quoque Turcas miro odio prosequuntur. Achæmenes primus Persarum, seu Parthorum rex, qui quondam totum orbem tenuit. Ab eo secuti Persarũ reges omnes Achæmenes dicti sunt. Persæ quoque Achæmenij, autor Porphyrio. Fuit & Achæmenidarum familia, cuius apud Herodotum fit mentio. Interpres Statij octauo Thebaidos scribit Achæmenen Parthoũ, seu Medorũ ciuitatem fuisse. Achæmenij.

At primum Albertus quã duxerat arce potentem
Munychia ad pugnã peditumque, equitũque phalangẽ
Instruit: & lateri frater Vuolphangus inhæret,
Post Brunsuychides duros Saxonas in armis
Collaudat, læuaque locans in parte sinistros
Defendit motus. Sed te quis Marte relinquat
Rughorum Princeps tacitũ? & te nomine fraudet?
Pone arcum insignis facie Casymirus eburnum
Flectit, Ithyræis committens bella sagittis.
Qualis mortiferum terræ omniparentis alumnum
Armatus iaculis Titan Pythona peremit,
Et radijs purgauit humum, micat æquore talis
Ille, uolatque, & equo sublato puluere campum
Haurit, & in gyros sternacem contrahit arctos.
Nec minor Vlrycus sequitur Monfortia proles,
Zolrensisque ferox, Solisque ex arce profectus,
Tela quatit, princepsque sub armis feruet Analthi.
Sed longe ante alios animosior emicat omnes
Langus, auetque manus inter discrimina Martis
Conserere hostiles, sequitur uestigia magni
Cæsaris, & docti subit æmulus acta magistri.

Ithyræis sagittis. Id est, Parthicis. Ithyra enim urbs est ad Taurũ montem, in ea parte, quæ in Parthiam uersa est. Maro. Ithyreos taxi torquẽtur in arcus. Lucanus, Ithyreis cursus fuit inde sagittis. Significat autẽ, eo modo pugnabat, quo Parthi pugnare soliti sũt. Ithyra.

Titan. Apollo. Pythona peremit. Nota est fabula extincti serpentis arcu Apollineo, quem Callimachus græcus, & e nostris Tertullianus Delphinem uocant, a Delphis. A Iano Parrhasio adnotatum est, latinos propemodũ omnes, quibus eius nominis usus uenit, atque ex græcis nonnullos uno eodemque uocabulo serpentem urbemque, sed alteram muliebri, alterũ masculino genere dicere. Id quod Hammonius etiam præcipit: ut explodendi sint hij, qui Delphica Pytho Serpentis apud Tibullum nomen interpretantur. Clara autem est Pytho Phocidis ad Parnasum ciuitas oraculo Apollinis, cuius in Argonautico meminit Orpheus, & Theognis appellata: quod illic extinctus, Apollinis arcu serpens extabuit. Alij tamen nomen inditum putant a Pythi puella, quam Melantho peperit ex Neptuno. De Pythone serpente supra ego nonnihil, & a Strabone plura relata sunt: Pytho serpens. Pytho ciuitas.

Alumnum. Sed ex ipsa terra quæ nutrit alumna dicitur. Maro ad Messalam, non illa quidem communis alumna Omnibus iniecta tellus tumulabit harena. Tacitus in Dialogo de claris Oratoribus. Est inquit, magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quã stulti libertatem uocant. Errant ergo qui putant alumnã accipi pro eo tantum, ut hoc loco, qui altus, nutritusque est, ut exemplis iam probauimus, & est legere apud linguæ proprietatis studiosos, & apud diuum Augustinum lib. de Ciuitate Dei. Terra alũna.

Terræ omniparẽtis. Sic sæpe dicitur Plinio terra omnium parens: lege eum in Secundo. Notum est ex illo Horatij in Epistolis, Tellurem porco, Siluanum lacte piabant. Terram antiquos

Terra, Ceres. Aether, Iupiter. ut deam coluisse. Chrysippus dicebat terram esse eam deam, quæ ab alijs Ceres diceretur. Idem dicebat, Aethera esse deum quem homines Iouem appellarent: quiq; Aër per maria manaret, eũ esse Neptunum: similiq; ratione prosequitur uocabula reliquorum deorum Autor Cicero lib. Naturæ diuinæ primo. Et radijs purgauit humum. Latentem fabulæ allegoriam demõstrat, quæ a multis est relata, ut alicubi diximus. Monfortia proles. E familia Comitum Montisfortis. Zolrensisq; ferox. Acri hic erat in hostes animo, alioqui placidus. Solisq; ex arce profectus. Comitem a Sonnenbergo intelligit, uirum strennum item. Princepsq; Analthi. Rudolfus. Conserere manus. Conserere manus. Priusquam enim arma forent inuenta, pugnantes manibus se tuebantur: quas interdum conserebant, & inuoluebant, ut fit in lucta, implicitis etiam aliquando & pedibus & manibus consertis. Lege Gellium. Aemulus. Aemulus. Diximus, ni fallor, æmulum proprie dici eiusdem studij imitatorem cum uoto superandi. Hinc magister sibi pessimus, qui non habet quod sequatur.

Phyllirides.

Non secus Aemonijs medico puer hæsit in antris
Phillyridæ, aut canum Phœnicẽ ad pergama Troiæ
Dardania in magna uictor dilexit Achilles.

Phillyridę. Chironi Philyræ filio, a qua Philyres populi Macronibus uicini. Grçcum Lexicon male, & contra usum optimorum autorum præcipit, ut scribi debeat Phillyra mater Chironis Philyra. geminato ll. sed Philyra herba unico, quæ latine dicitur Tilia. Phillyrides uero ll. interdum recipit geminatum. Quippe sæpe dictio deducta ab origine decidit. Aeneas secundam trahit, quã Aeneades corripit, Priamus prima profertur breui, Priamides longa: sic Philos, Philyra, Phylace præcedentes corripiunt, quæ in Philosophus, Phillyrides, Phylăcides protrahuntur. Medico. Chiron. Chiron medicus insignis, bonusq; musicus, Achillem & Patroclum lyram pulsare docuit, in nubila condere discos, & liquidã nudare palen, & spargere cæstus. Autore Terentio, Pueri nobiles erudiebantur, literis, palestra, & music. Ait enim. Fac periculum in literis, fac in palestra, & in musicis: quæ liberum hominem scire æquum est. Cæterum q; periculosa sit medicę artis professio, uel Moria apud Erasmum indicat, & ipsius artis uere professor Listrius. Canum Phœnicem. Sapientem magistrum Achillis, de quo multa apud Homerum, & Quintilianus Canicies. meminit libro primo. Canicies sapientem indicare solet, ut pallor philosophum. Hinc Gregorius Nazianzenus in oratione contra Cynicum, interprete nostro Rhenano, Neq; tu mihi, inquit, iucundus es aspectu, quod aqualiculum extendas, cutemq; belle cures: utinam tibi caniciei pallorisq; nonnihil inesset, ac afflroreret, ut saltem sapiens, & philosophus esse crederetis. Achilles. Achilles. Thetidis & Peleos filius, cuius pueritiam, ut cætera q; eleganti carmine Statius complexus est. Ex fabulosa Lycophronis historia nouenis cubitis adoleuisse dicit. Gellius ex Varronis sententia affirmat modum summum adolescendi humani corporis septem pedes esse: qđ esse magis uerum, inquit, q; quod Herodotus homo fabulator in primo historiarum inuentum esse sub terra scripsit, Orestis corpus cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt, inquit, pedes duodecim & quadrantem. Sed ex his, quæ cap. decimosexto Septimi refert Plinius, Herodoti opinio q; Varronis & Gellij uerior esse uidetur. Porro solent etiamnum homines insigni cum proceritate, tum fortitudine præditi Hercules, Achilles, Sansonesq; uocari, ut pulchritu-Dardanus. dine Absalones. Dardania in magna. Dardanus Illyrij filius & nomen & originem genti dedit. Lege Strabonis Septimum.

Tisiphone interea quondam lymphata per urbes
Phalsgraphidum heroum, rursus deuecta per auras
Castra Böemorum subijt, totisq; uagata
Agminibus, mentes acuit, dirumq; furorem
Suggerit, atq; animos stygialibus horrida flammis
Bellandi inuadit: tunc omnes arma capessunt,
Quadrijugesq; aptant currus, & spicula uibrant.
Pars teretes contos, uulsasq; e montibus ornos
Exacuunt, uastisq; replent clamoribus auras,

Gens

Gens in Marte ferox: alij spirantia laxant
Fręna, & cornipedes tortis calcaribus urgent.
Fustibalos torquent alij, balearica tela
Ardentij latas saxis intexere fundas.
Hos inter pergebat ouans pulcherrima Pantho.
Mille agit hęc Nymphas, pharetrasq;, sonātiaq; arma
Quæq; gerit, colloq; arcum suspendit eburno
Ipsa, ac nunc celeres impellit in arma quadrigas,
Nunc loro compescit equos: micat aureus olli
Cassis, Carbaseæq; nitent in corpore uestes.
Qualis sese offert iuxta uada Thermodontis
Hippolyte, curruq; leui transuecta per æquor,
Crudam falcatis propellit Amazona peltis.
Aut cum magna choro Corybantum septa Cybelle
Impellit fuluos per Dindyma sacra leones.
Talis erat Pantho, talis sese ore ferebat.

Balearica tela. Generale est uocabulum telum. Telum. Nam de saxis quoq; dicitur. Pantho. Nomen uirginis, hoc est, mulieris indolis heroinę, quā fingit adfuisse Boiemis. Ouans. Exultans, & lætitia gestiens. Agit. Id est, ducit. Thermodontis. Araxes ante dicebatur, ut supra diximus: ad huius ripas Amazones consederunt, de quibus itē meminimus. Aduertendum hoc loco, nostros fere omnes in Thermodōte soluere ultimā, quod est apud Gręcos ω. & Thermodoon dicunt: quod aliter in carmen heroicum non ueniret, cum mediam contrahat. Thermodon. Ouidius tamen ait. Et tu fœminę Thermodon cognitę turbę. Et Silius, spondaico uersu, Perstrepit & tellus & Amazonius Thermodon. Vnde noster non sine exemplo mediam elongat: quamquam legi potest Thermodoontis. Quod tamen in emendato codice non est immutatū. Quare & ego quoq; priorem non muto lectionem. Hippolyte. Hæc Amazonibus imperauit paulo ante bellū Troianum, quam Theseo uirtutis gratia dedit Hercules: & is uxorem duxit, unde natus Hippolytus. Hippolytę. Crudam. Trucem. dici enim hominem truci aspectu crudū, autor est Valla. Item crudus homo dicitur, qui imbecillo est stomacho, quiq; non facile concoquit: ut cibus crudus dicitur nōdum coctus & indigestus. Crudus homo. Sed & pro uiuo & uegeto interdum accipitur, ut exempla passim obuia indicant. Falcatis. Id est, intortis. Peltis. Scutis, quę, diximus, breuissima, atq; in modum dimidię lunæ gestabant, Amazones. Pelta. Maro. Ducit Amozonidum Lunatis agmina Peltis Penthesilea furens. Hammonius ait, Amazonicam peltam scutum esse sine umbone. Consentit Oppianus, qui testudinem marinam Peltę comparat. Xenophon, inquit, pelta Amazonica hederę folio persimilis est, ut refert Parrhasius. Magna. Quia Deum mater. Cybelle. Bacchius pes est, ex prima breui, & duabus ultimis longis. Corybantum. Diximus eos, qui uoluerunt in sacrificijs magnæ Deę incumbere, sic appellatos a Corybanto, qui simul cum Dardano sacra Cybeles in Phrygiam detulit. Corybantes. Fuluos leones. Et supra expositū est, cur a leonibus trahatur: qua de re & Seruius, & alij multa uulgarunt. Per Dindyma sacra. Deum matri sacer mons imminens Cyzico: dictus, ut autumat Philostephanus, quod illic ubera extiterint gemina, quæ Didyma gręci uocant. Alij, quoniam Didymis, hoc est, duobus iugis assurgat. Strabo tantum numero multitudinis, Statius singulariter etiam declinauit. Cui uertice sacra Dindymon & cęsis decreuit montibus Ida.

Iam clarus medio splendebat Phœbus olympo,
Cum paruo inter se spacio, campoq; diremptum
Agmen, utrunq; uocat pugnam, pariterq; minaci
Ore fremunt: primoq; leui fortuna sub ictu
Tentatur, parilisq; agitur discrimine bellum.
Vt data liberior pugnandi copia, magno
Cum stridore uolant, ineuntq; nec ordine Martem
Hostiles turmæ: resonat nemus omne fragore.

Magno cum stridore uolant. Idem Homerus scribit de Græcis & Troianis.

Auſtriadæ contra, donec Mauortius ardor
Fulmina bellandi, rabiemq; accenderet ære,
Pugnabant taciti, & tempus clamoribus aptant.
At Cæſar poſtquam palantibus agmina uidit
Ire globis, pugnamq; acrem depoſcere gentem,
Vrget in arma uiros: tunc omnis ſylua remugit
Aēre cauo, Hercynijs eliſaq; tympana truncis
Dant ſonitum, fragor ad conuexa irrumpit olympi,
Danubrj fugere Dei, tremuere ſub undis,
Quæque colunt ripas piſcoſi numina Rheſi.
Mota tremit clamore uirum, quatiturq; ſub imo
Tellus, irarumque omnes ſoluuntur habenæ.
Saxa uolant, circum coniectis glandibus aēr
Texitur, obnubunt cœleſtia templa ſagittæ
Ante oculos, medioq; enſis micat æthere flammis,
Vndiq; mortis amor, paribusq; per arma ruebant
Certabantq; odijs, furor hos, hos gloria Martis
Impellunt, ſuadentq; illis occumbere campis.

Adſis o Erato, & pugnarum exordia pande,
Poëtarum inuocatio.
Sanguineasq; acies, atq; horrida bella canentem
Diua mone, dextraq; potens, quos miſerit Orco
Magnanimus Cæſar. Iam ſe Bellona flagello
Fuderat in cuneos, animisq; illapſa furorem
Præbuerat, totumq; ferox tranſcurrerat æquor,
Et iam uictori fortuna arriſerat hoſti.
Namq; ubi Francorum fudit ſe equitatus in hoſtem
Incaute, premitur, tormentaque rapta, fugęque
Præcipites iam terga dabant, fuſique repente
Prima ſub auſpicjs inierunt bella ſiniſtris.
Creuerat hinc trucibus uiolentior ira Bōemis
Vincendi: ſiquidem Titan, uentique fauebant.
Nam radios etiam aduerſo uibrabat olympo
Phœbus in Auſtriadas, oculosq;, aciemq; retuſam
Diſtringens, cæci in pugnam, cædemq; ruebant.
Necnon obductus uentis perflantibus aēr
Puluere, bellantum feriebat turbidus ora.
Cornipedem tunc Cęſar agens, calcaribus aureis,
Impetit ardentes acies, ac diſſipat enſe
Aeris regiones.
Agmina, & obliquas quas ſtruxerat inde cohortes

Adſis o Erato. Dixi-mus poëtis non licere te-mere inuocationem repe-tere, iuxta uulgatā apud Horatiū doctrinam: ſed cum rei magnitudo aut difficultas exigit. Quod et noſter uel hoc loco po-tuit abſq; omni reprehen-ſione facere. Cum in hac pugna rei omnis ſumma conſtet. Namque ubi Francorum. Quos nos Francones nunc uoca-mus. Et uerum eſt quod dicit. Nam cum Franco-rum manus paulo auda-cior q̄ par erat, cum ho-ſtibus cōgrederetur, tan-quam in præludio pu-gnæ, fuſi, fugatiq; ſunt. Siquidem Titan, uen-tiq; fauebant. Et hoc con-tigit. eo enim pręlio Cę-ſariani uentum, pulue-rem, & ſolem contrarios habuerunt. Cęterum re-rum cœleſtiū periti, Aeri tribuuut regiones medi-

Imperat acciri, laterique accendere pugnam.

am, imam et supremam: quæ loco sint diuersorũ effectuũ, q pariant, & ferantur in terrã, aquarũ, imbriũ, niuiũ, grandinũ, cometarũ, uentorũ, & similiũ, de quibus Meteora Aristotelis, & Senecę Naturales Quæstiones. Pontani Meteora celebrari a doctis, indicauimus alias. Porro quod ad hũc locum facit, Aristotelẽ secuti, dicimus uentum multitudinem siccę exhalationis, quę de terra prodeat, & circa terram moueatur: cuius principiũ motus superne dependet, origo uero de terra. Cur uero transuersi inspirent uenti, nõ autem ascendant, cũ tamen illa exhalatio suapte natura superna petere debeat, nihil exacte proditum est: ut audiuimus sæpe Stabium dixisse, qui de uentis singulare opus conscripsit. Homerus, ut scribit Plinius, quatuor tantum uentos nouit, a quatuor regionibus cœli, Eurum, Austrum, Aquilonem, Fauoniũ. Versus Homeri sic latine a Theodoro Gaza sunt redditi. Cumq; Euro incubuit, Zephyrusq;, Notusq; furentes, Sudificusq; simul Boreas mala plurima uoluens. Hos V. Flaccus magnos uocat libro Secundo. Habent autem singuli duos, quibus Carolus Magnus indidit patriæ linguæ uocabula. Ventus. Venti magni.

Ipse uolans, passimq; furens, qua plurima contra
Arma uidet, dispalat iter: primoq; Melargum
Enecat, & putri moribundum sternit arena.
Inde Lycum, Praghęq; simul plorantis alumnum
Dorchantem, Lacidemq; Syrin, magnũq; Lyceten
Fundit humi, tectum raptorum pelle luporum.
Nec te crudeli potuit tua mytra Thearce
Eximere a fato, transfossus pectora telo
Ipse cadaueribus super, & super obruta anhelans
Corpora, semianimis proprium bibis ore cruorem.
Non aliter Cæsar medio furit agmine uictor,
Q; si Peliaco saturos in monte bimembres
Hyleum, urionq;, & uulsas Hippason ornos
Iactantem, Alcides dextra detruderet umbris.
Vel cum terrigenas flammis Saturnius atris
Inuasit, summoq; exhorruit ægide cœlo,
Rumpens Bistonios rapido cum fulmine montes.

Dispalat iter. Pro aperit. Praghæ. Metropolis Boemię. Raptorum. Appositiue. Luporũ. Lupus nomen ex græco sumptum. Is enim grece λύκος dicit. Tria sunt Luporum genera, Communes, Canarij, Ceruarij, de quibus Aristoteles libro Sexto Naturæ animaliũ. Quę de lupis Albertus scribit de Animalibus libro uicesimo secundo, fabulosa esse nemo ambigat, inquit Camers in Enarrationibus. Solinianis. Diuus Ambrosius Sexto Hexameron, Lupus, inquit, si prior hominem uiderit, uocem excipit: & despicit eum, tanquam uictor uocis ablatæ. Idem si se præuisum senserit, deponit ferociam, & non potest currere. Ex hac lupi proprietate sumptum Adagium. Lupus est in fabula, ut Terẽtius. Seu, Eccum tibi lupum in sermone, ut Plautus. Adagium interpretatur, Seruius Ecloga nona, Erasmus noster latius in Chiliadibus. Propriũ bibis ore cruorẽ. Vnde dixit, crudeli fato, ut puto. Gentes autem quædam haustu mutui sanguinis fœdus pangebant, ut Herodotus meminit, & noster Tertullianus in Apologetico. Sic quoq; Catilinæ contra patriam cõiurationem fuisse firmatam, scribunt Salustius, Appianus, L. Florus. Scribit Solinus Scythas interemptorum cruorem e uulneribus ipsis bibere. Hyleum, Vrionq; & uulsas Hippason ornos. Sic ex bono exemplari uersum immutandum omnino duximus. Nam apud Lucanũ reperio, Pholũ hospitio Herculem suscepisse: quia cũ optaret e Pelio monte Centauros eijcere, sed ipse prior iniustũ bellum nolebat inferre, curauit, ut Pholo susceptus hospitio, præstantissimi uini cadus promeretur. Odore tracti Centauri, uinum rapere tentauerunt. Hercules occasionem nactus, omnes aut interemit, aut inde fugauit: quornm nomina cum uoles apud Diodorum leges, & Ouidium, ut alibi indicauimus. Peliaco monte. Hoc nuptiale conuiuium Thetidis atq; Pelei, quod singulari carmine Catullus prosecutus est, Ouidius undecimo Metamorph. & Claudianus in Nuptias Honorij & Mariæ retulit, in tantũ noticię obtulit, ut taceri de eo magis mirũ sit, ut ait Solinus. Saturnius. Iuppiter iratus. Terrigenas. Gigantes, quorum Homerus in tota Iliade

Praga. Lupus. Luporum genera tria. Lupus in fabula. Sanguinis mutui haustus. Pelius.

nusquã meminit, in Odyssea aliquoties ut mortaliũ, nõ quasi diuini generis, ut alÿ, testis est Parrhasius, qui & sparsim horum nomina refert in cõmentarÿs suis eruditissimis. Aegide. Quæ in eo bello pro thorace usus fuerat, ut supra retuli ex Higyno. Est aũt hoc bellum gestum apud Phlegram Campaniæ, seu Macedoniæ ciuitatẽ. Vnde Phlegræũ uocamus quidquid ad Gygãtas pertinet. Rumpens Bistonios rapido cum fulmine montes. Allusum ad illud Maronis primo Georg. Conati ter sunt imponere Pelio Ossan, Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympum: Ter pater extructos disiecit fulmine montes. Allegoria fabulæ superius ostensa est obiter. Adscribam ex quinto Philostrati uerba Apollonÿ Tyanæi. Ego, inquit, Gygantes fuisse dico, multisq; locis diruptis tumulis eiusmodi corpora ostendi. Non tamen, ut fertur, cum Dÿs pugnasse credo: sed forsan Deorũ ædes ac tẽpla uiolasse. Quod aũt cœlum aggressi fuerint, nec illic deos consistere permiserint dicere, insania quædam est, insanius etiam credere. Hac Gygantum fabula, autore tertio Carminũ Porphyrione, ostenditur, uires sine prudentia non tantum uanas esse, uèrum etiam sibi aduersarias. Hinc sumptum Adagium quã uerissimum, θεῶ μαχεῖν, cum Deo pugnare, de eo qui stulte Deo repugnare ac contraire audeat.

Phlegra. Phlegræum.

Parte alia insultans, pronusq; in uulnera Saxon
It Brunsuichides, tectusque umbone furebat
Læuorsum, fortesque animas mergebat auerno.
Quem procul Eudæmon spectans amentat habenis
Infelix iaculum, & tenso pede torquet in illum.
Peruolat (infandum dictu) lapsumque per auras
Inuadit lœtale femur, tegmenque orichalco
Subtextum frangit, nulla hic mora profuit ærea.
Defluit extemplo sanguis, phaleræque cruento
Imbre madent: tunc ille uelut Gangetica tigris,
Pæoniusue monops, & Iazica perfurit alcis,
In medios agitur cuneos, tristemq; requirit
Eudæmonta, nec exertantem pelle sagittam
Dimittit, sed uulnifica post terga ruebat
Hasta, clamantemq; ferit, populataque cuspis
Ingentes artus, animam diuellit ab aura.
Ecce autem Langus geminis comitatus Aretis
Aggreditur pugnam, Caspem, Tmolũq;, Zoanq;,
Et Lysium uasta perimit Calcanta securi.
Venerat hic bello comes infelicis Adauni.
Qui dum Danubium (residens in puppe) fluentem
Despicit, excutitur, medÿsque inuoluitur undis,
Auxilio princeps Lysias, qui in bella Lysitas
Duxerat, unde suum retinet nunc Slesia nomen.
Interea Pantho Nympharum undante caterua
Effurit in partes uarias, & Iazice curru
Torquet anhelantes inter fera tela iugales,
Saxonum inuasura manum: non pertulit illam
Per medias ardentem acies, cædemque parantem

Monops. Ares. Slesia. Vratislauia.

Pæonius Monops. Certum est animal insigni feritate designare, Hungaris fortasse notum, ac patriam feram. Nam quos latini Pannonios nuncupant, a Græcis Pæones uocantur.

Geminis Aretis. Duos eius puto significare fratres, quorum alter etiam num uiuit eques auratus: alter in obsidione Patauina perÿt. Nomen a militari uirtute impositũ uidetur. Ares enim Mars est. Slesia nomen. Hæc post Morauiam sequitur haud ignobilis prouincia, quam fluuius Odera perlabitur, caput eius Vratislauia est: amplissima ciuitas priuatis ac publicis ædificÿs magnifice ornata, Siluio teste, ac nostro Celte, lib. Amo-

Enſe minax Caſymirus erat, qui tegmine cinctus
Ibridos,& pellem nodo diſtrinxerat aureo.
Sed longe exclamans,Ite o genus,ite fugaces
Sectatum per luſtra feras,monteſq; per altos
Hercyniæ,& timidos ſcopulis depellite damas.
Non ueſtrum eſt hæc arma pati. ſic fatus,in agmen
Defertur medium,& uaſto quatit impete turmas.
Contra aderat Pantho,celeriq; inuecta couino
Prouocat ad pugnam:ſubit ardor utrinq;,furorq;
Certandi, anciſam heros enſis turbine peltam
Reſcindit,ferriq; ruunt ſeptemplicis orbes,
Frangitur & chalybis duri mora,uulſa per æquor
Flamma fluit,largoq; madet iam ſanguine pectus.

Ibridos.Iber animal terreſtre: a quo & Iberes,iuxta Heſychium. Fuit & hoc nomine Herculis filius,ut Euſtathius ait.

Tunc illa haud aliter q; cum Libs horruit hydra,
Quam numida obliquo perſtingit uulnere uelox,
Luſtrat cuncta oculis,ſolum in certamina poſens
Vulneris autorem:ſed dum mouet ægra ſecurim
Vis abit,& fractæ langueſcunt corpore uires,
Et conſternatis mœret reſupina quadrigis.
Iamq; aderat uictor,teloq; micabat hiulco.
Quem contra. O iuuenis, quo non præſtantior alter
In terris,miſerere precor,ſum fœmina Pantho,
Paruaq; de noſtra dabitur tibi gloria morte,
Per Genium nunc oro tuum,per candida colla
Quæ præfers æquanda Deis,oculoſq; micantes,
Sydera bina poli,moribundam,te rogo,ne plus
Hauri animam,uictam fateor:uidere precantem
Iſta tui,& coram duplices me tendere palmas.
Dixerat. Ille ſuos acer toruuſq; uolutans
Hinc atq; inde oculos,dubius ſtetit,effera tandem
Corda domat,uicitq; feram clementia mentem,
Hoſtis eras inquit,tu nunc contra accipe uitam,
Et quod poſcis,habe,uiuas,auraq; fruare.
Nam tua membra magis Venerē,q; claſſica Martis
Signa decent:ſed tu magni fuge Cæſaris arma.
Dixit, & exanimem Nymphæ turbam inter & enſes
Suſcipiunt,uerbiſq; fouent,& uulnera curant.

rum ſecundo. Sleſia,quę pulchris habet oppida condita muris, Viſa caput quorum culta Vratiſlauia. Nomen autem regioni fecit fluuius Sleſus,eodem autore. Sueuus, qui Sleſum ſocium ſibi conuocat amnem A quo nūc nomē Sleſia terra gerit. Pantho. Quā ſuperius Hippolytę comparauit. Iazice curru. Quo .ſ. more Iazices, id eſt, Pannones utuntur. Currus eñ eorum ī curſu uelociſsimi ſūt, aptiſſimiq; ad pugnandum. — Sleſus. — Iazices. — Iber.

Libs hydra. Pro Libyca. Mouet ægra.ſ. Pantho. Securim. Securis Amazonū propria fuit, a Pentheſilęa regina inuenta, ut ſcribit Plinius. Inde Amazones Securigerę. Ouidius. Prima ſecurigeras inē uirtute puellas. Vis abit. Virtꝰ, robur. Aliquando multitudo. Saluſtius. Qua tē peſtate ex Ponto uis piſciū erupit. Parua gloria. Alluſum ad ſententiā illam Maronis notā,& a nobis relatam. Per Genium nunc oro tuū. Lege Cenſorinū de die natali,qui aſſerit naſcentibus nobis dari cuſtodes malum,& bonū, quos Genios appellemus, quaſi nobiſcū genitos. Idē ſentit Seneca ad Luciliū, & Heſiodus in Ergis: neq; hominibus modo, uerū etiam locis, atq; ædibus binos Genios priſci attribuebant: quorū alter perniciem nobis moliaī, alter iuuare ſtudeat. Hinc Prudentius lib. aduerſꝰ Symmachū Secūdo. Cur Geniū Romę mihi fingitis unū? Cū portis,domibus,thermis, ſtabulis,ſoleatis Adſignare ſuos Genios, perq; oīa mēbra Vrbis, perq; locos Geniorū millia multa — Securis Amazonum. — Vis. — Genij.

Fingere, &c. Quin & nostrates Theologi, ueteres illos, ut noster Roterodamus opinat, sequuti, duos unicuiqꝫ Genios, q̄s Angelos uocāt, ab ipso p̄rimus exordio uitę adscribūt: amicū, q com moda nostra procuret: malū, q modis omnibus in exitiū nostrū immineat. Hunc græci dicunt Alastora: q̄ nomine uocamus eos, quibus incōmodorum nostrorū maximā partē acceptā ferimus, idqꝫ etiam hodie uulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his, aut illis ita inauspicati, ut tanquam fatum quoddam malum, atque in perniciem illorum nati, iure uideri possint. Vnde & prouerbium, Genius malus, quod centuria prima Chiliadis primę, erudite, ut omnia, idem Roterodamus explicat. Sydera bina poli. Solem & Lunam intelligit. Tua membra. Velut pręmollia, a quibus & mulier denominatur. Victam fateor uidere precantem Ista tui. Sumptus color a Marone in fine Aeneidos de Aenea & Turno.

Angeli nobis adscripti. Alastores.

Interea Cæsar denso furit agmine, & una
Albertus, coguntqꝫ feros dare terga Bōemos.
At fati contemptor Atax, & fortis Hiarbas,
Imberbisqꝫ Phineus, & torto crine Pheretes
Vno Marte ruunt, unoque furore cateruas
Austriadas frangunt: densis ceu fluctibus Oxus
Hyrcanos populatur agros, spumantiaqꝫ urget
Littora, & undisono diuerberat æquora cornu.
Tunc metuens Cæsar, ne frons, aciesqꝫ labaret
Prima, iubet pugnæ totum succedere robur.
Ipse uolat, sciditqꝫ globos, obiectaqꝫ pila
Discutit: & primo iaculum qui torserat ingens
Alcathoum inuadit, ferrum latus haurit apertum
Exanimi: inde ingens cæsorum increscit aceruus.
Nam Pallas, Pylleusqꝫ ferox, & fortis Agontes,
Atqꝫ miser Rhodamas, deplorandusque Phileuros
Purpuream uomuere animam: iam tristis utrinque
Exoritur cędes, uiui inter busta peribant
Demersi, atque equitis lapsas terit ungula parmas,
Scutaqꝫ, sanguineosqꝫ enses, gemmataqꝫ fręna,
Et sonat æripedum tellus frontalibus aureis.
Sic passim Cęsar telum fatale coruscans,
Pręnestem, flauumqꝫ Gelon, natumqꝫ Casurgi
Sternit Aglaurontem: clamat resupinus arena
Infelix Laomes, cadit Argiletus equorum
Prædomitor, magnusqꝫ Lepas: augurqꝫ Phidenus
Doctus noscere aues, nec non responsa Deorum,
Et captum lituo signare per aëra templum.

Oxus. Ochus. Oxisagę. Casurgis.

Oxus. Flumen Bactrianam & Sogdianam disterminat, adeo nauigatu cōmodum est, ut transportata ab India i ipsum onera in Hyrcaniā facile deuehantur, autor Strabo. Aristoteles inter admiranda in natura enumerat Oxum. quod Bactrianorum regionem, quam irrigat, multo fœcundantem auro arenam pariat. Notissimum uero est ex Curtio, Marcellino, cæteris, Ochum ab Oxo aliū esse. nā in Oxum Ochus fluit, maximos amnes recipit, quos i Hyrcanum mare exonerat. Ab Oxo Oxisagę accolæ nominati, Solino, cęteris. Quamquam Hermolaus Oxistagę legit. Arrianus Oxidacas uocat. Casurgi. Ciuitas est Boemiæ, ita ab antiquis appellata, quæ hodie Praga dicit̄. Cuius pluribus meminit Syluius in historia Gētis. Celtes noster de ea in carminibus sic ait. Visa non urbs est meliore cœlo, Fertili gleba tua Braga cincta est. Explicat septem hæc spaciosa colles, Quam rapax scindit fluuius per Albim, Ambitu murorum, imitata magnæ Mœnia Romę. Exiens, nomen socios petentes Fluctibus æquor. Et captum lituo signare per aëra templum. Romanorum morem tangit in captandis augurijs. Solebant autem, ut refert Cicero, & exactius Liuius libro primo ab urbe condita, ut sacerdotes sedentes cum lituo designarent in cœlo locum, quod templum ab intuendo appellabant, indeqꝫ auium uolantium augurium captarent.

Templum.

Est enim Lituus, ut inquit in Diuinatione Cicero, baculus auguralis, ab alterá parte qua crassior est incuruus. Romuli lituus, ardente Curia, cum minime arserit, pro miraculo habitū est. Maro. Ipse quirinali lituo, paruaq; sedebat Succinctus trabea, læuaq; ancile gerebat. Alicubi legimus bacillum augurale ad Episcopos nostros translatum esse. Lituus.

Iamq; erat ad clypeos Cæsar, iunctasq; quadrigas
Castra quibus munire solent, & ponere uallum.
Ergo illuc metuens campo decernere aperto
Vlterius se hostis, trepidumq; recæperat agmen,
Cum delapsa polo roseis circundata nymbis
Pallas sollicitas uoluens sub pectore curas,
Tethyos Oceanum petijt regna alta profundæ,
Illo forte die Venedum per littora magnus
Oceanus pater, & Nymphæ Oceanitides omnes,
Et quas auricoma produxit Doride Nereus,
Proteq;, Eucrateq;, Säoq;, & Lysianassa,
Pasithea, atq; Erato, & roseis optabilis ulnis
Eunice, Dotoq; soror, formosaq; risu
Glauconoē, atq; Thetis, Thalieq; adamabilis, huic se
Splendidaq; Eulimene, & Melite iunxere sorores
Ambæ æuo similes, ambæ squallentibus ibant
Vestibus incinctæ, & splendorem a uertice uibrant.
Has pone insequitur natarum cætera pubes.
Nec non puniceos stringens sibi Glaucus amictus
Affuit, & Sirenes, Leucotidesq; Palæmon,
Et Triton curua uectus super æquora concha.
Vixq; alta æquorei replere sedilia saxi,
Cum metuens summo properans Tritonia cœlo,
Ingreditur Pontum: uenienti protinus unda
Scissa locum dedit, & medium uia secta per æquor.

Per littora Venedum: Hoc est, accolarū Venedici sinꝰ, qui notiore uocabulo Codanus dicit, de quo plura superius. Codanus.

Magnus Oceanus pater. Quoniā Deorū origi nē instituit secundū Homerū Platone teste: idem uoluit Hesiodus. ait, preterea Orpheus, Oceanū primū pulchrifluū coniugiū inchoasse, qui cū Thetide Germana se sua cōmiscuit. Oceanus magnus pater. Nereus. Omniū Ponti liberorū natu maximus ex Oceani filia Doride, Nymphas genuit, quas a patre Nereides appellamꝰ, autor Hesiodus. Nereus. Protoq;, Eucrateq;. Noia mutuatus est ab Hesiodo. Glauconome, atque Thetis, Thalieq; adamabilis, huic se. Sic legit in bono exēplari: Vnde non satis ex snīa in emēdationibus prioribus correximus uersum, qui ita corrigēdus est, ut iā scripsimus. Nam Thalie Thalies penultima breui, filia Doridos & Nerei fuit apud Hesiodum. & adamabilis puto, nō amabilis legendū. Thalie. Glaucus. Cur Glaucus Anthedonius ex Euboea piscator maris numen factus sit, Athenæus refert fabulam, & noster meminit Roterodamus Prouerbio primo Chiliadis tertiæ Centuria prima. Pœlephatus ad historiā refert. Glaucus numen maris. Et Sirenes. Scilicet, affuere. Secundū Homerum, ut ait Eustathius, duæ sunt & sine nomine: secundū alios poetas tres his nominibꝰ, Parthenope, Ligea, Leucosia: quæ post Vlyssis transitū se in mare precipites dedere, aliæq; alibi emersere. Sirenes. Sirenas suauissimæ uocis mulieres fuisse græcanica extitit fabula, inquit Suidas: quæ in insula desidentes, usqueadeo præternauigantes cantus suauitate oblectabant, ut usq; ad mortem eos ibi detinerent. Habebant autē a pectore ad superiora struthonū speciem, inferiora uero mulierū. Qui fabulose loquūtur, Sirenas aiunt esse fœminea facie auiculas, quibusdam cantibus præternauigantiū aures demulcentes, earumq; musicæ uoluptatis finem unicam esse mortem. Verus autē sermo hoc exigit, loca esse quædā marina montibus qbusdam in angustū redacta, in qbus fluctus cōpressus argutā reddit uocem; quā qui præternauigant, suam ipsorum uitam fluctui cōmittunt, & una cum naui-

bus pereunt. Palephatus prodit Sirenes scorta fuisse, quæ delinimentis appulsos, & earũ forma captos, apud se desidere cogebant, quoad omnes illorum degluberent opes. Porro quando Siren. plusculа de Sirenibus adnotauimus, obiter id quoq; adijciam. Siren insecti genus esse, api non dissimile, Autore Suida. Leucoidesq; Palæmon. Leucotoe filius, cuius ante, ut & Palæmo- Triton. nis memini. Triton. Neptuni Tubicen est & armiger, ut notum est ex Papinio, & Marone. Plinius in nono autor est, auditũ in quodam specu Tritonem concha canentem: & inibi asserit ueram esse de Nereidibus opinionẽ humanam effigiem habentibus. Non igitur mirum est, si poëtæ biformes Deos maris appellant. Triton autem, quod scribit Acesander, Neptuno patre genitus est, ex Atlantis filia Celeno. Tritonia. Pallas, ut placet Callistheni: quod hæc Dea Tritemenos, id est, tertia mensis die nata, qui festus Athenis transigebatur, ut Romæ Quinquatria, ut inter reliquas nominis caussas adnotauimus libro primo.

Vt Dea marmoreamq; domũ, & pendentia uidit
Tecta sub æquoribus, mirata est regna profundæ
Tethyos, & magni solio præferre Tonantis
Haud dubitat, strepitusq; pauet, quis flumina longe
Vahala. Diuersis deuecta locis maria omnia miscent.
Et subter tacitas cursu labentia terras
Aeternos seruant fluctus, quæ maximus inter
Rhenus, qui geminis pulsaret cornibus æquor,
Occiduum exciperet Mosæ nisi ripa Vahalam,
Hinc Viridi spectabat aquas, & flumen Amusi,
Cuius per uitreas Bussactor nauigat undas,
Vidrus. Albimq;, & Clausum, Viadumq;, & magna Sueui
Ostia, Vistuleosq; altos irrumpere fluctus.
Vt fuit in thalamum Reginæ, atq; humida tecta
Albis. Vltrogressa, Deæ nota est uenientis imago.
Desiluere loco Nymphæ Amphitritides, almam
Diuam excepturæ, dextraq; fit obuia Ponti
Olli, atq; in solio secum Dea iungit honoro.

Aeternos seruant fluctus. Perennes fluuios intelligit. Et est locus sumptus ex quarto Georgicorũ lib. Maronis. Occiduũ exciperet Mosæ nisi ripa Vahalam. Sinistrum Rheni cornu, q̃d ad Occidentẽ flectit, Tacitus tradit a Mosa excipi, & appellari Vahalã: quod nomen adhuc seruat. Quamobrem Poeta sentit alibi cornu Rheni deferri ad mare per Mosam. Vidri. Hunc Ptolomæus iuxta Amisium nominat, quẽ hic Poeta Amusium appellat. Albim. Quem & Albium Strabo uocat, ut dictũ est, Germanus, die Elb, Tacitus inclytũ appellat. Celtes noster de eo sic. Sed maximus Albis, Qui rapidus mediam fluuius perlabitur oram, Et quantum Rhenus, sic Vistula distat ab ortu Tandem & Cimbriacũ uagus exoneratur in æquor. Clausum. De hoc nihil adhuc com Viadus. pertum habeo, præter Viadum. Putant nõnulli eundem esse, qui Plinio, cæteris, Gutalus dicitur. Sueui. Hic est trans Albim uetusti nominis Straboni, meminit eius & Celtes, cuius testi- Sueuus. monio paulo ante sumus usi. eodem autore, ut Irenicus ait, Sueuum antiqui Guttalũ dixerunt.

Ostia, Vistuleosq; altos irrumpere fluctus. Hunc uersum, quem in paruis annotamentis inemendatum reliqui, sic, ut restituimus, ex emendato libro legendus est, & non ut prius, Ostia, & ingenti Vistulam irrumpere fluctu. De Vistula diximus. In thalamum Reginæ. Hoc est, sedem, & regiam. ut illud Claudiani, caligantesq; profundæ Iunonis thalamos, ad infernas Proserpinæ sedes referri potest, teste Parrhasio. Ouidius pro connubio accæpit in Heroidibus. Ne- Thalamus. scio quem thalamis præposuisse suis. Quippe coniugale cubiculum est thalamus, in quo uir & mulier θαλλουσιν, hoc est, prolem suscipiunt & geminant. Sed & uirginum sedes appellat thalamos in Metamorphos. idem Ouidius. Pars secreta domus ebore & testudine cultos Tris habuit thalamos, quorũ tu Pandrose dextrum, Aglauros læuum, medium possederat Herse.

Tunc Pallas. Regina undarum, atq; æquoris alti
Numen ab æthereo proles Iouis, huc ego cœlo
Deuenio supplex, nymborum exposcere uires.

Deuenio supplex. Color sumptus ex p̃mo Maronis de Iunone & Aeolo. Rex Leonoris. Ma

Rex etenim uictor faustis Leonorius armis
Cuncta quatit, raptoq; mihi iam gaudet honore.
Credo etenim, si alias Venedi per littoris undam
Direxistis iter, uestras pulsauerit aures
Infandum hoc bellum, duraeq; exordia pugnae,
Omnia tentaui, nec sic impune dolorem
Ille meum hauriret, & temneret arma Deorum.
Sed missa haec facio, ueteres namq; obruit iras
Cura recens: furit Austriades, instatq; Böemis
(Qui ducunt chari genus alto a sanguine Othonis)
Impius, & miseros infanda strage fatigat.
Vnde iter huc coelo diuertimus, & tua solum
Dori mihi seruata fides, modo tu Dea Ponti
Adsis, & praestes tanta ad molimina uires.
Quare age Diua precor, collectas undiq; nubes,
Quas ego compellam uestrum descendere in aequor
Imbue aquis, tantum neu martia Caesaris hasta
Saeuiat, & duro contundat Marte Böemos,
Descendant pluuiae, & tonitru coelũ omne reclamet,
Cogaturq; ferox media decedere pugna.
Dixerat. at contra Doris sic alma locuta est,
Quodcunq; est pelagi proles miranda Tonantis,
Quot capiunt haec littora aquas, ad nubila transfer
Annuo, nec mi unquam tua dicta refellere fas est.
Hoc regnum commune tibi, & debere fatemur,
Quae prius in nostrum diresti lintea regnum,
Atq; per insolitum Pagasis mirantibus aequor,
Numine cum ratis acta tuo est, & fortis Iason
Rettulit Aemonia pellem Creteida puppe.
Iamq; maris noscuntur opes, nautasq; pauentes
Numina damnamus uotis cum supplice dextra
Fluctibus in medijs, & tempestate uocamur.
Quare pro meritis, neq; enim pensabimus illa,
Exequar haec, & me nihil experiere negantem.
His spumans dictis aurum libauit, & olli
Grandia Menapij porrexit pocula zyti.

ximilianus Leonorae filius. Chari Othonis. Othocharũ Regẽ intelligi, de quo lib. primo sic dixit. Cecropiae quondã Rex, est ita fama, Mineruae Charus Otho templũ erexit. Hic fuit a Rodolpho, ut diximus, interfect⁹. Proles miranda. Ex uertice p̃ter usum nata. Quę pri⁹ ĩ nostrũ diresti lintea regnũ. Quoniam Duce Minerua Minyae, id est, Argonautae ex Pagasa soluerunt in Colchos. Diresti. Pro direxisti, Est syncope poetica. Lintea. Vela, partem pro toto, notissima figura. Per insolitũ aequor. Sequitur Pliniũ, Ouidiũ, Statiũ, & Val. Flaccũ, qui tradunt prima freta peruia Iasoni. Autorũ diuersas super nauticae artis inuentione sententias Parrhasius, cui secula nostra plurimũ debent, recitat in principio libri primi de Raptu Proserpinae apud Claudianum. Pagasis. Pagaseus sin⁹ urbem Pagasam amplectit, autor est Mela in descriptione Macedoniae: inde Minyae Colchida petentes Argonauem soluisse memorat. De Argonaui fabricata, & ut oram soluerint Minyae, lege Val. Flaccum libro primo. Numine cũ ratis acta tuo est. Argonautis eñ Iasoni, Herculi, Orpheo, & alijs Pallas & Iuno fuere auxilio. Ratis. Quidã aiunt Iasonem non tantũ una rate Colchorum regionem penetrasse, sed classe optime instructa. Ratem hanc per operis initia Flaccus uocat fatidicã: non quod in coelum relata sit, ut aliqui suspicant, sed quod Sophocles quercum, seu fagum polyglosson appellauit, ex hac materia constructã Argonauis carinã, quae dubijs in rebus Minyas admoneret: ut ait Parrhasius, exponens hunc Valerij locum cõmentario primo in Raptũ Pro-

Othocharus.

Nauigatio prima Argonautarum.

Pagasa.

Argonauis cur uocalis.

serpinæ. Pellem Creteida. Aureum uellus, cuius fabula notißima est. Et tempestate uocamur. Lucretius. multoq; in rebus acerbis Acrius aduertunt animos ad relligionē. Nam ut Plinius eleganter protulit. Præcipue est tunc uotorū locus cū spei nihil est. Zyti. Ceruisiæ.

At Dea sublimis gradiens, & uasta frementum
Vndarum exuperans, ubi sese Delia nunquam
Deflectit lampas, fertur cita, Cimmeriamq;
Inuisit gentem, atq; altos caligine montes,
Perpetua & densa regna exhorrentia nocte.
Secū etenim altitonans prolem Thaumantida Iuno
Miserat, & sedem concesserat aëre nymbis.
Illinc collectas altum per inania nubes
Contrahit, & Codani luctantibus impulit undis.
Doridos extemplo iussu complentur aquarum
Molibus, & raptos per cœlum nubila fluctus
Exportant, nigroq; poli clauduntur amictu.
Interea ad currus Cæsar furit, & latus ambit
Langus, nec medijs Federicus segnior armis
Ingruit, & sæuo contundit Marte Böemos.
Cum subito uastæ preßis ex nubibus undæ
Desiluere, rubentq; poli perflantibus Austris,
Et tonitru quaßatur humus: ruit amnis ab alto
Densus, & exortæ rapiunt conuexa tenebræ.
Obscuraq; cadit commistus grandine nymbus,
Et pyceo perit imbre dies. Sic Pyrrha nigrantem
Tempestate polum Parnasi a uertice uidit,
Cum genus omne hominū perijt, uolucresq;, feræq;,
Et noua proiectis reparauit semina saxis
Deucalion, matrisq; dedit nos osse renasci.
At Cæsar subitis nequicquam exterritus undis,
Prosequitur pugnam, teloq; ferocior instat.
At paßim ingenti pluuia, tonitruq; repente
Consternati animi, retro ad tentoria cuncti
Diffugiunt, clypeisq; tegunt sua corpora uastis.
Cogitur & Cæsar, nec non fortißimus una
Linquere Brunsuychides pugnam, Saxonius alter
Flectit Auarpigenas, pubemq; in castra reducit.

Cimmeria regio tenebrosa dicta.

Cimmerij in Italia.

Cimmeriæ tenebræ.

Cimmeriamq; inuisit gentem. Hanc prodigiosa obscuritas illustrem fecit, ob nimiam em̄ Solis distātiam plurimum tenebrosa dicitur. Quam rem multis carminibus canit V. Flaccus Argonauticon libro tertio, & Ouidius libro Transformationum undecimo: illic, ut diximus, Somno Deo regiam ædificans. Homerus, cuius locum Strabo libro primo citauit, a principio undecimi Odysseæ plura refert de Cimmerijs, a quo posteri omnes, ut Camers ait, de Cimmerijs transtulerunt. Strabo a Cimmerijs Scythicis asserit Cimbros ad Oceanum Germanicum appellatos esse. Sunt etiam Cimmerij in Italia inter Baias, Cumasq; siti.

Et densa regna exhorrentia nocte. Hinc ex natura huius loci Lactantius capite tertio, quinti diuinarum institutiōum elegans protulit prouerbium. O cæcum pectus, O mentem Cimmerijs, ut aiunt, tenebris atriorem. In hominem, cuius mens tota uersetur in tenebris, & qui omnis omnino sapientiæ expers sit. Et hunc uelut æmulatus diuus Hieronymus, ut Lactantianæ admirator eloquentiæ, sicut Erasmus dicit, Rogo, inquit, quæ tanta est cæcitas, et Cimmerijs, sicut aiūt, tenebris inuoluta. Statius sic effert. Cimmeriū Chaos, de loco tenebris obsito, & quo ueutiq; accessus pateat. Non inconcinne etiā ad animū transferri poterit, de homine. s. qui mente hebete & obtusa oīno sit, ut Camers putat. Teste Erasmo apud Græcos constanter per duplex, m, scriptū inuenit, tametsi refragat etymologia, quā adfert Eustathius. Adi eius Chiliades. Sedem con-

Cimmerium chos.

cesserat. Quoniã per Iunonẽ, ut superius diximus, aërem intelligimus. Federicus. Dux ille Saxoniæ, Princeps Elector, cuius laus magna est in ore eruditorum. Sic Pyrrha nigrantem. Fabulam refert Ouidius primo Transformationum. Auarpigenas. Auerpi antiquissimi Germaniæ populi fuerunt, qui partem illam coluerunt, quam nunc Saxones habent, Auerpi.

Iamq; Atlantæo noctis de littore meta
Surgebat, stellasq; inter fulgebat Eoas
Delia: quæ postquam nouit Tritonidis astus,
Sicanías petijt sedes, Aethnamq; sonantem
Vorticibus flammarũ, & agentem ad sydera fumos
Cratere igniuomo, & Messanæ littora quærit.
Illac Phœbus equos (fama est) stabulatur arena
Iam fessos, soluitq; iugo fumantia colla.
Atq; hunc aggreditur mœsto sic talibus ore.
Nulla ne tantorum dabitur Germane laborum
Metá mihi? supplexq; Deos tentare precando
Effugiam? quid me uestigia longa sequentem,
Erroresq; uagos, atque alta silentia tecum
Ferre iuuat? nobis quid menstrua tempora prosunt,
Visq; immensa latens, & adhuc incognita terris,
Qua fluit, & refluit feruens maris unda Britanní,
Inq; uicem proprios mutant uaga flumina cursus,
Purpureusq; Haliacmon, olorinusq; Cayster?
Numina si cœli nos tanquam spræta iacemus?
Arbitrioq; suo uictrix facit omnia Pallas?
Quin etiam (scelus infandum) tete ipsa, tuosq;
Aspexi radios, humentia pellere ab imo
Viscere terrarum, nigrasq; attollere nubes.
Scilicet ut uoti compos Tritonia uirgo
Fiat, & abiectam uideas Germane sororem.
Quare age, rumpe moram, cum crastina fulserit Eos
Discute nigrantes nubes, iubar effer in auras
Non hostile uelut radij prius, agmine facto
Cum uenti, & densus turbauit lumina puluis,
Ipsa ego in aëream sedem, magnæq; uolabo
Iunonis solium, atq; iras mulcebo furentes.
Dixerat. At Phœbus roseo de uertice fundens
Splendorem ingentem, dicto annuit: inde sorori
Taurominitani libauit pocula Bacchi.
Tertia iam uigil obscuræ custodia noctis
Transierat, madidaq; iacebat miles in herba,

Messanæ. De hoc oppido, q̃d, ut ait Solinus Rhegio Italiæ oppositũ est, præter cæteros Thucydidem lege lib. 6. Zancle antea dicebat. Illac Phœbus eq̃s. Fingit Poëta Dianã perceptis dolis Palladis, fratrẽ Solẽ petijsse in Messana. Plinius tradit hanc fabulã lib. 2. Nam cũ mare ꝓpe Messanã quasdam sordes ad littus euomat, crediderũt Solis equos illic stabulari. Quid me uestigia longa sequentẽ. Describit naturã Lunæ, quæ modo lucet, modo deficit: cuius ratiõẽm reddit lib. q̃nto Lucretius. Plinius, Solinus, Martianus, Diodor. cæteri. Autores sunt, in Taprobano nec Septentriones, nec Vergilias aspici, Lunã quoque nõ nisi ab octaua in sextamdecimã supra terras uideri. Obseruãt dies lunares rustici: q̃s tamen incertum est, an a naturæ caussis, an uulgi magis credulitate proficiscantur. Hasce obseruationes Hesiodi exemplo apud Maronẽ leges lib. Georgicorũ. 1. & in Rustico Politiani. Erroresq; uagos. Allusum ad illud Maronis. Errantẽ Lunã, Solisq; labores. Alta silẽtia. Interluniũ, seu coitũ Lunæ Seruius intelli-

Messana.
Zancle.
Dies lunares.

Ecce autem triſtis pernicibus aduolat alis
Fama, canens paſsim miſerandi dira Roberti
Funera: tunc concuſsi animi, milesq; Böemus
Neſcit ſtare loco, trepidatq; fugam ne capeſsat,
Incertus, tantiue ineat diſcrimina belli.

git. Ver ex Polidano id latiuſcule expoſitū eſt ſupra. Menſtrua tēpora. Quia Luna ſingulis mēſibus ſuos pagit curſus. Catullus. Tu curſu Dea mēſtruo metiens iter annuū. Vnde & a Lucretio, cæterisq; poetis, Luna menſtrua appellaẽ. Apparet aūt plusq; uiginti ſeptē dies, bis in coitu immorat: quanq; accidere poteſt, ut utrūq; ſydus eodem die uideri poſsit, ut tradit Plinius, & recentiores. Itē menſtrua, profluuia muliebria uocant, quæ & menſes appellant: quoniā a Luna proueniūt. Fœmina quæ menſtrua fert, menſtruata. Menſtruū durat in pluribus mulieribus, ut plurimū quadragintaquinq; annis, et in qbuſdam uſq; ad quinquaginta: et tunc deſinūt muliebria, & ceſſat potentia generandi. In uiris autē pluribus efficax eſt ſemen uſq; ad ſexaginta annos, & in qbuſdam paucis uſq; ad ſeptuaginta, & tunc deſinit in uiris potentia generandi. Et adhuc incognita terris. Pomponius in principia tertij poſt multa quæ diſputat, Neq; adhuc ſatis cognitū eſt, inquit, anhelitu ne ſuo id mundus efficiat, retractamq; cum ſpiritu regerat undā udiq;. Si, ut doctioribus placet, unū animal eſt: An ſint depreſsi aliqui ſpecus quo reciproca maria reſidant, atq; inde in ſe rurſus exuberātia attollant: An Luna cauſſa tantis meatibus præbeat, ad ortus certe eius occaſusq; uariant: neq; eodem aſsidue tēpore, ſed ut illa ſurgit, ac demergit, ita recedere atq; aduentare cōperimus. Maris unda Britāni. Plinio autore Pytheas Maſsilienſis octogenis cubitis ſupra Britanniā intumeſcere æſtus prodidit. Strabo, item Cæſar in cōmentarijs plura de mari Britānico. Maris quoq; Britānici, Cicero libro naturæ Diuinæ tertio meminit, ubi naturæ potentiā, conſtantiamq; extollens, Cottam ſic loquentē fecit. Quid Calcydico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtātius? quid freto Siciliēſi? quid Oceani feruore illis in locis, Europā, Libyamq; rapax ubi diuidit unda? Quid æſtus maritimi, uel Hiſpanienſes, uel Britannici, eorūq; certis tēporibus uel acceſſus, uel receſſus ſine Deo fieri nō poſſunt? Haliacmon. Fluminis huius meminit Heſiodus. Olorinusq; Caiſter. Fluuius eſt Mæoniæ, teſte Plinio, item Dionyſio iuxta Mæandrū: quem Poëta Olorinū uocat, quia cygnis abundat, qui olores latine dicunẽ, ut Maro quoq; teſtaẽ lib. Georgicorum primo.

Luna menſtrua.
Menſtrua.
Menſes.
Menſtruata.
Generandi potentia.
Maris Britannici æſtus.
Heliacmon.
Caiſter.

Quin etiā ſcelus infandū. Phyſicam tangit rationē. nam mane oriente Sole, terreſtres humores radiorum attractione exhalant, nebulæq; huiuſmodi in altū aſcendentes, in nubes cōuertunẽ. Legas ergo, humentia pellere ab imo uiſcere terrarum, non uiſcera. Et humēda, expone terreſtres humores. Diſcute nigrantes nubes. Et hæc eſt ratio phyſica. Solis em̄ calore inualeſcente, collectas nubes, nebulasq; diſsipat. Non hoſtile uelut. Diximus Cæſarianos milites aduerſos habuiſse ſolem, puluerem, & uentum. Taurominitani. Id eſt, Siculi.

Interea Oceano lucem detexit ab alto
Phœbus, & ardenti luſtrabat lampade terras,
Collectasq; polo nubes, & Palladis iras
Reppulit, & calidis diſrupit nubila flammis.
Non aliter Zephyro gelidus ſpirante Nyphates
Amittit durasq; niues, concretaq; ſummo
Vertice, fœtifero pereunt ſua frigora uento.
Tūc Cæſar cupiens ad pugnā animare maniplos,
Sic ait. Alma dies, & lux clariſsima cœlo
Diſcuſsit nubes, Proceres, dilataq; fato
Bella reor, preciumq; moræ Dijs auguror ipſis
Conceſsum auſpicibus, quare date tela per hoſtes,
Ferte faces, curruſq; atra comburite flamma.
Dixit, & armatas agit in certamina turmas.

Palladis iras. Id eſt, nubes, quæ ira Palladis collectæ fuerant.

Concreta frigora. Hoc eſt, Gelu.

Et iam Sol

Et iam Sol medium Phœbus lustrabat olympum,
Cum Martis sonuere tubæ, signumq; dedere
Militiæ: tonat omnis ager, calcata tremiscit
Tellus, puluereæ tolluntur in æthere nubes.
Hinc acies, atq; hinc acies armata, cruentam
Aggreditur pugnam, pubem conscendere currus
Austriadam, nam uelle mori, uel uincere dignũ est.
Boiemos contra, septarum more ferarum
Venantum turba, tela inter & arma ruenteis
Aspiceres, duri qui alacres in uulnera ferri
Prorumpunt clypeis protecti corpora longis.
Fortior ante alios squallenti casside, & auro
Insignis Cæsar, flagrantem lampada torsit
Ad uallum, & medios acer defertur in hostes.
Pone ruit Taurisca cohors, & fortis Alanus,
Ambidrauiq; truces, Anasinaq; in arma iuuentus,
Et quos Claudonium gelido deuexit ab Istro.

At Brunsuichides iuxta duo tela coruscans
Dentibus infrendit, perq; horridus arma repulsis
Ingruit aggeribus, pugnæq; accenditur ira.
Sternitur infelix Bython, tristisq; Machareus,
Oenomausq; ferox, & cæso poplite Lydas
Obruitur, roseamq; animam despondit auerno.
Fit cędes pasim, Phenor Lyciam, Euphytus illum
Hunc Phorbas necat, & medijs in milibus acri
Cornipede inuectus, raptusq; furore per hostem
Terrificos ciet ore sonos, uelut aspera campo
Bella mouens, magnis replet mugitibus agros,
Scintillatq; oculos, sæuitq; in cornua taurus.

Vociferans contra, Albertus, detraxit eburna
Vulnificum uagina ensem, dein proruit, & qua
Parte minus uastos lorica armauerat artus
Vulnerat: ille graui cadit insanabilis ictu,
Et fugit expirans oculis errantibus astra.

Non aliter quam si in stabulis lupus armentorum
Sęuiat, occurrit prędyro robore pastor
Carnus, & ingenti rabie defertur in hostem,
Vibrans tela manu, semifractoq; cerebro:
Ille ruens procumbit humi, rictuq; lacessit

Clypeis longis. Immo longissimis usos clypeis Böemos fuisse in eo p̃lio cõmonefacit me Peũtingerus noster, q domi suę duo habebat. Vtebãtur aũt Böemi non solũ ad tegenda corpora, sed etiã ad faciendũ in castris uallum, quę curribus intermiscebant. Clypeũ neutro gñe proferendũ præcipit Caper. Titus p̃terea Liui9 identidẽ clypea dicit. Trebellius. Clypeus, inquit, aureus, uel ut grãmatici loquunt Clypeum. Fortis Alanus. Dionysi9 dicit, Martia pectora Alani. Hos Irenic9 noster e Scandia emersisse scribit: mox sese diuisisse, parte una in Asiã concedẽte: q̃s Ptolomæus ad Hyperboreos posuit, nũc Tartari dicti, ut ait Syllui9. Reliqua parte Vandalorũ et Burgundionũ auxilio, Francos e sedibus expellente, ut latius Irenicus refert. Ptolomę9 illos Scythis ascribit. Marcellin9 et Ioseph9 Dionysium secuti, intra Mæotidem eos concluserũt. Capitolinus in Vita Antonini pij Dacis Alanos asscripsit. Albertus cap. 17. primi Saxonię refellit gallici scriptoris cõ

Clypea Böemorum longissima.

Clypeum.

Alani.

Terram,& ſpumanti uictorem exterritat ore.
Parte alia flagrans deſęuit Zornius heros
Protectus dura tortos compagine crines,
Intrepidusq; ſubit pugnam,perq; obuia tela,
Perque hoſtes fertur,tantoq; ferociter urget
Certandi,quanto uiolentior ira furorq;
Gliſcit,deſæuitq; animis Mauortius ardor.

mentū, de Alani nomis origine. Propius uero accedunt, q cū Iornāde Alanos e Gothis deriuāt, quorum origo uere Germanica eſt, ut diximus. Procopius quoq; teſtat Alanos fuiſſe locutos Gothice. Ad hoc ipm Luciani teſtimoniū Irenicus pfert ca. 31. primi. Dicti aūt ſunt Alani a monte Sarmatiæ, autore Stephano. Manifeſte labitur Sabellicus, ubi tradit Alanos hodie Alamanos nuncupari. Ambidraui. Populi accolæ Draui fluminis, de quo lib. 4. & plura Albertus noſter, & Arrianus lib. primo Geſtorum Alexandrinorum.

Ambidraui.

Non tot Caucaſeas cum frigida tempora ſyluas
Deſtituunt,auibusq; negat ſua pabula Memphis
In Styriam prępes denſas agit Ardea turmas,
Quot uolitant umbræ circum,quot corpora terrę
Fuſa iacent,dictu mirabile,ſanguine colles
Humecti fumant calido,riuiq; cruoris
Mœnia Regini,atq; Iſtrum infecere tepentes.
Vndiq; ſęuitum in cędem:iamq; obiice fracto,
Irrumpitq; aditum,uictorq; it in agmine Cæſar.
At Says anguitenēs,iactantem,& cūcta mouētem
Deſpicit ex alto,ſęuumq; haſtile coruſcans,
Sic ait. En nobis arrepta potentia belli,
Viuimus indigni cœlo,uetitumq; per arma
Ire mihi,uſqueadeo toleranda iniuria Diuum?
Sic effata,ferox uiolentius igne Tonantis
Telum horrendū ingens ſummo detorſit ab æthra.
Quales cum cœlo fiunt portenta,uidentur
Per ſudum uolitare faces,tractusq; cadentis
Lampados,& lapſæ cum cernitur orbita flammæ.
Tale manu Diuæ monſtrum deſcendit,& illo
Contremuit terra,& nigri ſub tartara manes
Perculſi ſonitu,atq; alpes gemuere niuales,
Inuadit timor attonitos,paulumq; diremptæ
Sunt utrinq; acies,& Martis abacta cupido.
At Rex (norat enim ſæuæ Tritonidis aſtus)
Vrget palantes atri inſtar fulminis alas.
Cedunt uictori,montisq; per inuia cuncti
Vertunt terga fuga. Seruum pecus,inquit Agartes
Boiemum Princeps,quo uos fuga ducit inertes?
Hic firmate gradum,teloq; occurrite telis,

Ardea.

Aues prepetes.

Says.

Deſtituūt. Ex bono exemplari ſic legendū magis probo, quam, inuadunt. Nam peracta apud nos hyeme, peregrinæ aues ad nos reuertūtur, ut incipiēte ad loca magis aprica euolent, ut eſt India, Aegyptus. In Styriam. Ipſe quoq; obſeruaui, aduētante æſtate ingentem Ardearū uim in Styriam aduolare. Præpetem autē dicit, quod eius augurio Ardea urbs condita fuerit, ut refert Papinij interpres. Nam maiores aues uocari prępetes, quæ uolatu ſuo dant auguriū, nemo eſt qui ignorat. At Says anguitenens. Id eſt, Pallas, ita etiā a Propertio appellatur, a Say urbe Aegypti procul a mari clariſſima, ut ait Mela. In hac Mineruæ templum, & Pſamnitici regis ſepulchrum. Straboni. Per ſudū uolitare faces. Hæc omnia ex prioribus patent.

Nec pudeat Phœbi uictos occumbere campis.
Talia iactanti fauces transuerberat hasta
Austriadæ contorta manu: quo turba cadente
Exanimis cessit bello, proiectaq; linquunt
Arma omnes, lucent diuulsis æquora cristis
Telorum, & passim ingentes spectantur acerui,
Parmæq;, clypeiq; graues, currusq; refracti,
Desertisq; iacent uexilla minantia castris.

LIB. Decimi Finis.

LIBRI VNDECIMI ARGVMENTVM.

¶ Postquã omnes Böemi terga uerterunt, captiui Ratisponam mittuntur. Interim Phyaltes ex tanta superstes clade, Pragam Böemiæ metropolim ingressus, cædem nunciat: quæ simul ac a fœminis Prageñ. audita est, superatis Hercyniæ saltibus, furibundis similes, ad corpora sepelienda feruntur: sed cum minime tutus accessus esset, oratores ad Cæsarem mittunt, a quo corporum sepultura impetrata est. Sequuntur mulierum Patheticæ super corporibus orationes: quæ cum sepulturæ mandauissent, Pragam redeunt. Interea Iupiter uiolatam fidem ulcisci uolens, nuncio Mercurio iubet, Cæsarem in Copstaidas expeditionem parare. Itaq; & auxilia describuntur, & obsidio, pugnaq; ingens, ac Zornij Comitis oratio: qua consulit, propter difficultatem loci obsidionem remouendam, Cæsarisq; responsio: qua magni Principis animus ostenditur. Tandem cöacti oppidani (Lango arbitro) se Cæsari dedunt, atq; de Penznauro, & complicibus supplicium sumptum est.

AVSTRIADOS Liber Vndecimus.



OSTQVAM OMNES TEnuere fugam, parsumq; cruentis
Cędibus, & multo maduerunt sanguine campi,
Cæsar iam fessas reuocans in castra cohortes,
Captorum turbam ingentem, manibusq; reuinctum
Vulgus, Regini uictor præmisit ad arcem.

¶ In Austriados LIB. XI. Iac. Spiegellij Scholia.



OSTquã oẽs. Scilicet Böemi. Tenuere fugã. Hoc est, terga uerterũt, celeriter abierunt. Fuga ẽm autore Marcello & Porphyrione, uelocitatẽ significat. Homer⁹ inducit Fugã Pauoris frigidi & Horroris sociã. Hesiodus ait, Gorgonas terribiles habere crines & oculos, circa quã sunt Timor & Fuga. Apud Maronẽ Hector uir fortiss. Aeneæ uiro forti fugam ꝑsuadere tentat his uerbis. Heu fuge nate dea. Notũ est, Vir fugiẽs denuo pugnabit. Cruentis cædibus maduerũt. Respersi sunt. Madere ꝓprie significat ebriũ esse, & consequẽter titubare. Tibullus. Nõ festa luce madere Est pudor, errãtes & male ferre pedes. Madulsam habet, priscorũ inoleuit adagio in ebrium. Sic lege, ut admonuim⁹ in paruis annotamẽtis. Ridicula ẽm est omnino lectio prior, parsumq; tricentis cædibus. Arcem Regini. Vrbem Ratisponam.

Fuga.

Madere.
Madulsa.

Dumq; ea molitur miseranda cæde Phyaltes
Elapsus media, sed grandi uulnere tardus
Ingreditur Pragham, & moribũdus uoce per urbem
Incedens, bellumq; atrox, & dira recenset

Ingreditẽ Praghã. Boemiæ metropolim quam

Funera, & inuisis deserta cadauera campis.
Vt uox fœmineas tam tristis perculit aures,
Formosas laniare genas, & tundere pectus,
Et consternatam exanimes ululare per urbem
Incipiunt: hæc funesta & mortalia damnat
Bella hominum, fatumq; uocat crudele mariti:
Hæc natos plorat, miseroq; orbata parente
Conqueritur, magnisq; replent singultibus auras.
Par habitus cunctis, uiduæq;, orbæq; ruebant
Praghides: Herculeasq; gemēs Melithęa per umbras
Dilectum Rhodomanta uocat: iam personat omnis
Lamentis regio: montes ah dura per altos
Discurrebat Agles, & connubialia sacra
Terq;, quaterq; uocat: mœsto stridore Boopis
Crudeli ferit ora manu, nec lassa quetem
Vsquam agit: ac qualis compellitur acta per umbram
Thyas Echioniam, uel cum cerealis Eleusis
Pellustrat sacras accensa lampade syluas.
Has inter Pasithea gemens (miserabile uisu)
Arua rapit passu, & Lunæ spelæa peragrans.
Quas non illa domos? quæ non magalia mœsto
Pulsauit gemitu? quo crebrescente resultat
Ister, & infandæ Phœbi iuga conscia cædis.
Vix ergo Hercyniam superarant agmine syluam,
Tunc sic ah nimiū lachrymans, Pasithea profata est.

præcedēti libro ex Ptolomæo Casurgim appellauit.

Praghides. Matronæ Bragenses. Per Herculeas umbras. Diximꝰ ex Tacito Hercyniā syluam antiqtus Herculi sacram fuisse. Montes ah dura per altos. Et hanc restituimus lectionem, pro montesq; o dura per altos, ut dolētis interiectio sit. Boopis. Fictum nomen a bouinis oculis.

Boopis.

Thyas.

Thyas. Baccha, quasi furens, a græco uerbo θυίω, quod grassor & furio & impetum facio, ut temulentorū mos est, significat: & trahit̄ prima tam apud latinos, q̃ apud gręcos, ut docet Nestor contra Tortelliū, dicentē eandē esse originē dictiōibus Thyas, Thyoneus, & Thyasus: quū rectior sit deductio duabꝰ posteriorib. dictiōibus a θυάω. sacrifico, seu rem diuinam facio. Vnde eruditiores putant Thiasus per i, non y, & Thioneus scribendū. Maro Didonis furorē ceu fœminæ amātis & desperantis Bacchæ quoq; cōparauit his uerbis. Bacchat̄ qualis cōmotis excita sacris Thyas. Per umbrā Echioniā. Thebanā, ab Echiōe terrigena noto fabula Ouidiį de Cadmo, dū Thebas cōderet. Lego apud Nigrū Chthoniū, Hyperenora, Pelorꝫ, Vdęum & Echionē a dentiū satu spartos cognoīatos. & Echiona generum Cadmi genuisse Penthea Orgiorꝫ contēptorem. Lunæ spelæa peagrās. Luna Ptolomæo sylua est contigua Hercyniæ Boēmorum. Phœbi iuga. Nam ubi cædes facta est mons est, qui Solis mons appellatur. Vnde sequitur statim. Sacratumq; nemus Phœbo. Pugna autē non longe a Ratispona inter Hercyniam & Danubium commissa est.

Echion.

Luna sylua Germaniæ.

En diri montes, Martisq; en impia tellus,
Sacratumq; nemus Phœbo, iamq; eminus omnes
(Vt cerno) clypei, galeæq;, & fortia bello
Pectora, funestosq; iacent uexilla per agros.
Custodes circum, uia nullibi, clauditur ingens
Obsidione nemus, quid nos turba ægra per hostes
Ibimus, ut captæ famulatum in castra trahamur?

Turba,

Nos turba ægra. Nos fœminę imbelles. Turba

Dij Superi talem a nobis auertite casum.
Sic ait, at contra sic talibus orsa Aracyntho
Nunciæ Ocypeti, simul & soror o mea Dori,
Prothia, Dachaniæq;, Hellepogeæq; sorores,
Pilsenis, & Trigles, & Spibrania, & Haberine,
Pythoq;, Eulimeneq;, Agleq;, & Melithęa,
Ite, atq; Austriadæ pectus mulcete precando,
Det ueniam uictis, nec non repetita cremari
Corpora permittat, tumuloq; exusta reponi,
Nec uos magnanimi fallet clementia Regis.
Namq; olim audiui, Morinos per littora bellum
Mouisse Oceani, Brugentinasq; cohortes
Impia Gessoraco molitas prælia campo,
Austriadem contra, pacem, ueniamq; precantes,
Impetrasse aiunt uictos, & Cæsaris acrem
Demulsisse iram. Breuiter sic talia fante
Decretum est peragi. cursu tum nuncia turba
Prætereunt uentos, fusis per eburnea colla
Crinibus, atq; altum suras stringente cothurno.

proprie multitudinē popularē, uel popularē cōtentionem significat, seu diffidentiā: cuius diminutiuū est turbella. Fa mulatū in castra trahamur. Si ad nostri seculi mores referendū est, pulchre turpem usum honesto uocabulo designauit: q̄d satis sequens uersus indicare uidet. Non em̄, ut puto, ad priscorū morē respexit, quo qui capiebant serui fiebant, sorte licet admodū dura. Nam ut Diuus adnotauit Augustinus, Origo uocabuli seruorum inde credit ducta, q̄ ij, qui iure belli possent occidi, a uictoribus cōseruabant, serui fiebāt a seruādo appellati. Lege tit. q̄ntū primi. ff. & tit. de ędilicio edicto, qua parte de seruis uendundis cautū est. Cū uno naturali noīe (ut inq̄t Vlpianus, l. quarta tit. primo. ff. primi) oēs hoīes appellarent iure gentiū, tria gn̄a esse cœperunt hoīm, liberi, & his contrariū serui, & tertiū genus liberti. i. hi qui desierūt esse serui. Vnde L. Florus de Seruis loquēs, ait eos esse infimæ sortis hoīes. Nuncię Ocypeti. Gręca obseruatiōe hic diphtongū corripuit. ut Maro. Insulę Ionio in magno. Plæraq; aūt fœminarū noīa sumpta sunt a noībus urbium Boemiæ. Austriadæ pectus mulcete p̄cando. Quantū preces & apud Deū, & apud hoīes ualeant, ut nostra taceamus, uel abunde admonēt exēpla Gentiū. Ouidius multis in locis aperte oñdit, quantū peperint exitiū preces contēptæ. Homerus docet Deos exorabiles esse q̄s lęsimus, si preces, sacrificia, uotaq; & libamina offerant. Clemētia. Lenitas mētis. Est em̄ Clementia tēperantia animi in potestate ulciscendi: uel lenitas sup̄ioris aduersus inferiorē in constituēdis pœnis. Vel est inclinatio animi ad lenitatē in pœna exigenda. Est aūt hæc crudelitati oīno contraria: cū crudelitas nihil aliud sit, q̄ atrocitas animi in exigēdis pœnis. Nullā ex oībus uirtutibus magis cōuenire scimus q̄ clementiā: cum sit nulla humanior. Hæc in quamcūq; domū p̄uenerit, eam felicē, tranq̄llāq; pręstabit. Sed in Regia quo rarior, eo mirabilior. Nihil est laudabilius, nihil magno & pręclaro uiro dignius, placabilitate atq; clementia. Tanta, tamq; excellens hæc uirtus est, ut cum uincamur in omni Munere, sola Deos æquat clemētia nobis. ut superius indicauimus. Brugētinas. Brugenses. Austriadē contra. Ad sup̄iora referas, molitas. s. contra Austriadē. Impetrasse aiunt uictos. Qua de re lege Cimbriaci Encomiasticū quartū, ad cuius finē in hæc uerba Maximilianus Brugensibus ueniā precantibus respondet. Sileo, quæ plurima possem In uos ferre uiri, lachrymas nec deprecor istas, Nec gemitus sperno, nec tum pia uerba precantū. Fortunæ inuidiam agnosco, ne flete: libēter Hāc uobis ueniā damus, & miserescimꝰ ultra Quā deceat, si uestra uelim nō uerba, sed ipsa Facta seq̄, meritasq; reposcere crimīe pœnas. Sed uos excusent fletꝰ, si fraude doletis Semota, ac uere scelerū uos pœnitet oēs: Qđ si p̄ fraudes, si me p̄ falsa mouetis Gaudia, post magni p̄sentia Cæsaris arma, Vltorē sperate Deū: mihi cedere regnis, Et uita, q̄n uolet hæc fortuna placebit. Sic breuiter fatus, manib. leuat ipse iacētes, Ac lętis iubet esse aīs, & p̄cere fletu.

Turbella.
Serui unde dicti.
Liberi.
Serui.
Liberti.
Precum potentia.
Clementia.
Crudelitas.
Clemētia Maximiliani erga Brūgenses.

Iamq; propinquabant Istro, tunc maxima coram
Ocypetis sic fata nurum. Iam fluminis alti

Iam fluminis alti Venimus ad ripas. Hic quęret fortasse, quare p̄ pontē,

Venimus ad ripas, uaſtus ferit humida fluctus
Littora, & exeſis feruent uada cautibus ima:
Nec quiſquam apparet tereti mortalis in alno,
Atq; iter obſtruitur nobis obſtantibus undis.
Quin agedum, mecum hos æſtus enate ſorores,
Spumantesq; udis manibus propellite fluctus.
Sic (ut auo quondam accæpi Pallantide Cyrno)
Romulidæ nauere nurus, cum Porſena bello
Martia concuteret trepidantis mœnia Romæ.
Nam lapſa e medio rupit fera uincla Tyranni
Et Thuſcum uirgo tranſnauit Clœlia flumen.

qui Ratiſponæ lapideus eſt, non trāſierint? Puto idcirco, & artificioſe a Poëta, ut. ſ. eas furentes pene & inſanas introduceret, fictum eſſe. Nec quiſq̃ apparet tereti mortalis in alno. Ex bono codice hūc uerſum reſtituimus, cū prius nō ſatis exacte legeret, Nec quiſq; rapida apparet mortalis in unda. Intelligit autē rates, quæ ex teretibus trabibus cōpingunt, quarū uſus eſt frequētior in Danubio. Pallantide Cyrno. Pallantis filio. Cum Porſena bello. Porſenna Rex Ethruſcorū, pulſis ex urbe Regibus, ingentibus copijs Romā inuaſit, Tarquinios manu reducturus. Hunc tamē quāuis & armis & fame urgeret, occupatoq; Ianiculo ipſis urbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit: nouiſsime etiā tanta admiratione perculit, ut ſuperior ultro cum pene uictis amicitiæ fœdera feriret. autor L. Florus. Scribunt hanc rem latius Liuius libro ſecundo. Plinius de uiris Illuſtribus. Eutropius in primo. Diuus Auguſtinus lib. Ciuitatis Dei ſecundo. Meminit Maro lib. Aeneidos octauo. Sillius in decimo. Nam lapſa e medio. Habes hiſtoriā hanc a Val. Maximo cap. ſecundo, tertij. Plinio de uiris Illuſtri. Plutarcho de laudibus Mulierū, Marone octauo Aeneidos, copioſius a Sillio uerſus finē decimi, & a Camerte in Annotationibus Claudiani de Laudibus Serenæ uxoris Stiliconis. Martia mœnia. Tacite alludit ad Ancum Martiū, ad quē uſq; Regem ſine muris urbs fuit. Nam ad tutelā nouæ urbis ſufficere uallum uidebat. autor Florus in principio. Ancus præterea Auentinū montem & Ianiculū urbi addidit, autor Euſebius libro tempoꝝ. Vel martia mœnia dixit, ut Martia Roma dicit. Mœnia aūt dicunt a mœniendo. Idem priſcis mœnire q̃d munire. Clœlia. Plutarchus, alij Cœliam appellāt, ſi ſyncera eſt lectio. Erat aūt una ex obſidibus Regi data. Docet Plutarchus cap. 4. Parale. quot & quales fuerint obſides Porſennę dati, & quę fuerint conditiōes pacis. Thuſcū flumen. Tyberinū. Iuuenalis, & quæ Imperij finem Tyberinū uirgo natauit. Claudianus loco ſupra citato. Rediensq; per undas Clœlia Tybrinas. Seruius tradit Tyberim in ſacris Tyberinū dici. Primum illi nomen Albulæ fuit, ab aquarum colore. Deinde a Rege Thuſcorum Tybris dictus, ut Maro innuit cum dicit. Aſperque immani corpore Tybris, A quo poſt Itali fluuiū cognomine Tybrim Diximus, amiſit uerū uetus Albula nomen. & Ouidius in Faſtis.

Porſenna. Mœnia Martia. Mœnia. Clœlia. Tybris. Tyberinus. Albula.

Albula, quem Tyberim merſus Tyberinus in undis
Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.

Sic ait, & ſuras altum ſuccincta nitentes,
Prima ſecat fluctus, ſummoq; in gurgite pendet.
Pone ruunt aliæ: uelut inter nubila clamans
Grus uolat, atq; ducis ſequitur ſublata laborem.
Ah nimium infelix Pytho, dum littora quærit,
Pondere fœcunda prolis quod geſſerat aluo,
Obruitur, fruſtraq; uocat ſub flumine Diuos.
Vtq; datum curuæ reliquis appellere ripæ,
Regini tendunt turriti ad mœnia curſu
Precipiti, atq; altas inuiſunt Cæſaris ædes.
Mirantur cuncti, & ſciſsis (miſerabile) peplis
Fœmineæ cauſsam ueniendi exquirere turbæ

Inſtabant: illæ Auſtriadem clamore uocantes,
Auſtriadę ſacro longa atria nomine replent.
Tunc ſimul Ocypeti coram data copia fandi,
Procidit ante pedes, lachrymansq; hęc incipit ore.
Sancta Deum ſoboles, & clementiſſime Regum
Auſtriadum, longe qui facta excellis auorum,
Ex mœſto petimus cœtu tua limina Cæſar,
Praghcidum, quas traxit amor, pietasq; ſuorum
Per ſyluas, per ſaxa, & mille pericula rerum
Orantes, miſeris natorum corpora redde
(Si qua tuos unquam tetigit clementia ſenſus)
Matribus ad tumulum, gelidos ſine coniugis artus
Amplecti uxores, animasq; exoluere terris,
Errant quæ circum littus, poſcuntq; quietem,
Turbidaq; ante oculos harum uerſatur imago:
Per patris cineres, ſpemq; alta ad regna nepotis
Surgentem Caroli da, non indigna precamur,
Corpora, nec fieri prædam permitte ferarum.
Exanguis turbæ, lœtales quiſq; per agros
Contabeſcit humi; niſi cœlum nemo habet urnam.
Quid uetitum? Scythiæ, Thracũq; niualibus oris
(Sit quamuis crudele genus, gensq; aſpera cultu)
Cæſorum in bello fumantia buſta uidentur,
Vltimaq; hoſtilis conceditur hora ſepulchri.

Sancta Deum ſoboles. Ad illud reſpexit, quod in fine Noni dixit. Ecce autem aſtrifera, qua tollit altior axis Sede, choro deſcendit auum, tua maxuma proles Alberte. Oratio poſita eſt in demonſtratiuo genere, & in perſuaſione tota. A principio captat beniuolentiam a perſona Cæſaris: deinde a fœminarũ in ſuos pietate: tertio a religione, utitur probationib. p paradigma. Obĳcienda diluit. Traxit amor. Signate quidem. Nam amor & odiũ ſunt principes omnium affectuum & operum. Amorem in uniuerſum cũ dicimus, intelligimus deſyderiũ eius, quod aut bonum eſt: aut bonum quã quam non eſt, nihilominus apparet. Quapropter ex diuerſitate rerum quas appetimus, diuerſi amores enaſcuntur. Quamquam Origenes unum dumtaxat amorem uiſus eſt in Canticorum commentarĳs ponere, qui ex re uidelicet amata naturam ſumat & nomen. Ita enim ille, diuo Hieronymo interprete. Vnus de animæ motibus amor eſt, quo bene utimur ad amandum, ſi ſapientiam amemus & ueritatem: quando uero amor noſter in peiora conuertitur, amamus carnẽ & ſanguinem. De amore plura in Sympoſio Plato. Pietasq; ſuorum. Pietas eſt uirtus, inquit Cicero, per quam Dĳs immortalibus, ſanguine coniunctis, & patriæ beniuolis officium & diligens tribuitur cultus. Lactantius noſter lib. tertio, breuiter nihil aliud eſſe pietatem, q̃ iuſticiam definit. Idem libro quinto. Pietas, ait, nihil aliud eſt, q̃ Dei notio ac religioſus cultus, ſicut Triſmegiſtus ueriſsime definiuit. Euſebius lib. Præparationis Euangelicæ octauo ex Ioſephi ſententia, ſcribit, pietatem nõ eſſe uirtutis partem, ſed uirtutes omnes alias pietatis eſſe partes. Alicubi legimus, omnia in gloriam Dei & commodum proximi tam facere q̃ pati, ſummam in Deum & homines eſſe pietatem. Porro quod ad hunc facit locum, & ſuperius a nobis, ſi bene memini, relatum eſt, qui exequias pompamq; mortuis debitam impertiuntur, maxime pĳ habentur. Theſeus pietatis pręconium meruit, quod Creontem Thebanũ Regem Argiuis ſepulturam denegantem trucidauit: quam breuiter hiſtoriam Sidonius Apollinaris ita loquens innuit. Prohibentem buſta Creontem Atticus Aegides rupit Marathonide quercu. Fuſius Papinius. Errant quæ circum littus. Iuxta ueterum ſuperſtitionem, qui arbitrabantur exutas a corpore animas ante exoluta iuſta non concedere in elyſium. Spem. Neq; uanam certe. Niſi cœlũ. Quo tegitur, Lucano autore, q nõ habet urnam. Vrnam. Sepulchrum, tumbam. Proprie tamẽ eſt uas aquariũ notum. Fumãtia buſta. Mortuorũ corpora p regionum conſuetudine aut cremabantur, aut humabantur, ut apud Plinium legimus. Prior

Amor. Pietas. Vrna.

tamen fuit sepeliendi cadauera consuetudo, quam crematio secuta est: quod testatur Lucretius ad finem operis sui. Ordo autem cremandi cadauera hic obseruabatur ab ethnicis, quem poeta inferius promiscue refert. Pyram struebant: ante quam cupressi statuebantur: caussa est, quod hæc arbor cęsa non repullulat. Hæc, si funus militari uiro fiebat, fulgẽtibus decorabatur armis. Dein aqua calida afferebatur, qua corpus lauabatur: postea ungebatur. Tunc exorto gemitu, eius membra puluinari reponebantur: insuper purpurea stragula conijciebantur. Pars astantium capulum subibant, & auersi subijciebant faces. Congerebantur mox thura, & odoramenta, uasa plena oleo in ignem mittebantur, tanquam sacrificaretur inferis. Cum igne in cinerem cadauer redactum esset, flammaq; quieuerat, cineres uino lauabantur: sacerdos ossa colligebat, & in ossuarium, hoc est, repositorium ossium referebat. Idem funeris socios aqua pura purgabat ramusculo oleagino prompta, dicebatq;, Ilicet, hoc est, ire licet. Itidem uale dicebatur post tumuli peracta solennia. Hostilis sepulchri. Tanta est hominibus insita sepulchri cura. Etiam si Maro dicat, iacturam sepulchri esse facilem. Sepulchrum ait Seruius, quasi seorsum a pulchro. Donatus, quod sine re pulchra sit. Appellatione autem eius omnis sepulturæ locus continetur.

Funeris prisci ritus.

Sepulchrum.

Non tecum ut quondam pugnauit Iazigis ardor,
Pannonicamque acri turbauit Marte Vianam,
Non inquam monstra, aut sęua de tigride nati,
Non Lapythũ turba, & diuulsas Monychus alnos
Miratus torquere Pholum, & cratere minantem,
Sed Boiis creti Cæsar, qui cis uada Rheni
Hercyniæ in medio posuere cubilia syluę.
Gens armis, atauisq; potens, unde est genus alto
Principio exortũ, quod nunc gemit ægra Casurgis.
Atq; utinam imbelles forsan fera classica Martis
Fugissent pauidi pręformidanda mariti.
Sæuire ulterius defuncta in corpora tantum
Dedecet Imperium, tristes mors obruat æstus
Irarum, deturq; æterna exanguibus urna.

Vienna.

Monstra.

Pannonicam Vianam. Austriacam Viennam. Est enim superioris Pannonię metropolis clarissima, cuius laudes Syllius nõ tacuit. Nõ monstra. De monstris & caussis eorum lege nostrum Albertum in lib. de Animalibus, & Augustinũ lib. Ciuitatis Dei decimo sexto. Quę prę ter naturam fiunt monstra dicuntur, ut pedibus ingrediens anguis, aut cũ quatuor alis uolucris, aut cũ bruti capite natus infãs, uel si iecur in coquendo distabuit. A monendo factum nomen, ut Aelio Stiloni placet, quasi monestrum, quod monstret futurum, & moneat Deorum uoluntatem. Consentit Asinius Capito, Pompeiusq;. Cur autem monstra nõ uiuant, caussam refert Alexander Aphrod. in Problematis. Sæua de tigride nati. Specie adagiali profertur. Non Lapythum turba. Originem horum superius prosecuti sumus. Et cratere minantem. Allusum ad cadum uini præstantissimi, quod Herculi hospiti Pholus deprompsit, ut diximus. Sed Boijs creti. A Boijs Boiemos deriuatos dicit, ut superius quoq;, & nos autorem indicauimus. Aegra Casurgis. Mœsta Braga. Atq; utinam imbelles, scilicet fuissent. Laudat suos a fortitudine, & latenter captat beniuolentiam a Cæsare. Nam lętis auribus audimus, cum dicimur fortes uicisse.

Boemi fortes.

Finierat, cui contra orsus sic talia Cæsar
Permotus lachrymis. Neq; (ait) solamine tempus
Hoc eget, occubuere uiri, quę gloria maior
Supremam egregijs uitam quam claudere factis?
Quos potui iuui, post belli incendia cunctis
Ad patriam remeare datum, miserescimus ultro.
Iam uestrum, quos nunc tanta est si cura cremandi,
Corporaq; in tumulis componere adusta supremis

Ad patriã remeare datum. Hoc est, concessum a me. Mira fuit Cæsaris & clementia & liberali-

Ite pium genus, atque animas dissoluite curis
Extremo affatu, & lachrymis decorate sepultos.
Dixerat. Illa oculos tollens ad sydera, ita inquit.
Iuppiter omnipotens, Regum cui summa potestas,
Et tu quem intueor lustrans opera omnia Phœbe,
(Namque, ut es, antiqui credebant te quoque numen)
Audite hæc fantem, tanto pro munere grates
Reddite uos: neque enim exiguam de Cęsare clemens
Poscit opem, officium, paruoque rependier est fas.
Dij dent magna tibi, Cetiumque uehare per altum
Victor, & Euganeo fręnantia uincula ponto
Conijcias, uotisque Deus post fata uocere.
Sic ait, inde omnes redeunt responsa ferentes.

tas. Omnes enim quicunque ex ea pugna superstites fuerunt, incolumes, elargito etiam uiatico, abire permisit. Ite pium genus. Vel ad sexus naturam referri potest: uel ad officium præsens, quod magis placet. Ostendimus enim paulo ante, maxime pios eos habitos, qui mortuorum sepulturam curassent. Dissolui te curis. Hoc respicit, quod dixerat supra, more priscorum. His animas exoluere terris Errant quæ circum littus. &c. Extremo affatu. s. uale, ut notum est, & iam declarauimus. Regum cui summa potestas. Quoniam, ut dixi, alias Reges sub Ioue nasci creduntur. Te quoque numen. Plinius ubi de Sole loquitur, uidetur ambigere, utrum aliud sit numen, alius deus præter Solem. In ortu multæ non solum gentes adorant, sed etiam, ut idem tradit, Elephantes flectentes sese orientem salutant. Hunc etiam Aethiopes colebant, cui mensam omnibus eduliorum generibus refertam ponebant. Mane cum nihil inuenirent, Solis numen ijs cibarijs uesci arbitrabantur. Locus Heliotrapeza est appellatus, hoc est, mensa Solis: ad quam peruenisse Apollonium, tradit diuus Hieronymus in prologo ueteris Instrumenti: quod apud Philostratum, qui Apollonij uitam scripsit, ipse adhuc non comperi. Meminit huius mensæ poëta infra, & nos ibi latius dictabimus. Sed & ad finem Tertij Mela. De qua sumptum Adagium, de sumptuoso ac lautissimo conuiuio, quod explicat Erasmus in Chiliadibus. Cetiumque uehare per altum. Montem, qui nauigantibus Viennam ad sinistram Danubij ripam, magno longoque dorso occurrit, patria lingua Kalenberg, hoc est, Caluus mons dicitur. Fabella cuiusdam ridiculi olim illic parrochi, celebris, & Baccho famosus. Euganeo ponto. Adriatico, hoc est, Veneto, ab Euganeis populis, unde Veneti habuisse originem dicuntur, autore Liuio, in principio primi ab urbe cond. Cato in Originib. scribit Venetis cunctis primam originem Phaetonteam esse, quæ Græcis, inquit, occasionem mentiendi dedit de Phaetonte & Eridano. Posterius mixta ijs nobilis stirps Troiana, a quibus Patauium suo conditore inclytum. Idem fere scribit C. Sempronius de Italiæ diuisione. Seruij opinio reiecta est, quam refert super hoc uersu primi Aeneid. Illyricos penetrare sinus. Copiosius Sabellicus.

Sol pro Deo adoratus.
Solis mensa.
Cetius.
Euganei.
Venetorum origo.

Iam Sol hesperia uultum detexerat unda,
Lustrabatque polum, & tenebras demiserat orco.
Tunc subito cunctæ exanimes, ut adire potestas
Concessa est, per plana ruunt, montesque per altos
Fœta ubi sunt loca cæde uirum, miserabile, quæque
Ad certamen euntlachrymarum, fletibus aura
Rumpitur, & syluæ mœsto langore reclamant.
Vt nemus horrificum, & lucos subiere cruentos,
Tristia Phœbæas crescunt lamenta per umbras.
Qualia ad incerti lugentia flumina Nili
Frugiferum quærens Mareotica Coptos Osirim

Phœbęas per umbras. Quoniam, ut dixi, Phœbi mons erat, ubi certatum fuit. Qualia ad incerti

Fundit,& ærisono querulum quatit aēra sistro,
Funera prociduæ spectant,truncosq; per artus,
Dissectasq; ibant gentes,tabemq;,cruoremque
Hæ mundant lachrymis, hę per pręcordia lapsum
Pilum adimūt,uulnusq; lauāt in flumine,& ungūt.
Luctus ubiq; ingens,liuentiaq; ora cruentant
Vnguibus insanæ matres:sic prima reperti
Conquesta Ocypetis non debita funera nati.
Heu uitæ pars magna meæ,tu ne ille Phileuros
Quē super ipsa cubo? sunt hę tua lumina, quę nūc
Guris. Componit miseranda parens? quo uulnus hiatu
Panditur?en meritum quod canescentibus annis
Expecto,en fili miseræ solatia matris.
Quid queror infelix? tantum ne interritus hostis
Perprtrare nefas ausus? quo perfidus ille
Hinc abijt? redeat, meq; is quoq; trudat ad umbras.
Sed qnid ego? o nimium,nimiumq; oblite parētis,
Iam salue,atq; uale,dixit:flammisq; peremptum
Imposuit bustum exequialibus,ipsaq; uelox
(Proh pietas & amor) comitem se funeris atri
Coniecit flammæ,fatumque sub ignibus hausit,
Et misera in cineres euanuit usta supremos.

lugentia flumina Nili. Id est, adhuc nō reperti. Et referas ad ortum quē antiqui incertum prodidere. De quo pluribus lib. octauo poëta, & ibidem nos q̄q; haud relatu indigna adnotauimus: quibus adde id quod Albertus in lib. Meteororum secundo scribit. Viddicet, quod Nilus currit de sub monte qui uocatur Guris, non tamen oritur in ipso: quia sicut dicitur in Cosmographia, in exordio suo Nilus de secretiorib9 prodit. Dixit aūt lugētia flumina, propter sacra Osiridi ab uxore constituta, in quibus sacerdotes Isidis, ut Lactātius retulit, deglabrato, hoc est, raso corpore solebant pectora tundere, & lamētari, ad exemplū Isidis, quæ Osirim quæreret, a Typhone fratre et Titanis interfectū, & uigindi sex partibus perfractum. Inde apud Lucanum, nunquam satis quæsitus Osiris. Frugiferum Osirim. Papinius. Seu te roseum Titana uocari Gentis Achemeniæ ritu, seu præstat Osirim Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mithram. Siquidem Osiris, ut Diodorus autor est, apud Aegyptios, ut & alibi retulisse me puto, Sol est existimatus, qui & Titan & Mithra. A quibus & Luna sub nomine Isidis adorata est, inuentrixq; habita tritici & olei, quę prius ferunt inculta inter alias herbas delituisse. Osiris autem aratri ferebatur inuentor, eumq; in Georg. probat Seruius a Marone subindicatum hoc hemistichio. Vnciq; puer monstrator aratri. Et Martianus quoq; idipsum uidetur uoluisse, quod clarius aliquanto explicauit etiam septima Primi Tibullus. Primus aratra manu sollerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitauit humum, Primus inexpertę commisit semina terræ, Pomaq; nō notis legit ab arboribus. Hic docuit teneram palis adiungere uitem, Hic uiridem dura cędere falce comam. &c. Scribit Atheniensis Athenagorus Christianus Philosophus, acceptum Osirim pro ipsa frumenti semente: & Eustathius in Dionysium poëtam, refert Tauros populos ab animali quadrupede tauro cognominatos: propterea, quod ibi iunctis bobus Osiris terram arauerit. Habes igitur nunc cur Poëtis frugifer dicitur. Fruges autem commune nomē est omnium, quæ terra gignit, quæq; in alimoniam uerti possunt, ut iuris ciuilis autor Iulianus interpretatur: eorum damnata sententia, qui cuncta quibus homo uescitur, ita uocari putabāt. Nam carnes, aut aues, aut feras, aut deniq; poma fruges haud recte dici. Sed in pomis Iuliano consensus eruditorum non accedit. Nam Plinius indicem dedit de arboribus frugiferis. Pomum uero, ut obiter id referam, generale quoq; nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti proueniunt. Dictum Varroni, quasi potamū, quod in eius insitione potu, id est, aquatione indiget. Mareotica Coptos. Id est, Aegyptia. Est eñ Mareotes lacus, qui & Aracotes dicitur, prope Alexandriam, quæ in Aegypto condita est. Coptos ciuitas Aegypti, cuius meminit Plinius lib. sexto,

Margin notes: Osiris. Titan. Mithra. Isis inuentrix tritici & olei. Osiris aratri inuentor. Tauri populi. Fruges. Pomum. Mereotes. Arecotes. Coptos.

ubi totum cursum ab Aegypto in Indiam exponit: item Solinus iu Indico itinerario. Strabo quoq; & Papinius in syluis. Apud hanc proditum est, hyrundines aggeres ædificare. Truncosq; per artus. Hoc est, mutilos. Truncus ramus arboris aliquando dicitur: aliquando corpus amputatū a capite. ut apud Maronē in Secundo, iacet ingens littore truncus, Auulsumq; humeris caput, et sine nomine corpus. Truncū demū uocamus omne qđ est mutilū. ut i hoc loco. Truncus.

Imbelles sileant Indi, nec Thracia iactet
Vxores, quæ se, quondam (si credimus) una
Coniugis extremo morientis in igne cremabant.

Imbelles sileant Indi, nec Thracia iactet Vxores. In quas partes Indiæ policia distributa fuerit, multis tradunt Diodorus Siculus tertio Bibliothecę. nam non pauculi illi qui circumferuntur sunt omnes Diodori libri: quadraginta enim scripsit, ut ipse præfatus est, uolumina, perpetuæ historiæ, & operi ipsi Bibliothecę nomen esse uoluit. & Strabo libro quinto decimo. Arrianus miratur unde didicerit Megasthenes Indicas gentes centum ac uiginti duas esse. Plinius & Solinus inter Indorum exercitia & mores referunt. Multę uxores in eiusdem uiri coeunt matrimonium: & cum maritus decesserit, apud grauissimos iudices suam quæq; de meritis agunt caussam: & quæ officiosior cæteris sententia uicerit iudicantium, hoc palmæ refert præmium, ut arbitratu suo ascendat rogum coniugis, & supremis eius semetipsam det inferias: cæterę nota uiuunt. Caussam huius non tamen satis probabilem tradit Strabo libro iam citato. Propertius huius legis lib. tertio meminit, Cicero in Tusc. Quæstionibus, Val. Maximus in principio Secundi, Eusebius Sexto Præparationis, & diuus Hieronymus primo aduersus Iouinianum. Propertij uersus recitat Camers in Enarrationibus Solinianis. De Thressis autem fœminis in Secundo Mela. Ne fœminis quidem, inquit, segnis est animus super mortuorum uirorum corpora interfici, simulq; sepeliri uotum eximium habent, &c. Item Solinus cap. decimo quinto de eisdem sic ait. Quæ fœminę tenaces sunt pudicitię, defunctorum insiliunt coniugum rogos: & quod maxime insigne ducunt castitatis, præcipites in flammas eunt. Herodotus hunc morem describens, Singuli, inquit, uxores habent: quorum ubi quis decessit, disceptatio magna fit inter uxores, acri amicorum circa hanc rem studio, quęnam dilecta fuerit a marito prępue. Quæ talis iudicata est, & hunc honorem adepta, ea a uiris ac mulieribus exornata, ad tumulū a suo propinquissimo mactatur, unaq; cum uiro humatur: cæteris uxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus. Nunc tam tepidus uxorum erga maritos amor, ut si permutatio detur, „Morte uiri, cupiant animam seruare catellæ. „ Morientis. Pro mortui.

Diodori libri, & Bibliotheca. Indorum mores. Thressarum coniugalis amor.

Parte alia stridens furiata mente uagatur
Euulsis Melitęa comis, & pectora tundens,
Dilectū Rhodomāta uocat, quē in puluere mersum
Vt uidit, fugere oculi, lachrymasque repressit
Ipse dolor, clausaque diu cum uoce remansit,
Sic tandem exanimis rupto sermone profatur.
Siccine te uideo coniunx? me siccine solam
Liquisti tedæ, thalamique oblite iugalis?
Quis te pugnandi furor, aut quæ iurgia tanti
Eripuere mihi? quid habes? certe aspera uotis
Inuidit fortuna meis, nunc cespite uiuo
Nudus in externa miserum tumulabere terrá.
Dicebam, quid bella petis? quid in arma, dolosque
Pregrederis Martis? dextramq; Ernestida tentas?
Diues habes regnum, cur sceptra aliena lacessis,
Armigerumq; genus? proh mens pręsaga malorum
Spreuisti, at saltem sors me tecum una tulisset,

Lachrymasq; repressit. Pro retrudit, repone, repressit, ut habet emendatior liber. Id aūt quod dicit, ex uehementia affectus supra uires ascēdentis stuporis proximi accidit, ut Physici docent.

Cespite uiuo. Ideo dicit, uiuo, quia superius quoq; dixerat. Nullo ꝓscissa est uomere tellus. Cespes dicitur terra cū propria herba auulsa, ut scribit Seruius in expositione Maroniani illi9 carminis. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. Miserum. Inter- Cespes.

Me miseram, haud tantũ coniũx tua fata dolerem,
Nũc quid agam infelix? uiuamne? an manibus atris
Inserar? atque uno miseranda cremabor in igne?
O thalami fax lęta mei, quid demoror umbras
Amplius errantes, funesta hæc littora circum?
Ernestus. Dixit, & ingentes lignorum extruxit aceruos,
Imposuitq; uirum super, exequiasque peregit,
Multa querens, manesq; imos, & numina olympi
Inuocat ad funus, supremaque munera busti.
Proh. Quæq; suum molitur opus, secat illa bipenni
Annosam fagum, & gaudentem morte cupressum.
Et uos o tiliæ, & tu Berecynthia pinus,
Et montana abies, flammas iuuistis, & ipsæ
Sors. Triste ministerium: nemus alto a culmine cæsum
Corruit, & strepitu syluarũ antrum omne remugit.
Stabant erecti tumuli, densæq; per auras
Vndabant flammæ, fumusq; ad nubila teter
Voluitur, atque altos operit caligine montes.

iectiua particula est, ut illud Maronis. Nauib9, infandum, amissis unius ob iram. Dextrãq; Ernestida tenens. Id est, Maximiliani, ab auo Ernesto sũpto patronymico. Hic Ernestus ex uxore Alexη potentissimi Mossouię Ducis filia, genuit Fridericum Augustum: qui Maximilianũ.

Proh mens pręsaga malorum. Per interiectionẽ posita sunt. Proh enim aliquando sic ponitur. Maro. Proh si remeasset ad urbem. Sors me tecũ una tulisset. Hoc est, fatalis necessitas. Interdum pro fortuna ac facultate domestica. Horatius ad Aristium. Lętus sorte tua uiuas sapienter Aristi. & item. Cui placet alterius sua nimirum est odio sors. Et interdũ summa cui aliquid extrinsecus acquiritur sors dicitur. Plinius in præfatione. Obnoxη profecto animi & infelicis ingenη est, deprehendi in furto malle, q̃ mutuum reddere: cum præsertim sors fiat ex usura. Secat illa bipenni. Quid sit bi-
Bipennis. pennis, & unde compositum, docet Quintilianus lib. primo. Politianus adiectiue protulit in Rustico. Et quercũ annosam ferro obturbare bipenni. Annosam fagum. Quia in multos durat annos. Gaudentem morte cupressum. Inde feralis dicta, ut supra satis iam expositum fuit. Et uos o tiliæ. Lege Maronis interpretes super illo uersu Secundi Georg. Nec tiliæ leues.
Berecynthia. Et tu Berecynthia pinus. Id est, Cibeleia, iuxta illud de pino. Poma sumus Cybeles. Berecynthia a monte Berecyntho in Phrygia, in qua sub nomine Vestę, & deę Phrygię magnę colebatur. Pinus Cybele cur dicata, refert Ouidius, ut alibi indicauimus. Triste ministerium. Nempe triste sepeliendi officium.

Parte alia exanimem lugens pia Doris Agartem,
Congestę imponit syluę: Pasithea reuulsis
Abstergit Pallanta comis: tu membra Boopi
Vestigas Lydæ, crebri quam triste per auram
Argia. Respondent gemitus, repetitaq; murmura uocum.
Collidunt ualles, & rupe gemiscit Apollo,
Lunaque, & aëreis reclamat ab Alpibus horror.
Non secus Argia mœstis cum uenit ab Argis
Coniugis ad funus, cui se comes una sepulchri
Antigone. Præstitit Antigone, nec tot langoribus ægra
Euadne conquesta uirum, cum Martis iniqui
Oedipodinios acuit uiolentia fratres.

Syluæ. Pyre, rogo, totum par parte. Gemiscit Apollo. Id est, nemus, mons Apollinis.

Lunaq;. Sylua Lunæ.

Nõ secus Argia. Vxor Polynicis, cuius lamentationem super cadauere mariti multis uerbis Statius lib. Thebaidos ultimo prosequitur. Cui se comes una sepulchri Pręstitit Antigone. Hæc dũ Polynicem fratrem defunctum furtim noctu sepelire molitur, adiuuante Argia, fuit deprehensa a custodibus Creontis: qui ędicto uetuerat cadauera Græcorum sepeliri, & pœnam mortem addiderat pręuaricatori. unde ait ipse apud Statium; aut nece facta luet.

Iussu

Iussu itaq; Creontis iugulatur Antigone. Euadne. Vxor fuit Capanei, & Martis filia credita, haec ut apud eundem Statium legimus, se in rogum mariti proiecit. Quod & Ouidius testatur hoc carmine. Accipe me Capaneu, cineres miscebimus inquit. Oedipodionios fratres. Etheoclem, & Polynicem. Quorum bellum scripsit Ponticus, scripsit & Statius. Id gestum est tanto odio, ut semet mutuis uulneribus confoderint, & alter super alterum moribundus corruerit: quorum impias & truces animas ita execratur Statius in Vndecimo. Ite truces animae, funestaq; tartara letho Polluite, & cunctas herebi consummite pęnas. Euadne.

Vt pia priscorum complerunt funera ritu,
Collectus cinis est, & adhuc feruente fauilla
Contumulatur humi: saxisq; sepulchra notantur
Inscriptis, ne forte rudi sulcaret aratro,
Aut scrobibus ductis, confunderet incola manes.
Iam nox sydereum fuscis inuoluerat alis
Atra diem, rursusq; polo splendebat eoo
Clara dies, Titanq; bona face candidus ibat
Littore ab oceani, cum sic Melithęa profatur.
Maxima pars acta est, requiemq;, locumq; piorū
Vmbris reddidimus, materq; amplectitur illas
Communisq; parens, cunctis uia panditur aequa
Exitij, finisque sui, mors omnibus una est.
Quid querimur? sedate animos, pietatis honorē
Laudandae remeamus ait, reddantur in urbe
Manibus inferiae, & primum nigrantia auerni
Lustratae bissena boum mactabimus arae,
Tunc iuga nec sacris Orci Regina uacabit.
Dixerat: assensere omnes, clausisq; sepulchris
Concilio abscedunt moesto, patriamq; reuisunt.

Priscorum ritu. Quem paulo ante recitauimus. Cōfunderet incola Manes. Id est, cineres. Vnde etiam umbris poena inferri posset, cum carerent sepultura. Credebāt eīm errare, nec quietem habere. Lucanus, umbraq; erraret Crassus inulta. Secundum hoc & illud supra dixit. Animasq; exoluere terris Errant, quae circum littus, poscuntq; quietem. Communisq; parens. Ouidius. Lucretius in secundo, ubi de Tellure loquitur, subdit. Et nostri genitrix hęc dicta est corporis una. Itē magna parens terra est, lapides in corpore terrae Ossa reor dici. Audi & Plinium, cuius sententiā poëta breuiter expressit. Sequit terra, inquit, cui uni rerum naturae partiū eximia propter merita cognomen indidimus maternę uenerationis. Sic hominum illa, ut coelū Dei, quae nos nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper, nouissime complexa gremio, iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens, nullo magis sacramento, q; quo nos sacros facit, etiam monimenta ac titulos gerens, nomenq; prorogans nostrū, & memoriam extendens contra breuitatem aeui: cuius numen ultimū iam nullis imprecamur irati graue, tanquam nesciamus hanc esse solam, quae nunq; irascatur homini. Porro quid Plinius uelit his uerbis, nullo magis sacramento, q; quo nos sacros facit, superius expositum est. Ob haec, tum plurima alia beneficia Tellurem Deam esse, pro deaq; coli oportere, statuit uana Gentilitas. Lege Plinium in Secundo, Senecam tertio Naturalium Quaestionum, diuum Ambrosium Tertio Hexameron, Lucretium libro supra citato. Cunctis uia panditur ęqua. Hoc enim habet inter caetera iustitię suae natura praecipuum, quod cum ad exitū uētum est, omnes in ęquo sumus. Autor Seneca, & ut ait Propertius. Lydus Dulychio nil distat Craesus ab Iro, Consule cum Mario capte Iugurtha sedes. Brachamanę philosophi, mortem uitam putādam esse aiunt, quasi quendam inuidum hominum conceptum: mortem uero natiuitatem ad ueram illam & foelicem uitam ijs, qui recte philosophati sunt. Idcirco eos multa exercitatione uti ad mortis pręparationem. Nihilq; eorum, quae hominibus accidere dicuntur, bonum esse, uel malum. Hęc & plura Strabo libro Geographię decimo quinto. Ne mireris ergo, si regius propheta, mortis furorem mire extenuans, leuibus uerbis, dum ait, Ego dormiui, & somnum coepi, & exurrexi, curet nobis mortem reddere amabilissimam, nedum contemptissimam: ut in qua, sicut in dulci quiete somni nobis indubitata, & melior exurrectio, & uigilia promittatur. Quis enim non est

Animas errare, superstitiosum.

Terra omnium parens.

Terrae beneficia.

Terra cur pro Dea culta.

Mors omnibus aequa.

Psal. 3.

certissimus de expergefactione, seu euigilatione, qui dulci somno quiescit & non moritur? At hic dicit, se non mortuum, sed dormiuisse, ideo euigilasse. Atque sicut somnus utilis & necessarius est, ad meliorum uirium instaurationem, ut Ambrosius in hymno. Artus fessos ut somnus eleuet. & Prudentius. Ita mors utilis, & nunc instituta ad meliorē uitam parandam. Itaque in morte, ut sanctorum quidam admonet, non tam ipsa mors, quam certissima uita & resurrectio consyderanda est, his qui sunt in CHRISTO, ut stet illud Ioannis Euangelistæ cap. octauo. Qui sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Quomodo non uidebit? nonne non sentiet? non morietur? Non utique, sed uidebit solūmodo somnum, & intentus oculis fidei, in resurrectionem per mortem ita labetur, ut ne uideat quidem mortē. Hoc aūt, ut idem docet, præstat fides uarijs passionibus exercitata, ut scilicet mors pro somno pacis acceptetur, iuxta Psalmographū. In pace simul requiescam, & dormiam. Incredulis dira & dura uexatio, in qua ceu pessima, nempe, pauore, horrore, turbatione cōfusissima, non est quiescere & dormire, Sed iuxta eundem Psalmog. Virum iniustum, mala capient in interitu. & iterū, Mors peccatorum pessima. Inferiæ. Sacrificia quæ inferis soluuntur. Maro. Viuentes rapit inferias quos immolet umbris. De Inferis secundum gentiles plura Macrobius in primum Somnij Scipionis. Varios autem sacrificandi ritus passim poetarum interpretes explicant. Verum si scire cupis, quo sacrificio defunctorum nostrorum animæ prosequendæ sint, scito præcipuum esse, & omnium gratissimum, Deo orationem, tum in proximū charitatis officia, quæ beatus Damascenus singulari sermone prosecutus est, ab Oecolampadio, quem impij prosequuntur, uel Dei potius filium, nempe ueritatem, Romanis donatus auribus. Et primū. Scilicet cum in patria erimus.

Somni utilitas. Mortis utilitas. Psal. 4. 139. 33. Inferiæ. Exequiæ Christianę.

Bissena iuga. Id est, duodena, ut ita dicam, boum paria. Nam iugum pro binis simul iunctis etiam accipitur. Legimus enim, iugum palumbarum, iugum turturum dici, id est, binas palumbas, binas turtures: & a iugo boum deducitur, cui bini alligantur. Orci regina. Hecate, Proserpina: quæ etiam Iuno appellatur. Lactantius ait, Pythagorā duo hemisspheria statuisse, e quibus superum Ioui atque Iunoni, inferū Diti atque Proserpinæ tribuit. De quo Claudianus in principio Raptus. Papinius, Iouem profundum Plutonem, profundam Cererem Proserpinam dixit, quam Maro, infernam Iunonem.

Iugum. Orci regina.

Interea quęrens bellis imponere finem
Iuppiter, atque alio moliri fœdere mundum,
Arcadium alloquitur natum, dein talia mandat.
I nate, & cœlo sumptis delabere pennis,
Pergeque in Arctoam sedem, regnumque petentis
Austriadæ, prohibeque, domum uictricia nondum
Signa uehat: sunt curæ aliæ, superestque laborum
Finis, & ipse adero, nec Cæsar proroget ultra
Diuorum auspicium, mecum Copstenia bello
Mœnia deuincet, summam hanc effare: siletque
Iuppiter his dictis. mox se Cyllenius alis
Flectit ad Aethyopum sedes, gentemque beatam
(Celsa Iouis quoniam tunc regia stabat ad Austrū)
Persæumque polum tangentem uertice Atlanta
Nubifero inuisit, dilectaque regna Deorum.

Interea quęrens. Iuppiter in proposito manet, ut tandem bello Norico finis imponatur, sed qui fidem ac iusiurandū, quod frangere Dij ipsi timent, ruperunt, uult ut puniantur. Hinc sumpta occasione describit obsidionem & expugnationem oppidi Kufstein. Flectit ad Aethyopum sedes. Caussam ipse parenthesi inclusit. Videtur autē mihi mores Regum notare, ac magnorum Principum, qui propter uarias regiones, uno in loco esse semper nō possunt. Persęumque polum. Per quē uolauit Perseus, rediens cū capite Medusę. Dilectaque regna Deorū. Aethyopes in multarū gentium nomina diuiduntur. Cęterū quæ hic scribit, de Macrobijs intelliguntur, qui sunt ultra Meroen super exortū Solis. Latine longęui dicuntur. Dimidio enim eorū potentior quam nostra uita est. Hi Macrobij iusticiā colunt, amāt æquitatē, plurimū ualent robore, pręcipua decori pulchritudine. Ornantur ære. Auro uincula faciunt noxiorum. Locus apud eos est Heliutrapeza, epiparis epulis semper refertus, quibus indiscrete omnes uescuntur. Nam & diuinitus eas augeri ferunt. Hæc ex Solino. Cętera multis uerbis prosequitur Herodotus in Thalia, cuius de Solis mensa uerba adscribam. Solis,

Macrobiorū Aegypti mores. Heliutropeza.

inquit, mensa talis esse memoratur. Est in suburbano pratum omnium quadrupedum assa referrum carne, quam per noctem singuli ciuium magistratus properant ponere. Ad eamque ubi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc ipsa terra reddi assidue indigenę aiunt. Et mensa quidem, quæ Solis uocatur, talis esse fertur. Mensa Solis.

Nam fama est illas aliquando inuisere terras
Cœlicolas, Solisque epulo discumbere magnum
Sæpe Iouem, amotisque illuc descendere curis.
Nulla etenim gens est felicior, inuida plorat
Conculcata fames auri, fraudesque, dolusque
Nullus ibi, nulla ambitio, nec tristis honorum
Cura, nec aurati diues fortuna sepulchri,
Nulla *superstitio, Diuos tantum igne per aras
Fragranteis, & thure colunt, spectatur ubique
Relligiosa fides Superum, qua Iuppiter æquus
Dicitur Aethiopum castis discumbere mensis.

Inuida plorat Conculcata fames auri. Esset utinam Christianorū mos hodie. Esset profectò, si Episcopi, non desisterēt cū Chrysostomo aduersus pecuniarum studiū clamare. Eę namque sunt omnium malorū causę. Quo uitio, ut careant, maxime refert pastores, qui non modo (si auari sint) exēplo, sed & autoritate, deinde quod extremum est malorum, uerbo nocent subiectis: dum aliud nec docent, nec doceri sinunt, nisi quod quæstum uel auget, uel seruat. Quanto quis enim maiori dignitate fungitur, tanto uita & moribus sanctioribus prędıtus esse debet. Huius ratio euidens: quod tunc obseruantior æqui fit populus, nec ferre uetat, quom uiderit ipsum Autorem parere sibi. componit orbis Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus Humanos edicta ualent, quam uita regentis Mobile mutatur semper cū Principe uulgus. Fraudesque dolusque Nullus. Quod equidem non miror. Nam ut Ouidius canit, de opibus scilicet & auro & argento, ortum Omne nefas, fugere pudor, uerumque fidesque, In quorum subiere locum fraudesque, dolique, Insidięque, & uis & amor sceleratus habendi. Tolle caussam, certe & effectum tulisti. Causa aūt & radix auariciæ est, diffidentia, seu fœda incredulitas, quod in Domino non confidimus. Fœdissimū sane incredulitatis genus est, nō tantum Deo confidere, quod corpus alere possit, & uelit, qui uolucres cœli pascit, fœnū agri uestit. Igitur cū Deus pręceperit pręcepto primo, ut non habeatur alienus Deus, hoc est, ut in nihil aliud confidat, ipseque solus in omni necessitate inuocetur: patet, Auaritiam esse Idolorū seruitutē, quæ facit, ut Dominum non inuocent, nec ei credant, credant autem & inuocent potius aurum. Nulla ambitio. Immoderata honorū & laudis cupiditas. Et licet ipsa uitiū sit ambitio, frequenter tamen causa uirtutum est, ut ait Quintilianus. Tristis cura. Ab effectu. Medici præcipiunt curas graues esse tollendas ac fugiendas, hilariterque uiuendum ijs, qui senium & intempestiuam caniciem arcere uolunt, ac diu uiuere. Honorum. Dignitatis, splendoris, magistratus. Vnde consulatus & prętura honores dicuntur, & ius honorarium, ius prætoris, & cursus honorum gradus dicitur, cū honor honori succedit. Aurati sepulchri. Fuere eīn plurimi huius rei studiosi, & Hebręi pręcipue. Aurati aūt, pro aurei posuit, hoc est, preciosi ualde, q uocabulo & Catullus usus est. Nulla superstitio. Nomē cōmune, uanūque significat & damnatū religionis excessum, in multaque scinditur: qua de re pluribus Picus Iunior in Quarto de rerū prænotione. Breuiter nos, sicut decet Christianos, oportet hoc scire, quod sine fidei pietate omnia sunt superstitiosa & damnabilia, adeo ut nec CHRISTVS, nec Deus ipse ulli sit salutaris, nisi per fidem habeat. Spectatur ubique Relligiosa fides superū, qua Iuppiter ęquus Cogit. Verissime hoc dicit, si ad nostrā retuleris legem, nempe Euangelicā. Siquidē fides nostra Deū cogit. Vnde nō muto lectionē, etiāsi in emendatiore codice scriptū uiderim, dicit, pro cogitur. Nō nego tamen, ad poëtę sensum satis apertū, melius dicit, legi. Carminū scriptores in, religioso, numeris obsecuti liquidā gemināt, ut in reliquijs. Maro Troas Relliquias Danaū. & alibi. perque domos & relligiosa Deorū Tēpla. Cæterū autore Nigidio, q apud ueteres nimis religioni & supstitioni sese alligabat, religiosus dicebatur. A nostris in bonā partem nūc religiosus sumit, utpote q apprime uacet religioni: de qua & eius origine multa in libris de rerū prænotione disseruit Picus. Sed breuissimo cōpendio, religio, id est, Dei cultus aliud nihil est, quam gloria Dei, iuxta illud Rom. 1. Mutauerūt gloriā incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis hominis. Porro gloria Dei nihil aliud est, quā ei credere, in eū sperare, eū diligere, Quia qui ei credit, ueracē eū ducit, ac per hoc ueritatē ei tribuit. Qui sperat in eū,

Aurum ubi spretum.
Pastores perniciosi.
Incredulitatis, & diffidētiæ malum.
Ambitio.
Curæ graues tollendæ.
Ius honorarium.
Superstitio.
Religiosus.
Religio, Cultus Dei.
Gloria Dei.

potentem & sapientē & bonū arbitraī, ut a ꝙ possit iuuari & saluari: ac per hoc ei potentiā, qua possit: sapientiā, qua nouit: bonitatē, qua uelit iuuare, tribuit. Hoc aūt est uere Deum esse, uere Deum habere. Tūc mox amor sequiī in eū, sua spōte, sibi placens in tali Deo, ac preciosissimam opinionē de eo cōcipiens. Qui aūt nō credit, mendacē facit: q nō sperat, uel impotentē, uel nescientē, uel nolentē facit, quæ sunt horrendæ. tū sequi necesse est, contemptū. Ex ꝙ deinde translatu ad creaturā (cū necesse sit humanū cor, credere, sperare, diligere aliquid) fidit uel in diuitias, uel fauorē, uel uires suas, uel alia quęcūq;, uel in stultā opinionē, siue de uero, siue de falso prędicatam. Vbi si quando (ꝑmittente Deo) senserit solatiū, toto corde & amore huc fertur. Et sic potentia, bonitas & omnia quæ ad gloriam Dei pertinent, ad ignominiam uersa sunt, & tributa ei cui non debentur. Hæc quia e triuio non sunt, adscribere libuit.

Incredulus.

His fatus a Maia ueniens Cyllenius oris,
Euolat ad fines Libycos, totamque pererrat
Aegyptum, Memphimq; sacram, deinde ostia Nili
Pronus adit magni, & lucentem nocte Canopum,
Nec mora, sublimes alis prouectus ad auras
Trāsuolat, & Pontū, Cyprūq;, Rhodonq; relinquēs
Hesperios petíjt fines, atque ultima regna
Nominis Ausonij, qui dum super æthera uectus,
Respicit Oenotramq; plagam, moresq;, genusq;,
Vastatasque urbes, coniuratasque ruinas,
Indoluit, traxitque alto suspiria corde.
Mox Ameringæ ualles, collesque Lyæi,
Atque Tridenti culta apparent arua bilinguis,
Diues & Emporium, atq; inter laudablis Alpes
Bryxina, quiq; Athesis spumantis flumina potant,
Mænalioque alti lustrantur numine montes,
Quorum uisceribus, speluncisq; eruta ab atris
Fertilis increscit uarijs natura metallis.
Hic domus æterni strepitus, fornacibus ingens
Argentum coquitur, feruentq; incudibus æra.

Canopus. Pharus.

Hic fatus a Maia. Volatus describiī Mercurij ab Aethyopia Germaniam usq;. Lucentē nocte Canopū. Vel lucentē dixit, ꝓpter stellā, quæ itē Canopus diciī: eaq; Aegyptij in nauigatiōe utūtur, ut testaī Plinius. Vel propter uicinitatē Phari insulę, quę e regiōe Ostiorū Nili erat: unde nauigantibus iter accenso in turri lumine ostendebaī. Sunt q tradūt Canopus sydus, sortitū nomen a Canopo īsula: ꝙd primū in ea obseruatum fuerit. Sūt quoq; qui per b, nō per p, Canobū scribant. Hesperios petíjt fines. Hispanicos. sunt em̄, ut diximus, duæ Hesperiæ, de qbus Seruiꝰ in ꝑmo. Nōis Ausonij. Italici. Ausoniā Italiam appellauit Auson Vlyssis, & Calipsus filius, ut Pompeius refert. Oenotrāq; plagam. Eadem dicta est Oenotria. Vel ab œno, id est, uino, quod optimū in Italia nascitur. Vel, ut Varro dicit, ab Oenotro Rege Sabinorum. Lege Seruiū primo Aeneidos. Oenotrij coluere uiri. De Italiæ diuersis nominibus habetur duodecimū caput Originum Catonis. Italiæ terminos paucis describit Appianus in principio operis sui, Ptolomæus cap. primo tertij, & sexta Europæ tabula. Copiose Strabo lib. quinto, & sexto. Plinius lib. tertio. Maro, septimo & decimo. Cæsar primo Cōmentariorū. Capella lib. sexto. Sparsim nemo, ut testatur Camers, Italus, nemo tam Græcorum, ꝙ Latinorū Italiam intactam reliquit. Qui externi populi Italiam incoluerint, refert Ouidius quarto Fastorum lib. Plura Dionysius Halicarnasius primo antiquitatū Romanarum. Alludit autem Poeta ad strages Italiæ temporū suorum. Mox Ameringæ. Ab oppido Amerano: unde malim scribere Ameraneæ. Collesq; Lyæi. Tramenū oppidum significat, unde in Germaniam maxima uinorum uectura est. Tridenti bilinguis. Quia utramq; linguam callent, Italicam scilicet, & Germanicam. Diues & Emporium. Bolzanū intelligit, nos Botzen. Bryxina. Ligurinus Bryxnoram scribit. Mænalio numine. Mercurij, a Menalo monte Arcadiæ. Quorum uisceribus. Aenanam uallem significat, das Inntall, ubi ingens omniū generum metallorum uis eruitur. Eruta ab atris. Quo pacto, & quibus autoribus metalla reperta sunt, enucleat Lucretius

Ausonia. Auson. Oenotria. Italiæ diuersa noia, & eiusdē descriptio. Ameranum. Tramenum. Tridentum. Bolzanum. Menalus. Aenana uallis.

libro quinto, paulo ante finem, ibi. Quod superest æs, atq; aurum, ferrumq; repertumst. Autore Plinio, omnis solertia in metallicis, est perniciosum flatū euitare. Siquidem paruo temporis ambitu perire constat eos, si uentum a metallis egredientem hauriunt. quod Lucretius quoq; indicat his uersibus. Deniq; ubi argenti uenas, auriq; sequuntur Terrai penitus scrutantes abdita ferro Quales expiret scaptensula subter odores? Quidue mali fit, ut exhalent aurata metalla? Quas hominum reddunt facies, qualeisq; colores? Nonne uides, audisue perire in tempore paruo?

Metallorū spiritus ueneficus.

Dumq; in diuersas flectit sua lumina terras
Aliger, occiduo fuscis nox atra tenebris
Surgit ab Oceano, curasq; animantibus ægris
Arcebat nocturna quies, cum uentus, & aër,
Et mare fluctiuagum, syluæque, feræque silebant.
Nec mora, mobilibus pandens talaria plantis
Labitur, atque Aeni tortis Deus appulit undis.
Hic urbs exigua est, quę ualle recumbit in ima,
Innumerosque regit populos, Tyrolumq;: gubernat
Iuxta alba fluit Aenus aqua, qui ex Alpibus altis
(Cum ueris tempus, genitalisque aura fauoni
Aëreasque niues, montanaque frigora soluunt)
Flumine prociduo, uastum defertur in Istrum,
Hęc olim (ut memorant) duce formidata potenti
Sceptra Sigismundo, donec labentibus annis
Austriadum accessit pars hęc, atq; addita regno est.
Ergo pererratis Tyroli Cyllenius oris
Candida ad Aenöos flexit talaria pontes,
Perque altam noctem uolitans, umbrasq; silentes,
Cæsaris ingreditur sublata palatia cœlo.
Atque his (exacti meditantem pręlia Martis)
Inuadit dictis. Magno Ioue missus olympo
Hæc mandata fero: prohibet uictricia nondum
Signa uehas, sunt curę aliæ, superestque laborum
Meta, aderit Diuum genitor, transferue nec ultra
Hoc Iouis auspicium: tecum Copstenia bello
Mœnia deuincet. Sic talia fatus, ad umbras
Peruolat Arcadiæ, sacrique æstiua Lycæi.
At Cæsar mandata Iouis, bellumque uolutans
Indictum Superis, fontemque euertere gentem
Decretum (neque enim totos sopor hauserat artus,
Quippe Dei uultus, & uerba sonantia norat)
Corripit e strato corpus: namque axe micarat
Aurea lux, Phœbique iubar detexerat orbem:

Hic urbs exigua est. Scilicet, Pōtis Aeni, teutonice, Insprugk. Recumbit. Iacet. Innumerosq; regit populos. Hoc dicit, uel ꝓpter Regiam, quæ in ea est Principis Tyroleñ. uel propter supremam quæ illic redditur iusticiæ administrationem pluribus populis, qui subsunt Principi Tyrolēsi: cuius redditus opulentum quoduis regnum ęquare possunt. Vnde, ut in Staurosthici enarrationibus dictauimus, ipsum oppidum uel ob hoc principale, ut aiunt, parlamentum famosum est in Germania. Cum Veris tempus. Sole primam partem Arietis ingrediente Ver incipit. Pollux ait, Veris initium est spirante Zephyro. Vnde apud Claudianum, Enna parens Florum compellans Zephyrum ait, Pater o gratissime Veris, Qui mea lasciuo regnas per prata meatu, Semper & assiduus irroras flatibus annum. Fingitur autem propterea in cōuallibus sedere, quoniam flores

Insprugk celebritas.

Veris initus.

Zephyrus. Concilium uocat Heroum, remque ordine pandit. & herbæ, ut canit Hesiodus, eius aura producit, uberiusq; illic proueniunt. Hesiodiũ carmen ita Catullus interpretatus est. Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni. Genitalis aura Fauoni. De Fauonio abunde Plinius libro decimosexto, eum genitalẽ mundi spiritum uocans. Siquidem eo spirante, non solum plantis & satis, sed cunctis animantibus, ac ipsis etiam hominibus Veneris titillatio maior est. Hinc Alcmęon Cupidinem Chloridos & Zephyri filium dixit. Duce Sigismũdo. Qui sine liberis decedens, Maximiliano opulentam reliquit ditionem: cuius populi prius etiam Maximiliano fidem iurarunt, quam Sigismundus ipse uita defungeretur: liberalissimus omnium sua ætate Principum, rempublicam priuatæ semper antepos uit. Peperit sibi nomen apud posteros immortale alpium aditu patefacto. Sed & aliis uirtutibus claruit, prudentia, iusticia, fortitudine, ut Rudolfus Agricola, sic de ipso ad Casparum testatur. Viderat ista Sigismundus, quid non uidet iste? Inclyta cui rerum est gloria, cuiq; decus. Quo melior terris, quo non est iustior alter, Fortis, & in duris tam ratione potens. Aenoos pontes. Ab Aeno Aenanus, Aenòus, ut ab Ino, Inous. Prohibet uictricia. Fidelitas in nuncio. Totos sopor hauserat artus. Hoc est, euacuauerat a sensu: quod fieri solet, somno præsertim nimio. Intellexit hoc Alexander Philippi filius: qui lecto stratus, ænea concha supposita, brachioq; extra cubile protento, pilam tenebat argenteam: ut quom neruorum rigorem sopor laxasset, lapsæ pilæ tinnitus somnum abrumperet. Idem secutus exemplum Iulianus Romanorum Princeps. Autor Ammianus. Et uerba sonantia norat. Vel quia Mercurius musicis præesse dicit: uel quia Homerus tradit, uocem Deorum uoce centum hominũ simul clamantiũ uastiorem esse.

Fauonius.

Cupido.

Sigismundus Austrię Dux.

Alexãdri magni somnus.

Tunc uelut incertæ cum per dispendia syluæ
Ignarus quo tendat iter, non nota uiator
Errat, & in dubio mentem uersatq;, trahitq;.
Sic Heroes erant: pars ad mandata Deorum
Declinant animos, fore & hęc suprema putabant
Munia bellorum: parti oratoribus urbis
Pretentanda fides, & pace augenda sequestra,
Parcendumq; uiris, quorum defecerat ausu
Phalsgraphidæ ad partes plebes ignara, uidetur.
Fama etenim Helsatia gereret dum prelia Cæsar,
Et Martis furor, & belli increbresceret æstus,
Vndique & excitæ ruerent in funera gentes,
Hanc urbem seruasse modum, neutramq; secutam
Fortunam belli, pacem seruasse, fidemque
Iuratam Austriadæ, donec dolus obruit urbem
Byspeichis, dediq; altam ui compulit arcem.

Sequester.

Et pace augẽda sequestra. Id est, fides augenda interueniente pace scilicet, inter bellum præteritum & futurum: quasi in pace futura sit reponenda fides: tanquã apud illum, qui sequester, id est, medius inter duos, qui illud de quo controuersiam habent, apud illum deposuerũt. Maro. Bissenos pepigere dies, & pace sequestra, id est, media, Per syluas Teucri. Dicitur autem sequester, ut inquit Modestinus Iureconsultus, quod occurrenti & quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.

Dolus. Donec dolus. Scilicet, militaris. Maro. dolus an uirtus quis in hoste requirat? Apud Iureconsultos est dolus & bonus & malus. Vide si placet, quæ scripsi super hoc uersu Reuchlinici Hennonis. Ne forte sensit quid dolo subtraxerim.

Tempus erat, quo læta feri per pascua tauri
Bella mouent in amore pares, & cornua uibrant,
Cum uiret omnis ager, cum se uernantibus ornant
Norica rura comis, renouat cum Daulias ales

Cum se uernãtibus ornant Norica rura comis. Hęc lectio uerior mihi uidetur, q̃ si sic legat. cum se uernantia cingunt Norica culta comis. ad cus-

Infandos quæstus, & Itym nemus omne reflectit.
Tunc sexcenti equites, duro fidissima bello
Pectora, Byspeichis iussu, per opaca feruntur
Noctis, & occulto fluuij se littore condunt.
Ille dolo instructus, uestem simulauit, & arma
Militis Austriadæ, paucisq; equitatur ad urbem.
Vt data libertas aditus, strepit ære canoro
Hylus Hiphyanides, patefactisq; agmina portis
Introeunt, populantq; domos, mortemq; minantur
Ciuibus: ij trepidant, plebesq; ruebat inermis
In pugnam, nescitq; dolos, quisue ingruat urbi
Armatus miles, nunc Cæsaris arma uidentur,
Nunc hostis: crescit timor undiq;, & undiq; clamor.
Non secus in Libya Getulæ armenta Leænæ
Cum nocte inuadunt tetra, septisq; refractis
Incumbunt prędæ, timidum pecus horret, & anceps
An manus hostilis circum stabula alta pererret,
An pastor, trepidatq; intus, nescitq; tueri
Se quoquam: at postquam fuluæ fremuere Leęnæ
Erumpit caulam, campoq; immugit aperto
Turba boum, & uacuam linquit uictricibus aulam.
Sic Copstenigenas, nunc huc, nunc distrahit illuc
Infandus timor, atq; anceps fortuna malorum.
Vt patuere doli, factique apparuit autor,
Mutatiq; habitus, nullis mens pergere contra
(Nam signum excelsa dederat iam proditor arce
Penznauros) uictosq; lares, urbemq; relinquunt.
Vt cum Sicanio, flammæ iaculantur ab antro
Fulmina uicini fugiunt Aethnæa coloni.
Tandem Byspeiches tota iam uictor in urbe
Bis centum pedites, quos misit Gallia Gesos
Præsidio iubet esse loci, & defendere muros.
Displicuit dolus ipse Ioui, iurataque gentis
Fœdera nequicquam seruari exarserat ira
Ingenti, Regemque alto stimularat ad arma.

tãdum durum syllabarũ similẽ cõcursum. Daulias Ales. Id est, Progne, quæ uersa est in Philomelam secundũ Ouidiũ in Transform. & in epistola, Saphus: q̃d & Græci nõnulli tradunt, & Probus Grãmaticus in Bucol. Varro enim et nostri oẽs, aiunt, Philomenam uersam esse in Lusciniã, & Prognem matrẽ Itys in Hyrundinem. Infandos quæstus. Scilicet, q̃d uirum Tereum non potius īterfecerit, quã Itym filium. Eundem Itylum appellat Catullus. Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias absumpti fata gemẽs Ityli. Progne.

Penznauros. Qui inferius capite pœnam luit.

Vt cum Sicanio. De incẽdijs mõntis Aetnę scripsere Lucretius, Maro, Ouidius, & Cornelius Seuerus, autor est Seneca, cuius petas epistolam septuagesimamnonam. Veritatẽ ipsam duobus uersib. explicat Claudianus primo de raptu Proserpinæ libro. Seu mare sulphurei ductum per uiscera montis Oppressis ignescit aquis, & pondera librat. Plura quoq; Strabo de Aetna scripsit. Bis centum pedites quos misit Gallia Gesos. Diximus Gesa genus teli gallicum esse. Cæsar in commentarijs autor est, Gesos a Gallis uiros strennuos in re militari appellatos. Aetnæ incendium. Gesa. Gesi.

Interea ambigui Heroes sermonibus orsa

Prolatant uarijs, nec re firmantur in una:
Pars pacem, pars bella uolunt: ut perculit undas
Carpathij nigra aura maris, nunc flumen in Austrũ,
Nunc Boream uersus, Zephyriue impellit ad oras.
Stat medio ratis acta freto, latere ardua Pontum
Instabilem, & rostro spumantes reijcit undas.
Sic diuersi animi, Cæsar tamen omnia uoluens
Parendum est (inquit) Superis, Ioue præside belli
Optemus finem, consummatosq; labores
Marte sub extremo, & magnis numeremus in actis.
Ergo agite Heroes, Dijs hæc poscentibus, arma
Maturemus ait. Sic fatus, Alastora misit,
Deligat ut Marti populos, gentesq; pererret.
Nec mora, cum primum tanti primordia belli
Intellecta, ruunt iuuenesq;, patresq; uicissim.
Armanturq; urbes, primusq; Choraulus Atrides
Sbotia. Mœnibus eduxit resplendens agmen Halæis,
Hinc pedites centum fudit præclara metallo
Sbotia, & antricolas descripsit in arma maniplos,
Suspendens altos calidis fornacibus ignes
Liquit, & inuersum tunc Chyzipelos aratrum
Teutonicas patrio gestans de more catæias,
Kützbühel. Inde ruit Rhotoburga cohors, & pascua læta
Incola deseruit, uitesq; Amerinus Iacchi,
Nec mercatura pinguis bis diuite Bolzan
Defuit: armasti lectam quoq; Bryxina pubem,
Quæq; olim fuerant coniunctæ fœdere gentes
Pilatæ aduentant, signa extollente Sueuo.
Radenburgum. Sed prima ante alios Aenois agmina ripis
Effulgent, cupiuntq; acies spectare micantes,
Aeraq; perstrepere, & Martis tremere arua fragore,
Audijt & belli motus arx alta Naonis,
Et fera Goriciæ sumpserunt arma phalanges.
Quid memorẽ Labaciq; duces, Gretiasq; cateruas,
Iuliaciq; genus, sæuoq; horrentia Marte
Agmina Phrisiaci, Tergestinosq; maniplos,
Torquent Pucino qui præla liquentia Baccho.

Alastora. Fictũ nomẽ, ut pleraq; alia: cum uera uel difficile habere, uel parũ consultũ uisum fuerit referre. Mœnibus Halæis. Oppido Halla. Præclara metallo Sbotia. Oppidum Swatz intelligit, cuius Picus in carmine de Cruce sic meminit, uasto populus dum Sbotius antro Effossum uarios argentũ promit in usus. Vide, si uacat, quę super illũ locum dictauimus. Liquit tunc Chyzipelos aratrum. Bene dixit tunc, quia paulo ante sub Palatino, hoc est, genero Ducis Georgij fuerat. Nos autẽ patria lingua hoc oppidũ Kürzbühel appellamus. Rhotoburga cohors. Radenburgũ oppidũ designat, uulgus Ratẽburg appellat, est ad ripã Aeni fluminis, q̃d etiam Georgio seruierat. Vites Iacchi. Id est, uineas, quæ in tutela Bacchi sunt. Bis diuite. Quia bis in anno celebratẽ illic emporium. Agmina Aenois ripis. Oppidum Insprugk intelligit: quoniã illinc mouit Cæsar tum nauibus, tum terrestri itinere ad oppugnatiõem Küefffstein. Arx alta Naonis. Portnaw. Vrbs dicta Portusnaonis, quã superiori bello Veneti occuparũt. Goriciæ phalanges. Comitatũ Goriciensem, Syluius Carinthiæ adiungit: ego in Carnis puto esse. Hic mea memoria de-

functo Leonardo sine liberis nouissimo Goriciæ Comite, ad Austriacam domũ deuenit. Labaci. Carnorũ metropolis, Episcopali sede donata, procurante Friderico Tertio sub Paulo Secundo. Gretiasqȝ cateruas. Stiriæ inter urbes Gretium primũ obtinet locũ, & Principis sedẽ, nos Gretz appellamus. Iuliaciqȝ genus. Id est, populum Foroiulianum. Nam plura loca in Foro Iulij Principes Austriaci possident. Phrisiaci. Oppidum Carinthiæ Phrisacum.

Labacum. Gretium. Phrisacum.

Dum properãt populi, milesqȝ animatus ad arma
Proruit, interea muralis turbo per undas
Deuehitur: gemit Aenoum sub pondere flumen,
Rostratumqȝ caput fluuio uix erigit alnus.
Hinc teli quodcunqȝ genus, micat aurea cuspis,
Leumæciqȝ enses, & flexilis algida taxi
Arbor, in ingentes arcus, pronæqȝ sagittæ
In uulnus: quales pugnantem Persida ferre
Accipimus, densumqȝ Scythas obnubere cœlum.
Hi Macedum tela expromunt, bifidasqȝ secures,
Hic lætus bello ceu feruida uibrat Amazon
Cum Tanaim inuadit, uictoqȝ agit agmina Ponto.
Vos quoqȝ mortiferæ properastis ad aspera glandes
Prælia, plumbatæqȝ graues, balearicaqȝ arma
Funditor extollit, nec sæua falarica uastis
Flammarum exarmata globis, & sulfure tetro
Non uecta, atqȝ onager lapidis iaculator hiulci.

Muralis turbo. Significat, ut puto, Bombardas. Pronæqȝ sagittæ In uulnus .s. uectantur. Quales pugnantẽ. Cõstructio est, quales sagittas accipimus. i. intelligimus ferre pugnantẽ Persida, & qualib9 Scythas obnubere cœlũ. s. accipimus. Densum. Condensatũ sagittis. Corrupte enim hic uersus sic legebatur, Crebrisqȝ Scythas obnubere telis. Nec sæua Falarica. s. non uecta. Falæ turres ligneæ dicuntur. unde & Falarica, telum q̃d e falis, id est, turribus iaciebant. Maro. sed magnũ stridens contorta falarica uenit. & per f, latinũ scribendum est. Onager lapidis iaculator hiulci. Machina bellica est, qua plurimi aliquando lapides in sublime proiecti, intra urbes maxima ruina domorum recidunt, ut docent Vitruuius & Vegetius. Est & Onager syluestris asinus.

Falæ. Falarica. Onager.

Et iam fama uolans trepidas exterritat urbes
Austriadum aduentu, & uenturæ signa ruinæ.
Nam statuas sudasse ferunt, & sanguine multo
Defluxisse Aenum, & celsam uolitasse per arcem
Lampada sublimi lambentem uertice molem.
Præterea ex adytis uox exaudita profundis
Nuncia fatorum, qua plebes dissona uulgi
Territa: sed Galli pedites spem Marte fouebant,
Et situs impatiens pugnæ. nam celsa per auras
Erigitur condens caput intra nubila moles
Difficilis natura loci, spesqȝ ardua bello
Posse capi, fluuius radit confinia montis,
Spumantesqȝ imo propulsat uortice cautes.

Venturæ signa ruinæ. Prodigia futuræ arcis ruinæ. Defluxisse Aenũ, & celsam uolitasse per arcem. Sic hic in meliori exẽplari legitur uersus, quanquã non uideo cur prior lectio mutari debeat. Dissona. Discors.

At Cæsar lectam trans Aenon pergere pubem
Imperat, & curuo moliri in littore uallum.
Vt longe micuere acies, ærisqȝ refracti
Auditi sonitus, pulsataqȝ tympana circum,

Curritur huc illuc, pauidæq; e mœnibus altis
Prospectant matres, & passis crinibus astant,
Auxilioq; uocare Deos, ululare per urbem
Excussisq; manu radijs tremere innuba uirgo.
At qui fortunam mauult tentare ruentem,
Conscius infandæ fraudis, timor omnis abesto
Exclamat, flammas ne Iouem, tonitrusue cientem
Creditis in nostros conuertere fulmina muros?
Aut formidatos pauido Titanas olympo?
Cæsar adest muris, quis tanti nominis horror
Inuasit mentes? aderit quoq; & acer in armis
Byspeiches, uastaq; ruet uiolentior ira.
Sic animos acuit dictis, plebemq; labantem
Ad pugnam irritat. tunc omnes mœnia complent
Eryx. Innumeris lapidum cumulis, scabrosq; molares
Circum aptant: hi pila nouant, Macedumq; sarissas
More parant: hi pro galea capita alta Leonum,
Villososq; gerunt truculentis faucibus ursos:
Fraxineam hic hastam longis amentat habenis:
Hic Erycis cæstus Paphij, tripilosq; rudentes
Clamat Io, extollens: dum sese ad bella uolentes
Exarmant ciues, Cæsar trans flumina uectus
Aenoa, undisono florentes littore turmas
Disponit, lustratq; urbem, quantumq; recedant
Interualla loci, num sæui machina belli
Acta queat populare domos, ruere alta superbæ
Fundamenta arcis, populoq; inferre ruinam.

Conscius infandę fraudis. Scilicet, iuratæ fidei uiolatæ. Quāta fuerit iurisiurandi religio apud Ethnicos, uel iurisprudentiæ autores docent: ne Plauti cęterorūq; poētarū dicta afferam. Irritat. Incendit, inflammat.

Erycis Paphij. Diodorus Siculus autor est, Butem Regem Siciliæ fuisse, & ex Venere Erycē sustulisse, qui ob genus maternum in maxīa gloria habitus est. Vrbēq; in alio loco a se noiatam condidit, atq; in arce templum matri posuit: cuius famā non ut alia plęraq; uetustas minuit, sed indies auxit. Vnde & Aeneas in Italiā ueniēs uehemēter honorauit. Idem fecerūt Carthaginenses magna parte insulæ potiti. Multo autē magis Romani. nam decem & septē ex fidelissimis urbibus huic tēplo aurū pendere iusserunt, & milites qui id custodirent, posuerunt. Landinus Maronis interpres genus Erycis sic refert. Neptunus Amycum genuit ex muliere nympha. Hic a Polluce arte pugili superatus, cæsusq; est, relicto filio qui Butes uocatus est. Fuit autē Rex Bebriciæ, quæ post Bithyniā est. Butes

Lycaste. autē post mortē patris ab Argonautis domo pulsus, Drepanū in Siciliam uenit. Vbi a Lycaste nobili meretrice, quia formosus corpore esset, adamatus, ex ea Erycem genuit. Verū cum Lycaste propter pulchritudinē Venus appellaretur, Veneris filiū Erycem dixerūt. Hic et diuitijs matris & uiribus patris insolētior factus, ab Hercule ex Hispania redeūte occisus, & in monte propinquo, qui ab eo Eryx dicitur, sepultus est. Vnde Poeta noster lib. ultimo. Fama est Aethnęis, si ueri numeria, campis His sudasse Erycem, qui uictus ab Hercule magno Sicaniū effuso maculauit san-

Cæstus. guine littus. Cæstus. Seruius super hoc Maronis uersu ad principiū lib. quinti. Seu crudo fidit pugnam cōmittere cæstu. diphtongatur, ait, cæstus, quando pugilū arma significat, & pluralē ha-

Cestus. bet numerū, & est quartæ formæ. Cestus aūt cesti sine diphtongo, tantū singularis numeri est, & significat cingulum Veneris efficacem ad illectamenta gratiarum & amorū, quo illa dicitur Martem sibi conciliare. Vnde prouerbialiter dicimus, Cestū habere Veneris, qui nouis modis quēlibet in amorem sui pelliciunt. pete Chiliades Erasmicas. Cæstus autem a cædendo appellatur.

Rudentes tripili. Tripilosq; rudentes. A trium pilarū numero. Pilæ enim ferreæ, uel plumbeæ funibus adnectebantur. Funes bicubitali, ut ita dicā, fusti. Clamat Io. Exultantis uox est: & triumphantium.

Dum per cuncta oculos uersat, custode relicta
Apparet pars una urbis, neglectaq; tantum
Naturæ defensa situ. nam flumine uasto
Alluitur, dirimuntq; undæ confinita terræ,
Illic Austriades, cum laxum Nerea pronus
Vesper adit, linquitq; polum surgentibus astris,
Dum silet omnis ager, noctem tormenta sub altam
Collocat. Interea roseis aurora quadrigis
Extulit os sacrum, atq; humentes dispulit umbras.
Aggreditur tunc Cęsar opus: gemit omnis ab imo
Tellus, & pauidi tremuere sub imfima Manes,
Tartara, Cocytiq; lacus, metuendaq; Diuis,
Styx fertur properasse retro, saxosa labare
Arx uisa est, tantoq; impulsu exsibilat aër,
Aereus ut longe turbo per inane uolutus
Exuperat fracta collisa tonitrua nube,
Horridiusq; böat, quam cum fremit unda Malęæ,
Aut cum pulsantur Rutupini littora Ponti.

Apparet pars una urbis. Ficta loci descriptio.

Vt pestis metuenda domos, tecta alta parentum
Depopulat, totaq; furit uiolentior urbe,
Fit casus rerum, moles concussa fatiscit
Murorum, & fundo motus lapis intremit imo.
Iam clamor, cędesq; uirum, iam mortis ubiq;
Effigies: hi rupta cauis loca peruia saxis,
Hi celsi petere antra iugi, tolluntur ad astra
Fœminei lamenta gregis, singultibus aër
Concutitur, syluæq; omnes langore resultant.
Non tamen afflictis rebus, tantæq; ruinæ
Deficiunt, qui morte uolunt extendere famam,
Sed contra perstant, aggestoq; obijce muros
Instaurant: sed cuncta solo uis fulminis æquat.

Ac uelut Oceano fluctus, crescente per agros
Littus eunt extra, rapiuntq; mapalia, uillas,
Pastorumq; domos, fugit alta ad culmina uelox
Belgarum genus, & celeres præuertitur undas.
Passim stant armenta boum, grexq; omnis aquarum
Depressus sub mole, iacet: complexa maritum,
(Aggeribus circum clamantia littora fractis)
Mergitur exanimis spumantibus uxor in undis.

Quæ cum fremit unda Malęæ. Malęa promontoriū Laconiæ a Maleo Argiuorū Rege dictum: q̃d per quinq; passuū milia in mari protendit, autore Seruio in q̃nto Aeneidos. Locus nauigātibus piculosus, ut admonet puerbiū apud Strabonē. Maltam legens, quæ sunt domi obliuiscere. Maro lib. iam dicto, ut Erasmus ait, uidet ad Parœmiā allusisse. cum ait, Maleæq; sequacibus undis. Itē Statius septimo Thebaidos lib. Et raucæ circūsonat unda Malęę. Idē in Tiburtino Mālij Vopisci. Si Maleæ credenda ratis. Significat & Homerus lib. Odysseæ nono, periculosam circā Maleam nauigatio[illegible] fuisse, sic Vlyssem loquentem inducens, interprete Erasmo. Forsitan & patrias redijsem sospes in oras, Sed me dum Maleam pteruehor undaq; fluctusq; Et Boreas illinc

Malæa.

Vtilius. nam cum uictor (quod numina faxint)
Noricon inuises populosq;, urbesq; furentes
Frẹnabis, monstrum hoc nulla superabile pugna,
Paulatim exanimo pulsa feritate quiescet:
Hinc fama, hinc decus est, nõ contra tẽdere montes,
Saxaq;, & in scopulos moliri prælia, campo
Laus erit expugnare hostem, fremat æquore aperto
Puluerulenta acies, densisq; umbonibus alæ
Concurrant trepidæ, & Mauortius horror anhelet.
Primus ego ante alios (quid em̃ promittere possum
Amplius?) extremam fundam cum sanguine uitam,
Aut hominẽ inuisum, & sceleris caput omnis iniquũ
Byspeichem per aperta traham, uinctumq; cathenis
Adducam: aut nostra cadet in certamine dextra,
Patratumq; nefas soluet. Nec plura locutus
Conticuit, Procerum magnorum stante corona.

rum & conseruaturũ dixit. Cicero in Pisonẽ pro assecurãtia, ut uulgo q; dicit, accæpit. Eumq; seruis symphoniacis, et aliis muneribꝰ accæptis timentẽ, multũq; dubitantem cõfirmasti, & Thessalonicã fide tua uenire iussisti. Inde illa locutio, Deorum hoimq; fidem implorare, id est, auxiliũ: ut solẽt ij quibus aliqua fit iniuria, aut aliqua uis infert. In fide autẽ alicuius esse, id est, q̃d Feudũ tenere ab aliquo dicũt. Est in iure ciuili locutio frequens, fidẽ alicuius seq, pro eo q̃d est eligere aliquẽ cum quo rem habere, aut negociũ esse nobis uelimus. Est & illa locutio, fide sua esse iubere, id est, sponsorem se constituere, & appromissorem & periculum in se recipere. Inde etiam alia locutio, fide alicuius sumere, id est, non sua, sed aliena cautione. Exempla petas apud Budeum ex Annotatione l. ultimæ. ff. de pigno. acti. Idem labefactatam fidem appellat, quod nos creditum perditum dicimus. Tueri autem fidem suam, est seruare illæsam famam locupletis debitoris. Et fidem suam liberare, pro eo dicebant, quod nunc negociatores & cõactores tenere promissum dicunt, & non deesse promisso. Matura. Plena consilia. nam Maturum dicitur pomũ, quod nec acerbum est, nec marcidum. Et Maro ait, Maturate fugam uentis. pro eo, ne maiorem excitate tempestatem. Significat ergo temperatum quoddam mediũ in rebus agendis. Augustus Cæsar quid maturare sit, ut inquit Macrobius, & refert etiã Gellius, duobus uerbis contrarijs græcis significauit σπεῦδε βραδέως, id est, festina lente. Quod dictum, ut Erasmus noster explicat, non inuenustã ænigmatis speciem præ se fert. Etenim si uim ac sententiã æstimes, inquit, quã hæc tam circumcisa uocum breuitas in se se complectit, q; sit fœcunda, q; grauis, q; salutaris, q; ad omnẽ uitæ rationẽ late patens, profecto facile discesseris in hanc sententiã, ut in tanto prouerbioꝝ numero, non arbitreris ullũ aliud esse perinde dignũ, quod omnibus incidatur colũnis, quod pro templorũ omnium foribus describatur, & quidem aureis notis. & cætera. Silentia. Res nõ temere alia apud homines est tutior, q; taciturnitas, astipulante etiam uel Græcanico hoc prouerbio. Silentij tutum præmium. Iam olim in prouerbio est nobilis illa Simonidis sentẽtia, quæ celebrat, & apud Latinos prouerbij loco. Nã nulli tacuisse nocet, nocet esse locutũ. Versum aũt græce in cõmentarijs in Hymnũ Prudentij ad omnes horas, ubi laudes præparci sermonis diximus, me puto retulisse. Bella paras olim. Oratio tota est in disuasione, & consilio. Disuadet expugnationem a loci difficultate, a gentis perfidia, cui etiam uictæ fidendum non sit. Consulit ab utilitate, a gloria cum Palatinis pugnandum esse aperto marte. In fine a persona sui captat beneuolentiam, cum dicit, se, aut moriturum in pugna, aut uictoriam pro Cæsare reportaturum.

Fidem implorare.
In fide esse.
Fidem alicuius sequi.
Fide sua esse iubere.
Fide alicuius sumere.
Fides labefactata.
Fidem tueri.
Fidem liberare.
Maturum.
Silentij laus.

Tunc Cæsar paulum uultusq;, oculosq; moratus
In terram (quid dicta ferant, quid consulat heros
Agnoscit) contraque orsus, sic talia fatur.
Non hoc desidia regnum mihi uendico, & alta
Vecors sceptra gero, tantum clarissima uirtus
Efficit Imperium: nec me pater ipse creasset

Oculosq; moratus In terram. Sumptus color ex tertiodecimo Transformatio. Ouidij, ubi de Vlysse loquitur, quem imitatus Homerum scribit stetisse oculis in terrã defixis. Prẹterea Prin-

Consortem regni, sociaque in sede locasset,
Si me sollicitis trepidum nouisset in armis.
Desine iam Diuos testari, credimus, at te
Saxa mouent, uastoque Aeni uada concita fluctu,
Et gentis temerata fides: quid Regibus altis
Agnoscis uetitum? qua summa incommoda belli,
Qua montes, qua saxa horrent, & inhospita Martis
Tollitur ad coelum moles, ibi tendere uires,
Et gerere arma decet, dedignantesque peracto
Foedere, debellare urbes, & frangere muros.
Sic monstrum superare meum est. Quod dicis aperta
Pugnandum esse acie, & campo decernere ferro
Ad rem conduci, maioraque gesta parari:
Nescis crede mihi, quanta hac iactura sub arce
Deliteat, nescis qui se status occulat armis.
Hic opus est bello: & quanto iactantius audes
Effari, tanto decet insudare periclis
Fortius oblatis, & dicta rependere factis.

At si te longi torquent fastidia belli,
Perge domum, ac deses, patrijs te conde sub oris
Degenerem, & uita consumma tempus inerti.
Vos o pugnaces animae, quae sanguine multo
Aeternum uobis famam peperistis in aeuum,
Extremis durate malis. Sic talia fante,
Iam piger astrifero splendebat ab axe Bootes,
Nocturnique ululare lupi, Faunique per umbras.
At Copstenigenum uersantur pectora curis,
Sollicitoque metu densa statione tuentur
Moenia, nullius fessos sopor alligat artus.

Interea exoriens terris Aurora micabat,
Et matutino lucem detexerat orbi.
Tunc Brunsuichidem Cęsar uocat, Eya age centum
Delige bello equites, tecumque ait instrue pubem,
Qua cum uulsa imo ruet alto a culmine moles,
Aggredere hinc urbem, murosque inuade relictos.
Haud mora, iussa facit, nec longe a moenibus agmen
Occulit insidijs, sedes aptissima fraudi
E regione urbis, qua se mons plurimus umbris
Erigit ad Superos, specuumque exesa uetustas

cipem illico respondere nō decet. Qui mos apud nos seruatur. Nam prius quid respondeant, consulunt. Oratio autem tota posita in reiectione argumentorum. Temerata fides. Quasi dicat, iterum uiolanda.

Ac deses. Magis placet quā si legas, uecors.

Vos o pugnaces animae. In fine a beniuolentia caeterorum heroum desinit: ad quos eius apostrophe dirigitur.

Tūc Brunsuichidem. Hoc fictum est a Poeta.

Horret opaca, cauoq; feræ stabulantur in antro.
Illic sese Heros delecto milite condens,
Tempus auet pugnæ, & Mauortis signa moratur.
At Cæsar postquam excidij tormenta parauit,
Feruida anhelantes mugitus machina rupit:
Ingenti circum fremitu nemus omne tremiscit,
Attonitasq; etiam passim de montibus altis
Accipimus cecidisse feras, & hiantia fracto
Saxa ruisse iugo, atq; Alpes nutasse niuales.
Frangitur aura sono, fumoq; obnubitur aër,
Et caligantem discurrit flamma per urbem.
Vt furor aëream uiolentior impulit arcem,
Commota est imo laxa compagine moles,
Et labat in casum: ceu semirecisa minatur
Ardua per syluas quercus lapsura ruinam,
Aut cadit, aut cecidisse putes, dubiumq; cacumen
Huc illuc uertit: sic arcem hinc inde labantem
Aspiceres, fundoq; altum crepitare sub imo.
Attonitæ stant turbæ intus, tunc celsus ab arce
Dum sonat Eurylochus, mentesq; exasperat ære
Turbine discutitur, cadit alto a culmine corpus
Exanimum, & fracto maculantur saxa cerebro.
Tunc clamat Boiemus Hylas, proh Iuppiter, inqt,
Arx ruit, atq; uetus lapidum compago dehiscit.
Astrorum rector, Diuumq; æterna potestas
Fer precor auxilium, ne tetrum fulmen hiulco
Impete dilaceret miseros. sic fatus, ad auras
Opprimitur mole abrupta, uocemq; precantis
Strangulat ignito reuolutus ab aëre turbo.
Diffugiunt omnes casum infandum, & sibi quisq;
Quærit iter uitæ. dumq; hos timor anxius urget,
Ilicet e latebris equites Saxonius heros
Educit, contraq; iubet procedere muros.
Tunc qua uasta urbis nullo custode teneri
Mœnia prospiciunt, scalis subit unus & alter,
Et turmis pauidam inuadunt mussantibus urbem.
Rumor it interea portas Saxone refractas
Murorum ingentes, & mœnia celsa teneri,
Accurrunt timidi incassum, Galli inde frementes

Saxa ruisse iugo. Sic habet castigatus codex. & statim, Rumpitur aura sono. pro, Saxa ruisse solo, & pro Frangit̃ aura sono.

Saxonis heros, Brunsuicensis Dux.

Torpentem inſtaurant pugnam, Saxones ab alto
Fulmina agunt lapidum, ſaxiſq; molaribus inſtant.

Dumq; alternatim dubio fortuna ſub ictu
Deſæuit, pugnaq; cohors accenditur æqua,
Iuppiter æthereas linquens Saturnius ædes,
Iuſsit ab Aeolijs depromi tela pharetris.
Protinus ad Liparem, qua ſe Vulcania tellus
Erigit in fluctu, cūditque ſonantia tela,
Euolat, & pedibus maſsam rapit armiger uncis
Ales, & igniuomas traxit per inane ſagittas.
At pater omnipotens alto de uertice montis
Deſpiciens, ſpretamq; fidem, fraudeſq;, dolumq;
Hoſtilem, ſtatuit commiſsam plectere noxam,
Atq; ita fulminibus tota bacchatus in urbe,
Ite ait, horrendum dictu, ſecedite pugna
Iam Galli, ſic fata uolunt, ſic Iuppiter hoc uult.
Dixit, ſeq; Iouem faſſus migrauit ad aſtra.
Vtque altæ auditæ uoces, & uiſa Tonantis
Fulmina, tunc pauidi ciues, tunc agmina paſsim
Gallica pertremere, & uictori cedere uicti.
Auſtriadum contra fugienti inſtare phalanges,
Obuia ſanguineo ſternentes corpora ferro.

Iuſſit ab Aeolijs depromi tela pharetris. Sic legendū eſt, non ſagittis.

Aeolus. Aeoleæ inſulæ. Aeolijs. Id eſt, Vulcanijs. quoniā Aeolꝰ Ventorū Rex inſulis Siculis imperauit: & ab eo Aeoliæ dictæ. De Aeolo plura notatu digna ꝑmo de raptu Proſerpinæ Parrhaſius annotauit. Aeoliarū autem, quarū et ſuperius mentio facta eſt, noīa refert Mela lib. ſecūdo: aliquantiſper tn̄ diſcrepat a Plinio & Solino. Ptolomæꝰ cap. quarto tertij enumerat qndecim inſulas, quę iuxta Siciliā ſitæ ſunt. Lipara. Liparē. Solinꝰ ait, Liparæ nomē dedit rex Liparus, qui eā ante Aeolū rexit. Liparus. Liparia. Euſtathius ſcribit Liparum fuiſſe Auſonis Regis filium Liparia autē Gnidiorum fuit colonia. Diodorus Siculus plura lib. ſexto. Qua ſe Vulcania tellus. Seruius octauo Aeneidos libro ſuper illud, inſula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;. Phyſiologia eſt, inquit, cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur, inter Liparen & Aetnam ſcilicet, propter ignem & uentos, quæ apta ſunt fabris. Maſsa. Maza. Magmata. Maſsam. A uerbo græco μάττειν, quod ſubigere, conſpergere, pinſere, commolliréq; ſignificat. Maſsa dicta. triticea, uel hordeacea conſperſio, quæ græce μάζα dicitur, & Magmata apud Medicos unguentorum ueluti maſsulæ, quaſiq; paſtilli, quæ Plinius libro decimo tertio unguentorum feces interpretatur, id eſt, unde unguentum expreſsum eſt. Aquila Iouis armiger. Armiger ales. Id eſt, aquila: quæ Iouis ales idcirco eſſe dicitur, quod ex auibus ſola nunquam fulmine tangatur: & armiger eius, quia dimicanti illi contra Gygantes dicitur fulmina miniſtraſse. hoc cur fictum, Seruius explicat in primum Aeneidos. Commiſsam plectere noxam. Id eſt, culpam. Sic Maro. Vnius ob noxam. ut docet Beroaldus contra Seruium, exponentem noxam pro noxiam. Noxa. Iuriſconſultus tradit noxæ appellatione omne delictum contineri. Plautus in Moſtellaria, noxiam pro culpa, & peccato uſurpauit. Tranioni remitte quæſo hanc noxiam cauſsa mea. Nam ſcribendum eſt noxiam, & non noxam neceſsitate metri, & etiam ex antiquis codicibus, ſi Piladi fidem damus. Pertremere & cedere. Pro pertremebant, & cedebant, uſus frequens apud Saluſtium. Corpora ferro. Sic legendum, & non ferto.

Dumq; ea in extremo diuerſa in parte geruntur,
Egregium Nereus Langum compellat ab altis
Mœnibus Eurychides, uerbiſq; ita fatur amicis.
Eya age te noſtri pietas tenet ulla, furentem

Dumque ea extremo. Adſcribenda prępoſitio in, ut ſit integer uerſus. Dumq; ea in extremo.

Demulce Austriaden, iramq; inflecte precando.
Iam dedi cupimus: pueri, nuptæque puellæ,
Innuptæque, uirique simul, matresq; per urbem
Orantes ueniam trepidant, pacemque futuram.
Tu modo redde animum clementem Cęsaris urbi.
Qui uero extiterit rumpendi fœderis autor
Plectatur, meritasq; luat cum sanguine pœnas.
Dixerat. Hæc Regi Langus mandata potenti
Rettulit Austriadæ. Placuit sententia: sed qui
Contempsere fidem, iurataq; fœdera Diuum
Vt meriti luerent pœnas, ultroque, citroque
Discussis rebus, pauidam Rex alta per urbem
Signa uehit, mulcetq; animos, & temperat iras.

Mulcetq; anios. Semper hic Poëta clementiam Cæsaris, in quo maxima fuit, extollit.

Ecce autem infelix manibus post terga reuinctus
Penznauros caput infandum, semenq; malorum,
Ad cædem trahitur, summa detrusus ab arce,
Bissenos secum ille uiros, iuxtaque litandos
Vt sceleris, pœnæque reos, in funera ducit.
Conclamant omnes, & percutienda securi
Corpora sollicitant, & uocibus intonat aër.
Stabant demissi in terram sua lumina mœsti
Fractores fidei, dubiaque in morte tremiscunt.
Ipse doli Princeps sæuum, toruumq; minatur
Nescio quid uultu. ueluti cum uictima sacras
Ducitur ante aras, sæuitque in cornua taurus
Mactandus Dijs immortalibus, aspicit ægre
Et salsas fruges, positosq; in funere cultros.

Bissenos secum ille uiros. Qui secum scilicet in proditione fuerunt. Posuit autem finitũ numerum pro infinito. Nam plures cum Penzenauro interiere. Litandos. Necandos. Est autẽ proprie litare, ut docet Macrobius libro Saturnal. tertio, sacrificio facto placare numen. Litare.

Tunc Rex increpitans dictis, quos ipsa nocentes
Effecit temerata fides, sub tartara mitti
Imperat, & scelerum commissa piacula solui.
Ipse supergraditur montem, celsusq; reuisit
Semirutam molem, pueri, matresq;, nurusq;,
Longæuiq; patres, & cætera turba uirorum
Subsequitur, meritosque aris indicit honores.

Temerata fides. Cuius tanta est religio, ut hosti etiam seruanda sit.

¶ LIB. Vndecimi Finis.

LIBRI DVODECIMI ARGVMENTVM.

¶ In ultimo libro cum iam annuus Martis labor fuisset, & iam fracti hostes, Cæsar etiam ex Sycambris triumphãs reuersus, Coloniam Agrippę petijt, quem prius Fridericus Palatini filius placauerat. Interea fama uolat, Cæsarem Coloniæ triumphaturũ: ubi Principes describũtur, & Belgicarum ciuitatũ populi, qui ad uisendũ profecti sunt. Sequitur triũphi descriptio, ad quem spectandum Deos uenisse Poëta fingit: tantoq; rerũ successui inuida præ cæteris Pallas, ante Iouem longa in Cæsarem oratione utitur. Cui cum Iupiter de rerum Cæsaris incremento aliqua uaticinaretur, Palladem q; hortaretur ad Cæsaris beniuolentiam, idemq; cæteri Dij facerent, & præsertim Aruinia Hercyniæ olim Dea, odium deponit, atq; in amicitiam Cæsaris redit. Quare in hoc ultimo & hominũ, & Deorum pax facta est. His peractis, septem ludorum genera proponuntur: sed ante auorum manibus parentalia celebrantur. Inde certamina inchöata, quæ fuerunt quadrigæ, pugiles, cursus, palestra, natatio, sagittæ, discus.

AVSTRIADOS Liber Duodecimus.



AM SOL LABENTEM cursu præuerterat annum
Quo belli rabies, & diri arsere tumultus,
Vastatæque urbes, coniuratæque ruinæ
Germanos acuere Duces, & Marte nefando
Norica disiectis iacuerunt oppida muris.
Cum sua torticomis referens uexilla Sycambris
Magnanimus Cæsar, præclara ad mœnia tendit
Romulei Agrippæ, qua laxis uoluitur undis
Rhenus, & auratis gelidum mare cornibus intrat,
Flumine belligeros bifido claudente Batauos.
Hic finem bello dedit, emeritasq; cateruas,
Antiquosq; equites functis seiunxit ab armis,
Ianum detrudens ferrata in templa bifrontem.
  Nec mora Phalsgraphidũ, Diuũ pat̃, atq; hoĩm rex
Ante etenim patrijs Fridericum iusserat oris,
Pergere ad Austriadẽ, atq; animũ mulcere precando,
Progeniem fixam ad pacem, fœdusq; uocauit,
Qui tandem æternum læti sine marte quiescent.
  Interea per inane uolans it rumor ad urbes
Belgarum antiquas, & murmure littora circum
Multiuago replet populos, primumq; Tribotes,
Et Borbetomagos, quorum probat alta uetustas
Vangiones coluisse solum: quis more parentum

Annus Solaris, uertens, & magnus.

¶ In Austriados LIB. XII. Iac. Spiegellij Scholia.



AM Sol labentem. Nec fictũ a Poëta. Nam annũ fere integrũ bellũ durauit. Pręuerterat. Id est, anteuerterat. Solis enim cursu annus absoluit. Vnde Solaris & annus uertens, & magnus quoq; cõparatione Lunaris, qui breuis sit. Neq; etiã ignoro aliũ magnum annũ dici, quẽ esse uoluerũt, oibus planetis in eundẽ recurrẽtibus locum. Lege Hortensiũ Cicerõis. Extat libell⁹ Cornelij Vitellij de Die, Mense & Anno, e diuersis autoribus collect⁹. Coniurataeq; ruinæ. Siqdem alter in alterius ruinam conspirauit. Nefando. Quia quasi patria cõtra patriã pugnauit. Cum sua torticomis. Res ita se habuit. Cæsar cum Palatino, Friderici filij precibus, pepercisset, ultroq; rogantẽ in gratiã recæpisset, in Belgas profectus est: qui una cũ Philippo filio expeditiõem

Maſtrucis mos eſt, nunc uerſicoloribus uti,
Alta triumphali procedere ſigna couino
Cæſaris, & feſta redimitum tempora fronde
Vrbem flammifero Regem circundare curru.
Nec non & rigidi gemmatis Saxones armis,
Hi tercenti equites genus inſuperabile bello
Spectatum ueniunt, frameisq; ingentibus horrent.
Tоctuſagum ex alia properant regione tribuni.
Quamq; regit pubem Vyrtimberzentius heros,
Hæ picturatæ, uarioque colore micantes
De more exornant nitidis capita alta pyropis.
Venit & ingentes ducens de uertice Cathos
Abnobio, & gelidas linquentem Bructeron umbras
Langraphius, uaſti phaleras, & fręna gerebant
Aurea cornipedes, magni per ęburnea torques
Colla nitent, Tyrioq; micat gens omnis in oſtro.

contra Sycambrorū Ducem mouerūt: captis, dirutisq; aliq̄t in Sycābria oppidis, impetrata Duci uenia, Coloniā Agrippinā ouās ingreſſꝰ eſt, ubi oēs Germaniæ Pricipes, & Palatinus q̄ȝ ad Dietā uenerāt. Tribotes. Argentinenſes ſunt, uel illis ꝓximi populi. origo uocis dicta eſt ſupꝰ. Tribotes. Borbetomagos. Vormacienſes. Gn̄ali magis uocabulo Vangiones q̄ȝ dicunt. Apud Ptolomæū & Antoninum Bregetomagus ſcriptū cōperio. Borbetomagi. Bregetomagus. Maſtrucis uerſicoloribus. Sardū ueſtimētum eſt, ut diximus, ſed hic Belgis tribuit. Maſtruca. Alta triumphali. Triūphus Cæſaris, ſed uere Coloniæ & Dieta habita eſt, ut diximus. Couino. Curru. propriū autē hoc curruū genus erat Britānorꝫ, et Belgarū. Vnde, ut q̄ȝ dictū eſt, couinarij dicunt: ut Eſſedarij, ab Eſſedo, q̄d eſt uehiculi genus, apud Gallos primū inuēti. Couinus. Couinarij. Eſſedum. Eſſedarij. Toctuſagū. Toctuſages, ſeu ut apud autores ſcriptū inuenio Tectoſages, arbitror Franconiā olim coluiſſe. Cæſar autor eſt cōmentario ſexto, iuxta Hercyniū primo ſediſſe, iuſticiæ & belli ſummā opinionē habentes, in egeſtate & patientia, ut Germani, manētes. Sunt & Tectoſages Plinio & Floro in Aſia dicti. Tectoſages. De more exornāt capita. Scilicet, Germanorꝫ. ſolent eñ corollas gēmis, annulisq; interſitis ferre. Pyropis. Carbunculis. de q̄bus lege cap. ſeptimū ultimi libri apud Plinium, & cap. primū tertiæ partis Eraſmi Stellæ, de Gēmis. Pyropi meminit Ouidius in principio ſecūdi Transformationū. Eſt aūt Pyropus gēma lucēs inſtar ignis. Vnde & nomē ſortita. A q̄buſdam Apyruſta uocat̄, q̄d non ſentiat ignes. Pyropus. Apyruſta. Adſcribā q̄d in ſecundū Lucretij Pius ſcribēs admonuit. Cū gemmā, quā Liguriū uocāt in ſacris literis leges, ſcito, inq̄t, Hebręos antiſtites intelligere lapidē precioſum, uel carbunculū: q̄ fit, ut multiſciū Hieronymū mirer, qui ꝓfitet̄ ingenue ſe neſcire, quę ſpēs Gēmarꝫ ſit Liguriū, nec id ſe reperiſſe ſcribit apud autores de naturis gēmarꝫ ſcribentes. Qn̄q; in ſacris literis Lingurinū legendū putaui, ſed perperā. Eſt eñ Ligurius autore Harpocratione ad filiā, lapis circa montē Ligos noīatū. Quidā dicunt eū eſſe populi arboris lachrymā. Ligurius. Ligos mons. Qui nā mons ſit Ligos nō memini me legiſſe. Satis eſt nobis Liguriū eſſe lapidē, & idoneum autorē repiſſe, qui de eo mentionē faciat: q̄d eruditiſſimus oim Hieronymus arx fidei negauit. Hęc ille. At noſter Eraſmus, Haud dubiū eſt ait, qn Lyngurius ſit legendū: nec mirū eſt addit, hoīem tantū, tantulū ſuffugiſſe lapillū, cum aliq̄ties nō uideamus & id in q̄d incurrimus. Lyngurius. Quanq; meminit Lyngurij Theophraſtus, & hūc ſecutus Plinius. Hanc ferūt naſci ex urina Lyncis, unde & nomē habet. Lynx anīal eſt. οὖρον, urina. Ea ꝓtinus concreſcit in gemmā: ſed inuidū anīal ꝓtinus egeſtam urinā terra operit, ne poſsit ab hoīe inueniri, ad multa efficax medicamēta. Valere eñ ad eliciendos ueſicæ calculos, & aduerſus morbū regiū, ſi geſtet̄, aut ex uino bibat̄. Lyngurij uis. Non eſt diſſimilis electro, ſiue ſuccino. Non eñ ſolum attrahit feſtucas & lignū, uerum ferrum, ſi ſit tenuius. Theophraſtus huius rei citat authorē Dioclem. At Plinius neutri credit hac q̄dem in re, & negat unquā hoc noīe gemmā uiſam. Hactenus Roterodamus. Camers putat ex Lyncum natura adagiū ſumi poſſe, Lynce inuidioſior, in auaros, qui ne inutile q̄dem ſibi, alijs indigētib. clargiunt̄. Lynce inuidioſior.

Præterea infelix conceſsa pace Philippus
Mox Pallatinis delectum ex urbibus agmen
Ducebat ſecum, & crudelia funera nati

Ingemit, & tacitus premit altum corde dolorem.
Aspice ut euoluit humanas improba curas
Magnorum fortuna Ducum: qui primus in arcto
Antiquam tenuit sedem, lateque bicornis
Imperium gessit Rheni, nec faustior alter,
Vidit sceptra rapi, uidit miseranda suorum
Fata senex, animi uerum non languida uirtus
Hunc fouet, & nondum auersis infracta repugnat,

præpositio in, auget. Maro. Turnus ut infractos auerso marte latinos.

Aspice ut euoluit. Exclamatio in fortunã Palatini infaustam.

Verum non languida uirt9. Ad illud respexit, uidit miserãda suorũ Fata senex. & est magna in Palatino laus, a magnitudine animi. Nondũ infracta. Deuicta. nam Auersis repugnat. Id est, contemnit auersa, superat fortunam.

Iamq; dies aderat, quo Cæsar in axe triumphans
Iret, & os sacrum populis ostenderet alto.
Tunc subito passim, totaq; ex urbe ruentem
Aspiceres pubem, pueri, innuptæq; puellæ,
Longæuiq; patres currunt per compita uisum,
Et Regis Pęana canunt: aulęa Britanni
Aptant parietibus, postesque tapetibus ornant
Aeratos, hominum uoces, clamorque resultat
Vndique. Non aliter quam cum Eurystęa gerentem
Prælia, Echioniæ clamantes undiq; matres
Spectabant auidæ, bicolor cui tempora fronde
Populus ornarat, uastos leo cinxerat harmos
Lœtifero quondam superatum Stymphalon arcu,
Vittaq; ad Argolicum referentẽ monstra tyrannum.
Vel cum perdomitis remeauit corniger Indis
Cadmæum repetens spoliorum Hysmenon aceruo.

NON ALIter q; cum Eurysthæa gerentem. Hic paululũ confusa est constructio, quam Gręci synchasim dicunt: quę, ut inquit Donatus, est hyperbaton undique confusum. ut illud Maronis. Treis notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa uocant Itali mediisq; in fluctibus aras. Et est ita ordo. Non aliter scilicet, clamor resultat q; cum matres Echioniæ undiq; clamantes, auidæ spectabant gerentem prælia Eurysthęa, referentem Stymphalon superatum quõdam lœtifero arcu, & uicta monstra ad tyrannũ Argolicum: cui scilicet, gerenti prælia populus bicolor ornarat tẽpora fronde, leo cinxerat uastos harmos. & Herculem intelligit. Cuius labores abunde prosequit Diodorus. Sed qd gestis Herculeis celebratius? Inter Maroniana opuscula enumerat & illud cui titul9. Monosthica de Erũnis Herculis. Idipsum & inter Ausonii Poetæ scripta etiã reperit, sub hoc titulo. Ausonii de duodecim laboribus Herculis. Dubiũ ergo, Maroni, an Ausonio uersus illos asscribi oporteat. Eurystæa prælia. Ab Eurystæo demandata. & est adiectiuũ: ut ab Orphæo Orphæus, per diphtongũ. Superatũ Stymphalon. Id est, aues Stymphali lacus Arcadiæ, quę inter eius certamina enumerant. Vnde a Papinio quarto Thebaidos dictum est, cum de Arcadiæ locis scriberet, Herculeo uulgatos robore montes, Monstriferũq; Erymãthon et Aerisonũ Stymphalon. In cuius loci expositione Placidus, inquit. Virtute Herculis cognitos Erymanthon & Stymphalon: in altero aues, quæ Stymphalides appellant, occidit. Cæterũ & apud Ouidium, & Senecam, & Martialẽ animaduerto in dictione Stymphalus penultimã longam esse, hic tamen breuẽ protulit: ut Ausonius hoc carmine. Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quarto. Nec ratio deest: quia Alpha apud Græcos dicronũ est. qua licentia & Homerus in quinto Iliados usus cum dixit. Ares Ares brotolige. & Martialis insinuat lib. nono. Et quos Ares Ares decet sonare. Nos etiam in aliquibus utimur cum Batauum & Syphacem cõmuni accentu proferimus, ut supra dictum est. Aceruo spoliorum. Quæ ex India domita reportauit.

Herculis labores.

Stymphalus.

Interea pompæ ſubit ordo, Ducesq; cruento
Spectantur capti bello, manibusq; reuinctis
Turba ingens, ſacro ſtant arma affixa feretro
Heroum exuuiæ, debellatæq; phalanges,
Scuta uirum, galeæ, & cubitales margine peltæ,
Coniferiq; apices, frameæq;, leuesq; ſaryſsæ,
Et curui umbones, & rapta petorita Marte.
Hinc ſolido ex auro crateras, & aurea bullis
Cingula cernere erat, intertextoq; uerendum
Electro fulgebat opus, nitidoq; argento.

Cubitales margine Peltæ. Ancilia intelligit. Breuis enim ſcuti genus erat. **Ancile.** Plutarchus in uita Numæ Pompilij multa recitat, quare Ancilia dicta fuerint. Dicunt autem, ut ipſe inquit, uel ab an, quod circum ſignificat, quia in orbem eſſent figurata: uel ab ancon, quod eſt, cubitus: unde etiam Anconam **Ancona.** maritimam urbem maris Adriatici ſic dictam uolunt: uel ab anches, quod eſt, remedium, cum Ancilis caſu ſedata fuerit peſtilentia. Plura Liuius: & Halicarnaſſeus. Ouidio placet: Ancile latinum eſſe uocabulum. Quidam Ancile peltam Thraciam appellarunt. Ea eſt, ut Seruius ait, ſcutum breuiſsimum in modum Lunæ iam mediæ. Cubitales ergo peltæ, id eſt, parmæ, ſcuta, ad ſimilitudinem anciliorum.

Margine. Extremitate, circumferentia. Petorita. Vehiculi genus Petoritum eſt: & Varro **Petoritum.** arbitratur gallicum eſſe uocabulum. utitur hoc uocabulo Horatius. Crateras. Non crateres ſcribendum. ſic Maro. crateras magnos ſtatuunt. & Papinius in Theb. Ouidius, cæteri. Aurea bullis cingula. Pro aureis bullis. Nitidoq; argento. Spondaicus uerſus eſt.

Sublimi interea Cæſar ſpectandus ab axe
Prouehitur, qualis uictor Saturnius alto
Oſsæam rabiem, & Titanum Pelion, atris
Icit fulminibus, curruq; per æthera uectus
Cœlicolas inter clarum luſtrauit olympum.
Talis & Auſtriades alto ſeſe ore ferebat
Maieſtate grauis, trabeaq; inſignis, & auro
Neſcio quid cœleſte micat, diadema ſuperſtans
Auratos operit crines, trepidiq; ſub axe
Quadrijuges impune fremunt, manduntq; lupatos
Ore truci, ſpirantq; altos e naribus ignes.

Oſſæam rabiem. Id eſt, **Oſſæa rabies.** Gygantum, ab Oſſa monte, quem Pelio, ut inquit, Maro impoſuere rabidi, & irati contra Deos. Icit. Percuſſit, proprium hoc in fulminibus. Vocabulum Plinianum.

Non ſecus Eoo tollunt fumantia Ponto
Corpora, Solis equi, replentq; hinnitibus auras,
Voluentes hinc inde iubas, raptosq; furore
Miratur curſu tantum procedere Titan.

Solis equi. Pyrous, Eous, Aethon, & Phlegon: **Solis equi.** quibus nomina ab effectu fuere impoſita, ut exponit Raphael in ſecundum Transformationum librum Ouidij.

Interea fama eſt, Vbij dum Martia ciues
Geſta canunt, latoq; urbem circundare clauo
Incipit inſignis Cæſar, curruq; triumphat,
Spectatum ueniſse Deos, & in æthere ſummo
Inuidia carpſiſse Iouem, Quid numina poſsunt?
Hic faſtu ſuperat Diuos, nunc Iuppiter alter
Sicanio arripiet ſudatum fulmen ab antro.

Vbij ciues. i. Agrippi **Vbij.** nenſes, qui prius quam ab Agrippa ad alteram ripam transferrentur Vbij ſunt appellati. autor eſt Tacitus. Inuidia. i. propter inuidiam in Cæſarem.

Regis noſtri. Id eſt, Cæſaris: & per contemptum

Talia flammato dum pectore Numina iactant
Ante Iouem, sic Pallas ait. Proh rector olympi,
Quid spectas, sufferscq; pater? iam respice quantum
De Superis rapiat Regis fiducia nostri.
Nunc age, & intonsis Euan quate marmora thyrsis
Confidentia. Rubra, coloratos trans Gangen transfer ad Indos
Militiam, aut Bacchis ululantibus Ismara cinge.
Est frustra quodcunq; paras, superabere solo
Cæsare, qui domito reges Oriente subactos
Argolicas rediens duxisti uictor ad urbes.
I Mars sanguinee, & Geticis te conde sub oris
Indecorem, solumq; sacer tibi Strymon, & Hebrus
Seruiat, & gelido tantum placeris in Hæmo.
Nil extra tua fama uolet, tu hominum, atq; Deorum
Omnipotens rector? pudet, ah pudet ista profari
Te coram, ingenti iamdudum saucia cura,
Diua uetor sceleris pœnas exposcere ab illo?
Non Tritogenia, Pallasue, aut filia magni
Ismarus. Nuncupor esse Iouis? quãdo est mihi dẽpta potestas
Pugnandi in terris, tu inquam? tu fulmina condis?
Lentaq; nequicquam formari incudibus Aetnæ
Strymon. Aera iubes? flammaq; urbes feruere Sicanas?

dixit, nostri. Fiducia. Pro confidentia posuit: quãuis etiã Maro in malam partem q̃q; usus est. Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerũ. id est, confidentia, temeritas. Nam confidẽtia semper fere in malã partem accipitur. Plautus, Qui me nũc alter est audacior homo? aut qui cõfidẽtior? Terẽtius, O ingentẽ confidentiã. Nũc age & intonsis. Per derisionẽ cõmouet cæterorũ Deorũ inuidiam in Cæsarem.

Euan. Bacchi nomen, superius expositum.

Marmora rubra. Aequora rubri maris.

Bacchis ululantibus. Abũde satis de sacris Liberi patris ante dictũ est.

Ismara. Mons Thraciæ notissimus. Maro. Ismarus, aut Rhodope. Strymon, & Hebrus. Flumina Thraciæ sunt. Exoritur aũt Strymon, ut Prolomęus ait, in montibus Thraciã et Macedoniam diuidentibus. Plinius & Solinus asserunt, dilabi ex uertice Hęmi montis. Circa hunc amnẽ Mars obequitare solitus, ut in Syluis canit Papinius. In hoc amne propter loci amœnitatẽ, & piscium abundantiã, æstiuis mensibus (nam hyeme appropinquante Nilũ petunt) ingens est gruũ copia. Hinc a Marone decimo Aeneidos dictum est. Strymoniæ dant signa grues. Et a Lucano quinto Pharsaliæ. Strymona sic gelidũ bru
Hebrus. ma pellente relinquũt Poturæ te Nile grues. Hebrum uero amnem ex fontibus Rhodope montis dilabi scribit Seruius in fine quarti Georgicorum: dictumq; ait ab Hebro Boreæ fratre. Pli
Hæmus. nius inter ea flumina enumerat Hebrum, quę aurum deuehũt. Hæmo. Notissimus mons sua altitudine, ut dictum est. Liuius scribit Philippum Hæmũ ascendisse, eius altitudinis penoscen
Ah. dæ gratia. Situm ex Ptolomæo disces. Pudet ah. Interiectio est, per quã Palladis dolor ostenditur. Maro. Spem gregis ah silice in nuda cõnixa reliqt. Aliquãdo admirationis uim habet. Plautus, Ah quid ais? Ista profari. Pro dicere, loqui. Seu fari posuit, ut sæpe Poëtæ solent, compo
Profari. sitũ pro simplici uerbo usurpare. Profari em̃ latine dicit̃, quod Græci prophetare dicunt, id est, futura prædicere. Vlpianus. Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profa
Seruus fanaticus. tus esset. Fanaticus aũt seruus hoc in loco, pro maniaco accipit̃: quales sunt qui melancholici dicunt̃. autor Budæus. Non Tritogenia. A Tritone palude, ubi primũ uisa dicit̃ fuisse, ut diximus. Vltimã autem longe protulit, uel q̃d a, apud Græcos bitẽporeum est: uel q; Maro itidem protulit in fine graui a. Seruio reclamant Poëtę classici, qui docet, quod in nominibus proprijs syllabæ possint poni scribentis arbitrio. Nec Bedæ opinio ubiq; recipit̃, dicentis autoritatem & necessitatẽ aliquãdo metrũ uiolare. Tu, inquã, tu fulmina condis? Verba indignatiõis plena, & inest irascentis replicatio, tu tu inquã. Nequicq̃. i. non. Flãmaq; urbes feruere Sicanas. Oĩa hæc per interrogationẽ ꝓferenda, cũ indignatione. quasi dicat: cum tantã in Cæsare confidentiã uideas, ut pene tibi æquet̃: non solũ in insulis Vulcanijs tela deberent fieri, sed etiam per totam Siciliam, & omnes urbes flammis ardere in conficiendis armis.

Centum prǽclaris Curetum ex urbibus olim
Saturnum patrem,& cœlo te Iuppiter alto
Deiecisſe ferunt,centumq; ligasſe catenis,
Imaq; longæuum trusiſse in tartara Regem,
Scilicet ut cœli regnaret Cæſar in arce.
Tu modo iam ſi qua eſt cordi tibi cura Deorum,
Et cœlum ſeruare cupis,trifida arma reſumens
Sydereum tutere polum,Diuosq; pauentes,
Arctôumq; preme Imperium,Borealiaq; arma
Diſcute:ne Cæſar curru ſubiectus ouante
Tollatur per inane,uiamq; affectet olympi,
Depulſoq;,ferox regno Ioue,permeet aſtra.
Dixerat. Aſsenſere Dei,nec Delia prǽſens
Concilio Diana fuit:nam uertice ſummo
Conſtiterat Vogeſi,iam deſpectura triumphum
Auſtriadæ magni,& lato certamina campo.
At contra pater eſt ſolio ſic orſus ab alto.

Centū præclaris. Valido utitur argumẽto.ait enim:operæpreciū fuerat profecto te patrem e cœlo deijcere,et relegaſſe in tartarū,ut ſcilicet Cæſar in cœlo regnaret,non tu. Et ſeruat decorū hic furentis perſonæ. quia hoc exemplo obijcit latenter Ioui impietatem: ut ſcilicet,cum in memoriam reduçeret,quid egerit in patrem ut regnaret, alijs ipſe non crederet. Curru ſubiectus. Id eſt,excelſus,ſublimis. nam ſubijcere, extollere eſt. Nec Delia prǽſens. Pulchra fictio poëtica. Dicit enim,cum Dij hæc contra Cæſarem iactarent, Dianam præſentem non fuiſſe. Quippe quæ ex Vogeſo triumphum Cæſaris lætabunda inſpiceret.

Subijcere.

Sancta cohors Superū,quianam ſententia mouit
Decertare odijs animos? cur uertere gentem
Arctoam cupitis? tanta eſt cœleſtibus ira?
Fata immota manent,opus hunc ſe tollere ad aſtra,
Et regere Imperium terræ, dare frǽna ſuperbis,
Indignantem orbem,& gentes ſuperare rebelles,
Conſortemq; polo mecum nec habere refello.
Qui dum nigra fluent Erebi,ſubterq; meabunt
Flumina,pallentes umbras,dumq; orbe remenſo
Sydera in Heſperio properabunt æquore mergi,
Victor Cæſar erit,dominusq; uocabitur orbis.
Hǽc ego per Stygias male olentes ſulfura ripas,
Et Chaos æternum,& Manes phlegetonte ſub imo
Annuo:iam paulum bilemq;,iramq; repone
In melius Pallas,fatisq; aſſueſce futuris.
Sic ait,& nutu longum concuſsit olympum.

Quianam. Vna dictio, qua uſus eſt Ennius, & Maro etiam. Cælicolæ magni quianam ſentẽtia uobis Verſa retro? Hinc colorem Poëta ſumpſit, & eſt ſenſus. Cur ſententia mouit anios ueſtros, ut odijs certare uelitis cõtra Cæſarẽ? Opus hũc ſe tollere ad aſtra. Vaticinium futuræ gloriæ Cæſaris.

Quianam.

Epithetum Græcorum eſt, qui Macron Olympon dicunt.

Longum Olympum.

Tunc exorta Deum paſim ſunt murmura,& o[illegible]
Pallada proſpiciunt,uerbisq; precantur,ut illa
Molliat æternas lites,& deſinat æſtus
Irarum,Auſtriadas contra exercere potentes.
Sic Iuno inſtabat,ſic cætera turba Dearum,

Aruinia. Almaque in Hercyniis præsens Aruinia lucis
Procidua ante Deam, poſcit iam fœdere iungi
Auſtriadas ſecum, tandem Tritonia uirgo
Poſtquam Cæſareumque genus, ſtirpemque domari
Agnoſcit uetitum, coram ſic talibus orſa eſt.
Viciſtis Superi, bilem, qua exarſimus olim,
Dimiſsam facio, iam nunc, ſemperque fouebo
Hoc genus armipotens, quo cum me iungere fœdus.
Haud piget, atque Italo tela auxiliantia bello
Sentiet, & dictum iurato aſtrinxit auerno.
At Venus exclamans, non ſic mea uulnera abibũt
Impune, & quantum mea uis, flammæque ualebunt.
Hoſtis ero, ſequar indomitum, cogamque fateri
Me ſemel eſſe Deam, ſic talia fata quieuit.

Aruinia. Quæ olim a Germanis in Deorũ numero habita eſt, uates erat, incolebat ſyluã Hercyniam. Poſtquã Cæſareumque genus. Latenter potentiã Cæſaris ſignificat. Nullus enim hoſtis in fine rerũ fuit contra Maximilianũ tam potens, ut non deſyderauerit gratiam Cæſaris impetrare. Quod mea ætate multoties patuit, et nouiſsime, maxime in tam graui bello, quod in Italia contra Gallos, Venetosque ſolus & uictor paucis ante diebus quam moreretur, ſuſtinuit: de quo uaticinatus eſt Poëta, quod futurum erat, dum Pallas ſtatim ſubdit, atque Italo tela auxiliantia bello Sentiet. At Venus exclamans. Arbitror hoc fictum a Poëta, quo-
Certamen rationis & appetitus. niam nobiſcũ maius certamẽ non agitur, quam rationis & appetitus. Altera enim ab intellectu procedit, quo bonũ malumque diſcernimus: alter corpori ſenſibusque inſitus eſt, quotidieque de regno certant, hoſtesque acerrimi ſunt: nec deſinunt a pugna, niſi uicto altero, hoc eſt, abolito corpore.

Cogamque fateri Me ſemel eſſe Deam. Sũma Cæſaris laus: cum innuat a cupiditatibus nunquam uictũ fuiſſe: quod mirũ in homine, ne dicam Principe, qui mille ad libidinẽ rerum uias habent, uideri poteſt. cum omnibus a natura inditum ſit, ut grata magis ſenſibus appetant, quam ingrata. Licet autem difficile admodum ſit, contemnere uoluptatem natura nobis inſitam, cuius etiam uis tam late pateat, ut actionum, affectuumque noſtrorum ſit comes, ſequaturque uel illa, quæ agenda eligimus (cum honeſta, & utilia iucundi ſpeciem præ ſe ferant) eo tamen magis contẽni a nobis debet, quo laudabilius eſt rem natura inſitam, & ut ait Ariſtoteles, nobiſcum a pueris una educatam, reprimere & continere. Nam qui eam ſic abiecerit, ut quaſi radicitus euulſerit, is mihi uidetur hominis oblitus, aut humana eſſe conditione maior, ut qui aqua & herbis in ſolitudine uitam ducunt, rerum Veneris omnino inſcii, quales fuiſſe Anachoritas plurimos, & ipſum illum Ioannem Baptiſtam memoriæ proditum eſt.

Interea Cæſar Procerum ſtipante caterua
Progenies Diuum, & genus alto a ſanguine cretum
Audite hæc inquit, cordi & mea figite dicta.
Annuus eſt belli curſus, ſi rite recordor,
Quo Martis rabies, triſtique horrenda flagello
Deſæuit Bellona animis, genteſque repoſtas
Sedibus Arctois in pugnam miſit acerbam.
Nunc uictor terris, ſic Dii uoluere, piandas
Arbitror eſſe umbras, bellum quas miſit auerno
Ante diem, fluuiique errant hæc littora circum
Soluendi a nobis cupidæ mortalibus auris,
Ac primum inferias patrique, umbriſque dicabo,
Auſtriadum Heroum, quibus alta ad ſydera uectis
Dona tuli, atque libens ſtauraui ſacra quot annis.

Fluuiique errant hæc littora circum. Iuxta ueterum opinionem, ut diximus, ſuperſtitioſam.

Poſtmodo

Poſtmodo cum primum per terras fulſerit almo
Septima lux cœlo, Titanq; obtexerit aſtra,
Quadrijugum ludos ſtatuam, cum carcere aperto
Exilit æripedum furor, & metam igneus optat.
Hinc cæſtu quicunq; uolet, curſuq; uolantum
Decertare pedum, aut nudam exercere paleſtram,
Seu tranſnare undas, & uerrere flumina planta,
Aut melius quicunq; arcus ſcit tendere eburnos,
Quiq; grauem diſci maſſam collimat ad unguem,
Adſint, uictori referet ſua præmia uirtus,
Donatiq; omnes facto certamine abibunt.

Quadrijugum ludos ſtatuam. Propoſitio omnium ludorum.

Collimat. Vocabulũ proprie eſt eorum qui arcu certãt. nam Collimare, eſt ad ſcopũ ſagittam intentis oculis dirigere. Puto dictum, quoniam limis oculis ſagittandi uſus eſt: uel quia fortaſſe caput arcui coniungimus. Limare enim coniungere, copulare ſignificat. Turpilius in Leucadia. Veritus ſum, ne amoris cauſsa cum illa limaſſes caput. Plautus in Pœnulo. At uide ſis, cum illa nunquã limaui caput. Nonius ait, Limare limum ingerere, limo fœdare. Limus adiectiue, pro trãſuerſo ponitur. Vnde Plinius ſcribit Leonẽ dolere, ſi limis ſpectet oculis. Limen, id eſt, lapis ſuperior & inferior oſtij, a limo deriuatur, quoniam tranſuerſe poſitum ſit.

Collimare. Limare. Limus. Limen.

Nuncia Belgarum fama eſt delapſa per urbes
Interea, & uero paſsim rumore futuras
Nunciat exequias, nec non certamina in urbe
Prędicat Agrippæ: mora pręcipitatur, & omnes
Conueniunt, latiq; replent uaga littora Rheni.
Primus enim ante alios, fontis ferrugine gaudens,
Qua ſacrum attollit caput auxiliaribus undis
Tongrus adeſt: linquuntq; ſuas Eburones aras.
Hic etenim, ut memorant, ſaxo nigrante, quod alto
Eruitur monte, & carris uectatur ad urbes,
Conficiunt ignem, ſed non ardere prius, quam
Humectetur aqua lapidum perhibetur aceruus.
Nec non & flauam. quam Gallia pinſit Arincham
Vrbs ſecat, & niueis alitur gens myſtica cruſtis.
Hinc haud uitiferi Treuir ſulcator Obrinci,
Bonnaq;, & antiquis gaudens quoq; Lupia muris.
Defuit & timidus nec ſontibus aduena Brugis,
Et clara Auſtriadum titulis Hannonia Regum,
Extremiq; hominum Morini, totumq; Melinum,
Machlinumq;, & mercaturæ Antuerbia felix,
Et picturatis diues Bruxella tapetis,
Innumerumq; genus Gandauo fluxit ab urbe.
Nec non & trepidum impellit tunc fama Nemetam,
Atq; Argentorato uolat ad certamina pubes.

Primus enĩ ante alios. Deſcriptio populorum, qui ad triũphum Cæſaris ſpectandum uenere.

Fontis ferrugine gaudens. Plinius cap. ſecundo lib. Trigeſimiprimi, Tungri, inq̃t, ciuitas Galliæ fontẽ habet inſignẽ, plurimis bullis ſtillantẽ, ferruginei ſaporis: quod ipſum nõ niſi in fine potus intelligit. Purgat hic corpora, Tertianas febres diſcutit, calculorũq; uitia. Eadẽ aqua igne admoto turbida fit, ad poſterum rubeſcit. Audiui Medicũ Tungrẽſem, qui hactenus affirmaret fontem durare, uerũ quod morbis mederetur aqua eius pota, nihil ſibi conſtare. Igit̃ Plinius hoc ut multa alia ſcripſit ex fide: aut natura mutata eſt

Tungrorum fons mirabilis.

Ferrugo. Erugo. Eburones. Leodium.

fontis. Porro Ferrugo mucor ille, siue situs, uel uetustas, quæ in ferro sub terra uel longo æuo gignit, ut Erugo in ære. quanq; erugo etiã de ferro dicit. Linquũtq; suas Eburones aras. Dixi Eburones dici, qui nũc Leodienses noĩantur: & idcirco suas aras dicit, quoniã Leodium, quæ nobilissima urbs est inter Belgas, hoc est, inferioris Germaniæ populos, sacerdotibus plurimũ abundat. Calamitatis eius, quam sub Carolo nouissimo Burgundionũ Principe perpessa est, in literas retulit Pontanus: et latius ego aliquãto memini in Scholijs, quę scripsi in eum Pontani lib. qui est de Immanitate inscriptus. Hic etẽim ut memorãt. Et uere qdem. nã ex montibus eruũt saxa nigricantia, interlucida tñ, qbus ignẽ conficiũt. Sed non ardere prius, q̃ Humectet aqua lapidũ perhibetur aceruus. Vt rem habeas, ac ipsi uidimus. Congeries lapidũ foco imponit, relicto uacuo ad fomentũ loco: quo accenso, irrorant aqua lapides. Compertũ enim est, ignẽ concipere non posse, nisi aqua aspergant. Mirum profecto, ut aqua igni fomes sit. An quia spiritus ignei in lapidibus sint, auditoq; hoste statim exiliant, cognatisq; se flãmis applicent? an qa tosti suffocato infra terrã calore, aquæ infusione poros, ut ita dicã, igne prius contractos aperiant? ut in calce, ut in carbone fieri uidemus. Hic inter alios plærosq; uel præcipuus locus est, quo super Collimitio nostro physicarũ rerũ scientissimo cõmentari cupiebã. Sed præproper a Cæs. Maximiliani mors nobis adeundi uiri occasionẽ hactenus præripuit. Quã Gallia pinsit Arincham. Seruius autor est, apud priscos molarũ usum non fuisse. Fruges eñ torrebant: & deinde in pilis pinsebant. i. tundebãt. & hoc erat molendi genus: q̃d & suo tẽpore adhuc factitatũ esse ait. Vnde & pistores, & pinsores, & pila dicta sunt. ut ex Varrone colligimus. Ad hunc morem allusit Maro in primo Aeneidos. Et torrere parant flãmis, & frangere saxo. Molæ autẽ postea inuẽtæ sunt asinariæ quędam: quędã trusatiles. i. hoĩm opera uersatiles. Aquariarũ autem molarũ loca, quibus nũc utimur, moletrinas appellare possumus, ut arbitrat Budeus. Arincham. Frumẽti genus Galliæ peculiarissimũ, ex quo candidissimus panis fiebat. mos seruat adhuc. Nã in adagio est, Eburones tribus insigniri rebus. Pane meliore, q̃ ex frumẽto. Igne meliore, q̃ ex lignis, Aëre salubriore in ponte fluminis q̃ alibi intra urbẽ. Vrbs. Populus Leodiensis. Gens mystica. Clerus, sacerdotes. Mystæ dicti, a uerbo græco μυῶ, q̃d est initio. quia dicunt initiati mysterijs alicuius numinis: unde & Symystæ dicunt, ut alibi diximus, ijsdem initiati sacris. Alij trahunt a uerbo μύω, q̃d significat occulto: quoniã nefas erat reuelare archana mysteriorũ. Crustis. Neutro gñe: in quo significat frustũ panis, aut placentæ, aut alterius edulij. Crusta eñ fœmĩnino genere fragmentũ tenue significat lapidis, aut ligni, aut uitri, aut gelu, aut alterius huiusmodi. Maro, Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Obrinci. Alij Mosellam appellant. Huius cursu Ptolomęus superiorẽ, inferioremq; Germaniã disterminat. Citeriorem aũt magnã Germaniã noĩat Obrincum, seu mauis Obruncã, ut alij scribunt, Syluius Męnum intellexit: sed falso, ut indicauimus prius, & ante me Irenicus noster. Bonnaq;. Vetustũ oppidum ad interiorem Rheni ripã situm, ad quartũ supra Coloniã lapidem: nomẽ etiamnũ retentat. Antistiti Colonieñ. paret. Ptolomęus Bommã appellat. Celebre illic sacerdotũ collegium est. Lupia. Antiquũ item oppidũ in ulteriore ripa Rheni, ditionis, ni fallor, Ducis Iuliacensis Lupiæ itẽ numero multitudinis, ut Athenæ, Venetiæ, Calabrię urbs est. Autor Mela lib. secundo. Est & nomen fluuij Germaniæ, ut diximus: eũq; esse coniectura est inqt doctissimus Vadianus, quẽ Neccharũ hodie uocant. Ego cũ Irenico eum esse conijcio, quẽ Lanum nunc uocant, qui ad oppidũ Lanstein Rhenũ illabitur. Tacitus in Oceanũ elabi autor est lib. secundo. Strabo in Visurgim ait deferri. Adeo in re tantilla uariant scriptores. Cuius Tacitus sic meminit lib. primo. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorũ, quantũq; Amisiam & Luppiam amnes inter, uastatũ. Timidus aduena fontibus Brugis. Id est, nocẽtibus. Statius. Sontesq; euoluere Thebas Pierius menti calor incidit. Dixit aũt propter conspirationẽ, quam exercuerũt in Cæsarem cum Belgis imperatorẽ. Hannonia. Quę decorat titulis Principum Austriacorũ, Comitatus olim amplissimus, ad cuius Comites Flandria accessit. Morini. Littorales populi sunt, ut diximus, in qbus plures erant ciuitates olim, quarũ desolationẽ diuus Hieronymus indicauit. Morinum, hodie Terramuanã dici aiũt. Melinum, Machlinũq;. Vrbes in Belgis mediterraneæ. Antuerbia. Vbi illud emporiũ nobile celebrat ad Scaldim flumen, & Oceani æstuariũ ad cõuehendas merces accedit receditq;: in quo ducentas aliquãdo naues, quæ illuc ex toto Oceano Septentrionali uelificant hærere in salo uidi, moxq; redeunte mari, ut prius attolli. Bruxella. Mediterranea itẽ ciuitas Brabantarũ, non longe ab Mechlinia, quã suo more immutans Poëta Machlinum uocat. Principes Belgarũ illic plurimũ morantur. Est & Bruxella Sueuiæ oppidũ Rudolfo Agricolæ,

Vbi Aqua igni fomes. Pistores. Pinsores. Pilum. Molæ Asinariæ. Trusatiles. Aquariæ. Arincha. Mystæ. Symmystæ. Crustum. Crusta. Obrincus. Obrunca. Bonna. Lupia. Lupiæ. Hannonia. Morini. Antuerbia. Bruxella.

tametsi lingua ipsos nō esse Sueuos arguat, ut recte monet Irenicus. Gandauo. Ingens uastaq; ciuitas in Flandris, quæ cū opus sit quadraginta hoim milia ad bellū gerendū foras mittit. Gandauum.

Dum properant cuncti, templo sublimis in alto
Arsura erigitur moles, procq; omnibus una
Manibus instruitur feralis pompa peremptis,
Prisca superstitio, circumq; Agrippides ægra
Voce gemunt, nudantq; comas de more solutas,
Damnatumq; rogum flammis, simulataq; sacra
Circueunt, umbrasq; uocant: simul atra gerebant
Vestimenta Duces, Saxon ferus, Hassius horror
Langraphius, magno Virtenberzentius heros,
Et Brunsuichides Lunæ Dux optimus urbis
Dona ferunt busto, solido ditatur ab auro
Flamma superiecto. Interea ferale canebat
Aere sonans tubicen, Phrygiosq; in funere uersus,
Quis animas, Manesq; uagos firmasse uetustas
Dicitur, atq; umbris iram placasse trifaucem.

Prisca superstitio. Nam antiqui q̃; more nostro, quo gñales cunctis affinitate nobis cōiunctis in ferias, siue exequias faci mus, utebant. Agrippides. Matronæ Colonienses. Simulataq; sacra. Vt nostris consuetu do est sacerdotibus, qui capsam, aut lignū pullo paludamēto tegunt: ad quod tanq; corp9 inesset mulieres sub peplis lugu bribus uestibus indutæ accedūt. Lunæ dux optimus urbis. Luneburgum urbs Saxoniæ nobilis, condita ab Saxonibus in solo Vandalico, ut ait Albertus lib. Vandaliæ septimo. Irenicus uillā olim fuisse scribit, destructoq; Bardeiugo in ciuitatē abijsse. Villam aūt a Iulio Cæsare conditā, & a Luna dictā, simulachrūq; Lunæ ad Caroli Magni tēpora usq; remansisse, qui statuā illam sustulerit. Significat autē Ducem Henricū Luneburgensem, ex nobilissima Brunsuicensiū Principum familia natū, quæ Othonum sanguinē refert per Henricum Saxonicū & Noricum Ducem potentissimū, cognomento Superbū, a Friderico primo Sueuo depositū Principum consensu, Norico Ducatu concesso Othoni Palatino de Wyttilispach, & collato Saxonico Ducatu Bernardo Principi ab Anhalto. Lege Annales Vrspergianos. Dona ferunt busto. Antiquū morem hic sequit: quē sacerdotalis auaricia iam uincit, alijs super alia quotannis capturarū noibus excogitatis. Interea ferale canebat. Cicero in lib. de legibus, hūc morē tradit apud antiquos seruatū, ut & tubicen sonaret, & Phrygij uersus in funere canerent, quas Nenias appellabant: quibus a præfica, quæ sola canebat, defunctorū umbræ laudabant. Dicunt autem Nænie, a gementiū uoce. Simonidē Cæçum tradunt hunc morē inuenisse. Autores Acron & Porphyrio. Alij dicunt ad tibiā, non ad tubā recitari Nænias solere. Irā trifaucem. Id est, trisaucem Cerberū. quoniā tribus latrat faucib9 ad ostium Regis Ditis patris: uolentibus ingredi, cauda & auribus blanditur, neminē permittit exire. Hesiodus & Maro discordāt. Vorat carnem, & ossibus superfedet: ideo quasi Creauoros nuncupatur. Alexanter Imperator habuit canem hoc nomine congredientem leonibus, ut scribit Iulius Pollux. Lunæburgum. Neniæ. Cerberus trifaux. Creauoros.

In primis depicta trahunt ex ordine prisco
Argumenta patrum, numerusq; effertur auorum.
Ante omnes Priamū Francorum ab origine cretum
Cernere erat: natumq; sequi uestigia patris
Marcomyron, sed paulo excelsior ire uidetur
Antiquo Faramundus auo, longeq; potentis
Clotharij effigies multo fœdata cruore
Ducitur, & natum fugientem lumine toruo
Aspicit. hic etenim post cædem, & fata parentis
Imperium linquens, ad Auantica regna recessit,

Argumēta patrū. Arguere, ostendere est. Maro, degeneres aīos timor arguit. i. ostendit. Vnde argumētum dicit illud, quo nobis aliqd ostenditur breuiter. Idcirco hic pro titulis interpretor auorum, quibus quorūcunq; gesta breuiter cognoscebantur. Sic etiam Comœdiarum fabularumq; argumēta dicun- Arguere. Argumentum.

Egregiamq; Apis de nomine condidit urbem, . . tur. Effertur. Proprie

Efferre.

defunctorum est: φ olim extra mœnia sepeliri consueuerint cadauera. Seruius tamen scribit, apud maiores oẽs homines in suis domibus sepeliebant. Vnde ortum est, inquit, ut Lares colerentur

Lares.

in domibus. Hinc etiã umbras lares uocamus. Veterum aũt sepulchra in agris fuisse, cum mul-

De ueterum Sepultura.

ta comprobarint, tum quod Vlpianus scriptũ reliquit, diuum Adrianũ pœnam statuisse aureorũ quadraginta in eos, qui in ciuitate sepulchrũ fecissent: quã fisco inferri iussit: & in magistratus eandẽ statuit pœnã, qui id passi forent. Quin & publicari iussit locũ, & inde cadauer transferri. Relatũ tamen in Chronicis, Traianũ intra urbem solũ omniũ, & in foro sepultũ, cum morbo apud Isauriæ Seleuciã interijsset. Sed Ducibus etiã datum ac posteris Plutarchus scribit, ut

Priamus Francorum Rex.

in foro sepelirent. Ante omnes Priamũ. A quo domus Austriaca descendit. Rex fuit Franciæ

Germani fundatores regni Gallorum.

Germaniæ, nunc per iniuriã appellatæ Franconię: cum ueiũ illi nomen Galli abstulerint. Seruãt tamen nõnulli scriptores illi prouinciæ suũ nomen & honorẽ, ut Franciã uocent Orientalẽ. Sed hoc uix patiunt Galli, pro solita genti elatione, indignati, si Dijs placet, q̃d Germanos patres, & regni sui fundatores iubeant agnoscere. ut ait Albertus cap. primo lib. Saxoniæ secũdi. Non desunt q hunc Priamũ dicũt ab Hectore Troiano habuisse originẽ. sed merę nugæ, ut idẽ Albertus cap. 16. primi libri Saxoniæ his uerbis ostendit. Quanq; de Francis maiores etiã ineptiæ memorant, φ originẽ ducant a Troianis, & consederint ad paludes Meotidas in Sycambria. Quid aũt

Sycambria.

per tot egerint secula, q̃s Duces habuerint, ne somniare qdem possunt. Et qdem Sycambria nõ ad Meotidas paludes, in Oriente, sed ad Rheni fluenta fuit in Occidente, teste Cęsare, Strabone, Ptolomęo, & oĩbus cosmographis. Inepti hoĩes eo confugiũt, ut dicant aliã Sycambriam fuisse hic & ibi, nec tamen unũ ex Geographis testẽ producunt: & ut mille tergiuersationibus utant, cõuincit eos propria fabella de mendacio, φ aiunt sub Valentiniano Francos migrasse in Germaniã. Nam testes omni exceptione maiores, q̃s noĩauimus, cõuincunt, sub Diocletiano Francos habitasse in Germania, cũ excurrerent ad prædã in mare Britannicũ cum Saxonibus. Accedit alius testis diuus Hieronymus, qui in Hilarionis uita testat, sub Cõstantino Imperatore ue-

Francorum sedes.

nisse nobilem iuuenẽ ex genere Francorũ. Ea, inq̃t, gens media inter Sueuos atq; Saxones habitat. Quid potest expressius dici? q̃d ad confutandũ fabulam ualidius? Neq; ẽm accipi potest de Francia Galliarũ, ea parte in qua sunt Parisij. Appellat itẽ Hieronymus Francã linguã eam, quæ nũc est Germanica. q̃d Erasmus illic notauit. Regnauit aũt Priamus Gratiani, ut qdam dicũt, Im-

Marcomyrus

perio, Anno dñicæ salutis trecentesimo octogesimo primo. Marcomyron. Priami filiũ, quem Sycãbriæ, Franciæ & Parisiorũ Ducem appellatũ constat. Quo argumẽto qdam asserũt, primũ in Galliã ex Germania transijsse, belloq; Parisios occupauisse. Vnde sibi nomẽ asciuit, ut Parisi-

Faramundus.

ensis Dux appellaret. Faramũdus, auo excelsior. i. Priamo. Faramũdus Priami nepos, Marcomyri filius, primus in hac gente Rex a Francis Galliarũ declarat. Floruit sub Honorio Impatore. Faramundo, qui annis undecim regnauit, successit Clodius ex eo genitus, a promisso capil-

Clotharius.

lo cognomẽto Capillatus. Clotharij effigies. Clotharium secundũ intelligit, qui ex Chilperico & Andouera natus est. Fratrẽ habuit Meroueũ Prouincię, & Theodoricũ Burgundię Reges. Hic ex Bertruda cõiuge Dagobertũ Franciæ, Burgũdiæ, Austrasię (quã Ritius Austriã dicit) & Aquitaniæ Regẽ genuit, & ex Batilde uxore, natione Saxona, Clothariũ tertiũ, et Othobertum Regẽ Prouinciæ, q a Gontrãno regnũ Burgundiæ & Aurelienſiũ repetente in bello occisus est. Cuius filius Othobertus Gontrãni potentiã fugiens, ad Auãticos fugit: ubi regali titulo demis-

Habspurgij constructio.

so, Habspurgij arcẽ struxit. Vnde & sibi & posteris suis nomẽ reliq̃t. Nã oẽs Comites Habspurgij dicti sunt. Hic aũt Poëta tradit Clothariũ a Gontrãno necatũ fuisse, eiusq; filiũ e regno fugisse ad munitissima Alpiũ loca. Poëtarũ ẽm mos est, ut nomẽ pro noĩe ponãt. Alij, cum qbus ue-

Romaricus mons.

tustissima literarũ monimẽta consentiũt, ad montẽ, qui Romarici nomẽ habet, germanice Rymmelsberg, uenisse uolunt: condita in eo arce, quã Auendum castrum appellarit: de quo statim latius aliquãto. Nescio igit̃ qua fide tradãt quidã Cæs. Maximilianũ Romanos habuisse pgeni-

Perleones

tores olim Perleones Comites montis Auẽtini, cuius familiæ etiãnum sint nõnullæ Romæ reliquiæ, ppe Sabellorũ ædes, quæ prius Perleonũ fuere, qbus cognomẽ dedit Petrus Leonis filius Stephani nepos, Maximi pnepos. Is magna In urbe potẽtia autoritateq; sub Pascale secũdo fue-

Lucernæ lacus.

rat. Cuius duo nepotes per seditionẽ ex urbe pfugi, ad Alpes uenerunt: ubi circa Lucernæ lacũ pdia & terras mercati, Castrũ in eo loco Habenspurgũ excitarũt. At huic opinioni nõ modo annales Austriaci, et uetustissima monimẽta reclamãt, sed & hocipm, q̃d illi tradunt, cõmentũ esse oñdit: alterũ. s. nepotũ profugorũ, fuisse Antistitẽ Argentinensem: cum tñ eius prorsus nulla fiat

mētio in Catalogo Pontificū, quē auunculus noster magno studio digessit. Vt taceam, q̃d inclyta hæc Austrasiacorꝫ stirps Principū longo ante tp̃e non solū præcessit Argentinensem Ecclesiā, sed & ea primū illi, ut aiūt, lapidē posuerit. Est itaqꝫ uerior eorꝫ oĩno sn̄ia, qui nobilissimā Habspurgiorꝫ familiā ex antiquorꝫ Germaniæ Francorꝫ Principū, deinde Galliarū & Austrasiacorū Regū sangui[illegible] deriuāt. Naucletus sup tam uaria scriptorꝫ opinione gn̄is Rudolphi, nihil ꝓnunciare uoluit, nō inscite dicens, Sūmi Principis autoritatē a gestis rebus petendā, non a natione; quanqꝫ & hæc fortassis est uirtutis imago. Auantica regna. Auanticos inter Narbonēsis prouinciæ populos cōnumerat Plinius lib. 3. Antoninus credit Auanticos dictos ab Auantico Heluetiorꝫ oppido, cuius excidiū (apud Tacitū lib. Augustæ historiæ. 17.) Cecinæ milites poscunt. Id hodie Germanico uocabulo Wyuelspurgū uocamꝰ. Veteres Heluetij, qui Galli erāt, Auenticū dicebant. Bene igit̃ Rhenanus noster colligēs euidens mutatorꝫ cultorū argumentū, Quid, inquit, Auentico, cum Wyuelspurgo cōuenit? Egregiamqꝫ Apis. Fingit Poeta Apispurgium oppidum apud Auanticos ab Apis nomine appellatū fuisse. Alludit autē ad antiquam Germanorū in Isidem religionē, quā magno cultu prosequebant̃. Fingit ergo in honorē Isidis Apispurgiū noīasse: quoniā Osyris maritus Isidis fuit, qui & Apis, & Serapis, ut diximus, appellatꝰ est.

Wimpfelingus. Auantici. Wyuelspurg. Apispurgū.

Vnde genus fluit Austriadū: longo ordine demū
Succedit proauis Albertus imagine mœsta,
Lœtiferumqꝫ gerit transfixo pectore uulnus,
Impia crudelis detestans facta nepotis.
Hunc sequit̃ regnoqꝫ potens, dextraqꝫ Rodulphus,
Colla superiectis ducens Othocaron ahenis
Expirantem animam: a tergo stat proxima proles
Hernestusqꝫ, Leopoldusqꝫ, & maxima patris
Effigies iam digna Deo, nigrisqꝫ uehuntur
Armentis, circumqꝫ atros ponuntur ad ignes.
Parte alia inferias, arsuraque munera Treuir
Gestabat lachrymans, meritosqꝫ impendet honores,
Atqꝫ nouis ornant titulis: memoranda leguntur
Facta Ducum, cum sæua dies, seriesqꝫ malorum est
Germanas grassata urbes, cum cedere uictus
Nec uictor poterat, uarijsqꝫ euentibus actum est.
Hinc iacta arma uirum, clypei, currusqꝫ, tubæqꝫ,
Aureæ & æripedum phaleræ: præqꝫ omnibus ipse
Spargit funereo spumantia pocula lacte
Cæsar, & hyblæas nascentia mella per umbras,
Coryciumque crocum: molli cinis ater oliuo
Fragrat, & infuso deferuent busta cruore.

Vnde genus fluit Austriadū. Eorum intellige Principū, a q̃bus descendit Rudolfus Habspurgius, Lantgraphius Alsatiæ, a q̃ longa retro serie paternū est genꝰ Carolo Quinto, & Ferdinando Austriaco. Prisca eñ gentis linea, q̃ Sueuica erat, ut alibi dictū q̃ꝫ putamꝰ, fuit interrupta. Longo ordine succedit Albertꝰ. Referendū est ad uetustā familiā Sueuicā, uel ꝓgenitores Habspurgiorū. Nā a Rodolfo accipi nō potest ullus ordo: cū hic Albertꝰ eius filius dictus Imperator, a proceribus Germaniæ ptẽsis Adolfi Nassauuij sordes & ambitionē, & suffragio Bonifacij Pontificis, & post Adolfum apud Vangiones p̄lio superatū & occisum, a Ioanne fratris filio interfectꝰ fuerit post decimū Impij annū. Habuit eñ Rudolfus duos alios filios. Hartmannū qui perijt in undis, & Rudolfum patrem Ioannis Alberti interfectoris.

Ferdinandus. Adolfus Nassauuius sordidus & ambitiosus.

Dextraqꝫ Rodulphus Colla supiectis ducēs Othocaron ahenis. Interregnū a Friderici Secūdi morte ad Rodulphum Habspurgēsem per duo de uiginti annos fuit, ut Itali scribūt, & ut nostri, per uiginti & tres annos: q̃ spacio quatuor super Impio certarūt: Henricus Lantgraphiꝰ de Turingia, qui in obsidione oppidi Vlmanatū sagitta perijt: Wilhelmus Hollandus, qui in Phrysijs occubuit: Alphonsus Rex Castellæ: & Richardus Comes Cornubiæ, frater Regis Angliæ. Rodulfus, ut a Principibꝰ pari suffragio, ex Comite, uti tunc uocabat̃, Impator declaratus fuit, statim ex eo tp̃e rebelles (ut aiunt) Impio, ob diutinā uacationē factos in Sueuia, Frāconia, & Alsatia, nec non aliarꝫ regionū, in ordinē redigere cœpit. Othocarū Regem Boemorꝫ potentissimū Im-

Imperij diutina uacatio. Rodulfi gesta.

perialis iuris occupatorē bello uicit, Austriacūq; Ducatū, & quicqd illi accedebat, uel ditionis, uel iuris Impio restituit. q̄d & obiter lib. 1. narrauimus. Habito Erfordiæ metropoli Thuringiæ cōuentu frequēti, supra septuaginta p̄donū castra funditus diruit: multos ex Imperij rebellibus ultore gladio pcussit, nihil oīno q̄d ad Augustū Principem pertinebat, neglexit. Italiā consulto
,, partiū studijs reliqt. A cuius ingressu cur abstinuerit, cū quandoq; rogaret̃, rn̄disse fert̃ apologo
,, Horatiano, Quia me uestigia terrent, Oīa in aduersum spectantia, nulla retrorsum. Videlicet si-
,, gnificaturus, nemini ex Germanis Principib9 prospere aduentū in Italiā cessisse. A tergo stat proxima p̄les. s. Alberti interfecti, & ab eo descendentiū. Is suscepit, q̄s & supstites reliqt, sex filios, Fridericū, Leopoldū, Albertū, Henricū, Othonē, et Rudolfum, ex Elizabeta filia Ducis Carinthiæ & Comitis Tyroli. Ernestus Leopoldusq;. Ernestos tres, Leopoldos quatuor in hac linea repio: q̄ꝝ seriē texuit diligēter Nauclerus, exacti9 Stabius noster, cū in Arbore Genilicia, tū in eo opere, q̄d magno labore & industria Maximiliani tā iussu, q̄ ingeniosissimi etiā Principis ductu absoluit, cui, Porta honoris, nomen inditū est. Ego solebā deliciū oculoꝝ appellare. Est instar arcus triūphalis. Cuius interpretationē Germanicā & Rhitmos, Sbrulius Poëta & in prosam & carmē latinū transtulit. Cœpit itē Maximilianus librū Genealogię suæ, in q̄ late referebat ea, quę iam dictis opibus uerius indicantur q̄ explicant̃. Et maxīa patris. s. Friderici Impatoris, qui eius Ernesti filius fuit, q ex Regina Poloniæ genuit qnq; filios, Rudolphū, Leopoldū, Ernestū, Albertum, & Fridericū. Ex quatuor prioribus nō remāserunt descendētes, ut ait Nauclerus. Fridericus aūt postea Impator, ex Leonora Portugalliæ Regis filia, treis liberos suscepit, Christophoꝝ, Ioannē, & Maximilianū. Seriesq; maloꝝ. i. ordo belli Norici. Cum cedere uictus. s. Palatinus. Nec uictor poterat. i. Albertus. non em̄ ad Maximilianū referas: quia exoratus statim pepcit. Hinc iacta arma uirū. Quid in decorādis funerib9 obseruabat̃ ab antiq̄s refert. Idē Huttenus in Heroico Panegyrico obseruauit. Hyblæas nascētia mella p umbras. Tria sunt loca in q̄bus mel optimū p̄uenit, Attica, Sicilia, Calimne insula. In Attica p̄cipue Hymero mōte. In Sicilia apud Hyblā. Dubitat Plinius q̄d sit liq̄r ille, unde apes mel colligāt. Qui naturā mellis psecuti sunt, tradūt idip̄m plurimū uitæ hoīm accōmodū, eosq; macrobios effici, q mellis cibo uescant̃ assidue. Democritus interrogatus, qua rōne q̄s a morbis liber fieret. Si melle, inqt, interna, extima uero oleo irrigaueris. Is idē Democritus assidue melle usus, in annū supra centesimū uitā p̄tulit. Pythagoræ p̄terea sectatoribus, panis & mel plærūq; cibus erat. Notū est de re in modū suaui dici, Mellis medulla. Vnde et Ennius apud M. Tulliū, quendā Suademedullam appellat, ob singularē suauiloquentiā. Nam q̄d optimū est, id uidet̃ natura intime recondidisse. Vnde & illa passim obuia, in medullis & medullitus amare, nō dissidēt a simulacro p̄uerbiali. Coryciūq; Crocum. Corycos ciuitas est Ciliciæ, ut scribit Seruius lib. 4. Georg. Inde aduehebat̃ Crocus oīm optimus. Autor Dioscorides. Plinius lib. 21. cap. 6. Crocū gaudet calcari, & sic melius exit: quare serit̃ iuxta uias ac fontes. Emittit florē cum folio in occasu Vergiliaꝝ, eodem Plinio autore. Dicit̃ autē & Crocus masculino gn̄e, & Crocū neutro. ut & apud Græcos. Specus Corycius, quē nullus teste Camerte copiosius describit Pomponio Mela. libro. 1. Habet nomē a Coryco uicino oppido supra dicto. Sed & Solinus de ipso specu multa in Ciliciæ descriptiōe. Est & eiusdē noīs specus in Parnaso monte, de quo Herodotus in. 8. Statius. 7. Theb. Coryciūq; nemus, p̄pellentēq; Lilæā. Porro unde natū sit adagiū, Corycęus auscultauit, ubi q̄s id q̄d agit, conat9 dissimulare, tn̄ a curiosis dep̄hendit̃, Erasmus explicat Cēturia. 2. Chiliadis. 1.

Ernesti. Leopoldi.

Porta honoris, opus Maximiliani.

Mel optimū ubi nascatur.

Mel humanæ naturæ accōmodum.

Mellis medulla.

Suademedulla.

Corycos.

Crocus.

Specus Corycius.

Corycæus auscultauit.

Tunc equites circum primo, turmæq; dolentes
Perrexere pyram, ter cuncti ex more sinistrum
Lustrauere rogum, terque arma illisa fragore
Horrendum tonuere, litantque ad busta bidentes.
Hic iacit in flammam pharetras, ij cingula soluunt,
Libamenque umbris donant: iamque ipse laborum
Ordo exhaustus erat, cineresque elapsus in imos
Mulciber, extremis tunc Cæsar funera uerbis
Prosequitur, lætasque affatur talibus umbras.

Mulciber. Vulcanus, ignis. Suprema pacta Sors uitæ. Suprema uer

Felices animæ, quibus eſt ſuprema peracta
Sors uitæ, terriſque datum genus a Ioue ſummo,
Iam ſalue atque uale, pigeat nec tendere ad alta
Aſtra, uel Elyſios inter conſidere patres.
Nec uereare, diem quem nunc ſacrauimus, olim
Semper honorabo, centumq; ad templa bidentes,
Setigeroſque ſues, tauroſque litabo quotannis
Nigrantes tumulis, Maneſque ad ſacra ciebo.
His dictis magna Heroes comitante caterua
Auſtriadem læti magnum intra limina ducunt,
Et curas demunt epulis, & uina propinant.
Interea currus referebat ſeptima cœlo
Luna laboriferos, lucemque reuexerat orbi,
Optatumq; diem Phœbus, quo quisq; probaret
Virtutem, atq; animum magnis aſſueſceret actis.
Iamq; aderant feſta redimiti tempora fronde
Turba Coloniadum pueri, innuptæq; puellæ
Fama uocat cunctos, pugnaturæq; cohortes
Cæſarei properant clamata ad claſsica ludi.

ba, quæ umbris dicebantur. ut Maro. dixitq; nouiſsima uerba. ite, & magna ſupremũ uoce ciemus. Scilicet Vale et Salue, ut etiã alibi dictũ eſt.

Aſtra. In quæ putabãt anias heroũ defunctorũ proficiſci. Elyſios patres. Qui in campo Elyſio ſunt. In q̃ apud Græcos Iuſti demorant, poſt mortẽ eo ſe conferẽtes, quemadmodũ iniuſti ad Cocytũ uadunt. Hunc nõnulli apud inferos, nõnulli ſub concauo orbis Lunę eſſe putãt. Nec deſunt qui Elyſiũ putẽt eſſe ipſas inſulas fortunatas. Lege Strabonem .1. & .3. Geographię lib. Plautus in Trinũmo. Sicut fortunatorũ memorãt iſulas, quo cuncti q Aetatẽ egerunt caſte cõueniãt: contra iſtoc Detrudi maleficos æquum uidet, qui quidẽ iſtius ſint modi Hoſpitium eſt calamitatis. Elyſium. Cocytus.

Diem ſacrauimus. Hoc eſt, ſacris ſcilicet inferijs proſecuti ſumus. Olim. In futurum. Centumq; ad templa bidentes. Indicat Hecatombon, quod ſacrificij, uel imolationis genus maximum erat apud antiquos, cum centum ſcilicet uictimæ immolabantur. Hecatombe.

Eſt locus extra urbẽ, quẽ paſsim umbonib9 agger
Ambit, & amplexu uallem tenet, algida ſacro
Sylua uiret luco, & cliui ſpectantur aprici
Surgere paulatim, ſedesq; ſimillima circo eſt,
Hic late apparent ſcabro ſubſellia topho
Natura confecta loci, qua Pana, Deoſque
Syluicolas Dryadum ſæpe indulſiſse choræis
Accipimus, Satyrosq; Palem incendiſſe bicornes,
Cum ciet agreſti ſylueſtria numina cantu:
Illuc mane nouo, Phœboque rubentibus agris
Conuenere omnes, uoceſque per alta uolabant
Culmina ſaxorum, fractuſque reuerberat aër,
Syluarumque altis reſpondent plauſibus umbræ.

Eſt loc9 extra urbẽ. Ad notamẽtum marginariũ primę editiõis admonet, ut eſt, Ficta loci deſcriptio. Circo ẽm Romano alludit, ubi hmõi ludi exercebant. Simillia circo. De Circo lege Pij doctiſsimi uiri cõmentaria in Plautũ. Circi autẽ Romæ tres fuerunt, Circus maximus, Circus Flãminius, & Circus Neronis in Vaticano. Circenſes autẽ ludi dicti, uel a circuitu, q metas circuibãt, q̃d ubi poſtea metæ fuerunt olim gladij ponebãtur, q̃s circuibãt, ab enſibus Circẽſes appellati, quaſi circumẽſes. Seruius .5. Aeneid. notat Maronẽ dixiſſe Circenſes, ſine adiectione ludorũ: ſed eius ſententiæ multorũ ueterũ autoritas refragatur. Qui autẽ ſint Circenſes ludi, ſat puto eſſe perſpectum ex Tranquillo, Seruio, & cæteris. Circi. Circenſes.

Palem. Pabuli Dea Pales, quam alij Veſtam, alij Deum matrem eſſe concẽdunt, ut ſcribit Seruius libro tertio Geographiæ. Eius Feſta Palilia uocantur Perſio, Fumoſoq; Palilia fœno. Palęs. Palilia.

Ac primo Argyloras, prisco de sanguine cretus
Amphithij, qui Marte Getas, belloque furentes
Perdomuit, sed magna olli fortuna refrixit.
Nam pulsus regno, Cathorum uenit ad oras.
Ex illo satus hic, celeres ad fręna iugales
Impellit, niueos maculis cingentibus harmos.
His furor indocilis, pedibus concussa remugit
Aeratis tellus, inhiant perflantibus altas
Naribus exuuias, optataque pręmia palmæ.
Mox Phrysia regione Thoas, certaminis ardor
Inhiare.
Olli par gliscit, cum despumantia colla
Quadrupedantum uel laxat, uel fręnat equorum,
Impetit alipedes, quos (si nos credimus) undas
Aequoreas tranasse ferunt, & sæpius æstum
Arctoo in Ponto perhibent superasse natando.

Ac primo Argyloras. Noia scribunt eorũ, qui curru decertauerunt. Sed magna olli fortũa refrixit. Quib9 quãq; potẽtibus nostra ętate uiris similis euenerit fortuna, meminit Erasmus in ęxplicatione Adagij Primi Centuriæ quintæ Chiliadis secundæ. Inhiãt. Significat ita ęupide appetere, ut hiatũ oris emittas. Inhiant, interpretat Seruius, habere desyderãt. & dicimus inhio illã rem, & illi rei. Apuleius lib. 3. Asini aurei. His inhians, & spe salutis alacer lætus ꝓpius accessi. Statius. Fraternos inhiantẽ obitus. Plautus, Tuam hæreditatẽ inhiant, quasi esuriens lupus. Quadrupedantũ. Lucretiũ sapit uersus, uel Enniũ. Ludouicꝰ Bigus. Vel magno uel eq̃ quadrupedãte uehi. Equorũ.
Equi unde dicti.
Equi, ut qbusdã placet, ex eo dicti sunt, ꝙ cũ quadrigis iunguntur, æquari uideant, paresq; forma & cursu similes copulent. Qui fabulas cõsectant, scribũt Neptunũ percussa in Petreis Thessaliæ cãpis tellure, primũ equũ, aĩal bellis aptũ ꝓduxisse. Vnde bellatoris epitheton a poëtis sortitus
Equus bellator.
est. Maro Georg. 2. Hinc bellator equus cãpo sese arduus infert. Idẽ lib. 10. Aeneidos, & inter Bellatoris equi caua tẽpa conijcit hastã. & undecimo. Post bellator equus positis insignib9 Aethon. Itẽ Ouidius lib. Fastoꝝ. 2. Nec bellatoris terga premunt equi. Idem lib. 15. Metamorph. Pressus humo bellator equus crabronis origo est. Probus, & Seruius primo lib. Georgico. fabulæ originẽ ad naturã referunt. Columella equinũ genus tripertito diuidit De equis lege Aristotelẽ lib. octauo Naturæ animaliũ, Varronẽ secundo de re rustica. Quando, & cur se equus homini subiecerit, canit Horatius Epistola decima primi. In generosis equis, ut aiunt ueteres, quatuor expe-
Equi generosi in quatuor noscuntur.
ctantur, forma, pulchritudo, meritum, color. Hæc haud indocte quidem, ut Camers testatur. explicat Isidorus capite primo duodecimi Etymologiarum libri quo loco abunde de equis differit. Alipedes. Quasi habẽtes pedes alatos, ob miram leuitatem. Maro. Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum. Item Maro Christianus in Exhortatione ad Reges Christia. Alipedes saliunt in equos, rapidissima tranant Flumina.

Iaziges.
Quin & Pannonio properans de uertice Lynceus
Iazige præstat equo, & cursus regit ille uolantes.
Segnior hybernis Boreas Ponto incubat alis
Euxino, uerritq; undas, minus effurit Auster
Feruida gemmiferi cum turbat littora rubri.
Nec te transibo, Geticis duo fulmina frenis
Qui regis Hermontes, hic cinctus pelle leonis
Infandum uisu est, crudis micat intus abacta
Lux oculis, cadit anguitenens a fronte Medusa,
Tortilibusque Apher nodis exsibilat aspis:
Berberion. Borberi.
Huius equi Austriaco certare in puluere sueti,
Sessorem excutiunt fremitu, uincuntq; lupatos.

Iazige p̃stat equo. Iazyges Pannoniæ inferioris populi sunt, cõtigui Trãssyluanis: unde optimi ad cursum ætate nostra eq̃ aduehunt. Gẽmiferi rubri. Mare rubrũ duos, ut isra dicemus, cõplectit sinus, Persicũ. s. et Arabicũ. In Persico uniones. i. margaritę laudantur. Conchæ genus ex q̃ margaritę unionesq; uelunt, Berberion, et Berberi ab incolis noiant, pinnæ, aut pectũculi effigie.

Inde Dryas, fortisq; Linus, uelox q; Melampus,
Ambo armis, curruq; ambo, lucentibus ambo
Est clypeis spectare pares, uter urgeat axem
Fortius, incertum est: sequitur quos cætera pubes.
Nec mora, magnanimi, scabrosa sedilia circum
Consedere Duces, circumfusæq; cohortes
Mistaq; montanas replerunt agmina rupes.

Sabinus & Pomponius iureconsulti. Margaritas nec gẽmis, nec lapillis cõtineri satis cõstitisse aiũt, tit. 2. 34. Digestorum. Gẽmę em̃, ut inqt Pomponius, sunt plucidę materię, uel ut smaragdi, chrysolithi, & Amethisti: Lapilli aũt contrariæ supioribus naturæ. Plures gẽmæ sunt, quæ ab aĩalibus sortiunt̃ cognoĩa. ut Carcimas, Scorpites, Scarites, Triglites Aegophtolmos, Geranites, Hieracites, Aeatites, Myrmecites, & sexcẽtæ aliæ huius genus, ut ait Camers. Nec indignũ relatu est id, q̃d ab Budęo annotatũ est, dici ficticias gẽmas, quę scarificationi cedũt. Plinij testimonio, qui lib. 35. scribit, Ficticiæ gẽmæ scarificationi cedẽtes candicantiã fugiunt. ubi forte candicãtia septimo casu legi debet. Idẽ Budæus ordinẽ Gemmarum autoritatis eruditę recenset lib. de Asse. 2. Sed qs ignorat, trãslatiue gemmã in uite dici a rerũ rusticarũ scriptoribus? quã eleganter explicat Cicero in Catone Maiore. Idẽ de Perfecto Oratore ad Brutũ, Rusticorum, inqt, metaphoræ sunt gẽmare uites, lasciuire agros, lętas esse segetes, luxuriosa frumẽta. Sed ad rubrũ mare reuertamur, a quo Persicũ sinum Camers ita separat, ut Hieronymi & Iosephi de Euphratis exitu, itẽq; Herodoti, Curtij, & Diodori sñiam, Plinij, Solini, & Ptolomæi cõtrauenire traditioni existimauerit. Quũ hij tñ sola nomẽclatura diuersi eundẽ sinum intelligant. est em̃ rubri maris pars sinus Persicus, queadmodũ & Arabicus, id q̃d Plinius & Pomponius docẽt, & Strabo testat̃. Herodotus q̃; lib. 4. Sinũ Persicum rubrũ mare uocãs, Altera, inquit, ora a Persis incipiens porrigit̃ ad rubrũ mare, q̃d & Persicũ uocat̃: dein gradatim Assyria, atq; inde Arabia, desinitq; in sinu Arabico. Plinius lib. 9. de Vnionibus. Præcipue autẽ laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris rubri. Est ergo, ut Vadianus noster colligit, rubri maris uocabulum generale Persico & Arabico sinu. Infandũ uisu. Sic potius legerem, q̃; infandus uisu. Magnanimi. Pro magnanimum: ut mox, replerunt, pro replebunt legendum est, ut codex melior habet.

Gemmæ.

Lapilli.

Gemmæ uitis.

Rusticorum metaphoræ.

At Cæsar populis, solio uenerandus ab alto,
Os sacrum ostendit, uenientumq; aspicit ora.
Qualis & aurigam melius uehat orbita campo,
Quisue acres defręnet equos, cursuq; retardet
Effusos, retrahatq;, & gyros cogat in arctos.
Dum mores, habitusq; notat, dum singula lustrat
Et dictis acuit magnis, animatq; pauentes,
Carceribus clauduntur equi, normaq; retenti
Obicis, hi fremitant, illi (mirabile uisu)
Claustra terunt, nequeuntq; moram, nec tarda rotarum
Bella pati, trepidant auidi, motuq; magistros
Sollicitant, altumq; grauis cauat ungula terram,
Spumantisq; auidus feruescit anhelitus oris.
Qualis in Arcadij Pholoes cum uertice uidit
Errantem Spartana feram canis: instat eundi
Huic furor, & crebris resonant latratibus umbræ,
Stat pastor, lorumq; tenet, dextraq; furentem
Sedat, & inuitos animos in uincla cohercet.

Quisue acres defręnet equos. Hoc est, qs melius laxet in cursu. Depingit hic equorum Hispanorum morẽ, q̃s Iannetos appellant, qui miræ sunt et docilitatis & dexteritatis. Getici equi, & Turcici, & q̃s Transsyluanos appellamus, cũ docilitate uincant̃, cursu iugi & longo nullis cedunt. Rauisius Textor in Epithetis refert locos, qui equorũ pręstãtia sunt memorabiles. Porro eqs inesse iudiciũ, documẽtis plurimis patefactũ est, ut docet Solinus de equorum natura cap. quinquagesimoseptimo. Nomẽcla-

Ianneti equi.

Equis iudicium inesse.

Vtq; pares uisi, Tyrrhena per æquora circum
Aëra altum sonuere, ruunt per plana: uelut cum
Fulmina desiliunt, uel ab altis montibus amnes.
Conclamant omnes passim, quis fortius eya
Impulerit radios, metæq; reflexerit axem.
Obices. Talia uociferans fatur dum turba, feruntur
Ex oculis, & nube axes conduntur operti
Puluerea, tantum uoces, & uerbera noscunt
Proxima: feruet humus subter, flammæq; uolantum
De Canibus. Naribus exiliunt: superis pater astupet astris
Iuppiter, & Getico properans a Strymone Mauros,
Miratur pugnasq; uirum, currusq;, manusq;
Insertas, & lora simul miratur adacta,
Verbera, & aurigas largo sudore natantes.
It stridor cœlo, ferit aurea sydera clamor,
Viciniq; omnes assultant uocibus agri.

turas eorũ tradit Rhodiginus lib. antiquar; lectionũ undecimo. Obicis. Ab obice, & non ob ijcio, ut sensus ipse expostulat: unde per simplex i, scribendũ. Seruius dicit, melius hic obex, q̃ hæc obex dicimus. Obices, pessuli seræ, inqt Festus. Spartana canis. Ita em̃ a regionibus appellant, qui boni sunt seminis. Columella octauo Agriculturæ lib. tria docet esse canũ gña. Quali aũt forma esse debeãt canes, tradit secundo Agriculturæ lib. M. Varro. Plura itẽ eo pertinẽtia refert Columella: sed non nisi de Villatico cane scribit. De multiplici autẽ canum genere Plinius in decimo, & Aristoteles lib. sexto Naturæ animaliũ. Columella non assentit ijs, qui canes inter mutos custodes annumerandos censent. Nam qs (inquit) hoĩm clarius, aut tanta uociferatione bestiã, aut furẽ prædicat, q̃ iste latratu? Quis famulus amãtior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest uigilantior? qs deniq; ultor, aut uindex constãtior? Quod & a Camerte relatũ est in Enarratiõib. Solinianis. Spartana, id est, Laconica. Canes ex Lacouia laudant a Varrone. Tubæ inuentor. Tyrrhena Aera. Id est, tubas quæ ex ære fiunt, & ductiles appellant. Tubam æneã Pisæum Tyrrhenum inuenisse tradit Plinius. Lituus. Inter lituũ & tubam hoc distare inueni, Acron inqt, Lituus equitũ est & incuruus, Tuba. Tuba uero peditũ est & directa. Gellius scribit, q̃d tuba a sonitu lituus appellata est. Maro etiã ait. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Et Ouidius, Non tuba directi, nõ æris cornua flexi. & cætera. Quibus qdem exẽplis apparet ferme Acronis differentiã constare.

Dũ cursum agglomerant, obliquas flectit habenas
Argyloras, curruque citus dat lora secundo,
Aethon. Hypparonq; acrem, uelocemq; arguit Aethon
Certantes uentis, & nubila prætereuntes.
Ii flauas iactare iubas, capita ardua ferre
Ad metam, & uastis disrumpere flatibus auram.
Non tulit Hermontes, Pisæis tempora cinctus
Equorum in dominos amor. Frondibus, insultat contra, talique morantes
Voce suos affatur equos, proh dedecus ingens
Equi flentes. Ardua Gesoracis gestis certamina arenis
Victores, nunc qui uobis formidine tanta
Crura labant? quæ desidia hæc? agite ite, prioremq;
Eripite a palma, dixit, uelocior Austro
Argyloram exæquat cursu, iam cominus axes
Axibus urgentur, paribusq; per æquora iuncti

Aethon. Nomẽ equi: eodem noie unus ex eqs Solis appellat, item Pallantis apud Maronem, quẽ scribit li. undecimo, domini mortẽ fleuisse. Siquidẽ memoriæ proditũ est, equis tantã esse in dominos beneuolentiã, ut prosperis eorũ successibus hylares adhinnire, sinistros uero deflere sæpe numero uisi sint. Vide quæ hac de re oculata fide tradit Rauisius in uocabulo Equus. Accursius noster refert, Cæsarẽ triduo antequã morere-

Decurrunt ſpacijs: dumq; alter, & alter anhelans
Impellit radijs radios, flammata rotarum
Compago reſoluta ruit, ſtetit orbita putri
Argyloræ defixa ſolo, longeq; cadentem
Præterit Hermontes, campoq; infertur aperto.
Dant plauſus tanto diſcuſsa ſedilia caſu,
Dum uolat ad metam ſubito perculſa pauore
Vocum, armenta retrocedunt, duroq; magiſtro
Fluctuat huc illuc ſonipes: tunc fręna relaxat
Ipſe Dryas, Linus inſequitur celeri axe Dryanta.
Parq; Lino Lynceus, interq; Melampodis illos
Arua rapit ſonipes læua, turbatq;, abigitq;
Amborum fręna, & miſſus remoratur anhelos
Indignum Linus exclamat ſe opponere campo.
Dum ruitur metæ, ſic altercantibus illis
Peruolat ante Dryas, ſed poſt ſua terga Thoanta
Cernere erat, pronumq; iubis urgere iugales.
Non aliter pauidas Alpino uertice Damas
Inſequitur poſt terga canis, ſimiliſq; tenenti
Fallitur, atq; auido præda euaneſcit ab ore.
Ecce Meduſæis iterum ſerpentibus horrens
Crinalem attollit contracta fronte ceraſtam,
Tranſabienſq; fuga, uicinos territat axes
Improbus Hermontes, alioſq; coercet euntes,

tur, Aſturconē ſuū flentem inueniſſe, futurę quidē mortis indiciū. Quod finē nō caperet, niſi Trāquillus in eiuſdē uita ſimile qd teſtaret. Proximis diebus, inquit, eorū greges, qs in traijciendo Rubiconæ Marti conſecrauerat, ac ſine cuſtodibus uagos dimiſerat, cōperit pabulo pertinaciſsime abſtinere, ubertimq; flere. Equorū quorundā noīa a Poëtis celebratorum recitat idē Rauiſius loco ſupra citato. **[Equorum nomina.]** Piſeis frondibus. Id eſt, triumphalib9. nam uictores in Agone olympico, quē in honore Olympici Iouis celebrabāt, coronabant. Fiebant autē inter Piſam & Elidem. unde Iuppiter Piſeus & Eleus. Maro, Hic & ad Elæi metas. Quod genus ludi Græci Pentlatū dicunt, nos itē Quinquerciū: quia quinq; artibus conſtabat, diſco, curſu, ſaltu, luctatione, pugno. **[Pentlatum. Quinquertiū.]** De his Græciæ ludis lege Gelliū, & Lactantiū Grammaticū in principio ſexti Thebaid. qd & alibi indicauimus. Argylorū. Argyloram legas, & infra Argyloræ, pro Argylori iuxta exemplar emendatum.

Iſq; uolat, ueluti nigrantis Iuppiter aulæ
Cum pulchram ſicula prædam deuexit ab Enna.
Quem circum Eumenides flāmas per inane rogales
Extollunt, uiſoq; polus palleſcit ab hydro,
Et curru excutitur ſubita formidine Titan.
Dum nullo regit æripedes moderamine, circi
Liber equus per aperta uagans diſpendia campo,
Luſtrat, & intactam ter circum ſerpere metam
Iam negat: ipſe auidus dum fręna madentia collo
Attollit, geſtitque miſer retinere furentes
In caput elapſus, pronuſq; in uerbera terram
Ore ferit: gemit excuſſis ſerpentibus atra
Phorcynis, uiruſq; altum uomit, & ferit auram.
Ille indignanti ſimilis, ſimiliſque minanti

Nigrantis Iuppiter aulæ. Pluto. Ab Enna. Siciliæ oppidū, cuius laudes ſcribit Cicero in Verrinis, raptu Proſerpinæ clarū. **[Enna.]** Vnde Ennæa Ceres, qa habuit iuxta Ennā auguſtiſſimū templū. **[Ennæa Ceres.]** Sillius, Hæc Cerere Ennęa, Phario nec uicta colono. Ennęæ Cereris ſimulacrū deſcribit Cicero itidē in Verrinis. Cōſtat aūt & Aetnam oppidum in Sicilia eſſe, quæ Adraniū quoq; dicta fuerit: ea re factum, ut apud Claudianū lib. rapt9 primo, ubi hic uerſus eſt, **[Adranium.]**

Iniustos uocat ore Deos, iniustaque mundi
Sydera, & anguicoma denudat casside crines,
Impingitq; solo: ferit ungue reuincta colubris
Tempora, uipereumq; furens terit ore uenenum.

Aetneę Cereri proles optabat, uirebat. Ianus Parrhasius doctissimus Grammaticus, dubitat Aetneęne, an Enneæ scribēdum sit. Et Ciceronis codices fere Aetnam pro Ennā habent. At uero quoniā urbem præcipuā fuisse Pomponius indicat lib. secūdo, & Cicero eum locū in umbilico Siciliæ esse, fama celeberrimū scribit, Ennam, non Aetnam utrobiq; legendū existimat Vadianus eruditissimus. Id, q̊d, ipso teste Vadiano, Laurētius Abstemius non incelebris Grāmaticus lib. Obscuror; locorū secundo cōfirmat. Quanq; uideam apud Claudianū tam Aetnęæ legi posse, q̄; Enneæ: q̄ argumēto raptus Proserpinæ nō repugnet, hoc ne, an illo modo legas. Sunt qui apud Valeriū, Solinum, & Lactantiū Ennam legendum contēdant, non Aetnam: & Ennensem Cererē campumq;, non Aetnēsem. de quo tñ quo minus certe pronuncies, cū loci fecere finitimi, tum etiā quod affinia locorū nomina pro errore inuerti corrūpiq;, & in mutuū abire usum potuerūt, ut Vadianus admonet, non parū pruden-

Olestrum. ter. Quidam aūt tradunt Proserpinā raptam a Plutone apud Olestrū, non longe a Cephiso flumine. Vide Pausaniā in Atticis. Proserpina, ut in tēporibus ex Philocoro Eusebius refert, reuera

Orchus. ab Orcho Molossorū Rege, qui alio noīe Adoneus dictus est, rapta fuit: eo. s. tēpore, quo Erichtęus Atheniensiū regnum tenebat, hoc est, circa annū octingentesimū supra tria milia ab orbe

Bona Dea. cōdito. Qui fabulosa ad physicā rationē conanī reducere, aiunt Bonā deam, quā & Persephonē uocāt, uirtutē feminū esse, Plutonē uero Solē: qui tpe hyemis remotiorē mundi partē perlustrat. Idcirco raptā ab eo Proserpinā dicunt, quā Ceres sub terra latentē quęritat. Lege itē Fulgentium lib. primo. Viso pallescit ab hydro. Quoniā furiæ finguni habere crines serpentium.

Tideus. Non secus excussus Dyrcæis mœnibus heros
Oenides, canibus diris agitatus auerni,
Ore cruentato tristem Menalippon adedit.
Turbatum casu Cæsar, raptumque furore
Demulcet uerbis, & sæuas temperat iras.
Canes. Terror equos agitat, creber quatit ilia flatus.
Furiæ. Ii tamen in cursu perstant, & forte propinquus
Diræ. Substiterat metæ. contra indignatus euntes
Aues. Emeritus sonipes, nunc hos, nunc impetit illos
Calcibus, & morsu cunctos depellit hiante.
Stat globus aduersum, & contra glomeratur, & una
Vi tentat depellere equos, magis ardua perstant.
Menalippus. Tunc iuga sanguineus circum spumantia anhelat
Ora furor, gaudent nullo impellente magistro
Effera laudato committere prælia campo.
Dum pugnæ incūbunt, iunctos compagine currus,
Agyloras uolat inde noua, nec tendere contra
Est ratus æripedes, læua deflexit habenas,
Obliquumq; rapit pręceps, ac deuia campi.
Nec mora, subtollens oculos ad sydera cœli
Affatur Superos, adsis o Rector olympi,
Adedo. Et tu qui uultu lustras mortalia Titan.

Oenides heros. Tideus Oenei Calidoniæ Regis filius. Canibus diris. Id est, furijs infernalibus. Lucanus. Iam uos ego noīe uero Eliciā, stygiasq; canes in luce supna Destituā. Dicūt canes apud inferos uocari, apud nos furias, apud Superos diras & aues. Maro. At procul ut diræ stridorem agnouit & alas. Idē, ne me terrete timentem Obscęnæ uolucres. tñ promiscue quoq; posita reperies. Menalippon. Fratrem. s. Vnde secundū legem, sicut etiā Homerus dicit, ut reus homicidij exularet, Tideus conscius parricidij dimisit paternū regnum. Statius lib. Theb. primo. Ecce autē antiquam fato Calydona relinquēs Olenius Tideus, fraterni sanguinis illū Conscius horror agit. &c. Adedit. Id est, penitus corrosit,

Hanc ego

Hanc ego ſi uictor, ueſtris dabo munere palmam,
Suſpendamque tholis, axes & lora dicabo.
Dixit, & alipedes tortis calcaribus urgens
Felicem metam, tandem inſperatus obiuit
Ter circum, propiuſque intra tulit orbita gyros.
Sic tandem Argyloræ manſit uictoria fręno,
Excipitur plauſu uulgi, cinctusq; corona
Aurea, ſublata tangebat ſydera dextra.
Olli magnanimus Cæſar, dat munere pulchras
Ex auro phaleras, circum Meliboea figuras,
Vt uiuas depinxit acus: ceu languida Thysbe
Nocturnas egreſsa domos, cuſtode relicto
Buſta Nini quærit: ruit atro ſanguine tinctus
Ora leo, geſtitque ſitim ſedare calentem.
Hæc fugit, hic ſequitur, delapſaq; carbaſa fœdat
Dente cruentato: properans inuenta reſumit
Pyrrhamus, atq; oculos ad conſcia ſydera tollens,
Teſtatur mortem infandam, ſimul horridus enſem
Vagina eripiens, pectus tranſuerberat illo.
At Thysbe infelix, iam pallida morte futura
(Heu præſaga mali miſeris mens) horret, & audet
Iam ſecura ſui, flauenteſque ungue capillos
Scindit, & exanguem tremebunda uoce per umbras
Pyrrhamon exclamat, compertus lumina tantum
Extulit ad Thysben, uiſaque recondidit illa.
In dubio trahit ægra animos, furor urget amantem
Ad ſcelus, & tandem mortis formidine abacta,
Incumbit gladio, uitamque miſerrima rumpit.

comedit. Vſus eſt compoſitione a ſimili, amo, adamo: nnde adeſum dicimus, & exeſum, conſumptum, corroſum.

Adeſum.
Exeſum.

Emeritus ſonipes. Id eſt, doctus, aſſuetus curſui. Emeriti enim milites dicunt, qui a longa ſoluunt militia. Nam merere, ut Lucani exemplo oſtendimus, pugnare eſt. Aurea ſublata. mos Germanorum, in lætícia uibrandi ad cœlum manus. Phaleras. Phaleræ ornamenta equorum ſunt. Meliboea acus. A Meliboea Macedoniæ, ubi depingendi acu ueſtes, filisque ſericeis flores, montes, flumina effigiare uſus erat. In PHAleris ergo Thysbes fabula depicta erat, quæ auro ornatæ erant, ſed ex panno confectæ. Meliboeam Philoctetes alumnus illuminat, inquit Mela, quem Hercules cum hominem in Oeta exuturus eſſet, ſuis ſagittis donauit: & ne corporis reliqas monſtraret, uetuit. Ad quod ſexto libro Lucanus alluſit, cum inquit, precioq; nefandæ Lampados Herculeis fortis Meliboea pharetris. Ceu languida Thysbe. Nota hiſtoria apud Ouidiũ ex quarto Metamorph.

Emeriti milites.
Phaleræ.
Meliboea.

Nocturnas egreſſa domos, Statuerant enim Pyramus & Thysbe, ut canit Ouidius, ut nocte ſilenti Fallere cuſtodes, foribusq; excedere tentent, Cumq; domo exierint, urbis quoq; tecta relinquant, Neue ſit errandum lato ſpaciantibus aruo Conueniant ad buſta Nini. Buſta Nini. Id eſt, ſepulcrum: cuius meminit Diodorus Siculus lib. tertio. Heu pſaga mali miſeris mens. Sic omnino legendum ex reſtituto codice ad Poëtę codicis collationem. Extulit ad Thysben: Color ſumptus ab Ouidio.

Sed uos Hermontis fidiſsima cura iugales
Haud fruſtra tantum putri bellaſtis arena,
Hos Cæſar fręno, & pulchris donauit habenis.
At tibi qui propius metam rapis æquora Lynceu
Præbetur Tyrio rurſum ſaturata colore
Lata chlamys, uario uiuit circumflua limbo

Rurſum ſaturata colore. Dipapham ueſtem ſignat, id eſt, bis tinctam.

Dipapha.

Tyrius color.
Tyrus.
Chlamys.

Fabula Thesidæ, & miserandæ Pocridis ignes,
Atq; amor Alcestæ, rigidum cratera Thoanti
Ex auro donat Cæsar, quem Pergama circum
Finxit Apollineo manus exudata labore,
Cadmæasq; lyra tollentem Amphiona Thebas.
Inde Dryas quoq; munus habet, fortisq; Melāpus,
Hic sibi gemmato circundedit ilia baltheo,
Ille Thuringensi geminos tulit ære lebetas.
Postremum famula Linus est donatus Eoa.

autore Plinio. Tyrio. Purpureo. Eodem tradente Tyrius color laudat nigricans aspectu in colorem concreti sanguinis. & dicit Tyrius, a Tyro quondā insula Phœniciæ, quę purpura & cōchilio censetur. Lata chlamys. Viatorium, ut ita dicā, uestimentū erat, declarat Plautus. Puer, inquit, cape chlamydem, & da pallium, tamen chlamydem hanc tene, ut si hæc uera non sint, rursus deposito pallio, eam sumā, atq; inceptū hoc itiner perficere exequar. Primus tamen Numa Pompilius in usum recæpit, autor est Plinius. Dixit ergo, lata chlamys, ad nostra tempora respiciens, & quodāmodo ea suggillans, in quibus etiam chlamydes latissime fiant. Fabula Thesidæ. Id est, Phedræ, quæ Hippolyti capta amore fuit. ut latius Seneca in Tragœdia scribit, & Ouidius in Heroicis. Pocridis ignes. Et huius fabulā idem canit in Transform. Alcestæ. Pelię Regis Thessalię fuit filia forma insignis, Admeto nupsit: hæc adeo maritū dilexit, ut in eius graui morbo, ex quo euadere non poterat, nisi aliquis eius loco moreret, ita enī Apollo prædixerat, uoluntariā pro mariti incolumitate mortē subierit. Hanc demū ab Hercule dicūt Admeti precibus retractā fuisse. Exudata Pergama Apollineo labore. i. quæ Apollo ædificauit. Nota historia apud Diodorū de Laomedonte: qui cū cingere muris Troiam uellet, oparios conduxit Neptunū & Apollinē: quibus absolutis, Dijs mercedē soluere noluit. Illi indignati, Apollo pestilentiā immisit, Neptunus maris illuuionē, quæ abigi non potuerūt, nisi humana uictima singulis annis exponeret marinæ beluæ: q̄d usq; ad Herculis aduentū seruare Troiani coācti sunt, qui etiā precibus Laomedontis exoratus, monstrū marinū liberata Hesione Laomedontis nata interfecit. Lyra tollentē. Solinus ait. Thebas cōdidit Amphion: non q̄d lyra saxa duxerit (neq; enī par est, id ita gestū uideri) sed q̄d affatus suauitate hoīes rupiū incolas, et incultis moribus rudes ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinā. Quod & Horatius in arte indicat. Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis, Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quo uellet.

Phedra.
Pocris.
Alcesta.
Hesione.
Amphion.

Protinus ærisoni tolluntur ad æthera cæstus,
Tergora cruda boum, multoq; nigrantia plumbo
Pondera, concusso strepuere sedilia circo.
Fama est Aetnæis (si ueri nuncia) campis
His sudasse Erycem, qui uictus ab Hercule magno
Sicanium effuso maculauit sanguine littus.
At satus Alcmena Thebas inuexit honorum,
Et diuæ spolium sacrauit Palladis aræ.
Verum post longi delapsum temporis æuum
Cum se Chalcidicis Germanica signa triumphis
Ornarent, tremere atq; Istrum Bœotica tellus,
Hic honor Austriacas olim est delatus ad oras,
Pannonidosq; alta seruatus in arce Vianæ,

Erycem. De hoc pluscula lib. undecimo dictauimus. Cum se Chalcidicis. Fingit Cęstus Erycis fuisse, q̄ uicto Hercules illos secū in Bœotiā tulit, & cōsecrauit Palladi, Germanos aūt Imperatores cū Orientis rerum potirent in Germaniā transmisisse. Chalcidicis triūphis. Euboicis. nam Chalcis oppidum in Eubœa est. Vnde Cumæ in Italia, quæ a Chalcidensibus originem habuerunt, Euboicæ dicuntur Maroni, & Chalcidici loci accolæ, & Sibylla Euboica, & Chalcidica. Hic autē dixit ab Hercule consecratos Cæstus, quoniam Eubœa & Bœotia, in qua Herculis solū erat modico æstu diuiduę sunt, adeo ut dubitandum sit, an numerari inter insulas debeat, ponteq; inuicem iunguntur, autor Plinius. Bœotica tellus. Vbi Thebæ sunt, Cadmi,

Chalcis.

Herculis,& Amphionis noie insignes. Bœotia, ante Cadmeis, Hyantis, Aonia, Ogygia, et Mesapia dicta, a quibus etiamnũ illis passim apud scriptores cognoia sunt. Cæterũ Bœotia rectius diphtongo in prima syllaba,& inde Bœoti9: quanq; sunt hodie, nõ indocti Grãmatici, qui Boetiã quoq;, et Boetũ, dici posse longo usu suffragrãte, confirmãt, ut ait Vadianus. Scribit Pausanias, Bœotij oẽs a Bœoto Itoni, et Melanippes nymphę filio nomẽ sortiti sunt. Nicocrates ait, Bœotia cognoiata est a Bœoto Neptuni et Arnes filio: uel a boue, quã Cadmus ex oraculo secutus urbẽ condidit, ut Castor scribit. Sũt q a mẽtis tarditate dictos Bœotios uelint. Vnde Adagiũ illud, Sus Bœotica, q̃ in rudes atq; ignaros uti cõsueuimus: ꝙ Bœotij, ut Eubulus in Cecropidibus, Mnesimachus in Busiride, Alexis in Trophonio, et Achęus in certaminib. testant, uentri ac gulæ inseruientes crassa fuerint minerua. Pindarus p̃terea, nec non & Cratinus testant Bœotios quonq; Sues appellatos: q̃d ob sordidũ ac solutũ uiuendi modũ Pindari interp̃s ait accidisse. Quo circa Prepellus q̃dã ab Eratosthene, qd sibi de Bœotijs uideret interrogatus, r̃ndisse fert in hanc s̃niam. Eũ fuisse Bœotioꝝ inter se sermonẽ, q̃ uasa, si daret loquendi facultas, uterent, quantũ.s. unusquisq; esculenti, poculẽtiue caperet. Vnde quicqd insulsum esset, ac stultũ, id Bœoticũ dicebat. Sic Bœoticũ ingeniũ Erasmus in Chiliadib. explicat, pro stupido, ac stolido. Porro Boethi dicunt ab Imperatore in ultima constitutione tit. De Tabularijs, scribis, & Logographis, adiutores scribarũ, quos alij Subadiuuas, alij adiutorios appellant. ut in.l. unicuiq;. C. de prox. sacr. scrin. βοηθῶ em idem ualet, quod adiuuo. Inde Seuerinus Boethius dictus, ut testatur Alciatus Mediolanensis: quẽ alij falsa uoce Boetiũ uocant. quorũ errorem, ut idem ait, confutat antiquũ marmor, q̃d adhuc Derthonæ extat, in diui Martiani Cœnobio, ubi tumulus est, quẽ antiqua inscriptio, Boethio, & Eutharico consulibus factũ ostendit. In arce Vianæ. Hodie Vienna Austriæ. est enim & Allobrogũ. Vianam Plinius noiasse uidet inter oppida Norica, Hermolao adstipulante. Cui sane & noster Vadianus accederet, nisi oppidũ ipsum minime uetustũ esse id argumẽto foret, ꝙ nulla prorsus remotioris antiquitatis apparẽt uestigia. At infra Viennam interuallo uigintiquatuor mille passuũ ad Danubij alueum locus est, quẽ Petronellã uocant, cũ maximi oppidi uestigijs. nã rudera passim ingentiũ ædificioꝝ extant, & tabulę plurimę latinaꝝ literaꝝ, tum & nũmi Romanaꝝ legionũ, ad Istri ripas contra Germanos excubantiũ testes. Ibi Vianã fuisse, inq̃t, non ausim asserere, tam diuersa sententiũ contentio, ne dicã audacia durat.

Bœotia. Bœotij. Sus Bœotica. Bœoticum. Boethi. Vienna. Viana. Petronella.

Protinus exiliens rapido uiolentior Euro
Agmine Saxonum, in medium procedit Alartes.
Huc precor o Proceres, de tot modo milibus unum
Mittite ait pugnæ, ueniant quicunq;, morabor,
Audaces animi: atq; utinam mihi monstra darentur
Taurominitanis qualem Polyphemon in antris
Esse reor, uel cum rugit sub rupe Typhoeus
Concussa, & moto cærealis fluctuat Aetna.
Aut Libs Antæus, Lapythumq; immanior omni
Hylæus turba: non hic cratera lyeo
Spumantem multo, uibrataq; pocula Marte,
Sed totum aspicies undantem sanguine terram,
Vulnificum medio cum proruit aëre plumbum.
Attoniti tacuere omnes, pauor ipse silentes
Efficit, & nulli tentant contra ire furentem.
Tandem Vandalica cretus de gente Menesteus
Voce grauis, toruisq; oculis, cultu horridus, atram
Demulcens barbam, contra indignatur, & acer
Aerisonos uasto tollens cum murmure cæstus,

Morabor. Particula per interiectionem legenda.

Lapythũ. Quos Hercules & Theseus in Nuptijs Pyrithoi uicerunt. Sedes habuere Plinio tradente in Pindo & Othry montibus.

Lapythum sedes.

Ad cœlum iacit,& ſurſum intra nubila condit.
Expauere Dei,tremuit nymboſus Orion,
Et pallens celeri fugit Proſerpina curru.
Stant hinc inde minæ,furor huic,illi aſpera uirtus
Et Marti par dextra ferox, ſed diſparis uſus
Conſilium,ſtimuloſque necis,uiresq; miniſtrat.

Luna multinomina.

Vtque locum tenuere,oculis perluſtrat uterque
Alterius uires,aciemque in uulnera tendit.
Viſu animi ſtupuere omnes,timor obſtruit ora.

Proſerpina Luna.

Fugit Proſerpina. Id eſt, Luna. Nam Ceres, Hecate, Diana, Phœbe, Luna,Proſerpina ꝓ eodem fere numine accipi diximus. Omnia eñ nomina ad potentiã Lunæ referuntur. Proſerpina enim idcirco dicitur, quoniã Luna curſu ſuo proſerpere uidetur,cum modo hac, modo illac deferať: quare et omniuagam quoq; dixerunt. Hinc etiam fictum, cum Cerere & Plutone concordiam initam, ut ſex menſes apud inferos, totidem apud matrẽ eſſet, propter curſum Lunarem. Luna enim dimidium anni apud nos eſt, dimidium apud Antichtonas.

Non aliter quam ſi concurrant forte leones
Littore arenoſæ Libyes, aut Indica tigris
Pugnam agat in tigrim: uaſto ſilet æquore Ganges
Attonitus,ſubterque pauens,celer Indus anhelat,
Erecta fremit aura manu:explorataque tandem
Pondera permenſi,ſeſe uigilantibus una
Inuaſere oculis,cæſtu latera ardua pulſant,
Ingeminantq; ſonum,ſtridentq; ſub ictibus æra.

Vtq; cauis Auſter frangit tumida æquora ſaxis
Littora conclamant,ſyluæ,freta,nubila,montes.
Hic leuior pedibus,ſaltu ſtridentibus inſtat
Cæſtibus:aſt alter grandi maturior æuo,
Suetus Vandalicas intercertare palæſtras
Arte ualet,uigor ingenio,experientia Martis,
Nunc rotat aduerſum,nunc in ſublime fatigat
Brachia,nunc celeri declinat pondera lapſu.
Verum alter,cui non tantum rationibus uti
Mens furijs agitata poteſt,tantumq; nocendi
Prodigus,incaute totus ruit,& nocet ipſi
Sæpe ſibi,& uires animoſo conficit ictu.
Cautior alter erat,ſæpe ingenioſus in hoſtem
Effurit ut præceps,fallitque,ſupraque minatur
In caput,ac læſis liueſcit pondus in harmis.
Vincitur arte furor:tamen inſtat & ille,fremitque
Dentibus horrendum,immane ac mirabile dictu
Sanguineus,tollitq; altum ſuper æthera crudum
Tergus,& in celeres intendit brachia gyros.

At læſis. Scribe, ac, uel, &, pro at, ut ipſe ſenſus requirit.

Sic ambo inſurgunt,quales per prata feruntur
Pugnantes tauri,uel cum duo flumina ripis
Concurrunt,pulſiq; fremunt ſub gurgite cautes.

Et iam certantem labor, & suspiria utrunq;
Aegra fatigabant: sed prouidus arte Menesteus
Sæpius ipse sibi, uacuoq; pepercerat ictu.
Atq; ut perfractum pugnando uidit Alartem,
Brachiaq; ærisonos uix attollentia cæstus,
Erigitur, pugnamq; nouus uelut isset in ipsam
Cedentem toto cæstu ferus impetit aruo:
Nunc humeros, pectusq; ferit, nunc tempora circum
Illidit uulnus: fluit atro sanguine campus.
Mox Saxon cadit infrendens, pallentiaq; ora
Intorquens rabie, stridet graue: protinus omnis
Excutitur casus dira ad spectacula pubes.
Desuper incumbit uictor, totumq; supinat
Pectus adhuc toruum, & flammas spirantia ad auras
Guttura: cogissetq; animam dimittere circo,
Ni Cæsar dextra finem, nutuque dedisset.
Accurrunt fortisque Dryas, acerque Melampus,
Egregiusq; Thoas, stimuloq; agitata furoris
Pectora demulcent, & forte Menestea dicunt
Victorem, exanguemq; ferunt, stratoq; reponunt.
Huic cæstum insignem, & longæuũ cornibus Vrum
Præbuit Austriades, tanti pro munere Martis.

Sorte Menestea dicũt Victorem. Id est, casu, ut scilicet iracundum animũ demulcerent, non uirtute uictorem fuisse.

Prouocat interea, quos iam lanuginis ætas
Prima tenet, nullaq; gerunt ora aurea barba,
Cursus, pacis opus, studium nec inutile belli.
Stant circum iuuenes euincti tempora ramis
Sthesicorus longe ante alios (cui plurima formæ
Gratia) se coram uultuque, oculisq; micantem
Certaturum offert: sequitur Saxonus Opheltes:
Et uictor Phrysia multum inclamatus arena
Alcydamas, celeres fama hunc præcurrere uentos,
Et gelidas inter deprendere dorcadas alpes.
Nec minor hoc Thrasias, Phlegiasq;, et Auarpiꝰ Aebron,
Ocyor hic Parthi iaculo, cressisq; sagittis.
Multaq; præterea properat sine nomine turba.

Auarpius Aebron. Id est, ex prouincia Saxoniæ. Nam Auarpi, ut diximus, partem Saxoniæ incoluerunt. Auarpi.

Extemplo nudant artus, super aureus omnes
Sthesicorus micat, huic uultus effulget imago
Pulchra, Deo similis: qualem Tegeæus alumnus,
Aut læta ostendit facie crinitus Apollo.

Tegeæus alumnus. Mercurius. a Statio Tegeaticus dicitur.

Vt chlamydem posuere omnes, micuitq; peruncta
Nuda oleo de more cutis, sub limina clausi
Expectant auidi signum, quo grandinis instar
Corripuere dato spacium, uolat ocyor Euro
Vncta cohors, Partiq; fuga, atq; his tardius isse
Credebantur equi, stupet aura, notusq; uolantes.
Sthesicorus iam prima tenet spacia, instat Opheltes
Attingens humeros, Thrasiæ sed tertia palma est,
Proxim9 Alcydamas, Phlegiasq;, sed ultim9 Aebron.
Pone sequebatur puerorum incognita turba,
Intenduntq; pedes: iam paulum elapsus Opheltes
Sthesicorum exuperat: celer huic par, imminet asper
Alcydamas, paruoq; tenet discrimine cursum,
Ambiguumq; uter inde prior data signa subiret,
Currebantq; pares: sed non tulit ista secundo
Sthesicorus spacio, fundensq; a uertice crines,
Auricomo ueluti Paphius cum Lucifer astra
Exuperat cursu, cunctosq; intermicat ignes,
Transadijt, celeriq; fuga præuertitur omnes.
Pone subit Phlegias, spacijq; extrema tenebat.
Anteierat, sed forte pedem puer Aebron Opheltis
Supplantat pede, proh dulci sors inuida palmæ,
Hic cadit in uultum, putriq; recumbit arena,
Sthesicorus sic ante fugit, uictorq; propinqua
Limina pronus init, foribusq; irrupit apertis,
(Stabant namq; fores circo) cursuq; secundo
Alcydamas fertur, sed tertius Aebron, eumque
Pone secat Phlegias, sed casu extremus Opheltes
Exclamat longe: si præmia prima darentur
Sthesicoro, indignũ. nam me puer improb9 Aebron
Impedijt, palmamq; dolo mihi sustulit, inquit.
Sic fatus, lachrymis oculosq;, genasq; madescit,
Et Regem implorans, scindit quoq; pectora planctu.
Sthesicorus contra palmam petit: ipsa iuuabat
Præstans ambrosios iuuenilis forma per artus,
Et decus in uultu, lachrymisque accesserat ortis
Gratia, contenduntque pares. Compescite litem
Cæsar ait pueri, torquem qui primus habeto,
Hic tuus arcus erit, pharetras plebs cætera sumat,

Athletæ cur oleo uncti.

Anancophagia.

Coliphium.

Athletæ qui

Palestræ.
Dromes.
Pyctæ.
Discoboli.
Haltici.

Nuda oleo de more. Scilicet antiquo Athletę em̃ oleo ungebant se, ut minus præhẽdi possent, fluente lubrico olei humore. Praeterea certo q̊dam uictu utebanť & necessario, ad comparãdas uires firmitatẽq; corporis. Huiusmodi uictum Athleticum Aristoteles Anancophagiam appellat in Politicis: quasi cibi sumendi necessitatẽ. Panis quo utebanť, coliphium dicebať. Iuuenalis. Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucę. De huiusmodi Anancophagia loquitur Apostolus prioris ad Corithios nono. Quẽ Apostoli locũ pulchre enarrat Budęus in Annotationib. in Pandectas, indicans eiusmodi uerbis Apostolicis uitam nostrã instituendam esse ad exemplar Athleticæ. Porro Athletarum noie Gymnicos omneis intelligi uoluit Pollux. Hij autẽ sunt Palestræ, id est, luctatores: Dromeis, id est, cursores. Pyctæ, id est, pugiles: Discoboli, qui discũ in sublime iaculantur: Haltici, qui saltus pernicitate cõtendunt. Tardius isse. Pro iuisse, & sic legas, nõ ipse, iuxta priorem editionem.

Sic omnes dono cũrsus Rex optimus æquat.
Post ubi currendi labor est exhaustus, ad unctam
Signa uiris micuere palen, animosa citantur
Pectora luctantum. Properat quem gloria Martis
Tangebat iactator auum, stirpisq; Machareus
Læuonum de gente satus, qui corpore laxo
Cyclopem exuperans, cœlum prope uertice pulsat.
Sed uigor effœtus, roburq; in mole refriget,
Nec sibi consimiles uires natura ministrat.
Qualis nymboso deprenditur æquore uento
Vasta ratis, crescunt undæ, freta concitat Auster,
Tempestasq; mouet uulso uada cærula fundo.
Illa mare insidit, premiturq;, & tarda supinum
Vix caput attollit hiscens compagine moles.
Hunc contra insurgẽs animoso pectore Tharcon,
Sæpe Caledonia solitus sudare palæstra,
Haud timet ingentes artus, sed protinus extra
Vnxit Palladio gaudentia membra liquore.
Stabat uterq; ferox, & oliuæ puluere fusum
Desiccant laticem, mox, ceu duo fulmina contra
Proruerent, uel cæsa ornus propelleret ornum,
Currunt in pugnam: ruit alta mole Machareus,
Nec bene curuatur, tantum trudebat: at alter
Pectus agens, humeris collum summittit, & urget
Complexus medium dextra, læuaq; reuincit,
Exhauritq; uirum, & compressis ilibus arctat:
Ponderibus premit ille suis, nexusq; resoluit
Insertasq; manus, iam creber anhelitus olli
Crescit, & humentes feruent sudoribus artus.
Conseruere manus iterum, nunc pectore pectus,
Nũc genubus genua ægra labãt, nũc pes pede contra
Calcatur, nexuq; parat crus crure ruinam
Ambobus, nunc terga retrocedentia Tharcon
Vi nectit multa, nodisq; interplicat arctis,
Et uastum attollit (uisu mirabile) monstrum.

Ad unctam Palem. Id est, Palestrã. Maro. Pars in gramineis exercẽt mẽbra palestris. Genus luctæ quoddã Palestra dicitur. Vnde Palestritæ dicti, qui eius sunt periti, et palestrici. Palestræ tñ appellatio artẽ oẽm Athleticam cõplectitur, ut ex Quintiliani uerbis colligimus. Si quis, inqt lib. secũdo, palestræ peritus cum in aliqd gymnasiũ uenerit, expertus eorum omni modo corpus animũq; discernat, cui qsq; certamini præparandus sit. Et rursus. Namq; erit alius historię magis idoneus, alius cõpositus ad carmen, alius studio iuris, ut nõnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet hæc dicendi magister, quomodo palestricus ille cursorẽ faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliudue qd ex ijs quæ sunt sacrorũ certaminũ. Est & alia Palestra, quæ motus & flexus decentiam docet, quæ & Chironomia lex gestus a Quintiliano dicit in primo. Ab heroicis ipsa tẽporibus orta, & a sũmis Græciæ uiris, atq; ab ipso etiam Socrate, a Platone quoq; in numero ciuiliũ posita uirtutũ, a Chrysippo i pceptis de liberorũ educatiõe cõpositis non omissa. Quã artẽ oratori necessariã esse ipse idẽ late in. 11. docet. Palestra igit decentiã illã significat, qua status, motus, flexusq; corporis, ac oẽs oĩno habitus uenustatẽ quandã leporẽq; p se ferũt: quã q nõ didicerũt, ij apalestri ab antiqs dicti sunt. ut apud Cicer. in oratore pfecto. Itaq; quales eorũ motus, qs apalestros Græci uocant, talis eorũ mihi uidet oratio, qui non claudũt numeris sententias. Itaq; Quintilianus in nono significare uolẽs orationem forensem nec plane numerosam esse debere, qualis Panegyricus ille famigeratus Isocratis, nec rursus numeris uacare, ita inquit. Sicut enim quos palestritas esse nolumus, tamẽ esse nolumus eos, qui dicunt apalestri, Hodie aũt huiusmo

Palestra.
Palestritæ.
Palestrici.
Chironomia.
Apalestri.

Phonaſci. Phonaſcia.

di inſtitutores nulli ſunt. i. paleſtrici: quemadmodū nec phonaſcos habemus. i. formandę uocis magiſtros, quales apud antiquos fuerunt: quorū ars phonaſcia a Theophraſto dicitur. ut idem Budæus libro quo ſupra citato teſtat. Hæc uulgo quia cognita non ſunt, libuit adſcribere. Cætera ludicrorū genera, ſi petis, idem ille Budæus diligentiſsime collegit. Caledonia. Britannica. Palladio liquore. Hoc eſt, oleo, quod Palladi dicatum ferunt. Olei natura tepefacere corpus, & contra algores munire. Vſum eius ad luxuriā inuenere Græci, uitiorū omniū genitores, in gymnaſijs publicando. Autor eſt Plinius. Diodorus libro ſexto ſcribit, quod Palladi olearū, oleiq; educendi inuentionē tribuunt. Nam ante huius Deæ ortū erat hæc arbor cum alijs ſyluestribus immixta, olei uſus aberat, cum eſſet ignota. Maro. Adſis o Tegææ fauens, oleæq; Minerua Inuentrix. Præterea multa alia inueniſſe uolunt Palladam, de qua hoc ipſum teſtatur Ouidius tertio Faſtorum hoc carmine. Mille Dea eſt operum, certe Dea carminis illa eſt.

Olei natura. Olei inuētrix Pallas.

Lucta Antæi, & Herculis.

Non ſecus Herculeis Libs exudaſse lacertis
Fertur, & intacta, ſublatūs in aëre, terra,
Indignantem animam tenues uomuiſſe per auras.
Nititur hic contra, & ſupra caput improbus aſtat
Mole graui, uiresq; premit Tharcontis, & ardet
Olli felle iecur, magnoque effœtus hiatu
Spiritus egeritur, fremit altum, turbidus ore
Eructat ſaniem, & uaſtis complexibus horret.
Intumuere tori rabie, raptuſque pudore
Ingentes motu prægrandi concutit artus.
Sic Elephas fixam mota cute diſcutit haſtam,
Quam curuo Garamas, Naſamonue intorſerit arcu,
Excutitur Tharcon, digitorum uincula frangit
Tempeſtas, fortique abigit Tharconta repulſa.
Semiuir exclamans reditu uiolentior inſtat
Tharcon, & Obnobios æquantem uertice montes
Circuit, inque humeros pectusq;, latusq; minatur,
Inſidijſque locum captat. Ceu rupibus altis
Menalij Pholöes, clauſum lupus ambit ouile,
Perluſtratque oculis aditum. ruit arduus ille
Aduerſum, tantoque gemit ſub pondere tellus.
A latere interea Tharcon uolat, ilia nexu
Alligat, exhauſtamque premit iam uiribus aluum.
Ille reluctanti ſimilis, ſimiliſque cadenti
Arctatos crurum nexus, manuumq; requirit
Soluere nequicquam, at ſublimem tollit in auras
Diſtractis pedibus Tharcon, penituſque labantem
Truſit in obliquum: ruit alta mole Machareus,
Inque putri iacuit uultu reſupinus arena,
Puluerea inficiens ora indignantia terra.
Sic exciſa abies, ſic & Germanica Taxus,

Antheus.

Antæus.

Libs. Antęus. Huius cū Hercule luctā multis carminib. Lucanus cecinit lib. quarto. Meminit Claudianus in pfatione libri ſecūdi Raptus. Non cadere Antęo. Plura Dionyſius lib. quinto. Plinius ait hæc fabuloſiſsime ab antiquis narrata. Antæi fabulā allegorice exponit Fulgētius ſecundo Mythologiarum lib. Antæus, inquit, in modum libidinis ponit. Vnde & ἀντίον, contrarium dicimus. Ideo & de terra natus, quod ſola libido de carne concipitur. Deniq; tacta terra ualidior exurgebat. Libido enim quāto carni conſenſerit, tanto ſurgit iniquior. & cætera. Parrhaſius ſcribit, Antheus flatili, r, filius Anthenoris, quē Paris amauit, & imprudēs interfecit. Vnde ad declinandā cædis inuidiam, Spartā fugit ad Menelaum: qd apud Licophronem legimus. Idē nomē in Aeneida Maro tranſtulit. Antæus alter abſq; aſpiratione Neptuni filius ex terra ſuſceptus, ſexagita cubitis adoleuit, ut autor eſt Pherecydes. Id diu fabuloſum uiſum eſt, anteq; ſuprema eius oſsa Olympiam allata, miraculo fidē feciſsent. Plutarchus ait, Romano

Aëreæque Orni, ſic coniferæ Cypariſsi
Procumbunt, circumq; imæ dant murmura ualles.
Tandem ſurgit humo, fœdataq; puluere Saxon
Ora gerit, uicti Rex ad ſpectacula riſit,
Cæteraque erecti plauſerunt agmina circi.
Palmam Tharcon habet, uiridiq; decorus oliua
Candida purpureis ſubnectit tempora tænis.

rum Ducem Sertorium apud Lygēnam oppidū Libyę effoſſo ſepulchro, quod incolæ Antęi dicti tabant, humanum cadauer inuſitatæ molis inueniſſe. Sublatus in aëre terra. Nam Antæus proſtratus a terra matre uires accipiebat, & q̄dem maiores: ea re cognita a terra abſtinuit Hercules, & ſublimem domuit. Iuuenalis. ceruicibus æquat Herculis, Antæum procul a tellure tenentis. Palephatus huic fabulæ locum datum putat, quod eſſet implicandis explicandisq; humi nexibus in paleſtra peritiſsimus. Exudaſse. Sic Statius libro ſexto. Terrigenam ſudaſse Libyn. Illic Placidus interpres ſcribit id factum apud Sumentum Aphricæ ciuitatem. Pholoes. Pholoe mons in Arcadia. Mænalij. Arcadici: ſumpto epitheto ab alio Arcadiæ monte, qui Menalus & Menala dicitur, qui cum cæteris Dijs alumnis inclaruit. Solino teſte. Subnectit tempora tænis. Pro tenijs, per ſyncopen: & pro uittis poſuit, hoc eſt, ornamento capitis. Maro libro ſeptimo. fit longe tęnia uittæ. ubi extremitates in uittis ſignificantur.

Lygenna.
Sumentum.
Pholöe.
Menalus.
Vitta.
Tænia.

Condiderat Titan iam feſſus in æquore lucem,
Ruptum opus in circo, ludos uocat altera ſacros
Lux, ortuſque die: ſolio tunc ſurgit ab alto
Cæſar, quem Proceres medium intra limina ducunt
Septum armis: ipſe altus medijs in milibus ibat.
Phocaicis ueluti Phœbus mouet agmina Delphis
Maternam in Delon micat, & ſupereminet omnes.
Vel cum cœlicolas inter ſe Iuppiter aureus
Admiſcet, curas paulum, fulmenque remittens,
Lucifer interea, & Sol fulgentiſsimus orbi
Aduexere diem, rurſus ſtipante caterua
Egreditur Cæſar: ſic inter ſydera, & altos
Surgens mane nouo reſplendet Phoſphorus ignes.
Tunc ſolio affatur cunctos, & talibus hiſcit
Accipite ergo omnes, animoq; hæc figite dicta,
In primis fluuio nandum. nam priſcus auorum
Ludus erat, iuuenumq; labor, cum martia tela
Ianus, & armorum triſtes compeſceret æſtus.
Adſit item quicunq; arcus ſcit tendere eburnos,
Poſtremum iacto claudam certamina diſco.
Sic ait, & rapido ſpumantem gurgite Rhenum
Perrexit: trepidant populi, ſtudioq; uidendi,
Non certaturi genus innumerabile uulgi.

Ortusq; die. Pro diei. nam ut ſuperius autoritate Maronis oñdimus, antiqui die, in gignendi caſu protulerūt. Phoſphorus. Latine Lucifer: de q̄ Vitruuius lib. nono ita inquit. Id autē maxime ita eſſe cognoſcit̄ ex Veneris ſtella, q̄ ea cum Solem ſequat̄, poſt occaſum eius apparēs, in cœlo, clariſsimeque lucens Veſperugo uocitat̄. Plautus in Amphitriōe. Nec Iugulæ, nec Veſperugo, neq; Vergiliæ occidunt. Alijs autem temporibus eum antecurrens, & oriens ante lucem, Lucifer appellatur. Huius ſyderis naturam Pythagoras Samius primus deprehendit, eodem Vitruuio & Plinio autore.

Phoſphorus.
Veſperugo.
Lucifer.

Nam priſcus auorum ludus erat. Natādi uſum, inquit Vegetius, æſtiuis menſibus omnis æqualiter debet tyro condiſcere. Non enim pontibus ſemper flumina tranſeuntur. Ideoq; Romani ueteres Campum Martium uicinum Tyberi delegerunt, in quo iuuētus poſt exercitium armorum, ſudorem pulueremq; dilueret. Ad quod reſpiciens Horatius libro Odarum primo, dixit. Cur timet flauum Tyberim tangere? Sed melius eſt, ut ad ueteres Ger-

Natandi uſus.

Germani nandi peritißimi.

manos referas, quibus iuge fuit ſtudium nandi, etiam ut Mela ſcribit libro tertio, ſæua hyeme. Herodianus item ſeptimo libro multa de ſuperioribus Germanis, deq; amnibus Rheno & Danubio locutus, inter alia, ut Politianus tranſtulit, ſic refert. Sunt autem Germani peritißimi natandi, ut qui tantummodo in fluminibus lauentur. In eandem ſententiam Tacitus tradens Germanos, ut fluminibus ſuetos, nandiq; peritia eximios, frequenter commendat. Irenicus pluribus libro Exegeſeos ſecundo noſtris nandi uſum uendicat. Durat hodie quoq; id ſtudium, ſed quod ſciam, ut Vadianus ait, hyeme minus.

Iamq; aduentarant ripæ, uis ignea pubem
Sollicitat, laudumq; decus, ſic quiſq; uolabat
Ad fluuium, & ſertis ſe uerſicoloribus ornat.
At primum Alcetes: & flauo uertice Pentheus
Vangionum de ſtirpe ſatus: fratresq; Melinus,
Alter Imas, duo Pannonij: ſed Rhęticus Aiax
Ante omnes arcto ueſtem diffibulat auro.
Membra nitent, extraq; decus reſplendet apertum
Pectoris, ipſe oculos oleo de more perungit,
Nudatosq; artus: ſequitur quem cætera pubes
Phedimus: intonſusq; Idas: pulcherq; Phenæus:
Et breuis Antenor: naſoq; reſectus Hyalcas:
Lyntius Haſtidamas: triſtiq; ſub omine natus
Hyrcius: & tortis incedens cruribus Andes:
Sarmaticusq; Polas: uaſtoque aſſuetus in Albi
Nare Capys, celeresq; manu deprendere piſces.
Vt nudi effulſere artus, facto impete ripa
Deſiliunt, fluuijq; ſecant uada cærula palmis.
Exoritur nantum fragor, & ſtridore reſultat
Littus, ubi medias rixam incæpere per undas. (Rixa.)
Nunc ſubter labuntur aquas, nunc deſuper acti
Vrinantq; uado, & uulſas oſtendere arenas
Quiſq; cupit: tectus ſpumis ingentibus Aiax
Enatat ante alios, & hians in gurgite uaſto
Victor erat, curſuq; alacer ripam inde legebat. (Vrinari.)
Qualis in Ionio Meliten, pulchramq; Dionem
Glaucus amans ſequitur, uiridiq; excelſus in alga (Vrinatores.)
Nunc uolat, & Ponto uelox nunc mergitur imo.
Adnantem talis recta ceruice Melinus
Proſpiciens, quo pergis ait? ſimul iſta locutus
Voluitur in caput, & ſubter uada cæca reluctans
Fertur aui ſimilis, flatumq; occludit in aluo, (Cybiſteteres.)
Impellitque manu fluctus, & ſeparat undas.
Miranturq; moram cuncti, creduntq; ſub imis

Rixam. Certamē, contentionem. Cicero. Rixa eſt inter competitores.

Vrinantq; uado. Neutra uoce protulit. ut Columella lib. nono de Anſeribus loquēs, inurinare dixit. Significat aūt urinari, in caput mergi. quo uerbo Plinius, teſte Budęo, ſæpius utiť. Inde urinatores, ut quidā uolūt, ab urna dicti. Quam uocem Accurſius male interpretatus eſt in l. nauis onuſtæ. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. Homerus Cybiſteteras uocat, a uerbo κυβιστᾶν, q̄d in caput ferri, deuoluiq; ſignificat. Huiuſmodi eſt

Vorticibus pressum, subito cum flumen ad auras
Egreditur, sursumq; caput, crinesq; madentes
Attollit: turbat uictorem, abigitq;, premitq;.
Ille leuis ueluti sub flumina mergitur hasta,
Quam mox impatiens unda eiaculatur ad auras.
Pone hunc a tergo frangit spumantia Pentheus
Aequora, nec lapsis requies datur ulla lacertis.

enim habitus urinantiū, cum gurgites subeunt. Pulchrāq; Dionē. Sic legendum, ut mutatum alibi uidimus. Nam Thalia pro nympha maris, & filia Doridos & Nerei penultimam correptam habet. Cæterum Dione una ex filijs Oceani, & Tethyos filia fuit. Melite autem Doridos & Nerei.

Dione.
Melite.

Non equidem Europes taurus sic nauit adulter,
Prosecuitque fretum, nec sic sua brachia mouit
Pulcher Abydenus, cum Sestias anxia cura
Spumantes per aquas adnantem uidit, & alta
Turre dedit signum furtorum conscia lampas.
Fluctuat uncta cohors, fremituq;, et uoce reclamat
Ripa amnis, stimulat cunctos sic ardua uirtus.
Et iam Vangionum cretus de stirpe Melinus
Cursu inhiat ripæ, leuis Idas, Sthesicorusque
Adnantes obliqua tenent, & uiribus obstant
Remigijsq; humerum, fugientemq; inde Melinum
Impediunt, reuocantq; fugam, clamoribus Andes
Excitus, motum pedibus diuerberat amnem,
Læuus Imas fertur: ruit alter in æquore Panno
Dexter, & assuetus gelidum transnare per Istrum
Vix mouet excussis in flumine brachia palmis.
Hyrcius extremo luctans certamine, uictus
A rapidis raptatur aquis, & uortice uasto
Opprimitur, subterque imas reuolutus arenas,
Expirantem animam sub gurgite condidit imo:
Dant lachrymas, casumq; gemunt insontis amici.

Taurus adulter. Nempe Iupiter. Nam, ut ad finem secundi Transformationū cecinit Ouidius. Ille pater rectorq; Deū, cui dextra trisulcis Ignibus armata est, qui nutu cōcutit orbem, Induitur faciem Tauri, mixtusq; iuuencis Mugit, & in teneris formosus obambulat herbis. Europes. Europa Agenoris filia, quā in formā Tauri conuersum Iouē abegisse notius est, q̄ ut hoc loco fabula referri debeat. Sed qui malunt sequēdas historias esse, produnt Europā ipsam naue, cuius insigne Taurus esset, deuectā. Pulcher Abydenus. s. Leander ex Abydo intra quā & Seston, contrapositā septem stadiorū mare interlabitur Plinio. Abydos Asiæ est, & Sestos Europæ. Abydos ipsa nobilis Leandri fato in Hero pereuntis, & eo freto mersi. Vnde Leandriū Hellespontū Silius dixit lib. octauo. Mille rates uidit Leandrius Hellespontus. Tu uide, ne ubi producit prima syllaba græcorū de more, Leiandrius sit scribendū: ut apud Ouidiū quoq; scribi debere admonet eruditissimus Baptista Egnatius. Sestias anxia cura. i. Hero puella, quæ in Sesto nata est. Anxiæ curæ, hoc est, amoris, inter Leandrū & Hero ex Ouidij epistolis fabula notissima est. Extat de hoc ipso amore, ut dixi, apud Musæum libellus. itē meminit Seruius in Georgicis. Turre dedit signum furtorum conscia lampas. Id est, amoris, Veneris, adulterij. Nam furtum, adulterium significat: & dulcia furta dicit Maro, quoniam clam fiunt & rapi quodammodo uidentur. Hic locus sumptus est ex Musæo, qui Lucernam alloquitur in principio operis, quam Hero puella amanti signum ex turri dabat. Et Statius ait, moritur prope conscius ignis. Noster autem dicit, furtorum conscia lampas. Pulchra est in similibus Poëtarum zelus & æmulatio. A rapidis raptatur aquis. Vnde superius dixit, tristiq; sub omine natus Hyrcius.

Iupiter in Taurum.
Europa.
Leander.
Abydos.
Sestos.
Hero.
Furtum.

Interea Anthenor, uultuq; informis Hyalcas

Vultuq; informis Hy-

Alta tenent, Atacen ſuperantes, Therſilocumq;,
Formoſumque Idan, & flauo Penthea crine.
Parte alia non ſegnis Imas, & Pannon anhelans
Ambo pares annis, animoque, & uiribus ambo,
Ambo ſueti undis, alternis nexibus arcti
Ripæ aduentabant primi: nam cætera pubes
Lapſa erat, & longe uaſtis errabat in undis,
Et ſimul optata madidi potiuntur arena.
Dant plauſum, fremitusq; uirū caua littora cōplent.
Poſcit Imas palmam, Pannon negat, actus uterq;
Inuidia eſt, creuere minæ, prior improbus ante
Naſum. Pannon ait, uici: irarumq; impulſus ab æſtu
Proruit in crines, & uerbere pectora plangit.
Infandum proclamat Imas, ſimul ilia nexu
Naſati. Complicat, obliquumq; ferox proſternit arena,
Luminaq; iniecto niuentia puluere cæcat,
Oraq; contundit pugnis, genubusq; reflexis
Indignantem animam nixus premit: ille reluctans
Euellit crines, & morſibus inſtat iniquis.
Exilit Alcetes fluuio, fraterque Melinus,
Atque alter Pannon, quartus ſub littoris oram
Phedimus, intonſusq; Idas, pulcherq; Phenæus
Nabat adhuc, tortusq; Andes, & turpis Hyalcas,
Haſtidamasq; acer, ſed læua parte ſecabat
Antenor, iunctusq; Polæ, Capys exit ab amne,
Concurrunt, dirimuntq; ambos, animisq; furentes
Conciliant, Regemq; peti in diſcrimine tanto
Imperat Alcetes, trabea rate trans uada uecti
Iudicium magno Regis clamore requirunt,
Fœdati uultus, & tunſi pectora pugnis.

alcas. Quia, ut ſuperius dixerat, naſo reſectus erat. Quanta uero deformitate deturpetur facies uel naſo, uel naribus modo mutilis & reſectis, admonet illud Maronis. Et truncas inhoneſto uulnere mares. Plautus in Captiueis denaſabit, ꝑ naſo priuauit dixit, uerbo nouo opido q̃ licenter ficto, a de, & naſo, ut ait Pylades. Idem in Amphithryone adnotauit, Plautū neutro genere naſum protuliſſe, non aliterq; a Lucretio uultū. referentes uulta parentum. A naſo Naſati qui ut Lampridius aduertit, uiriliores ac belle mutoniati dicūtur. Vnde Parœmia de naſatorum peculio, uulgo extritū utique, Naſi magnitudine mutonis concipi quātitatem quoq;. Naſi prognoſtica ex Phyſiologia notat Galeotus libro de Hoīe primo. Perſæ homines habentes aduncū naſum amant, eosq; pulcherrimos putant: eo q̄d Cyrus amatus maxime Regum aduncū naſum habuit. autor Plutarchꝰ in Apophtegmatis. Plinius lib. ſexto tradit gentes eſſe ſine naribus, æquali totiꝰ corporis planicie. Alias ſuperiori labro orbas. Alias ſine linguis, & cætera. Narium fabricam & officium eleganter deſcribit Lactantius Firmianus cap. undecimo, eius operis quod de opificio Dei inſcripſit.

Ambo. Ambo pares annis. Ambo, græca dictio, & apud illos per o, longum ſcribitur, & ita uertitur: apud nos tamen latini in multis, o, mega in, o, breue mutant. ut Maro Sidoniā chlamydem dixit. & tamen Sidones per, o, longum ſcribuntur. Lucanus, Aedones Ogygio. cum Aedones ſimiliter per, o, longum ſcribantur. Item Aenotrij coluere uiri, in o, breue mutata dictio. niſi mauis legere, Aenotri. Nam Stephanus tradit Aenotrus, & Aenotrius poſſeſsiuum oriri. Sed &, ut in Reuchlinianorum Progymnaſmatum enarratione oſtendimus, ut illic omnia diffuſius, apud Græcos frequens eſt uſus, ut o, longum in breue mutant.

Diſſona uox uoti eſt, uarium & mutabile uulgus
Suffragi, hic merita decorabat Pannona fronde,
Hic nantem laudabat Imam, & ni palma daretur,

Et mutabile uulgus Suffragi. Pro ſuffragij. quia ꝑ libidine ſua uulgus, non ratione dat,

Iuſticiam

auferentq; uota, nec certos in eo polliceri nobis fauores possumus.

Iusticiam non stare loco: dum hinc indeq; feruntur
Proni animi, Regis fecere silentia nutus.
Tunc ait, o iuuenes, tantam compescite litem,
Par fuit amborum uirtus, par cursus in unda.
Rursus aquis tentandus honor, rursusq; secandus
Gurges, & in cursu fraus absit, abite, simulq;
Limite currentes flumen transcendite ab uno.
Sic fatus Cæsar, tacito tunc pectore supplex
Puluerulentus Imas, fluuiorum numina adorat.
Dij qui per rapidos bigis decurritis amnes,
Labentes supra, subterq; fluentia terras
Aequora lustratis, præsens aduertite numen,
Atq; meas audite preces: tuq; o mihi dexter
Adsis Rhene pater, thalami Deus arbiter olim,
Namq; tuo prolem proiectam in flumine Celtas
Explorasse nouam referunt: si littora tangam
Ipse prior, sacris fumantia lancibus exta
Imponam, & niueum mactabo in littore taurum,
Porrijciamq; altas fragrantia uina per undas.

Thalami Deus arbiter olim. Hoc dicit propter ueteres Germanos, quibus mos fuit, puerpera clypeis imponere, ac in torrentiorem Rheni partem abijcere. Ita enī legitimi ne filij essent, explorabant. Si enim suffocabant aquis, adulterinos credebant: si incolumes recipiebant, ex se natos arbitrantes. Idem Psyllos factitasse, autor est Plinius: qui ut fidem coniugalem cognoscerent, filios statim æditos inter serpētes abijciebāt. Lucanus in nono. Fiducia tanta est Sanguinis, in terram paruus cū decidit infans, Nequa sit externæ Veneris mixtura timētes, Lethifica dubios explorant aspide partus. Silius in primo, Nec non serpentes diro exarmare ueneno Doctus Atir, tactuq; graues sopire chelydros, Ac dubiam admoto sobolē explorare ceraste. Plura Gellius de Psyllis cap. undecimo decimisexti Noctiū Atticarų. Herodotus lib. 4. Sed hæc gēs interijt, a Nasamonibus capta. Neq; quicq; aliud pręter opinionē de uestigio nōis sui Psylli reliquerūt, eisdem autoribus Gellio, & Herodoto ubi supra. Arbiter. Hoc est, cuius arbitrio puerperiorų fides cōmittebat, et qui esset iudicaturus de fide coniugali. Hinc Claudianus contra Ruffinū, ubi laudat Stiliconis exercitū, q̄d Gallos habuerit Rheno probatos. Et q̄s nascentes explorat gurgite Rhenus. Parrhasius in tertiū raptus huius Poëtæ librū scribens, Extat, inq̄t, inter græca Epigrāmata carmē incerti autoris, q̄d hunc ipsum morē pluribus uerbis exequit. Id paucioribus nūeris Antoninus Calcaterra adulescēs amplecti tentauit. Audaces rapido dubios in gurgite partus, Explorāt Celtę. &c. Rheni nāq; accolas antiqui Celtas uocabāt, posterior ætas cognoīes amni Rhenes. autor Stephanus. Porro gręcū epigrāma noster Irenicus citat cap. 17. lib. primi, q̄d Pius Bononiensis uersum in cap. uigesimūtertium Annotationū suarų posteriorū, retulit. Huius itē rei meminit Politianus lib. Epistolarų octauo: cuius uerba non adscripsi, q̄d huius uiri monumētis nihil est in Germanorų scholis uersatū magis. Haud tñ grauabor, q̄d apud Irenicū uidimus, diui Nazianzeni testimoniū adferre, Quod ita se habet. Κελτοί μὲν κρίνουσι γόνον ῥόῳ ῥήνοιο, καὶ χρυσοῦ καθαροῦ ἄνθρακες εἰσι κρίσις, hoc est, Progeniem Celtæ explorāt sub flumine Rheni, Auri iudicium carbo nitentis erit. Et idem Nazianzenus. ὡς νόθον ἐυγενέος ῥόον κριθέντα ῥήνοιο. Id est, Nobilis ut Rheni exploratus spiritus amnis. Proculus iuris ciuilis autor, dicit, Arbiter is est, a quo prouocare non licet, sed æquo, iniquoue eius dicto standum est. Seneca de Beneficijs. Melior, inquit, uidetur conditio causæ bonæ, si ad iudicem, quam ad arbitrum mittitur. quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit: huius libera & nulla astricta uinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adijcere: & sententiam suam, non pro ut lex, ut iusticia suadet, sed prout humanitas, aut misericordia impulit regere, Vnde Iudicium

Prolis legitimæ cūctatio.

Psyllorū alia cunctatio legitimitatis.

Celtæ.

Rhenes.

Arbiter.

Iudex.

Iudicium.

est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium enim hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrum hoc modo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum quantum postulauimus consequamur. Niueum taurum. Mactabatur Neptuno Taurus. Maro, Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Taurus Neptuno sacer.

Sic autem dixit, ut maiorem a numine Rheni fauorem impetraret. quasi dicat, tibi etiam Taurum sacrificabo, qui solet Oceano & Neptuno sacrificari. Propterea aliqui credunt Taureon a Græcis inter epitheta Neptuno dari.

Audijt hæc Eratoq;, Pherusaq;, Dynameneq;,
Plexaureq;, Galaxaureq;, & Dorides omneis.
Vix fluuium tetigit planta, uix brachia mouit
Cum subito ante fugit, medijsq; elabitur undis.
Cærulei impellunt illum Tritones euntem,
Flauaq; Cydippe, roseisq; Arethusa capillis
Adiuuat, & circum officio Portunus anhelat.
Ille uolat præpes. sic Menalian Atalantam
Cernere erat, cum Parrhasios fugiebat amantes
Per Pholoen, Nonacrinq;, & gelidum Lampęum.
Victor Imas tandem ripam legit, & prior ore
Attingit resupinus humum: atq; in littore ponit
Tabentes artus: sequitur longo interuallo
Iam lassus Pannon, frendensq; exæstuat ira.
Contra exultat Imas, cymbaq; undante reuectus
Donatur tauro candenti: & casside pulchra
Pannona carbaseo Cæsar solatur amictu.

Atalantæ duæ.

Carbasus.

Et Dorides oēs. Id est, quinquaginta Doridos & Nerei filiæ, quarū nomina numerātur ab Hesiodo in Theogonia. Menaliam. Quia per Arcadiā uenari solita sit. Atalantam. Eiusdem nomīs duæ fuerunt. Altera Cenei cursu nobilis: altera Iasij Argiuorū Regis filia. Propertius, sæuitiam contulit Iasidos, id est, Atalantæ. Per Pholöen, Nonacrinq;, et gelidū Lampęum. Montes Arcadiæ. Carbaseo amictu. Serica ueste, quā nunc dici puto Carmasinam. Carbasus pallium quo flumina amiciuntur, uel opulentiæ caussa ut sericum, aut lino tenui. Maro in octauo. eum tenuis glauco uelabat amictu Carbasus. Idem in duodecimo. Tunc croceam chlamydemq;, sinusq; crepantes Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro. Carbasa item pro uelis nautis intelligi a Poëtis, notissimum est.

Carbasa.

Nec mora, conueniunt arcu, pharetrisq; decora
Turba ingens iuuenū, promuntq;, acuuntq; sagittas.
In primis Saxonus Abas, & Tungrus Oraules,
Auratis squallent sagulis, & tendere neruos
Assueti Scythicos, auidi certamina poscunt.
Parte alia Alcathous, pariterque Tribotius Elmon,
Et Sueuus Lydas, & Machinæus Ianthes,
Corrhadusq; senex, claudus Lyris, et strabo Perseus,
Arma parant, fixumque oculis niuentibus orbem
Prospiciunt, ineuntque acris præludia pugnæ.
Interea Antilochus Styrijs in finibus ortus
Prosilit in medium, solitus qui sæpe uolantes
Figere aues, scopulisque auertere Dorcadas altis.
Huic fertur quondam in syluis Dictynna dedisse
Arcumque, & pharetras: & cum certaueris, olli

Niuere. Conniuere.

Tribotius, Argentoratensis, Stralzburgēsis. Oculis niuentibus. Niuere, & Conniuere, est q̄dāmodo oculos claudere. Vnde de Cęsare Dictatore legim⁹, q̄d in plærisq; conniuebat, id est, nō de omnibus putabat animaduertendum esse. Erasm⁹ ille noster docet, Prouerbiali metaphora, cōniuere dicunt, qui prudentes culpam, quā intelligūt. indulgētia tamen ac studio dissimulāt, quasiq; nō uident, id q̄d uident: quemadmodum uulgo loquunt. Vt parentes ad leuiora quædā liberorum uitia conni-

Victor dixit eris, sic fama adoleuerat ingens,
Nec quisquam audebat contra contendere neruo.
Verum altercando paulatim rixa cohorta est,
Aegre aberant pugna, uixq; atra a cæde minaces
Continuere arcus. at Cæsar cum occiduus Sol
Oceanum peteret, præsensq; habitura nec esset
Lis finem, uetuit quenquam certare sagittis.

uent. Et natura ad quædam adolescentiæ uitia, quasi conniuet. Et mariti ad quædam uxorum errata conniuendum. Et corrupti iudices in caussa conniuent. Hallucinamur imprudentes, Cęcutimus nolentes, Cõniuemus data opera. Sagittantes hpc more in sagittando utuntur, ut limis conniuentibusque oculis sagittent. Orbem. scopum, signum.

Hallucinari. Cæcutire. Conniuere.

Tunc uocat ad Discos, & ahenæ pondera massæ,
Ludorum extremum munus, quos elicit ardor
Longius emisso contendere uiribus orbe.
Protinus ingreditur campum delecta iuuentus
Tres Lysij, duo Saxones, cretusq; Batauis
Chordaulos, magnusq; Bythes, Thyrolęus Asylas,
Carnus, & Endymion, Styriaq; Meläones ortus,
Helsatiusq; Melas, & natus Amimone Phœnix.

Tunc uocat ad discos. Hoc est, iaculandos lapides rotundos, ac pertussos, ut inqt Ammonius. Ad lapides uero, uel manibus, uel fundis iaciendos exerceri diligẽter cõuenit iuniores, autore Vegetio. Itẽ Plautus de antiqua puerorꝝ institutione loquẽs, Ante solẽ, inquit, exorientẽ nisi in palestrã ueneras gymnasij, profecto haud mediocreis pœnas penderes. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, saliendo sese exercebant magis q̃ scorto. Quod de institutione Græcorꝝ intelligendum. Romani enim id genus exercitij non utebantur, teste Budęo.

Discos iaculari.

Ahenę massæ. Quæ sequunt̃ admonẽt hæc uerba, & ahenæ pondera massæ, non referri posse ad eũm Græcorꝝ ludũ, quo qui certabant halteribus utebant̃, sic eñ uocabant plumbeas pilas, massulas ue qbus utraq; manu se librabãt, ut certius assilirent. Iuuenalis. Et lassata manu cecide runt brachia massa. Tres Lysij. Alibi Lygij scriptũ inuenio. De Lygijs diximus super illud apud Picum de Cruce, ubi de Danubio loquitur. Et Lygios tandem raptu tumefactus aquarum Euxinũ ingreditur. Alij legunt. Tres Lysij: & pro tribus Slesitis, dictum accipiunt. Chordaulos, magnusq; Bythes. Sic legitur in emendato codice, & non Chorebus. Dicit autem Bythes magnus, quia ingenti fuit, ut sequitur, corporis habitu.

Halteres. Lygij. Lysij.

At primũ Endymion discum capit: omnis in illum
Flectit turba oculos, spaciumq; immane remensus,
Nunc rotat in sublime orbem, nunc pronus arenæ
Illicet insurgit, celeremq; innixus ad ictum
Vndantem emisso diuerberat aẽra disco.
Ille uolat, flexusq; trahit, compulsa uelut cum
Fluctuat Assyrio uelox, Parthoq; sagitta
Læuus abit, casuq; nequit contingere metam.
Inde Bythes molitur opus, qui corpore magno
Membrorum spacio ingenti, & ceruice superbit
Elata, tollitque altum, ceu tartara in imo
Insurgit Titius, cum esu uacat improbus ales.
Ipse suo tantum lætatur robore, disci
Arte caret: nam dum alta oculis, signumq; capessit,

Orbem, Discum.

Titius. De Titio, qui per iugera nouem, ut inquit Maro, Terræ omni parentis alumnus est, le-

Ad metam nixu horrendo dum uentilat orbem,
Elapſum manibus pondus cadit, irritus ulnæ
Conatus periȷt, dextramq; reliquit inanem.
Exoritur uulgi riſus. Poſt tertius extat
Chordaulon, terra uerſans & puluere diſcum.
Quæ pars ſit digitis, qua palma ſtet aptior orbi
Inquirit, pondusq; librat, iactumq; per auram
Immenſis agitur gyris, & nubila lambit,
Et rediens metam ternis prope conſtitit ulnis.
Callidus hunc ſequitur, doctusq; hac arte Meläon,
Quem diſco puerum teneris aſſueuerat annis
Coniugis orba parens (mirum dictu) alta ſolebat
Culmina, & impulſam tranſmittere flumina maſſam.
Protinus & dextræ, atq; ſuæ non immemor artis
Attollit, ſtipatq; latus, digitosq;, torosq;
Conſulit. ut patulo iam pugnaturus in agro
Taurus, Chaonia prætentat cornua quercu,
Inq; aciem ſtruit, & contra uiolentior hoſtem
Corruit, experta committens prælia fronte.
Nec mora contorquens maturo turbine pondus
Collimat, longaque altum deflectit habena,
Et trahit ad ſignum, medioque in uertice metæ
Condidit, atque aliȷs uota interrupta repreſsit.
Sic fruſtra Lyſiȷ, Saxonque, & Amimone natus,
Atque Melas certare negant: Tyrolæus Aſylas
Bile tumens, diſcum inſignem certamine auorum
Contorſit rapidam Rheni uiolentus in undam;
Amplius ad nullas inquit, iactabere metas.
Excipiunt plauſu, laudantque Meläona cuncti.
Mox Apices dono afferri Cæſar iubet olli
Purpureos, Chlamydemq;, infra quã cinxerat Aeno
Apex. Artificis manus, atq; undam diſcreuerat auro.
Ipſe ſuper uehitur curru, populoſque reuiſit,
Expoſcitq; ſuum iam Martia Roma tonantem.

ge eundem Maronem libro ſexto.

Poſt tertius extat. Endymion. Deleuimus Endymion, repoſito uocabulo Chordaulos, ut ſupra: quia Endymion primum diſcum iecerat.

Apices purpureos. Pro pileis, ſeu byrris, ut ut uulgo dicunt, poſuit. Dicebatur aũt apex proprie uirga lanata in ſummo flaminis pileo. Maro pro ſummitate pilei uſurpauit. Ecce leuis ſummo de uertice uiſus Iuli Fundere lumen apex. & abuſiue pro omni Apiculus. ſummitate accipitur. Eius diminutiuum eſt apiculus.

¶ Iam biſquinq; meis multum euigilata per annos
Auſtrias, elapſa eſt manibus: ſed Numina teſtor,
Me uetuiſſe diu, ne tam mea carmina partu

Iam bis quinq; meis. Eſt Poëtæ proteſtatio: debetq; ſtatim ſine interuallo ſubſcribi, ut ſit ſi-

Immatura rudi, nec adhuc uulganda Latinis
Exirent abolenda uiris. Qui legeris hospes,
Da ueniam. Canimus nullis tentata camœnis
Arma prius, Cyrrhæcꝫ ferens de uertice Musas,
Primus ego ingredior Germana per oppida Vates.
Spero autem post me, quod si mea carmina Cæsar
Pacato accipiet uultu Germanicus olim,
Semper erunt operi laudes, & gratia uiuax.

nis operis.

Arma prius. Elegos noster Celtes primus apud Germanos scripsit, Heroico carmine Ligurinus: idẽ, ut putant, Germanus, res Friderici Primi non omnino infeliciter absoluit. Primus ego ingredior. Vt nostris suus quocꝫ honor seruetur, intellige ex externa natione. Pacato accipiet uultu. Vt etiam accepit: necꝫ Poëta sine munere abiuit, maiora, si uixisset Cæsar, accepturus.

¶ LIB. AVSTRIADOS
XII. & ultimi, Finis.

N. GERBELLIVS Bartholino.

Euge tuum mirantur opus, tua carmina adorant
Pyerides, ridet conciliata Venus.
Per uirides lauros, iurat crinitus Apollo,
Nil aliud toto dulcius orbe legi.

¶ ARGENT. apud Ioannem Schottum
librarium. Anno a mundo renato
M.D.XXXI. XXVI. Augusti.

CLARISSIMO SACRI IMP. Principi Dn. GEORGIO ab Austria, Brixinensi Episcopo, Iacobus Spiegel Selestadiensis S. D.


INNVMERAE SVNT DOTES TVM ANIMI, tum corporis ornatissime Princeps, quibus totus renites, quarū unaquęlibet satis fuerit, ut quicquid usq; gentium bonorū librorum in publicū profertur, tibi unice dedicari conueniat, de quibus ego hic neq; singulis, neq; uniuersis mentionē ullam proposui: et quia illustriores sunt quā quæ aut meis, aut quibusuis exoticis præconijs egeant: et q̃d res, quæ per suamipsarum uirtutē placent, alienis laudibus grauari potius, quā commendari uideas: earū tamen nō postremo loco referendæ essent, siquis omnino soli facē admouere uelit, auspicata noīs felicitas, et uerenda grauitatis tuæ autoritas, quę in te tantæ conspiciunt̄, quantę in alio nemine. Vnde me operę precium facturū putaui, si Commentariolos meos, quos in Austriadē Bartholini nuper edidi, tuę celsitudini tutandos in lucē emitterem. nam hac parte mihi spes, & ea quidē bona ostenditur, si tuo nomine prętento, atq; adeo tua autoritate duce, tanq; antesignano, in publicū producerentur, facile futurum, ut a cuiuscunq; generis maliuolorum incursibus, sese in hominum manus tuto exhibere possint. Inuenias eñ aliquot, ut de illis ipsis agam, qui passim, prętérito dijudicandi respectu, uel qualibet rabida cane irritabiliores, res quantauis industria scriptas, tamē adlatrare audeant: alios ita iuratos in uerba magistrorū, quibus sese mancipàrunt, ut præ illis nihil non puteat, & proinde omnia contemnant, & conuitijs lacerent: alios eo liuore, ueluti morbo contabescentes, qui cum ipsi suis prodesse, aut per inertiam non possint, aut per socordiam minus uelint, in alienis interim conatibus atq; laboribus, quia imitari nequeūt, genuinum frāgere delectant̄. Sunt quoq;, qui in proprijs ingenij sui fœtibus, qualescunq; illi etiam fuerint, tam tamen corrupto amore cęcutiant atq; hallucinentur, ut præ illis nihil non despuant, oderint, fugiantq;. Habēt præterea adfectus (nam singulos enarrare non est locus) alij atq; alij, alios atq; alios, quibus similiter transuersi trahuntur, ut ab infamandis aliorum studijs sibi temperare non possint. Hic uero, Bartholino nostro, cuius nos scholiasten agimus, patrocinium, aut subsidium nō quęrimus, ut qui suis uiribus, sua armatura collectus atq; instructus, cōtra hostiles impetus pro seipse facile depręliabitur. Est enim carmen eius non modo tale, quale suum esse nec ipse quidē Vergilius, aut Homerus quoq; recusset, uerumetiā quod si inimici carpere uelint, non audeant: aut si audeant, nec uelint, nec possint. Atq; hæc omnia quæ modo retulimus, ad eos proprie pertinent, qui in peritorum albo aut sunt, aut uideri uolunt. nam indoctum uulgus nihil prorsus moror, susq; deq; ferens, si Aesopicus gallus precium margariti non modo non dignoscat, sed & despicet̄. De me uero sic habeant illi male feriati, & (utar uerbo Catoniano) uitilitigatores,

me, quæ modo in medium profero, nō in hanc fraudem prætexisse, quo omnem ingenui lectoris censurā declinare cupiam: ut quam etiam quantacunq; mercede redimere & desydero & debeo, libenter culpam agniturus, sentētiam mutaturus, & meliora docenti cessurus, sicubi erroris conuictus fuero. Nullus em̄ est tam absolute perfectus artifex, qui non in arte sua, quantisuis uigilijs parata, alicubi tamē deficiat: tam procul absit a me, ut eam securitatem meæ tenuitati arrogare præsumam: satis enim superq; satis mihi fuerit, dignissime Pręsul, quod sciam hęc mea, modici fortassis momēti Scholia, a malorū calumnijs et morsibus, sub te, tanq; propugnaculo, summa securitate latere posse. Est & alia huius tuę amplitudini sacræ inscripsionis, illa priori non inferior caussa, ut cuius me plus semel commonefecit, patris tui Maximiliani, Principis omnibus modis absoluti, et incomparabilis sacrosancta imago, quam animo meo penitius infixam, tanq; oculis subiectā semper & unice pia contemplatione contueor, acerba adeo suauitate, & suaui acerbitate meipsum subinde pertentans ac recreans. Nam ut gustus pomi suauiter quidem amari, aut uini satis ueteris palatum tamē permulcet oblectatq;: ita memoria defunctorū, cum quibus nobis quondam usus & beneuolentia fuit, animis nostris quiddam amarulentiæ offundit, id tamen non sine multo dulciori gratæ uoluptatis accessione, Proinde, et hic quoq; mihi a tam dulciter acerba digrediundi libidine, minime temperarē, nisi me epistolaris breuitas longius aberrare prohiberet. Facere tamen nō possum, quin unam illius ex multis animi uirtutibus, quibus tanq; gemmis exornatus fuit, proferam: mihi uidelicet uerisimile fieri nequit, ullum unq; extitisse Principem, qui omnes conatus, ad ea quæ functionis suæ ratio postulare uidebat, ita studiose adiunxerit, ut plane huius celeberrimi dicti nunq; non memor fuisse uisus sit, σπάρταν ἔλαχες ταύταν κόσμει. Nam semper totus in eo fuit, quo Germaniæ Imperium, quod diuinitus sibi collatum, administrandum susceperat, tribus potissimum rebus, nempe ingenijs, opibus, & pace, pulcherrimis ornamentis excoleret et illustraret. Videbat em̄ sapientissimus Princeps, nullam rempublicā rectius posse institui, nisi inprimis hac sanctissima triade curaretur constitui. De qua quidem re, ut paucis multa perstringam, quę natio, quod regnum, quæ ciuitas, quæ respublica tot laudatissimis omnium artium proceribus floruit, tanta ui & abundantia opum superfluxit, tot commoda tam diuturnæ pacis percępit, quot proximis retro temporibus, hoc est, superstite rerumq; gubernacula moderante Maximiliano, uere diuo, uere pio, uere felici, uere Augusto, et uere patrepatriæ, Germaniam nostram florere, superfluere, & percipere uidimus? Quæ tamen omnia, si quis ad pręsentem rerū faciem spectet, simul cum illo sese iam ad immortalitatē recipiente, fato quodam fines nostros reliquisse, nemo est qui inficiari possit. Atq; hic uides nobilissime Princeps, quā spaciosus campus de nostri seculi statu se nobis aperiat, quem

tamen prudentes ingredi nolumus: partim, quod instituto meo parum re spondcrem, si altius procurrerem: partim, quod multi & pij & perquam eruditi uiri inuenti sunt, qui iamdudum, & sæpius, priuatim & publice, ore & calamo Germaniam nostram hodie tam calamitosam, & insanissimis motibus tumultuantem, miserabiliter deplorarint, tantamq; indignitatem fortissimę liberrimęq; nationis detestati sint: quibus in ea ipsa harena libenter cedimus, contenti nos herois nunquã satis laudati qualibuscunq; uerbis, sed animo tamen plusquã auidissimo meminisse. Verũ necdũ me a cępto procursu reuocare possum, ut hoc quoq; adijciã. Hic eñ mihi in mentẽ uenit Epigramã Ioannis Sapidi popularis mei, & amicorũ quos unq; charissimos & iuratissimos habui, multo omniũ chárioris, &, ut sic dicã, iuratioris, q̃d is Epitaphij loco, in patris tui tũ uita functi honorẽ potius effudit quã scripsit: quodquia ingeniosum, acutum, iucundum, politũ, & quod aures ferire possit, me non temere, imo utiliter facturum putaui, si huc accersitis uersiculis te eorum argutia oblectarem.

Diuo Parca manus inicit Maxmiliano,
    Quem tamen immunem nescijt esse necis.
Namq; suo dum rite putat se munere functam,
    En tres ex uno non bene cauta parit.
Vnus enim terra cubat, alter honestat Olympum,
    Tertius est claris semper in ore uiris.

Sed hæc de Maximiliano, cuius famam cum summa gloria, prouecta uetustas semper magis magisq; grandescere atq; enitescere faciet, hæc inq; dicta nobis sufficiant, plura fortassis suo loco & commodiora dicturis. Superest, ut & amplitudini tuę scripti mei rationẽ quoq; reddam: de quo sic habeat. Institueram a principio, imo iam incæperam commentarios iustæ tractationis in sacrosanctum hoc nostrum pöema, procudere, atq; id quidem nõ sine parentis tui persuasione: quo uero argumento permotus id fieri uoluerit, non est huius loci longius commemorare: leue enim esse non potuit, quod tam circumspectus Princeps tantopere cupiebat: sed quia opus infinitis modis excrescere uidebat̃, sic ut multis dictis plura dicenda semper accederent, uisum est amicis meis, acerrimi iudicij uiris, quibus ego, propriæ sententiæ parum tribuens, specimen & gustum eius fœturæ exhibui, ut scilicet habita ratione studiosorum nostri seculi, uę plurimũ breuitate, sed eadẽ iucũda, minimeq; obscura delectantiũ, ab instituto recederẽ, contractisq; cęptis commentarijs in compendiũ, scholia potius scriberem Parui itaq; sapienter monentibus, reductoq; calculo compendiariasq; hasce añotationes cõscripsi, quas tibi unice meo Mœcenati, unice dedicatas, unice cõmendo: ut scilicet tanto cõmendatiores ꝓdirent in publicũ, quanto tu ipsas pronioribus ulnis in complexũ susciperes: quod te per tuam amplitudinẽ oro, quã seruator Iesus diu seruare dignet̃. Selestadij Anno ab orbe redempto. M. D. XXXI. Cal. Augusti.



¶ INDEX eorum quæ in Scholijs Austriados continentur.

¶ A

Hh

¶ Q

¶ R

Finis Indicis AVSTR.

IO. SCHOTTVS librarius, Lectori.

Vtriusq; nostrum operas, Lector optime, candori tuo inprimis offerimus. Quas iusta pensites libra, rogamus. Quid non corollarum sacro Spiegellij capiti impones? qui tam exacte, limateq;, non modo hæc suaipsius in utrosq; Autores editos, congessit Scholia, sed tam studiosa quoq; manu sic præscripsit, ut nihil demũ prætererit, quod etiã oculatissimus ille Argus desyderare queat, quin transsumpta uideat omnia, & ob oculos absolutissime posita. Quare sicubi forte leuiusculis erratum, immenso potius primæ foeturæ labori subscribas, facili expuncturus litura, qualecunq; mendum, nescia Autoris culpa admissum. Quibus uero idem Spiegellius super hæc gratijs & prærogatiua Cæs. Ma. nos ornarit, non abs re factum putauimus ijsce subijcere: quo moniti sint, qui uel sordidius alieno sudore uitam quęrunt, uel minus grati, quæq; non sua corrodere ambiunt. Est autem is PRIVILEGII tenor.

CAROLVS Quintus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusq; Siciliæ, Hierusalem, &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Hapspurgi, Flandriæ, Tyrolis, &c. Recognoscimus tenore præsentiũ, q̃d & si pro solita nostra clemẽtia, omnes alioqui eos, qui optimarũ literarũ studia studiose colunt, plurimũ diligamus, hos tamen pręcipua & singulari nostra gratia prosequimur, qui uel suopte ingenio, conscribendis apte libris, sui apud posteros memoriã propagant: uel restituendis, illustrandisque aliorum monumentis, operam suam interponunt: ibiq; industria sua id conantur, aut efficiunt etiam, ut optimi quiq; Autores, uel librariorum incuria deprauati, emendatius, correctiusq; in lucem edantur: uel Commentarijs, aut Scholijs illustrati facilius intelligantur. Quũ itaq; honorabilis noster, & Imperij sacri fidelis IACOBVS Spiegellius Iureconsultus, noster, & serenissimi Fratris nostri charifs. domini FERDINANDI, Regis Hungariæ & Böemiæ. &c. Consiliarius & Secretarius, nonnihil iam hac in re effecerit, scribendo Commentarios in duodecim libros Austriados clarissimi uiri Richardi Bartholini Perusini, emendandoq; Guntheri Ligurino, qui historiam diui Friderici Augusti, cognomento Aenobarbi, uersu complexus est, adiectis Scholijs, adnixus una cum publica studiosorũ utilitate, nostram quoq;, ac inclytæ Austriacæ domus gloriam augere. Nos uero præfatos Autores, lucubrationesq; eiusdẽ Spiegellij, in quibus & nostra, & Germanorum retro Principum gloria, famaq; extollitur, quam emendatos edi cupiamus. multa enim quæ posteritati dicata sunt, quum perperam ab indiligentibus Chalcographis passim excudantur, & gratiam amittunt, & Autoribus iacturã afferũt. Vt ergo Chalcographus, siue Impressor, quisquis ille a præfato Spiegellio nuncupatus, siue deputatus fuerit, huiusmodi Opera, siue Autores, una cum Commentarijs & Scholijs eiusdem, maiori cura, atq; studio formis excudat, dispendij securus, motu proprio, & ex certa nostra scientia, eidẽ Chalcographo hanc gratiam & priuilegium fecimus, & concessimus, ac uigore præsentium facimus

& concedimus: ne quis in uniuerso sacro Romano Imperio, & omni ditione nostra, per continuum quinquennium subsequens, ab ea die, qua non tantum præfati Richardi, & Guntheri, cum Commentarijs & Scholijs prædictis, sed etiam probatorum, receptorumq; Autorum, tam excusorum, quam recens natorum Opera, quæ idem posthac iuxta sanctionē nostram promulgatam Vuormaciæ, aut in futurum super re Impressoria promulgandam emendatius publicare, ac in lucem edere intendit, de nuo, citra, prçter, & contra præfati Chalcographi uoluntatem & scitum, huiuscemodi Libros, Autores, uel Opera, qualescunque, & qualiacunq;, aut cuiuslibet siue linguæ, aut literaturæ, imprimat, uel edat, aut ut ab alijs ista fiant, autor sit: nec etiam interea alibi impressos, in eodem nostro & sacro Romano Imperio uendat, uel uendi faciat. Mandantes omnibus & singulis sacri Romani Imperij Principibus, Statibus, Rebuspublicis, Communitatibus, & alijs quibuscunq; subditis, & fidelibus dilectis, cuiuscunq; gradus, ordinis, & conditionis extiterint, ut præfatum Chalcographum, contra hanc gratiam nostram & priuilegium non molestent, aut impediant, molestari, aut impediri permittant: quinimo sub pœna indignationis nostræ, ac quinq; Marcarum auri puri, irremissibiliter incurrenda, conseruent eundē, & manuteneant nostro nomine, quum per eum, uel eius nomine requisiti fuerint, contrauenientes plectant & puniant, toties quoties contra factum fuerit, tam iam dicta mulcta, quam suspensionis Artificij, necnon amissionis librorum, seu Operum, sic contra præsens indultum nostrum impressorum. Quos etiam defacto idem Chalcographus per se, uel suos, ubicunq; eos comperiet, accipere, & in utilitatem suam conuertere poterit. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri appensione munitarum. Datum in ciuitate nostra Imperiali Augusta, die uigesimo quinto Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo, Imperij nostri decimo, & aliorum Regnorum nostrorum quintodecimo.

CAROLVS.

ALBERTVS Card. Mogunt. &c.
Archicancellarius, ss.

Ad mandatum Cæsareæ & catholicæ
Maiestatis proprium.



Alexander Sweis ss.

R.ta Obernburger.